Ioannem



Plato

Prohemium Marsilii ficini floreti ni in libros Platonis ad Laurentium medicem Virum Magnanimum.

Diuina prouidētia / fortiter attingēs omnia / suauiterqz disponēs / magnanime Laurenti / statuit / religionem sanctam / nō solum ꝓphetis ⁊ sibillis / sacrisqz armare doctoribus: uerum etiā pia quadam / elegātiqz philosophia / singulariter exornare: vt ipsa pietas omnium origo bonoꝝ tam secura / tandem inter omnes sapiētie / ⁊ eloquentie professores incederet / q̄z tuta penes domesticos conquiescit. Oportebat eniz religionem / que unica est ad felicitatem uia: non rudioribus tantum hominibus / uerum etiam peritioribus cōez fore. Qua quidem duce omnes ad beatitudinem / cuius gratia nati sumus / ⁊ ad quaz consequendā / cōi studio laboramus / facilius / tutiusqz peruenire possemus. Itaque deus omnipotens / statutis temporibus diuinum Platonis animum ab alto demisit / uita / ingenio / eloquioqz mirabili / religionem sacraz apud omnes gētes illustraturum. Cum uero ad hec usqz secula sol platonicus / nondum palam latinis gentibus oriretur / Cosmus italie decus / et insignis pietate uir / platonicam lucem / religioni admoduz salutarem / a grecis ad latinos ꝓpagare cōtendēs / me potissimum intra suos lares plurimum educatum / tanto operi destinauit. Ego autem ⁊ si a tenera etate nois platonici cultor / rem tamen adeo grauem / non meis quidez / sed aui tui Cosmi prosperis auspiciis / sum aggressus: sperans diuinam opem tam necessario: tamqz pio officio non defuturam. Hac ergo in primis spe ductus / academiam sum ingressus: decemqz ex ea platonis nostri dialogos / Cosmo / prius q̄z nature concederet / latinos feci. Post eius obitum patri tuo Petro prestantissimo uiro / dialogos nouez legendos dedi. Postquam uero petrus e uita decessit / fortuna preclaris sepe operibus inuida / inuituz me a traductionis officio distrahebat. Verū tu ⁊ religiōis cultor / ⁊ philosophie patronus / me ad inceptū omni fauore ⁊ auxilio reuocasti. Quamobrem ad institutuz munus felicibus iteruz auspiciis sum regressus: neque traduxi tantum / uerum etiam partim argumentis mentem perstrinxi platonicam / partim quoad potui breuibus commentariis explicaui. Opus itaqz totuz diuino auxilio iam absolutum tibi libētissime dedico. Ad quē illa etiaz que maioribus tuis inscripta sunt / iure hereditario ptinēt: virum profecto auite paterneqz in patria colēda uirtutis heredem. Leges autē inter dialogos funebrem Platonis orationem pio fratri tuo Iuliano dicatam. Preterea ubi ad libruz ō regno peueneris / uidebis Federicum urbinatem ducem / eo die a me honoratum quo ipse tuas edes honorifice salutauit. Nō solum uero septē atqz triginta libri / qui solo tuo insigniti sunt titulo. sed cuncti denique tui sunt / quandoquidem omnes tui gratia sunt absoluti / atqz ego sum tuus. Neqz uero me platonicum in hiis libris stiluz omnino expressisse ꝓfiteor: neqz rursus ab ullo / quāuis admoduz doctiore / unquam exprimi posse confido: stilum inq̄z non tam humano eloquio q̄z diuino oraculo similē. Sepe quidē tonantē altius: sepe uero nectarea suauitate manantez: semper autem archana celestia complectentem. Profecto quēadmodum mundus tribus precipue dotibus est munitus / utilitate / ordine / ornamento: atqz ex his diuinum nobis testatur artificem. Ita platonicus stilus continens uniuersum / tribus potissimum abundat muneribus: philosophica sententiarū utilitate: oratorio dispositionis elocutionisqz ordine: florum ornamēto poeticoruz: ⁊ ubiqz tum diuinis utitur testibus / tum etiam certissimum ō architecto mundi deo perhibet testimonium. Valeant igitur Magnanime Laurenti / ualeant ꝓcul omnes / qui minutissimas erudiende pueritie a Platone rationes efflagitant. Erudiant alii rudiores: ⁊ eruditi deniqz fores platonicas adeant / inde non tam puerilia rudimēta: q̄z diuina mysteria tandem reportaturi. Dixi modo Laurēti tandem. Nā plato noster ante q̄z diuina fundat oracula: ne sacra prophanis cōmunia fiant / audientiuz aios triplici paulatim ad summuz calle ꝑducit / purgatiōe / resolutiōe / cōuersione. Quāobrez multa leguntur apud Platonem ad purgandos perturbationibus animos pertinentia. Plura rursum ad soluendas mentes a sensibus. Plurima etiaz ad cōuertendas tum in se ipsas / tum in deum omniuz auctorem: In quem / ueluti solem / rite conuerse / optatis inde ueritatis radiis / feliciter illustrentur. Interea Plato noster / dum occultis sepe modis humano generi necessarium tractat officium / interdum iocari uidetur et ludere. Verum platonici ludi atque ioci admodum grauiores sunt q̄z seria stoycorum. Neqz enim per humiliora quedam dedignatur alicubi peruagari: modo sensim auditores captans humiliores facilius ad excelsa perducat. Miscet frequēter grauissimo quodam cōsilio utilia dulcibus: quo modestis sermonis blandi leporibus / animos natura proniores ad uoluptatem per ipsam uoluptatis escam / ad cibum alliciat salutarem. Fingit ⁊ sepe fabulas more ꝓphetico: quippe cum ipse Platonis stilus / nō tam philosophicus / q̄z reuera propheticus uideatur. Furit eniz interdum / atque uagatur / ut uates: ⁊ ordinem interea non humanum seruat / sed fatidicum ⁊ diuinum: neque tam docentis personam agit / q̄z sacerdotis cuiusdam atque uatis / partim quidem furētis / partim uero ceteros expiātis: ⁊ in diuinum furorez similiter rapiētis. Fabulis uero inter hec ob id potissimū uti uidetur: vt inter uarios academie flores oblectētur quidez oēs. Sed expiati dumtaxat poma decerpāt / uescantur suauius / facilius conquoquant / perfectius nutriantur. Agit autez dialogis omnia / ut sermo uiuens / personas loquentes ante oculos ponat / persuadeat efficacius / ⁊ moueat uehementius. Accedit ad hec quod amicos / ut par est / oportune dialogis suis honestat: facilius multos posteritati commendans. Preterea opiniones eadez ō re diuerse cōmodius dialogo recensentur. Mitto qō dialogus mira quadaz uarietate delectat / ⁊ attētione audiētes detinet ⁊ legentes. Verum quidnaz longius per minutiora quedā ⁊ humiliora digredimur? Sophia Magnanime Laurenti / que solo iouis capite nata / ab initio cum eo erat cuncta componēs / patrem imitans / ipsa quoque filiam solo capite peperit / philosophiam nomine: cuius delitie forent / esse cum filiis hominum. Hanc igitur in terra quondam / per uarias gentes peregrinantem excellētiora passim admirabātur ingenia. Quorum in numero Plato noster / non solum admiratus est illam: sed et primus et solus ad summum excoluit. Huic enim ille primus / tanquam sacre sacerdotia cinxit tempora mitra: preterea peplum induit. quod augustam filiam Minerue deceret: caput etiam manusqz et pedes suauiter redolentibus illiniuit unguentis. Deniqz solam ipsuz quacunqz philosophicuz numen incederet / uariis aspersit floribus ⁊ ornauit. Talis erat / atque etiam est huius diue intra limites academie deambulantis habitus / talis ornatus. Quotiens uero extra ortos academicos peruagatur / non soluz unguenta semper amittit ⁊ flores / sed etiaz proh nefas / sepe incidit in latrones: atqz amissis sacerdotii ⁊ grauitatis insignibus nuda passim ⁊ quasi prophana pererrat / adeoqz deformis apparet: ut neqz phebo ulterius mercurioqz eius familiaribus placeat. Neqz insuper uel auo ipsius Ioui uel Minerue matri probetur. Ceterum statim materno consilio intra parietes ⁊ ortos academie sese recipiēs / antiquum resumit decus: ⁊ ibi uelut in patria libentissime requiescit. Quamobrem iuuat una tecum platonice Laurēti omnes tum discendi / tum bene uiuendi cupidos / ad academiam platonicam cohortari. Hic eniz iuuenes uel inter iocandum precepta morum / uel inter ludendum industriam differendi iocunde admodum ⁊ facile cōsequētur. Hic uiri etiā rei tum familiaris / tum publice disciplinam abunde perdiscent. Hic senes pro mortali uita / uitam sperabunt eternaz. In academie ortis poete sub lauris canentez apollinem audient. In uestibulo academie oratores spectabūt Mercurium declamantez. In porticu uero ⁊ aula iuriscōsulti

ciuitatũqꝫ gubernatores / Iouem ipsum auscultabunt / sancientem leges / iura dictantem / imperia gubernantem. In ipsis denique penetralibus philosophi saturnum suum agnoscent: celestium archanorum contemplatorem. Ubique uero sacerdotes rerumqꝫ sacrarũ antistites arma reperiẽt: quibus pietatem aduersus impios strenue protegant. Hac igitur / huc precor / omnes accedite / qui liberales colitis disciplinas: hic eas ⁊ libertatẽ uite pariter adepturi: huc denique cuncti concurrite: quos adsequende ueritatis: ⁊ cõsequende beatitudinis perpetuus ardor inflammat: hic aspirante deo / ueritatem ad uotum ⁊ felicitatem consecuturi. Uerum interim ammonendi estis / ne temere de rebus platonicis / immo uero diuinis / feratis sententiam. sed longo ⁊ equo examine iudicetis: neque liuidam in eos censuram exerceatis / qui ꝓcul ab omni liuore uobis uigilãt / ⁊ laborãt. Immo uero fauete libẽter auctori pio / fauete etiam traductori / non solum translatione uerborum: sed explicatione sententiarum cõmuni omnium utilitati pro uiribus consulenti. Nolite precor antiquam salutaremqꝫ doctrinam / hen iandiu nimis oppressam / nuper autem in lucem diuina prouidentia ꝓdeuntem / insequi crudeliter ⁊ opprimere: ne forte quam deus omnipotens uult ubique uiuam / mortalis homo frustra perditam uelit. Dextera enĩ domini fecit uirtutem: dextera domini iam exaltauit eam / nõ morietur / sed uiuet / ⁊ narrabit opera dñi

[Q]ed quonãꝫ optime Laurenti nos ingens in Platonem ac nesciens tenere modum / raptauit amor? Num i platonis causa declamauimus / oratorie facũdie principis? Satis enim superqꝫ ipse ꝓ sua causa declamauerit apud eos presertim / qui perturbationibus uacui / equos se prestiterint auditores. Te uero i presentia minime adhortabor: mirum in modũ ad hec oĩa uoluntate propensum / ingenio promptum / studio eruditũ. Sed optabo dumtaxat / ut ⁊ legas feliciter / ⁊ felicissime uiuas / Marsilii tui memor. Dum uero marsiliũ ficinum nomino / philippum quoque ualorem academicum nostrum intellige pariter nominatũ. Nam si ualor atqꝫ marsilius in platone defendendo / ⁊ in te amando idem sunt: proculdubio inter se quoqꝫ sunt idem. Ualorẽ tibi Laurenti singularis sua uirtus probat / platonicus honor laudat / incredibilis in te amor ualde commendat.

Platonis Uita: et primo Genealogia / ⁊ Genesis.

PLATO Atheniẽsis Aristonis ⁊ Perictiones siue Potone filius / a / Neptunno genus utrinque ducit. Nã Solon / a / Nereo ⁊ Neptunno descendit. Solonis uero frater Dropides Critiam maiorẽ genuit: a quo Calescrus ortus duos habuit filios Critiam. s. minorem / q unus ex triginta athenaꝝ gubernatoribꝰ fuit: atqꝫ Glauconẽ charmidis ⁊ Perictiões patrem. Perictione uero Aristoni nupta / Platonem pepit ⁊ Adimantum ⁊ Glauconem. Feminam quoqꝫ potonã / que Eurymedonti nupta / peperit Speusippũ. Rursꝰ Ariston Platonis pater / a / Codro filio Melanti descẽdit / q iteꝝ i Neptunnũ sicut ⁊ Solon originem referũt. Ferũt athenis celebre esse / Aristonẽ Perictione cũ esset speciosissima ꝯgredi conatũ esse. Ueꝝ fuisse illiꝰ conatus irritos / uidisseqꝫ in somnis Apollinem / atqꝫ ab eo iussũ mũdã / a / ꝯiugali copula quoad pareret seruauisse. Qđ ⁊ Laertius / ⁊ Policrates scribũt. Nascitur athenis uel i egina / a troie captiuitate ãno septigẽtesimo qnquagesimo sexto: ab urbe ꝯdita trecentesimo tertio. Ante christi aduentũ quadringentesimo uigesimo tertio. Platonis genesim qualem adolescens audiuerã i libro de amore significaui: sꝫ nũc adducã qualẽ Iulius Firmius astronomꝰ describit. Cuius opinionẽ / hac in re existimo ueriorẽ. Est ãt eiusmõi. In ascendente aquario Mars / Mercurius / Uenus. In secũda Sol in piscibꝰ. In quinta. Luna in geminis. In septima. Iupiter in Leone. In nona. Saturnꝰ in Libra. Hãc genesiꝫ Iulius Firmius asserit significare uirum / q mirabili eloquẽtia polleat / celestiqꝫ ingenio ad omnia secreta diuinitatis acedat:

Educatio. Indoles. Erudito. Sobrietas Platonis.

[V]ertur cũ in cunis esset i labiis ifãtis apes mel fudisse / eloquentie future presagiũ. Aiũt Socratẽ uidisse per somnium oloris pullum sibi i gremio plumescere / qui ꝯtinuo exortis pennis / expansis alis in altum euolans / suauissimos cantus ediderit. Postridie cũ / a / patre sibi Plato cõmendatus esset / hunc esse cignum quem uideratꝰ dixisse. Poetico stilo in adolescentia floruit. Elegias composuit ⁊ tragedias duas: quas ⁊ ipse igni dedit / cũ primũ animũ ad phiã applicuisset. Primis litteris / a / dionysio preceptore imbutus est / deinde Socratem audiuit uigesimum annum etatis agens. Post Socratis mortem Cratylo Heracliti discipulo / ⁊ Hermogeni Parmenidis phiã tuẽti se se accommodauit. Cũ esset annoꝝ duodetriginta megaram se ad Euclidem cũ aliis Socraticis cõtulit. Hinc Cirenem profectus Theodorũ mathematicũ audiuit / atqꝫ inde in Italiã ad pythagoreos Philolaum ⁊ Architã tarentinũ Euritumqꝫ concessit. Ab his in egyptum ad prophetas ⁊ sacerdotes se recepit. Decreuerat ad indos magosqꝫ progredi: Ueꝝ pp asie bella / a / ꝓposito destitit. Regressus demũ athenas in achademia uitã duxit / quem i salubrẽ attice locũ dicitur elegisse: qđ etiã diuus Basilius ⁊ Hieronymus comprobant. ut nimis bonus corporis habitus ceu uitis nimia luxuries amputaretur. Erat enim ⁊ speciosissimo ⁊ robustissimo corporis habitu. Unde ⁊ / a / latis humeris / ampla frõte: ⁊ egregio totiꝰ corporis habitu orationisqꝫ ubertate / Plato est nuncupatus. Cũ ante nominatus fuisset Aristocles. Nihil in eo deforme nisi forte uox aliquãtulũ gracilis / ⁊ nescio quid sub ceruice gibbosũ eum aliquãtulũ deformabat. Ob achademie habitatiõem passus est quartanã febrẽ menses decem atque octo: sꝫ sobrietate ⁊ diligentia sua uires post febrẽ ualidiores qꝫ ante recuperauit.

Militia ⁊ nauigatio Platonis trina.

Prima nauigatio.

[M]ilitauit ter primo in tanagrã / secũdo in corinthum / tertio in delum / ubi etiam uictoria potitus est. In siciliã ter nauigauit / primo ut insulã ⁊ ethnea miracula crateresqꝫ

uideret. Agebat tunc. xl. etatis annum: quo
etiaꝫ tempore dionysius hermocratis filius ut
secum loqueretur impulit: ubi cum ille de ty
rannide dissereret dicens / nō id prestare quod
sibi soli esset utile / nisi uirtute etiā excelleret:
Offensum tyrannum atqꝫ iratuꝫ dixisse aiunt.
Uerba tua ociosorum senum sunt. At ille. Et
tua inquit tyrannidē sapiunt. Ad hec indigna
tum tyrannum primo quidem illum necare uo
luisse. Deinde uero a dione ⁊ aristomene obse
cratum / id minime effecisse. Uerum polidi lace
demonio qui p id tempꝰ legatus ad se uenerat /
eum tradidisse / ut uenundaretur. Eum ille in
eginā adductum uendidit. Quo tēpore / ⁊ cha
mander tanquaꝫ mortis reum accusauit. Sane
iuxta ꝓmulgatam apud eos legē capitale erat /
siquis atheniensium eam insulaꝫ adiisset. Cete
rum cum a quodam fuisset allegatum discipline
gratia eo phūꝫ ascendisse: Legemqꝫ illam de ho
minibus nō de philosophis qui super hoies sunt
loqui / absolutum eum dimisere: neque occiden
dum sed uendendum decreuerunt. Aderat for
te anniceris cirenaicus / qui eum. xx. minis re
demit / remisitqꝫ athenas ad amicos. Polidem
uero a cabria superatum ⁊ postmodum in elice
fuisse subuersum fama ē / demonio sibi nuncian
te talia illuꝫ philosophi gratia perpeti. Nō tñ
quieuit dionysius. Ueruꝫ cum cognouisset que
illi cōtigerant / scripsit platoni / orans ne in se
maledicta intorqueret. Ad quem ille scripsit /
non tm̄ sibi a philosophia superesse ocii / ut dio
nysii meminisset. Obtrectatoribus quibusdam
platonē a dionysio derelictum obiectantibus
respondit / immo uero a platone dionysius ē re
lictus. Quo ꝑfectus est ad dionysium iunio
rem: ab eo ⁊ dione philosophandi gratia accer
situs. Hac quoque spe ductus se suis consiliis
effecturum ut illic ex tyrannide / aut res. p. fie
ret / aut regnum / uisurumqꝫ quod iam diu uehe
menter optabat: gubernationeꝫ. s. quandā ma
xime philosophicā / in qua uel gubernent philo
sophi / uł gubernatores philosophentur. Puta
bat eiꝫ ciuitates nō aliter posse miseriam euita
re. Id omne non ui aut dolo sed philosophicis
rationibus ꝑsuaso dionysio fieri cupiebat: Sed
quarto . ere mense post platonis accessum / dio
nysius falsis impulsus calumniis dionem quasi
tyrannidi insidiantem expulit. Platonē uero
libenter amplectebatur. At plato in patriaꝫ re
diit. Tertio accessit dionem dionysio reconci
liaturus / ⁊ ab utroqꝫ iterum atqꝫ iterum obse
cratus. Rogatus etiā ab archita: Tunc ⁊ dio
nysius uictatam illi triren em obuiam misit / et
archidamum pythagoricum oratorē / nobilesqꝫ
ꝑmultos / ⁊ ipse quadrigis albis egredientem ex
cepit. Postulauit plato ꝑmissaꝫ dionis restitu
tionem / atqꝫ insup urbem ac hoīes qui iuxta cō
stitutā ab eo rem p. uiuerent: Idqꝫ ille quanqꝫ
pollicitus / implere detractauit: Cum uero pla
to palam dionysium redargueret / q̄ fefellisset
fidem / tum sibi de dione restituendo / tum theo
doti suo de heraclide seruādo: Infensum dein
de habuit dionysium: unde i summo uiuebat pe
riculo / ne a militibus interficeretur: sed archi
tas tarētinus salmiscum misit ad dionysiuꝫ ora
torem una cum naui / rogās ut platonē dimitte
ret: Ille eum dimisit / ac prebuit cōmeatum:
Plato in patriā rediit: Dionysius paulopost a
dione ciuibusqꝫ pulsus tyrannide criminis i phi
losophiam commissi penas dedit: Plato miro
quodā honore exceptus est in patria: Ibiqꝫ ad
remp. accersitus accedere noluit / qꝛ plebs ma
lis se moribus assuefecerat.

Quibus Plato leges ōderit.

Ertur archadas ⁊ thebanos cōdita ci
uitate hōeste magnitudinis / rogasse
illū / ut eaꝫ remp. institueret. Uerū
cum ille eos intellexisset / equalitatem sectari
nolle / ꝑfectum non esse: Syracusanis uero ex
pulso tyranno leges dedit / ⁊ cretensibus ma
gnesia nuper condita siue instaurata ciuitate /
scripsit leges. xii. in libros digestas: Misit ex
familiaribus suis aristonimum ad archades legi
bus instituendos / ad Ilios phormionē: Ad py
rreos meledimum.

Continentia / grauitas / comitas / platonis.

Ixit antē celebs ⁊ sobrius admoduꝫ
⁊ ut aureliꝰ augustinꝰ i libet / castꝰ.
Unde ⁊ i senio sacra nature fecisse dicitur / ut
se apud uulgus a crimine sterilitatis absolue
ret: Iuuenis adeo uerecundus / adeo compo
situs fuit / ut nunquaꝫ ridere / nisi modice /
deprehensus sit. Iratum uero uidit nemo.
Unde apud Platonem educatus puer cum ad
parentes reuersus uociferantem uideret pa
trem / nunquam inquit hoc apud Platonem
uidi. Semel tantuꝫ clam subiratus est puero
grauiter delinquēti. Sed Xenocrati inqt.
Cede tu hunc puerum. Ego enim quia ira
tus sum nequeo. Edebat quolibet die aut se
mel tantum / aut si bis / parcissime. Dormie
bat solus. Contrariam uitam multum uitu
perabat: Ad amandos adolescentes / quemad
modum et Socrates suus / uidebatur paulo
pronior. Uerum uterque tam ratione conti
nens q̄ꝫ sensu procliuis: q̄ꝫ diuine isti amaue
rint / ⁊ quo pacto que de amore loquti sunt /
exponantur / satis in libro de amore tracta
uimus. Optabat memoriam sui uel in libris /
uel in amicis relinquere / et si melancolicus
erat profundissimiqꝫ ingenij / ut scribit Ari
stoteles / iocis tamen plurimis utebatur / atqꝫ
Xenocrateꝫ ⁊ Dionem seueriores sepissime
admonebat / ut gratiis sacra facerent / quo io
cundiores gratioresqꝫ redderentur. Plato
nis autem grauitati comitas erat admixta.

Discipuli Platonis precipui.

Iscipuli eius fuere Speusippus
atheniensis. Xenocrates calce
donius. Aristoteles stagirites.
Philippus opuntius. Esticus peritius. Dion
syracusanꝰ. Amicles heracleotes. Erascus /
et Doriscus sceptii. Timolaus cicicenus.
Hebeon lampsacenus. Pithon et Heracli
des henii. Hippothales ⁊ Calippus athenien
ses. Demetrius amphipolites. Heraclides
ponticus / ⁊ complures alii / ⁊ cum his mulie
res due Lascheniа mantinea / et Axiothea
phlyasia que uirili utebantur ueste. Theo
phrastum item illius fuisse auditorem ferunt
⁊ hiperidem oratorem camelcon: ⁊ Lycur
gum / et Demosthenem quoque ipsius fuisse
studiosum: ⁊ Menesistratuꝫ. Uestibulo acha
demie inscriptuꝫ erat. Nemo huc geometrie
expers ingrediatur. Quod quidem non so
lum de linearum sed etiam de affectuum debi
ta mensura uolebat intelligi.

Libri Platonis.

Cripsit librum de sanctitate eu
thyphronem. Apologiā Socra
tis: Critonem de eo quod cum
Socrate in carcere tractauit
Criton. Phedonem de animi immortalita
te: Cratylum de recta nominum ratione.
Theetetum de scientia. Sophistam de eo
quod est: Ciuilem de regno. Parmenidem
de uno rerum omniuꝫ principio ⁊ ideis. Phi
lebum de summo bono. Conuiuium de amo
re: Phedruꝫ de pulchro: Alcibiadem primū
de natura hominis: Alcibiadem secundum
de uoto: Hipparchum de lucri cupiditate:
Amatores de philosophia: Theagem de sa
pientia: Charmidem d̄ tēperantia: Lachem
de fortitudine: Lysidem de amicitia: Euthi
demum contentiosuꝫ: Prothagoram de mo
ralibus: Gorgiam de rhetorica: Menonem
de uirtute. Hyppiam maiorem de pulchro:
Hyppiam minorem de mendacio: Menexe
num de atthica antiquitate: De republica li
bros decem: Timeuꝫ de mundi natura: Cri
tiam de atthica antiquitate: Minoem de le
ge: De legibus libros duodecim: Epinomim
siue philosophum: Epistolas: xiii: Hos om̄s
Platonis libros ipsi e greca lingua transtuli
mus in latinam: Tres uero sunt platonico

rum species dialogorum: Aut eniz sophistas confutat / aut adolescentes adhortatur / aut docet adultos. Que in epistolis uel in libris de legibus et epinomi Plato ipse suo differit ore / certissima uult haberi. Que uero in ceteris libris / Socratis / timei Parmenidis / Zenonis ore disputat / uerisimilia.

Eloquentia: Sapientia: Auctoritasq̄z Platonis.

Stilus Platonis / ut ait Aristoteles / medius inter solutam orationez ⁊ carmen fluit / suauitas et copia tanta / ut Cicero Platonem ⁊ intelligendi ⁊ dicendi grauissimuz auctorem fuisse dixerit. Adiiecit quod si iupiter humana lingua loqui uoluisset / non alia q̄z Platonis lingua fuisse locuturum. Doctrina uero tanta in eo / ut cum ante illuz omnes inter grecos illustres / ad externas gentes sapientie gratia peregrinati fuissent: post Platonis tempora cetere nationes athenas confluxerint. Et Aristoteles tam miro ingenio preditus ac noue heresis auidissim⁹ / cum Platonem iam pene adultus adisset / uiginti eum continuos annos audiuerit. Adde quod prius q̄z adiret Platonem / iam litteris prouectus erat. Deinde Platonem solum habuit preceptorem. Mitto quod a Cicerone scribitur. Malo cum Platone errare / q̄z cum ceteris recte sentire. Preterea quod una cum Panetio illum apellat deum philosophorum. Mitto illud Quintiliani: Quis dubitet platonem esse precipuuz uel acumine disserendi uel eloquendi facundia diuina quadam ⁊ homerica. Multum enim illius oratio supra prosam orationem / ⁊ quam pedestrem greci uocant / surgit / ut mihi nō humano ingenio / sed delphico quodā oraculo uideatur instinct⁹.

Diuina quadam sapientia ⁊ probitate / mirabilem auctoritatem etiam in patria / quod rarissime fieri solet / sibi cōparuisse uidetur.

Reuersus ex sicilia Plato cum ad magnificentissimaz illam olympiorum celebritatē / quasi quendam orbis terrarum conuentum peruenisset / tam letis cunctorum occursibus exceptus est / ut e celo deus ad mortales demissus uideretur. Ludos deseri: Athletaruz spectacula relinqui: Pugiles solos obmitti cerneres: ⁊ quod ammirabilius est / qui tam longis terrarum marisq̄z tractibus / pascendorū oculorum animūq̄z ⁊ aiorum gratia ad olympia uenerāt. Ois uoluptatis obliti Platonē adibant: Platonē intuebātur. In Platone perinde atq̄z amenissimo diuersorio conquiescebant. Cum tragediam quis referret / nec quispiam preter Platonem adesset / obiectantibus quibusdam dedecori esse illi quod nemo preter unum adesset: respondit ille. Et hic unus plus est / q̄z totus atheniensis populus.

Charitas: Magnanimitas: Sāctimoniaq̄z Platonis.

Nam magno ⁊ cōstanti aīo / presertim in amicoruz causa fuerit / declarant eius epistole. Tyrannum sepe quod iniuste guberna ret / q̄ōne amicos falleret / etiā presentib⁹ testibus audacter redarguebat / tantū aberat / ut illi assentaretur. Mitto minutiora illa / quale illud est / quod iusserat Dionysius in conuiuio ut singuli purpura induti saltarēt / saltauit protinus Aristip pus. Plato uero dicens non conuenire philosopho muliebria et contemptus tyranni / dionisque defensio / Preterea Cabrie fortissimo duci Crobylus accusator improbus diem dixerat / et capitis iudicium intentauerat. Quocirca cum a reliquis destitutus ciuibus metu periculi in arcem ascenderet. Solus Plato auxilium prestaturus semper illi adfuit. Cum uero calumniator Crobylus ut eum a patrocinio deterreret minitans dixisset / aliis defensionez prestaturus aduentans / ignorans quod te quoque Socratis uenenum expectat. Ipse respondit. Olim Crobyle cum patrie dignitati militabam / in tolerandis periculis haud segnis eram: nunc pro officio / ⁊ amici salute licet ferrum ac uenena mineris ⁊ ignem / nullum recuso discrimen. Cum Socrates carcere iniustissime inclusus esset / Plato pecunias congregauit / ut redimeret innocentem. Et dum iudicium agebatur / ascendens in suggestum sic cepit orare. Cum minor natu sim uiri athenienses his omnibus qui tribunal ascenderunt. Sed eum tyrannici iudices ueriti / ne auctoritate ⁊ eloquentia sua ciues moueret: Interpellauerunt repente / reclamauerūtq̄z / descende: Plato domum abiit. Nam quantum illi male mentis morbo / tantum hic tunc morbo corporis laborabat. Socratis uero persecutores penas paulo post dederant. Cum ex condiscipulis quidam instigaretur inuidia. Xenocratem adeo Platoni gratum acceptumq̄z esse / ut i euz conflaret inimicitias / multa in Platonem Xenocratis maledicta renunciauit. Plato medio sermone criminationem respuens / obaudit. Instat obtrectator uultus seueritate crimē affirmans. Denique deos omnes / ac deas obtestanti / Plato ut ab eius sese pertinacia solueret / esto inquit: Sed ea Xenocrates fide ac grauitate pollet / ut nisi sic expedire iudicasset / dicturus ea nunquam fuisset: Grauitatem / magnanimitatemq̄z Platonis imitatum fuisse Xenocratem dilectum eius discipulum: Testis est uita Xenocratis apd̄ Diogenem: que quidem est fortitudinis ⁊ sanctitatis exemplar. Imitatuz quoque fuisse Dionem / Plutarchus est testis. Preterea Philiscus Lycurgi oratoris uitam describens Magnus uir inquit fuit Lycurgus / multaq̄z sunt ab eo gesta preclare / que facere nemo potuisset / qui non fuisset Platonis auditor: Demosthenes cum Antipatrium fugeret / Archie blandis uerbis se ei uitam seruaturum pollicenti / absit / inquit / ut uiuere turpiter malim q̄z honeste mori. Postquam Xenocratem et Platonem de immortalitate animi disserentes audiui. Idem scribens ad heracleodorum quendam condiscipulum suum atque eum reprehendens quod postquam Platonem audierat / negligeret bonas artes / ⁊ uitam parum honeste duceret. Nonne inquit erubescis ea negligere / que a Platone accepisti? Dionysius ad Speusippum scribens ait. Plato quidem gratis sua limina terentes docebat. Tu uero tributa exigis / ⁊ a uolentibus ac nolentibus accipis. Laertius quoque carpit eundem / quod non sicut Xenocrates Platonis castitatem ⁊ fortitudinez / mansuetudinemq̄z fuerit imitatus. Illud uero de fortitudine Xenocratis tacere non possum / quod cum Platoni Dionysi⁹ diceret: Caput tibi q̄spiā tollet. Xenocrates qui aderat / inquit. Nemo istud prius q̄z meum hoc abscidet.

Sententie ⁊ prouerbia Platonis.

E Aristotele ⁊ Xenocrate hec Plato dicebat. Hui qualem equuz / qualemq̄z asinum iungendos assumpsi. Aristoteles quidē

freno indiget: Xenocrates uero calcaribus. Erat inter discipulos eius lautus nimium ꝛ curande cutis studiosissimus adolescens. Quẽ Plato rogauit. Quo usque tibi carcerem edificare perges? Quotiens hominem more irretitum uideret / ille aiebat proprio in corpore mortuus est / uiuit in alieno. Addebat. Qui se ipse alterius gratia deseruerit / omnium e iemiserimum / quippe qui neque se possideat ulterius / neque alterum. Platonis quidaz familiaris uir doctus / cum oraret / ut sibi an res paulisper accomodaret / libellum a se editum lecturo / rogatus subinde a Platone / que libri esset inscriptio / respondit contradicendum non esse. Cui Plato. Cur igitur ipse hoc factitas? Cur contradicentibus contradicis? Cur me consulis / si tibi prohibes contradici. Leo ciuis potens in cetu carpebatur / quod magnas et immodestas in senatu uociferationes habuerat. Plato hoc ipsuz inquit est uere leonem esse. Diogeni cynico dicenti / quod humana quidem ista uideret / ideas uero nequaquam. Cui mirum inquit. Oculos enim quibus ista uidentur habes / et uteris: mente uero non uteris / qua sola ille cernuntur. Mirantibus discipulis / quod Xenocrates in omni uita seuerus / nescio quid risu excipiendum dixisset. Quid inquit miramini inter spinas aliquando rosas et lilia nasci? Ad iuuenes crebro dicere solebat. Ocio labores anteponite / nisi forte / rubiginem splendori prestare putatis. Iuuentutez ad beatam uitam hac ratione sepissime incẽdebat. Contrariam uirtutis / ac uoluptatis naturam animaduertite. Huius enim momentaneam dulcedinem subita penitentia sequitur dolorq; perpetuus. Illius autem breues labores eterna uoluptas. Cũ uidisset quendam alea ludentem / arguit: ꝛ cum ille q̃z parua reprehenderis diceret: Plato respondit. At non est paruum consuetudo. Ebriis ꝛ iratis consulere solitus erat / sese ut i speculo studiose intuerentur / ab eiusmodi statim feditate discessuros. Ebrietatem et somnum ualde detestabatur: Aiebat plurimum referre ad pueritiam educandam. Ut honestis soluz gaudere pueri assuescerent. Alioquin uoluptatem dicebat escam esse malorum: Addebat sanitatem animi ueram esse philosophiã / ceteras uero facultates non tam philosophiã q̃z ornamenta uideri. Nihil sane menti suauius esse q̃z uera dicere et audire. Ueritate enim nihil uel melius uel durabilius. Interrogantibus quibusdam / que nam possessionuz genera filiis essent potissimum comparanda. Ea dixit que non grandinem / non hominum uim / non ipsum denique ioue extinescerent. De modo eo et de fili eruditione consultanti / qualis inquit i arbusculis plantandis dirigendisq; talis et in filiis gignendis et instituendis cura esse debet. Hic labor / illic uoluptas. Cauendum autem ne in hoc sopiti / in illo plus q̃z uigiles uideamur. Philedono cuipiam Platonem carpenti / quod non minus in discendo q̃z in docendo studiosus ac sedulus esset / ꝛ quoad discipulus esse uellet interroganti. Quoad inquit meliorem ac peritiorem esse me non penitebit. Interrogatus quid nam inter peritum imperitum q; interesset: quod inter medicum egrotumq; / respondit. Principibus nullum prestantius prediorum genus esse dicebat / q̃z eorum familiaritates hominũ / qui cauponari nescirent. Principi non aliter necessariam esse sapientiam / q̃z corpori animã. Beatissimas fore res publicas. Si aut philosophi dominentur / aut saltem qui gubernant / diuina quadam sorte philosophentur. Nihil enim pestilentius esse potestate ꝛ audacia / quam ignorantia comitetur. Tales quoque subditos esse solere / quales principes uideantur. Magistratui nõ proprium bonuz sed publicum cogitandum / non partem solum ciuitatis quandam sed totam esse curandam.

Quantum Plato neglexit humana / quantum diuina dilexit:

Expetebat quotidie sola eterna ẽẽ uera. Tẽporalia uero uerisimilia. Dormire i corpore animuz. Et que sensus appetit aut timet / nihil aliud esse q̃z somnia. Itaq; hec omnia penitus contemnenda. Et ut mala uitẽtur quibus plenus est mundus ad eterna confugiendum. aliter eis deuitari nõ posse. Ipse quoq; q̃ precipiebat / impleuit: Nam cum ꝛ hereditario quodã iure ꝛ ciuium fauore princeps in rep. esset futurus: omnẽ prsus ciuilem respuit dignitatez: Cum patrimonio ditissimus esset / fratribus largitus ẽ oia preter suburbanũ prediolum: quã achademiaz nominabant. Hoc solo contentus uixit / ꝛ si preceptor amicusq; principuz extitit / diuitias tñ ab his nullas accepit. Solebat rex dion suis dicere. Aristippus semp pecunias petit. Plato semp libros. Adde qd neq; uxorem duxit / neq; uixit in urbe. ab omnibus liber / soli seruiens ueritati. Unde diuus hieronymus inquit. Plato egyptum ꝛ architam tarẽtinum eamq; oram italie que quondam magna grecia uocabatur / laboriosissime peragrauit. Ut qui athenis magister erat ꝛ potens. Cuiusq; doctrinam achademie gymnasia psonabant / fieret pegrinus atq; discipulus / malens aliena uerecunde discere / q̃z sua impudenter ingerere. Deniq; cum lrãs quasi toto orbe fugiẽtes persequitur captus a pyratis ꝛ uenundatus / etiam tyrãno crudelissimo paruit captiuus / uinctus / ꝛ seruus: tamen qr philosophus / maior emente se fuit. Hec hieronymus.

Pietas ꝛ gratitudo platonis.

Natus deo fuit / a quo principiũ cogitãdi / dicẽdi / agẽdi omnibus i rebus / ꝛ faciendũ dicebat esse / ꝛ ipse semp efficiebat. Preterea deo gratias agebat quotidie / qd homo natus esset / non brutum. Quod grecus / nõ barbarus. Qd tẽporibus socratis. Quã gratus preceptoribus fuerit / omnibusq; amicis / testimonio sunt eius dialogi. In quibus mirifice eos oẽs honorat / atque socrati libros suos attribuit. Non solum eiz illum i omnibus pene dialogis disputantez inducit / sed etiã oia a se composita / scribit nõ sua sed socratis esse.

Que Plato affirmauit.

In his q̃ sensibus subiacent partes heracliti tuebatur. Porro i his q̃ ad intelligentiaz ptinent / pythagore maxime aquiescebat. In rebus autez ciuilibus socratem suuz amplectebatur. Que ubique asseuerabat / hec sunt. Deum oibus puidere. Animas hoiuz immortales esse. Bonoruz premia / maloruz supplicia fore. Augustinus i libro cõtra achademicos inquit. Christi auctoritatẽ oibus anteponendaz. Si ãt rõnibus agendũ sit / apd platonicos reppe rire se dicit / qd sacris christianoz litteris non repugnet. Idem dionysius areopagita significauit. Eusebius postea ꝛ cyrillus latius declarauerũt: Hinc augustinus i libro d uera religione. Platonici inqt paucis mutatis christiani fierent: atq; i ↄfessionibus / narrat se phemiuz iohanis euãgeliste / ferme totuz apd platonicos repperisse. Propterea i secundo d ciuitate dei inquit. Labeo theologus apud gẽtiles: Platonem inter semideos cõnumerãdũ putauit / sicut herculẽ atq; romuluz / semideos ãt heroibus anponit / sed utrosq; iter numina collocat. Uerũ tñ istuz quẽ apellat semideũ nõ heroibus tm / uerum ẽt diis ipsis preferẽdũ esse nõ dubito. Unde inquit se platonicos añ alios elegisse / qr d rebus diuinis atq; humanis rectius admodũ q̃z ceteri philosophi senserint. Qd ꝛ marcus uarro antea iudicauerat / ꝛ apuleius platonẽ / non tm heroibus supiorẽ fecit / sz diis equalez: qr dz diuinaꝝ reruz adyta penetrauerit. Plato tanta fuit modestia preditus / ut cũ mirabilẽ sibi auctoritatem añ alios cõparauisset / tñ interrogatus a quodã quatenus preceptis suis parendũ foret / responderit / quoad i terris appareat sacratior aliqs / q fõtez oibus ueritatis apiat: quez deniq; sequãtur oẽs. Addidit nihil suo sz diuino tm lumie reppisse: Qd ãt in phia senserit / satis i libro d amore / ꝛ theologia nostra tractauimus.

Reditus Platonis i patriã celeſtẽ ⁊ laudes

Atali ſuo deceſſit/ ⁊ ãnum unũ atq;
octuagita ipleuit ſine ulla dubitati
õe: Jdo magi q tũc athenis erãt Pla
tõi imolauerũt/ ãplior.s fuiſſe ſortisq; huma
ne rati/qa ↄſumauiſſ; num̃ꝝ pfectiſſimum quẽ
ſic nouieſ mltiplicata ↄficiũt: atq;/qd mirꝝ ẽ/
adhuc i ea etate ⁊ i eo ipſo die ſcribebat/ ut quo
Cicero iqt. Eſt ẽt qete ⁊ pure atq; elegãter ac
te etatis placida ac leuis ſenect9/qlẽ accepim9
Platonis/q uno ⁊ octuageſimo ãno ſcribens
mortu9 eſt/Seneca ẽt affirmat id Platoni ſo
brietatis ⁊ diligẽtie bñficio ↄtigiſſe. Alii itez
ſcribendũ/alii diſcũbẽtẽ i nuptiis remotis da
pib9 iter diſſerẽdũ ad ſupos rediiſſe. Ariſtote
les in tẽplo arã Platoni ſtatuãq; ſacrauit hoc
epigrammate.

.i. Arã Ariſtoteles hãc Platoni di
cauit uiro quẽ nephas ẽ/a/malis laudari. Ad
dit Ariſtoteles: Qui ſol9 uita/doctria/mori
b9/ore. Admonuit cũctos ⁊ monimẽta dedit:
Ut uirtute qãt felicẽ ducere uitã. Nulla ferẽt
talẽ ſecla futura uirũ. Adiũxerũt ⁊ ſapiẽteſ a
lii i Platõis laudes carmina plurima: Sz preci
pua epigrãmata tria. primi hec ẽ ſnã. Tẽpãti
a Juſtitiaq; excelluit oib9: tãtũ ũo ſapientia
ſupauit: ut oẽz ,pꝛſ9 iuidiã ſupauerit. Secun
di hic ẽ ſeſus. Plato i doꝝ numeꝝ ẽ trãſlat9.
Lõginque hũc natões honorãt qa diuinã uitam
ipſe nouit aliiſq; mõſtrauit. Tertii ſnã ẽ huiꝰ
mõi. Phebus Eſculapiũ genuit ⁊ Platonẽ/ut
ille corporib9/hic animis mẽretur. Preterea
Mithridates pſaꝝ rex Platõis ſtatuã i acha de
mia ita locauit iſcriptã. Mithridates rodobati
filius pſes muſis imaginẽ Platonis dicauit Sil
laniani opus. Ex his oibus id plato ẽ ↄſequut9
ut greci Ariſtotelẽ qdẽ demoniũ: Platonẽ ũo
diuinũ cognominauerit. Quia ,dz ille ⁊ uita
humanus ⁊ ſcientia naturalis maxime fuerit.
Hic ãt ſciẽtia ſimul ⁊ uita ſeſe potiſſimũ ad di
uinũ contulerit.

Apologia de moribus platonis.

Jnẽ iã uerbis iponã ſi pauca qdã rurſus
addidero. Sũt plebei qdã uerſificato
res/q immerito poetaꝝ ſibi nomẽ uſurpãt. Hi
tam morum diſſimilitudine q̃z malignitate
inuidie prouocati in optimum quemq; impudẽ
tiſſime ludũt. Quibus ſumma quedam licenti
a in bonos potius q̃z in malos/conceditur.
Tales igitur olim poeticuli/diuinum Plato
nem/a/grecis Apollinis filium/ ⁊ Socratez
ab Apolline grecorum ſapientiſſimum iudica
tum mordere non dubitarunt. Quorum im
pietatem Laertius diogenes ſummopere dete
ſtatur: atque ut ipſe declarat/ridicula etiam
comicorum conuitia Ariſtippus auxit cyrenẽ
ſis homo peſſimus ⁊ optimi cuiuſque ſuorum
temporum aduerſarius/qui ſicut alios pleros
q; modeſtiſſimos doctiſſimoſq; ficta quadaz hy
ſtoria uituperauit. Sic etiam Socratem pre
ceptorem/ ⁊ condiſcipulos ſuos Xenophon
tem atq; Platonem/finxitq; horum nomine
carmina quedam in ſcorta pueroſq; laſciua/
uidelicet ut falſo magnorum philoſophorum
exemplo liberiorem ipſe peccandi licentiam
nanciſceretur. Uerum Ariſtoteles cui ueritas
magis q̃z Plato fuit amica tam falſas in uirum
ſanctum calumnias ſubſtinere non potuit.
Nam in elegiis ad Eudemum/illa de Plato
ne que in ſuperioribus diximus cecinit/id illi
maxime tribuens/ut prophani non ſolum uitu
perare Platonem ullo pacto non debeant.
Uerum etiam ſub pretextu laudis ſanctum illi
us nomen/ore prophano nominare/non aude
ant. Neque elegia catenus fuit: ſz etiam/ut
tradit olympiodorus/preclaram orationem
de Platonis laude compoſuit. Obmuteſcant
igitur apud ſuperos inferni canes/atque apõ
inferos latratu cerberum comitentur: Nos ãt
Platonis uitam ⁊ ſapientiam iudicio ſapiẽtũ
approbatiſſimam ueneremur. atque una cum
Apuleio medaurenſe libere proclamemus.
Nos platonica familia nihil nouimus/niſi fe
ſtum/letum/celeſte/ſupernum.

Platonis Uite finis.

Tabula libroꝝ platonis a Marſililio ficino flo
rentino traductorum. Jtem inſunt partim ar
gumenta/partim autez cõmẽtaria: per eundem
marſilium in libros eoſdem compoſita.

Ad lectorem.

Ne forte putes amice lector tantum opus edi
tum temere/ Scito cum iam compoſuiſſem/an
teq; ederem/me cẽſores huic operi plures adhi
buiſſe Demetrium athenienſem nõ minus philo
ſophia ⁊ eloquio q̃z genere athicum. Georgiuz
Antonium ueſpaccium. Johannez Baptiſtam
boninſegnium/florẽtinos/uiros latine lingue
greceq; peritiſſimos. Uſum preterea acerrimo
Angeli Politiani doctiſſimi uiri iudicio.
Uſum quoq; conſilio Chriſtophori Landini ⁊
Bartholomei Scale/uirorum clariſſimoꝝ.

Marsilii Argumentum in Hipparchum.

P Ropositum Platonis in hipparcho est docere nos omnes homines bonum appetere: cum et illi qui propter auaritiam ab errare uidentur: bonum appetant. Illi siquidem lucricupidi sunt: lucrum utile est: utile uero bonum: bonum itaq3 cupiunt. Et enim lucru3 danno contrarium. Dannum uero cum obsit malum: malo igitur contrarium: Contrarium malo bonum: lucrum ergo bonum. Quamobrem cum illi etiam q ab appetitu boni declinare uidentur/bonũ cupiant/nihil iam repugnat: quo minus om̃s homines bonum appetant: bonum aũt duplex. Unum finis. Ad finem alterũ. Illud ꝓpter se ip̃m: hoc propter aliud expetendũ Illius appetitio uoluntas: huius electio. Illō uenerandum: hoc utile Illo fruimur: hoc utim̃ Illius adeptio beatitudo: huius lucru3 uocat̃ Lucrum igitur est boni utilis acquisitio/quod ad uenerandi boni consecutionem conducere potest. Quod uero ad hoc nõ confert nec ip̃m utile est: nec eius adeptio lucrum. Laudanda igitur lucricupiditas/te omnibus natura inest: Uituperanda autem opinio falsa: que dum qō reuera utile et lucrum est/ ignorat/ appetitum nature ad aduersa retorquet. Hec omnia plato latenter docet: du3 socrates definitiones falsas quas hipparchus de lucri cupiditate refert: et inducendo et raciocinando refellit: Utitur tñ plato hac propositione: omnes homines bonũ appetunt: tanq̃ manifesta ad concludendum: q̄ omnes natura lucrum appetunt/quodq3 hec appetitio naturalis laudanda est: hec aute3 est conclusio quam mõ quoda3 directo. Socrates tribus argumentandi modis infert. i. exemplo inductione: raciocinatione. Sed modo quoda3 conuerso ex omni hac disputatione ꝑ argumentationem/ a minori colligimus propositionem illam maxime confirmatam. Omnes. s. homines bonum appetunt: que huius libri finis ultimus est: cum primus finis sit ostendere om̃s lucricupidos esse: neq3 id esse uituperandum.

Hipparchus de Lucri Cupiditate.

Socrates Hipparchus.

:so:

Q UID nam lucri cupiditas est: et q sunt lucri cupidi? hip: Mihi quide3 uidentur q lucrandu3 putant ex reb' nulla existimatiõe dignis: so: Videntur ne tibi scire/q̄ nullius pretii sint/ an ignorare? q̄ si ignorare/amentes lucricupidos uocas: hip: At non amentes appello: s3 callidos atq3 imꝓbos/et uictos a lucro/cognoscentes nullius p̃tii esse/ex quibus lucrari audent: et tñ audent lucrari per ĩpudentiã: so: Num huiuscemõi lucricupidũ uocas/ueluti si agricola plãtans cognoscensq3 nullius pretii plãta3 ẽe dignum tñ putet ex ea lucrari: talẽ ne ip̃m nuncupas? hip Undecunq3 o socrates lucricupidus q̃rendu3 cẽset: so. Ne adeo temere uerba effundas: ueluti alicui ꝓꝑ acceptã iniuriam ĩfensus: sed ad me potius adtendens respõde: ac si aprincipio rursus ĩterrogarẽ. Cõfiteris lucricupidum cognoscere quanti sit/unde lucrari dignu3 putat hip: Confiteor: so: Quis pitus ẽ circa plantaꝝ dignitatẽ qua in regione ac tẽpore plantare dignum sit: ut aliquod et nos sapiẽtum uerborũ q bus elegantes causidici utuntur: ĩ mediu3 afferamus? hip: Agricolam arbitror: so: Num dignum lucro uocas aliud q̃ lucrandum esse existimare? hippa: Id ip̃m: so: Ne me coneris decipere uiꝝ ia3 seniorem/cũ adeo iuuenis sis respõdens quẽadmodũ nunc q̃ ip̃e minime putas: sed responde q̃ uerissime potes. An cẽses agricultorẽ quẽpiã cognoscẽtem arborẽ nullo mõ plãtatione digna cẽt/putare ex ip̃a se lucratuꝝ? hip: Nõ ꝑ Ioue3: so: Equestrem preterea uirũ ĩtelligentem nullius pretii pabulũ se equo prebere/ignorare censes/q̄ equu3 ꝑdit? hip: Nequaq̃: so: Nõ ergo putat se ab huiusmõi pabulis lucratuꝝ: hip: Minime: so: Gubernatore3 uero q temone et uelis nullius extimatiõis nauẽ muniuerit/ignorare censes q̄ danno afficietur et periculũ ĩcurret/ne ip̃e simul et nauis et q cunq3 in naui s̃t/ꝑdantur? hip: Non certe: so haud ergo putat se ex ĩstrumentis nullius pretii lucraturum: hip: Minime: so: Item belli dux cernens exercitu3 uilibus armis cõfisu3 sperat ne ac dignu3 putat ex iis lucrũ aliquod asseq? hip: Nullum: so: Eode3 mõ tibicem tibiam et

citharista cithară et arcifer arcuꝫ/ et ut breui
cōplectar/qcunq; artifex/ aut alius quisq; uir
pitus organa ac reliquum apparatū nullius p̄
tii habeat/putat ne ex iis aliqn̄ se lucraturum
hip. Nō ut apparet: so: q̊s itaq; lucricupidos
nūcupas? neq; ē eos quos supra retulimus: q
ex reb; nulla rōe dignis rent̄ oportere lucrari
hip: At hoc mō o mirifice uir/quo ip̄e loq̄ris
nullus hominū lucricupidus eēt. Sꝫ ego eos
lucricupidos esse intelligo/q pp̄ter iexplebileꝫ
auiditatem minima q̄q; atq; uilia: et nullius p̄
tii mirum ĩmodū sitiūt: et ĩ iis etiā lucrū que
runt: so: Non tam̄ o uir optime discernunt ista
nullius esse pretii. Jam enim nos ip̄os ĩ hoc
ga eēt ĩpossibile/rōnibus redarguimus: hip:
Mihi sane uidet̄: so: Si non cognoscūt/ igno
rāt ḡ/opinant̄ tñ que nullius p̄tii sꝫ/ multifa
cienda esse: hip: Apparet: so: Lucricupidi nō
ne lucrum cupiūt? hip/profecto: so: Lucrū ue
ro dāno cōtrariuꝫ? hip: Est: so: Est ne bonum
alicui dāno affici? hip: Nemini: so: Malū aūt
hip: prorsus: so: Ledunt̄ itaq; a dāno homīes
hip: Ledūtur: so: Malū ḡ dannum: hip: Ma
luꝫ: so: Contrariū danno lucrū? hip. Cōtrariū
so: bonuꝫ ne ḡ lucrum? hip: Certe: so: Bonū
ḡ amātes lucricupidos nūcupas: hip: Uidet̄
so: Non insanos qdem o amice lucricupidos
dicis. Sed tu ip̄e utrum amas qd̄ bonū ē: an
non amas? hip: Amo equidē: so: An est bonū
qcq̄ quod non affectes/sed malū? hip: Non p
Jouē: so: At forsitā omnia bona affectas: hip
Oia: so: Interroga ĩsup et me utrū et ip̄e: bo
na eqdem amare me cōfitebor. sed preter me:
ac te non ne reliq homines oēs amant bona:
mala oderūt? hip: Uident̄: so: lucrum aūt nō
ne bonum esse cōfessi sumus? hip: Nempe. so
Oms ḡ lucricupidi uident̄ hoc mō: quo uero
prius diximus/nullus lucricupidus eēt. Utra
ḡ istaꝝ rationum aliqs utens non aberrarit?
hip: Siquis o socrates recte lucri cupidum de
finiat/eum ut puto lucri cupidū arbitrabitur
q studet iis: et decens existimat ĩ iis lucrū que
rere/ex qbus boni uiri lucrari nunq̄ auderēt
so: At nō tenes quod paulo ante inter nos cō
uenit: lucrari silicet esse utilitate affici? hippar
Quid tum? so: Quod etiā in hoc cōsensimus
oēs semp bonuꝫ uelle: hip: Confessi sumus: so

Non ne et boni uiri omne lucrum expetent: si
quidem huiusmodi om̄e bonum est? hip: Non
tamen ea lucra quibus ledi possint: so: ledi uo
cas dannum pati: an aliud quippiam? hip: nil
aliud q̄ pati dannum: so. A lucro ne danno
afficiuntur homines/an a danno potius? hip:
Ab utrisq; et enim a danno: et a turpi lucro
danno afficiuntur: so: Num tibi uidet̄ aliquid
utile ac bonum turpe existere? hip: Minime:
so: Non ne paulo ante concessimus lucruꝫ dā
no malo existenti/contrariuꝫ esse? hipparchus
fateor: so: Et cum sit malo contrarium esse bo
num? hip: Concessimus: so: ergo ut uides me
conaris decipere de industria cōtraria iis asse
rens/que supra confessi sumus: hip: Non per
iouem o socrates/sed econtra tu me decipis:
ac nescio quomodo in disputando rem sursuꝫ
deorsumq; conuertis: so. Bona uerba queso:
Neq; enim recte facerem/ nisi uiro bono et sa
pienti parerem: hip: Cui nam? aut quid hoc tā
dem? so: Concriui meo et tuo hipparcho pisi
strati philedonici filio/ qui filiorum pisistrati
et maior natu erat et sapiētior/ qui ⁊ alia mul
ta preclara opera sapientie edidit/et homeri li
bros primus in hanc urbem inuexit: coegitq;
poetas cantores carminum apud athenienses
referre per ordinem quod etiam iis temporib;
obseruant. Et anacreonta teium missa naui qn
quaginta remorum in hanc urbem accersiuit:
Simonidem preterea chium apud se semper
habuit/amplis eum muneribus ornans. Hec
autem agebat omnia ciues suos instruere uo
lens/ut illis q̄ optime uiuentibus imperaret:
ratus minime oportere/alicui sapientiam inui
dere: quippe qui honestus ac bonus existeret.
Cum uero ciues abunde eruditi essent/ atque
eius sapientiam admirarentur / conuertit ani
mum ad agricolas et peregrinos erudiendos
Atq; ideo columnas siue quadratos lapides ĩ
singulis urbis triuiis erexit. Ex ea postmodū
sapientia quam partim didicerat/partim ip̄se ĩ
uenerat/eliciens potiora/elegis inclusit carmi
nibus: et instituta sapientie inscripsit: adeo ut
ciues aut amplius admirarentur egregia illa e
pigrāmata delphica/Cognosce te ipsum. Nihil
nimis: et reliqua huiuscemodi/sed hipparci p̄
cepta ueluti sapientiora uenerarentur. Deide

hac atq; illac pretereuntes/ac legendo illius sa
pientiam degustantes ex agris et siluis ad reli
qua doctrine instituta pergebant. Erant auteꝫ
epigrammata duo in quibusdam ad sinistram
cuiusq; columne/que inscribebatur mercurius
loquens: que ue in medio urbis ac populi exta
bat. In quibusdam uero ad dexterā/ monumē
tum hoc hipparci /per ordinem perge iusta co
gitans: Item et alia carmina plura atq; precla
ra in ceteris columnis intueri licebat. Sed in
uia stiriaca inscriptum id erat. Monumentū h̄
hipparci/Ne amicum decipias. Quamobrem
ego te mihi amicum fallere nunq̄ auderem/et
illi tāto uiro repugnare: Quo uita functo tres
annos sub fratre illius hippia tyranni depres
si athenienses fuerunt. Ipse uero ab omnibus
senioribus accepisti solum id triennium inhac
urbe tyrannidem uiguisse. Reliquis autem tē
poribus/codeꝫ pene modo quo saturno regnā
te athenienses uixerunt. Traditur auteꝫ ab ele
gantioribus uiris/mortis eius causam extitis
se non eam que uulgo fertur/ sororis .s. cano
phorie contemptum/nam id credere absurduꝫ
est. Sed harmodium amatum eruditumq; ab
Aristogitone fuisse tradunt/magnum quiddā
futurum ex hac educatione sperante/fore nāq;
hipparchum aduersarium arbitrabatur. Inte
rim contigisse ut harmodius nobilem quendaꝫ
cuius nomen non satis teneo/amaret /qui pri
mum armodium et Aristogitonem: ueluti sa
pientes admirabatur. Uerum deinde famili
aris factus hipparcho contemnere illos cepit
quo illi indignati hipparchum interemerunt.
hip: Uideris ergo o socrates uel amicuꝫ me n̄
putare/uel si putas amicum/hipparcho minie
credere. Ego ē quo modo me nō decipias dis
serendo persuaderi ab ste nequeo: so: Atqui
uolo tibi perinde ac si talis luderem / retracta
re quicquid ex superioribus libet/ ne te decep
tum existimes. Uis ne illud imitari/quod dixi
mus omnes homines bona appetere? hip: No
lo: so: Quid uero illud q̄ dannum / ac danno
affici: malum esse concessimus: hip: Neque id
mutari uolo: so: Sed quid illud q̄ lucruꝫ atq;
lucrari et ip̄i danno et ei quod est dannum pa
ti/contraria sꝫ? hip: Neq; istud quideꝫ: so: At

illud forsitan q̄ lucrari ut pote malo cōtrariū
bonum est: hip: Neq; id retractes: so: Uidet̄
ḡ tibi ut apparet/aliquod lucrum bonum esse
aliquod uero malū: hip: Mihi ū: so: Retracto
itaq; tibi hoc. Esto ē lucrum aliud bonum ma
lum aliud: nihilo tñ magis hoc q̄ illud lucruꝫ
est/non ne? hip: Quid interrogas? so: Dicaꝫ ci
bus et bonus est et malus: hip: Est: so: Est ne
magis cibus alter altero? an similiter cibi sunt
ambo: neq; in quantum cibus unus ab altero
differt: sed in quantum unus quideꝫ bonus al
ter uero malus: hip: Est ut dicis: so: Non ne
et potus et reliqua omnia: quecunq; in spetie
eadem existentia talia sꝫ/ut partim bona parti
mala sint: nihil inter se differunt secundum id
quo eadem sunt. quemadmodum homo quidē
unus bonus/malus alius: hip: Sic est: so: ce
terum neuter illorum ut arbitror / magis aut
minus homo est q̄ alius/neq; bonus malo ne
que bono malus: hip: Uera dicis: so: Non ne
de lucro similiter iudicabimus? q̄ parit̄ lucrū
tam bonum q̄ malum sit? hip: Necesse est: so
Nil ḡ magis lucratur qui bonum lucrum asse
quitur/q̄ qui malum: neq; istoruꝫ aliquod ma
ius lucrum apparet: ut iam conuenit: hip: pro
fecto: so: Neutro ē aut magis aut minus adest
hip: Neutro: so: Tali autem re / cui neutrum
horum competit / quo modo quis magis uel
minus aliquid aut ageret aut etiam pateretur:
hip: Impossibile: so: Postquam lucra et utilia
sunt similiter ambo/hoc deinceps animaduer
tendum restat/propter quid utraq; ipsa lucruꝫ
appellas? Quid nam idem in utrisq; aspicis /
ueluti si ip̄se modo me rogauisses: quare cibū
seu bonum siue malum similiter cibum appellē
respondisseꝫ utique/quoniam uterq; sicca est:
corporis esca/ideo utrunque cibum nomino:
quod quidem et tu nobis concederes/nō ne?
hip: Fateor: so: Et circa potum eadem rursus
respondendi ratio esset: quod humido corpo
ris alimento seu bonum siue malum sit / id no
men/potus/imponitur: et in aliis eodem mo
do. Enitere itaq; me sic respondentem imitari.
quid nam idem in lucro bono et malo cernis/
propter cuius presentiam utrunque lucrum no
minas? Quod si tibi desit / quod mihi respon

deas/me dicente adtende. Num lucrum ap
pellas omnem possessionem/quam quis acqui
siuerit/uel nihil expēdens/uel expēdens parū
cum plus accipiat? hipparchus: Id lucrum
uocare mihi uideor: socrates: An huiusmodi
dicis/ceu siquis nihil expēdens abunde epula
tus sit/et ex epulis morbum acquisiuerit? hip
Non per iouem: socrates: At bonam ualitudi
nem ex epulis adeptus/lucrum ne an dannuȝ
nancisceretur? hipparchus: Lucrum: socra:
Non est igitur lucrum quolibet acquirere:
hipparchus: Non certe/socrates: Nunquid
ita se habet/ut non lucretur qui quoduis asse
quitur/siue bonum seu malum? hipparchus:
Apparet: socrates: Neq; in dannum incurrat
qui in quoduis incurrit/siue bonum seu malū
hipparchus: Mihi quidem uidetur: socrates
Cernis ergo ꝙ circa idem reuolueris? Lucrū
enim bonum/danno uero malum apparet: hip
Ignoro quid dicam: socrates: Et iure quidē
Sed preterea hoc mihi responde. Siquis mi
nus expendens plus acceperit/lucrari hunc
diceres? hipparchus: Non malum dico: uerū
si auri uel argenti minus erogans/plus acci
piat: socrates: Enim uero hoc insuper interro
gabo/siquis dimidiam auri libram erogans/
duplum reportaret argentum/lucrum ne/an
dannum esset? hipparchus: Dannum profecto
o socrates. nam produodecuplo pretio/duplū
solummodo recipit: socrates: Uextamen plus
accepit. An non plus est duplum dimidio?
hipparchus: Non eiusdem dignitatis ac pre
tii est argentum cuius est aurum: socrates:
Ergo opportet hoc lucro addiscere/estima
tionem. s. ac pretium: Nunc utiq; argentum
plus existens ꝙ aurum aut eque estimandum
ac pretiosum dicis/et aurum minus existens/
pretiosum quoq; ac dignum: hipparchus: Et
maxime: sic enim se res habet: socrates: Ipsa
ergo extimatio dignitasq; lucrum continet/siue
parua res siue magna sit. Indignum uero esti
matione sine lucro est: hipparchus: profecto:
socrates: Ipsum pretiosum ac dignum/uocas
ne aliter dignum ꝙ adeptione dignum? hip:
adeptione: socrates. Dignum autem adeptione
utile an inutile? hip: Utile: socrates: Utile n̄
ne bonum? hip: Est: socrates: O uir omniuȝ
fortissime: non ne iam tertio et quarto conclu
sum a nobis est lucrum bonum esse? hippar:
Uidetur: socrates: Memoria tenes unde ser
mo hic incidit? hip: Arbitror: socrates: At si
minus ipse memineris/ego inmemoriam redu
cam. Ex eo enim ꝙ dubitabas ne boni uiri lu
cra quelibet acceptare nolint/sed ex lucris bo
na dum taxat: mala uero nequaꝙ: hip: hinc sa
ne: socrates: non ne lucra omnia esse bona/seu
magna siue parua sint/ratio nos fateri coegit?
hip: Coegit certe o socrates me magisꝙ persu
asit. sed forsitan deinceps persuadebit: socra:
Nunc tamen siue persuasus fueris/seu quo
modocunq; aliter sis affectos/consentis nobis
cum lucra omnia et ampla et exigua bona ēe?
hip: Consentio: socrates. Et bonos uiros om
nes bona omnia uelle fateris? nec ne? hippa:
Fateor: socrates. Malos autem dicebas oīa
lucra tam exigua ꝙ magna cupere? Non ne ergo
secundum sermonem tuum uniuersi homines
et boni pariter atq; mali lucri cupidi essent?
hip: Uidetur: socrates: Non recte igitur uitu
perabit quispiam lucri cupidos: cum ipse quo
que lucricupidus sit.

Hipparci finis.

Argumentum Marsilii in Librum Platonis de Philosophia.

Summa huius dialogi est: quid
sit et quale offitium philosophi
definire. Est autem philosophi
offitium/diuina nosse/guberna
re humana: in illo contemplati
ua philosophia: in hoc actiua comprehendit.
Philosophus itaq; primo diuinam id est abso
lutam ipsius boni naturam per sapientiam cō
templatur. Deinde ad id bonum uelut ad fineȝ
humanas operatiōes dirigens. humana guber
nat. Hec autem gubernatio duo requirit. pri
mum/ut quid humana natura sit/et quo pacto
ducatur ad bonum/a malo remoueatur cogno
scat: quod quidem per prudentiā philosophus
agit. Alterum ut sic instituat hominum/et af
fectus et actus/sic temperet atq; cohibeat: ut
ad bonum quod sapientia ipsa inuenerat: et ad
quod prudentia deinde direxerat: facile tēdāt
Id uero per morales uirtutes efficitur: quas
omnes uno iustitie nomine plato complectitur
Atq; ex iis duobus humanorum gubernatio cō
stat. Eiusdem autem est scire recte unum ho
minem/familiarem ac reȝ publicaȝ gubernare
Quam ob rem qui moralis est: idem domius
ciuilis rex idoneus esset. Ex quibus concludi
tur in ipso philosophantis offitio hec omnia cō
tineri sapientiam: prudentiam: iustitiam: mora
lem: domesticam: ciuilem ac regiam disciplinā
per sapientiam diuina cognoscit: per prudentiā
iustitiamq; humana gubernat/dum rem suam
rem familiarem: rem. p. administrat. Eiusmōi
est philosophi ipsius officium: quod plato in li
bris de re publica latius explicat: in hoc signi
ficat breuius. Ac primo duas aliorum opinio
nes circa philosophi officium confutat. prima
uidetur uel solonis fuisse uel similis alicuius
dicentis id esse ꝙ plurima discere: secūda hip
pie sophiste uolentis philosophiam artium om
nium peritiam esse. His deniq; confutatis/sen
tētiam quam prediximus/breuiter innuit: So
crates ergo fingitur hec in scolis dionysii qui
grāmatice elementa platoni tradidit/aduersus
discipulos duos dionysii disputasse: deinde q̄
in scolis tractauerat: in corona familiarium su
orum a principio recensere.

Platonis dialogus de philosophia

:so:

Dionysii grammatici ludum ingressus
iuuenes quosdam uidi honestam pre
se ferentes indolem/claris ortos parē
tibus/cumq; iis una eorum etiam familiares
Aderant autem duo quidam adolescentuli in
uicem contendentes: que uero esset illorum q̄
stio haud satis aduerteram. Uerumtamen de
anaxagora uel enopide disceptare uidebantur
circulos describentes et īflexiones quasdā sū
mo quodam studio manibus imitantes. Ego
autem alterius illorum amicum iuxta quem se
debam/cubito tangens/intetrogaui cur ita cō
tenderent adolescentes/et num magnum quid
dam esset et pulchrum? in quo tantum studiuȝ
ponerent? Tum ille quid inquit magnū et pul
chrum. Nugantur enim isti de his: que subli
mia sunt: et philosophantes garriunt. Huius
ego responsum admiratus/o adolescens inꝙ/
An turpe tibi philosophari uidetur? cur ue tā
acerbe respōdes? Alter uero iuxta enim assede
bat emulus quidam istius/cum et me interro
gantem: et respondentem illum audisset/nō ex
pedit tibi socrates inquit/interrogare hunc an
turpe existimet esse philosophiam/nec ne/ Nō
ne intellexisti ipsum in tumiditate quadā et cra
pula atq; somnolentia uniuersam etatem egisse
ut credas aliud quicꝙ eum tibi responsurum/
ꝙ quturpe sit philosophia? Erat autem iste in
musica eruditus/alter autem quem carpebat:
in gymnastica. Uidebaturq; mihi oportere ali
um quē prius interrogaueram/missum facere
quoniam haud sane in disputando: sed in agen
do potius se ipsum demonstrabat expertum:
Interrogandum autem censui illum/q sapien
tiorem se ostendebat: ut siquo modo possem/
ab eo utilitatem aliquam reportarem: Dixi igi
tur ad eum in conmuni me questionem propo
suisse. Si aūt tu putas melius isto te respōsuȝ
illud idem te nūc interrogo: utrum uideatur ti
bi philosophari pulchrum esse an secus? Hec
fere dicētes nos audierunt adolescentes: atq;
obmissa ea que inter ipsos erat contentione ad
ea que differebamus/audienda/se ipsos silētio
parauerūt: Respondit autem ille mihi/et ual
de qdem ambitiose. Siqñ o so. philosophari
turpe esse ducerem/neq; me hominem putareȝ
neq; quēuis alium sic affectum. Innuens autē
in emulum dicebat hec/ea uoce/ut amici exau
dire possent. Hic ego pulchrū igit̄ tibi philoso
phari uidet̄? et maxime quidem inquit ille. qd
ergo inꝙ: num uidet̄ tibi fieri posse: ut noscat
quid turpe ne aliquid sit an pulchrum/nisi a
principio quid ipsum si nouerit? non: Nosti ḡ
inquam: ꝙ est aliquid philosophari? Noui

equidem: Quid est? Quid aliud q̃ secunduz
dicta solonis. Dicebat enim solon/senesco sem
per plurima discens. Et mihi quidem uidetur
semper sic oportere aliqd discere enim hominē
qui philosophus futurus sit/ siue iunior / siue
senior sit: ut in uita q̃ plurima discat. Atq; is
primo uisus est mihi aliquid dixisse. Deinde
mecum reputans interrogaui. an sibi philoso
phia polymathia id est multa discere uiderēt?
Et ille omnino inquit. Existimas pulchruz ali
quid solum esse philosophiam uel etiam bonū
Et bonum quoq; Utrum in philosophia id ꝓ
prium inspicis/an etiam in aliis eodem pacto
iudicas/ut uerbi gratia/studium gymnastice/
non modo pulchrum esse /sed/etiam bonum.
Tunc ille et ualde ironice duo diuersa protu
lit: Aduersus hunc inquit: dicatur: ꝙ neutrū
sit. Aduersus autem te o socrates et pulchrū
et bonum simul esse confiteor. Ergo ingymna
siis multum laborem existimas esse gymnasti
ce studium? Et maxime quidem inquit ille quē
admodum in philosophando multa discere /
philosophiam puto. Atq; ego/credisne gymna
stice studiosos aliquid aliud appetere/ q̃ ut eo
rum corpora bene se habeant? Id ipsum inqt
Nium multi labores bonam corporis habitu
dinem efficiunt. Quonam pacto inquit ille ex
paucis laboribus robustum corpus fieri potest
At deinceps mihi uisus est gymnasticus ille
preuocandus esse/ut mihi ex peritia gymnasti
ce auxilium ferret. Illum deinde percontatus
sum. Quid autem tu taces o uir optime/hec
isto loquente? Num et tibi uidentur homines
ex multis laboribus/ an temperatis robur ac
quirere? Equidem o socrates asserere ausim
ex moderatis corpus bene sese habere. Unde
inq̃. Non uirum uigilantem dico et exuriētez
et insuetam spinam habentem/et curis extenu
atum. Et cum hec dixisset / delectati adolescē
tes arriserunt: Alter autem ille erubuit. Tūc
ego/quid tu igitur concedis ne nec paruos ne
q; magnos labores habitudinem bonam cor
poris efficere/sed moderatos/an repugnas cū
duo simus in disputatione concordes? Liben
ter quidem inquit huic repugnarez atq; aduer
sus eum ualerem id quod proposui/defendere

etiam si causam haberem minus ualidā. Nul
lius enim pretii est. uerum tecum nihil decet.
preter opinionem contendere/sed confiteor n̄
multas immo temperatas exercitationes bonū
corporis habitum hominibus prestare: Cibi
autem inq̃ multi/an moderati? Et cibi ait: p̄
terea compuli eum/ ut concederet reliqua om
nia que circa corpus uersantur/temperata qui
dem prodesse q̃ plurimum: pauca uero uel ni
mia nunq̃: Et ille moderata iuuare confessus
est/At que ad animam spectant/cum modera
ta adhibentur/conducunt? an potius inmode
rata? Moderata. Discipline autem non ne ex
iis sunt/que anime adhibentur et conferunt?
Consensit: Ex disciplinis itaq; que temperate
sunt: non que multe/utilitatem afferunt: Cō
cessit. Quem ego interrogare merito conueni
ret quales sunt labores atq; cibi moderati ad
corpus? In hoc tres una conuenimus: medi
cum uidelicet uel pedotriuem. i. exercitationis
magistrum interrogandum: Quem uero de
spargendis seminibus / quot moderata sint?
Agricultorem confessi sumus. At uero de se
mente et plantatione disciplinarum in anima:
quēnam merito ꝑcontabimur? quales uel q̃te
tēperate sint? Uerū deinceps cum ambiguita
tis pleni essemus/ego iocans inq̃ / uultis ne
postq; nos i hoc ambigui sumus/ab iis adoles
centibus id queramus? An forsitā erubescim̄
quemadmodum procos inducit homerus no
lentes alium quempiam preter se arcum inten
dere? Sed cum orationem meam grauiter fer
re uiderentur/alia quadam uia id inuestigare
agressus inq̃. Qualia esse debere coniicimus
que oportet philosophum discere? cuz neq; om
nia neq; multa sequi debeat? Suscipiens uero
sermonem sapientior ille ait: pulcherrimas at
q; maxime congruas animo disciplinas esse: ex
qbus maximaz quis gloriam in philosophia ꝯ
sequitur: maximam uero gloriam adipiscetur/
si singularum artium peritus esse uideatur: si
minus omnium plurimarum saltem: earumq;
presertim que estimatione sunt digne: ea pre
ceteris discens que liberos homines decent:
que ue intelligentie ratione/non manuuz mini
sterio perficiuntur: Tum ego/ sic inq̃ dicis:

quemadmodum in fabrica contingit? i qua fa
brum quidem ministrum uel ad summū quīq;
aut sex minis emeres: architectum uero neq;
dragmarum decem milibus. nam per omnem
greciam rari admodum reperiuntur? nunquid
tale aliquid ais? Ille me audiens id ipsum se
dicere confessus est: Eum mox interrogabam
utrum possibile esset: duas eumdem duz taxat
artes hoc pacto/ne dum per multas magnasq;
percipere. Ne ita me dicere putes o socrates
quasi philosophantem oporteat singulas artes
ad summum prosequi. quemadmodum artifi
ces: uerum ut liberum uirum eruditumq; de
cet ut potis sit percipere: que a quocunq; arti
fice proferuntur: pre ceteris omnibus qui pre
sentes sint: et ipse preterea ita mente coniecta
re/ut semper ipse elegantissimus ac sapientissi
mus presentium omnium in his que in quaq;
arte et dicuntur et fiunt/appareat: Atq; ego:
adhuc enim quorsum tenderet/ambigebam /i
telligo ne inq̃ qualem dicis esse uirum philo
sophum? Uideris enim mihi talez dicere/qua
les in certamine sunt pentathli. i. periti quinq;
certaminum erga cursores uel peltastas: i. clip
peatos iaculatores: Et enim illi a cursoribus
uel peltastis in eorum certaminibus superant̄
atq; secundum ordinem obtinent. Reliquoruz
uero athletarum primi atq; uictores. Tale ali
quid forte dicebas philosophie studium presta
re philosophis: ut ab iis qui in qua uis arte su
premi sunt/in eadem arte itelligentia superent̄:
dumq; secundum locum tenent/sequentes reli
quos antecedant / ut philosophus in singulis
facultatibus secunde sortis existat: Eiuscemo
di mihi uideris philosophantem uirum ostēde
re. Recte inquit o socrates accepisse uideris
que de philosopho dicta fuerunt: cum eum pē
tathlo comparaueris. Est enim proculdubio
talis: ut nulli negotio seruire penitus uelit/ ne
q; in aliqua re usq; ad summum elaborare: ne
propter unius exactam diligentiam in aliis om
nibus facultatibus quemadmodum artifices
omnino deficiat: sed omnia mediocriter tempe
rateq; attingat: post hanc illius responsionem
cupiens planius nosse quid diceret/ interroga
ui bonos uiros utiles ne an inutiles esse arbitra

retur? Utiles inquit o socrates: Non ne si bo
ni utiles/mali inutiles erunt? Consesit: Quid
autē philosophos uiros utiles uel inutiles pu
tas. Ad hec ille maxime omniū utiles esse phi
losophos asseuerauit. Age igit̄ dinoscamus
si tu quidem uera dicis/quomodo utiles nobis
sunt isti secunde sortis homines? Manifestū
enim est ꝙ singulis artem habentibus inferior
est philosophus: Annuit. Age inq̃ si uel tu
uel ex amicis aliquis tibi carissimus egrotaret
utrum ad curam ualitudinis philosophum illū
secundarium induceres: an medicum? Utrūq;
Ne mihi dicas utrumq;. Sed utrum potius?
Nullus inquit ambigeret: quin medicū et ma
gis et prius: Quid autem in naui fluctibus a
gitata: utrum te: et tua gubernatori: an phi
losopho conmitteres? gubernatori equidem:
et in reliquis omnibus: donec artifex aliquis
adsit/philosophus erit inutilis: Apparet inqt:
Philosophus igitur nunc nobis inutilis est /
cum artifices adsint. Confessi uero sumus bo
nos quidem utiles esse: malos inutiles: Coac
tus est deniq; confiteri: Quid ergo post hec
ab ste petam? An forsitan inhumanum est/ ul
tra perquirere? Quicquid lubet inquit: Nihil
aliud peto nisi ut iterum concedantur iam dic
ta: habent autem se in hunc modum. Confes
si sumus philosophiam bonum esse: et extare
philosophos: atq; ipsos philosophos bonos:
bonos autem utiles. malos contra inutiles.
Deinde concessimus: donec artifices adsunt:
philosophos in utiles esse et artifices adesse sē
per. Non ne concessa hec sunt? Sunt: Confi
temur igitur ut uidetur secundum tuam oratō
nem/siqdem philosophari est esse scientem ī ar
tibus eo pacto quo ipse dixisti: malos ipsos ēe
et inutiles: q̃ diu inter homines artes sunt.
Uerum non sic se habent o amice. Neq; philo
sophari est circa artes studiose uersari. nec mł
tis negotiis incumbere: neq; multa per discere
sed aliud quiddam. siquidem existimarem: et
absurdum hoc esse: et mechanicos appellari
eos qui artibus incumbunt: hoc autem modo
planius intelligemus an uera dicam si hoc mi
hi respondes. Qui equos recte domare sciūt/
utrum qui illos meliores reddūt/an alii? qui

meliores: Quid autem canes / num qui illos meliores reddere / iidem et recte illos cohercere sciunt? Omnino: Eadem ergo ars et illos meliores reddit et recte cohercet: Eadem. Quid autem / utrum que et meliores facit / et recte coercet / eadem cognoscit bonos et malos an alia? Eadem inquit: Uoles igitur inq̃ idez de hominibus confiteri: que optimos reddit homines / eamdem esse / que et recte cohibet / et qui boni sint / qui ue mali: cognoscit: prorsus inquit. Non ne quecunq; unum eadem et multos: et que multos unum? Ita: Et icquis preterea ceterisq; omnibus eodem modo: Eodem modo. Que nam scientia est / que intemperantes et legum transgressores ĩ ciuitate recte punit / non ne iudiciaria? prorsus. An uocas iustitiam aliam quandam preter istam? Non aliam: Non ne qua scientia recte castigant et puniunt / eadem bonos ac malos dinoscunt? Eadem: Quicunq; uero unum norit / plures quoq; cognoscet: Cognoscet: At qui multos ignorat / ignorabit et unum: Consensit: Si ergo equus existens / bonos ac malos equuos ignoret / se ipsum etiam / qualis est: ignorabit: Concessit: Et si bos cum sit / haud nouerit: qui sint boni ant mali boues / sese etiam qualis ipse sit ignorare cum necesse est: Ita est inquit: Eodẽ quoq; modo si canis fuerit: Cõfessus est: Nũc uero cum homo quis existens ignoret bonos homines et malos: non ne sui ipsius etiã ignarus erit? bonus ne sit an malus? Adnuit: Se ipsum ignorare / sapere est uel desipere? Desipe. Se ipsum itaq; nosse / sapere est: Confiteor inquit. Hoc igitur ut uidetur et inscriptõ que in delphis est / precipit: prudentiam: s. et iustitiaz colere: Apparet: Hac eadem et recte cohibere scimus: Adnuit. Qua ergo recte cohibere scimus / ea utiq; iustitia est. Qua uero et nos ipsos et alios dinoscere possumus: prudentia: Uidetur: Eadem igitur est iustitia atq; prudẽtia: Apparet: Quin etiam ciuitates tunc optime gubernantur / cum iniusti dant penas: Vera narras. Atq; hec ciuilis scientia est: Est inquit: Quid uero quotiens uir unus recte ciuitatem instituit / nomen illi conueniens non ne tyrannus et rex? Adnuit: Non ne tyrannica aut regia arte gubernat? Immo: he itaq; facultates eedem ac superiores sunt. Uidentur:. Quid uero cum uir unus domuz recte disponit / quod huic nomen maxime congruit? non ne economus ac dominus? Conuenit: Utruz et iste iustitia bene regit familiam: an alia facultate? Iustitia: Idem est igitur ut apparet rex tyrannus: ciuilis: economus: dominus: prudẽs iustus. Atq; una quoq; ars est: regia tyrannica / ciuilis / dominica / economica / iustitia / atq; prudentia: Uidetur: quid itaq; philosopho uiro: quotiens medicus de egrotantibus quicq̃ dixerit / turpe est nõ posse dicta illius assequi / neque ex se ipo aliquid cõiiectare: et quandocũq; alius quisq̃ aliorum artificum eodez pacto cum autem iudex aut alius quis eorum quos paulo ante retulimus: non absurdum in iis ñ assequi dicta: neq; per se ipsum coiicere? quidni esset ab surdum? o socrates in tantis rebus nihil habere quod consulat? Utrum igitur in quam et circa hec philosophum et pentathlum esse oportere dicimus: et secundas possidentẽ partes inutilem esse / donec aliquis ex superioribus adsit: uel primum quidem ipsum oportere domum suam nulli administrandam prebere: neq; secundas in hoc partes tenere: sed ex se ipso omnia castigare / iuste diiudicantẽ / siquidem eius familia recte administrari debeat. Adsentiebatur ille mihi. Atq; ego addidi: Si etiam sibi amicus aliquis uite sue rationẽ aut ciuitas: aliquid decernendum aut iudicandum committat: esset ne turpe illi o amice secũdum in iis esse? aut tertium: neq; ducem existere? Ita mihi uidetur: Absit igitur o uir optĩe ut philosophari sit plurima discere / artesq; tractare: Cum ista dixissem: sapiens quidem ille ex antedictis rubore affectus tacuit. Indoctus autem affirmauit sic esse: et ceteri omnes dicta laudarunt.

. Finis libri de philosophia .

Argumentum marsilii in librum de sapientia: qui theages inscribitur.

Distinguitur in hoc dialogo sapiẽtia / et ultimum distinctionis mẽbrum sic inuestigandũ adsummitur / ut quo pacto acquiratur: ab hominibus pateat. Prima partitiõe sapientia duplex dicitur Una absoluta: conditionalis altera: Absoluta que simpliciter absq; additione aliqua sapientia nominatur. Conditionalis / que non simpliciter sapientia / sed sapientia quedam dicta est. Illa sic definitur: Cognitio earum reruz de quibus haberi scientia potest: Habetur autem scientia de iis que semper eadem: et eodem modo sunt. huiusmodi sunt: summa rerum principia et eterne rerum omniuz rationes: hec autem diuina dicuntur: quo fit ut sapientia sit diuinarum rerum scientia: que quidem absoluta sapientia est: Conditionalis uero omnibus artibus et facultatibus est communis. Nam summitas cuiusq; artis sapiẽtia quedam uocatur: ut sapientia gubernatoria: sapientia aurigaria: sapientia militaris. Ex omnibus autem que cum additione sapientie nuncupatur / precipua est / que ceteris ut ministris utitur: cuiusmodi ciuilis sapientia est: Que quidem facultas commune ciuitatis et gentium: bonum coniiectans / definitur. hec tum ciuilis tum etiam regia disciplina uocatur: Cuius subiectum ciuitas est. finis commune bonum. ministre artes omnes. Offitia duo / leges cõdere / et conditas exequi: illud per prudentiã nomotheticam / hoc per iustitiam legalem et iudiciariam agit. Uerum quo pacto quis ciuilem sapientiam nanciscatur: inplurimis eius disputationibus plato dubitat. Et in presenti theage utrum ciuiles homines an sophiste / an contez platiui dum taxat philosophi eam doceant: q; a ciuilibus uiris / aut sophistis / aut soli cõtemplationi deditis discatur / in menone et hic quodammodo negat: q; illi ne filios quidem suos unq̃ docuerint. quod isti rationem boni non habeant: quod hi rerum humanarum experti minime sint. Restat igitur ut hec aut a philosophis et contemplandi et agendi apprime peritis percipiatur / aut diuina sorte contingat. illi nusq̃ reperiuntur. Unde in menone et ĩ theage diuino munere fieri asserit / ut in animos ciuium temperatos dei prouidentia boni ipsius intelligentiam et leges ad id ducentes infũdat Quam sane notionem hic ciuilem sapientiam in menone pro priori uocabulo uaticinium q̊ddam nominat: ciuilesq; uiros furentibus comparat. Sepe etiam ait nunq̃ amalis genus hominum cessaturuz: nisi aut legitimi philosophi dominentur / aut ii qui gubernant rem. p. diuina quadam sorte philosophentur: hoc autem libro cum socrates in sua membra sapientiam distinxisset / et hanc ciuilem sapientiam sub quadam ironie spetie: nec a ciuilibus uiris / nec a sophistis / nec a se ut a philosopho contemplationi dedito / theagem adipisci posse dixisset / subiunxit tentandam esse uim demonis / et deniq; uoluntatem dei precibus exorandam: quasi illinc ista discantur / et dei prouidentia per medios spiritus / sepe hominibus agendoruz oracula pandat: Eos autez ministros qui dei iussu bonorum ciuium et legiptimorum principũ mentes adbene gubernandum illuminant / dionysius areopagita principatus nominat. Esset hic fortasse de demone socratis disputandum / sed argumenti breuitas prohibet. Quin etiam Maximus tyrius: et hermas: et apuleius de hoc abunde disseruerunt: Inducit autem hic tres plato personas: demodocum ciuem atheniensem una cum filio suo theage sapientiam affectante: et socratem. Incipit uero a demodoci petitione dialogus.

Theages de Sapientia

Demodocus: Socrates: Theages

Adigebam o socrates quedaz priuatim tecum comunicare: siquidẽ ocium adsit: uel si sit negocium: neq; id magnum / uelim: tamẽ mea causa te ocium agere: so: Equidez ociosus sum: sed tui causa maxime. Si ergo quid dicere uis / licet. de: Uis ergo secedamus huc in proximum iouis liberatoris porticum? so: Ut lubet: de: Eamus ergo o so: Oẽs qdẽ plãte eodẽ se mõ habere uident: Et q̃ quidem ex terra oriũtur et aĩalia oĩa et hoẽs ipĩ. Eni ũ ĩ plantis facilimum hoc est nobis: qui terram

colimus/preparare quidem omnia/ante quam
plantemus et ipsam et plantationem: postq̄ ū
quod plantatum est/uiuit: tunc cultus ipsius
uarius est: et difficilis: eodemque modo: et
de hominibus uidetur. Ex meis enim rebus
ad alia coniecturā facio. Et enī hec mihi mei
filii siue plantatio/seu filii generatō appellanda
sit: omnium facilima extitit. Educatio autem
difficilis: et semper in timore/maximuz metuz
sui causa subeunti. Et alia quidem multa de h̄
dici possent. precipue uero cupiditas/que huic
nunc inest: uehementer me sollicitat: Est eniz
non ingenerosa. Uerum talis ut fallere possit
Cupit enim hic o socrates ut ipse ait/sapiēs ef
fici. Et ut mihi uidetur: populares quidā eius
equales in urbem uenientes suis sermonibus
hunc uehementer incitauerunt: quos hic emu
lari cepit: et mihi iam pridē molestus est phas
esse putans/me illius curam suscipere: ac pe
cuniam sophiste alicui/qui ipsum sapientez red
dat prebere. Mihi autem pecuniarum minor
est cura. Ueruz hunc existimo ob hoc eius stu
dium in periculum non mediocre incurrere.
hactenus igitur huic obstiti/consolans: sed po
stq̄ ulterius nequeo/opere pretium fore duco
ut sibi obtemperem/ne sine me frequenter cuz
aliis uiuens corrumpatur. Nunc autē ad hoc
proficiscor/ut eum apud aliquem sophistarum
sistam. Tu igitur per oportune nobis obuiam
factus es: quem quidem hac inre mihi consul
torem maxime cupiebam. Itaq; siquid habes
quod mihi in iis que audisti consulere queas
licet et expedit: so: Ceterum o demodoce consi
lium res sacra dicitur: quod si unq̄ ullum ali
ud/hoc est in primis/de quo queris. Nō enī
est diuinius aliquid de quo homo consulere q̄
at/q̄ de eruditione sui atq; suorum. Primum
igitur ego et tu conueniamus/quidnam pute
mus hoc esse/de quo consultamus/ne sepenu
mero ego quidem aliud illud existimem/tu itē
aliud. Ac deinde longe dissentiamus/ridiculi
quidem existentes ambo/et ego qui do/et tu q
postulas consilium/cum in nullo inuicem con
senserimus: demo: Recte quidem mihi dicere
uideris o socrates. Itaq; faciendum censeo:
so: Atq recte quidem ex parte/non tamen om

nino dicebam recte. nam paulisper id muto.
dubito enim ne forte hic adolescentulus alia
quedam q̄ que nos rebamur/cupiat: q̄ si alia
nos quoq; absurdiores essemus de alio consul
tantes. Rectissimum igitur mihi uidetur/ut ī
itium hic summentes: ipsum quid cupiat inter
rogemus: demo: Apparet id quod dicis/opti
mum esse: so: Dic igitur mihi/quod pulchrum
nomen est puero? quo noīe ipsuz uocabimus
de: Theages o socrates: so: pulchrum o demo
dice filio nomen imposuisti. Sed tu dic mihi
theages/cupis ne sapiens esse? ac dignum exi
stimas esse/ut pater hic tuus uirum inueniat/
qui te sua consuetudine sapientem reddat? the
Cupio: Sapientes autem utrum uocas homi
nes scientiam habentes: quecunq; illa sint que
scierint nec ne? the: Scientes equidem: so:
Quid igitur non ne te pater edocuit/que hic
nobilium uirorum filii docentur? scilicet litte
ras/citharam pulsare/palestram/et alia certa
mina? the: Docuit: so: Putas preterea aliqua
scientia indigere/de qua curam suscipere tui
causa patrem deceat? the: puto: so: Que ē igit̄
ipsa? dic nobis/ut tibi gratificemur: the: No
uit et iste o socrates/quoniam per sepe illi ena
rraui. sed de industria hec nunc tecum loqtur
quasi nesciat que cupiam: hoc enim modo et ī
aliis multis mecum pugnat: neq; uult alicui
me tradere: so: Atqui que hactenus aduersus
hunc ab te dicta sunt/testibus carent: nunc
autem me adhibe testem: atq; coraz me denuo
recense. Que nam est hec sapientia: quam ap
petis? Age si cuperes eam: qua homines na
uigia gubenant/et ego te rogarem qua nam o
theages sapientia indigens/patri succenses q̄
te apud aliquos a quibus sapiens reddaris/si
stere nolit: quam nam ipsam esse respōderes?
non ne gubernatoriam? the: Certe: so: Sin
autem illius cuperes eruditum te fieri: q̄ cur
rus reguntur/ac patri succenseres/ego uero ī
terrogarem/que nam esset hec sapientia? non
ne aurigariam responderes? the: Utiq;: socra
Quaz igitur nunc cupis? Utrum illam quidē
nosti: nomen autem ignoras? uel nomen etiaz
eius habes? themodoce: Et nomen equidē: so
Dic ergo qd est? the: quod aliud nomē huic cō

gruere quis diceret o socrates/nisi sapientiaz
so: Non ne etiam aurigaria/sapientia est? An
ignorantia tibi uidetur? the: Nullo modo: so:
An non sapientia? the: Sapientia: so: Qua ad
quid utimur? num qua scimus equorum iuga
regere? the: profecto: so: At gubernatoria nō
ne et ipsa sapientia est? the: Mihi quidem ui
detur: so: Num et ea est/qua naues guberna
mus? the: Ea utiq;: so: Ea uero quaz nunc op
tas/que nam sapientia est? quid ue illa scimus
administrare? the: Mihi quidem uidetur ea q̄
scimus hominibus imperare: so: Num qua e
grotantibus: the: Minime: so: Ipsa enim me
dicina est: non ne? the: Est: so: At qua canenti
bus scimus in choris precipere? the: Nequa
q̄: so: Musica enī est: the: Ita: so: Sed utrū
illa qua certantibus precipere nouimus? the:
Nequaq̄: so: Gymnastica enim est: the: Est:
so: Uerum qua quid facientibus? conare exp̄
mere/quēadmoduz in superioribus ipse narra
ui: the: Mihi plane uidetur ea: qua illis: qui
sc̄ ī ciuitate/precipit̄. so: Non ne ī ciuitate eti
am egroti sunt? the: Sunt quidem: sed n̄ istis
solum dico uerum omnibus q in ciuitate uer
santur: so: Intelligo quam artem dicis. Uide
ris enim non eam qua preesse nouimus meten
tibus: aut uindemiantibus: aut plantantibus:
aut serentibus: aut triturantibus. ipsa enim p
quam iis imperamus: agricultura est: the: est
so: Neq; rursus qua secantibus uel perforan
tibus: uel polientibus: uel torno aliquid faciē
tibus: nam hec ad fabros pertinet: the: Certe
so: Uerum fortasse qua iis uniuersis/et agri
colis: et fabris: et artificibus omnibus/ac pri
uatis cunctis mulieribusq; et uiris: imperita
mus: eam tu sapientiam dicis: the: Istam ip
sam o socrates iam pridem dicere uolebam: so
potes ne dicere an egistus/qui agamemnonez
apud argos interfecit: his omnibus imperauit
quos dixisti: artificibus. priuatis: uiris: muli
eribusq; uniuersis: uel aliis quibusdam: the:
Non aliis: sed iis omnibus: so: Quid autem
peleus eaci filius in phthia/non ne iisdem do
minatus est? the: Eiisdem: so: Periandrum
uero cypseli non ne audisti apud corinthios in
perasse? the: Equidem: so: Non ne eisdem in

eius ciuitate dominatus est? the: Certe: socra
Quid uero archelauz perdicce nuper in mace
donia imperantem/num iisdem existimas do
minatum? the. Equidem: so: hippiam autem pi
sistrati in hac urbe dominantem: quibusnam
prefuisse arbitraris? non ne iisdem? the: Quid
ni? so: Bacis uero et sibylla: et emedapus am
philytus: quonam pacto tibi cognominādi ui
derentur? the: Non alio q̄ uatum nomine: so
Recte dicis eodem modo conare: ut inuenias
quo cognomine hippiam et periandrum prop
ter eumdem principatum nomines: the: Cur
aliter q̄ tyrannos? so. Ergo quicūq; cupit mo
re istorum uniuersis suis ciuibus imperare:
dominationem tyrannicam appetit: seq; tyran
num fieri: the: Ita uidetur: so: Hāc tu optas
the: Uidetur ex iis que dixi. so: O scelestẽ no
bis ne more tyranni preesse cupis? Ac iaz du
dum succenses patri: qui te ad aliquē tyranni
dis preceptorem non miserit? Et te demodoce
non ne pudet/cum olim noueris quid iste con
cupiscat. Et si habuisses quo ipsum micteres
eum artificem illius sapientie quam appetit:
effecisses. Deinde inuides ipsi nec uis mictere
sed nunc uides. Cum uero te coram me accu
sauerit: consultemus simul ego ac tu. Est quo
ipsum mittamus/ut propter alicuius consue
tudinem sapiens tyrannus efficiatur? demo:
per iouem o socrates consultemus. Est enim
ut mihi uidetur consilio opus/et maximo: so:
Sine bone uir/interrogemus ipsum prius:
demo: Interroga: so: qui si euripide ad aliqd
utamur o theages? Inquit enim ille sapientes
tyranni sapientum consuetudine: Siquis ab
euripide peteret: qua in re sapientum consue
tudine ais sapientes esse tyrannos? quemad
modum si cum dixisset sapientes agricole sapi
entum consuetudine percontaremur: in quo sa
pientum: quid putas ipsum dicturuz/an aliud
q̄ in re rustica? the: Nihil aliud: so: eodemq;
modo si dixisset/sapientes coci/sapientum cō
suetudine/nosq; interrogaremus/qua nam in
re sapientum/quid aliud responderet/q̄ ī coq
naria? the: Id ipm: so: Quid si dixisset sapien
tes certatores sapiētū ꝯsuetudīe et nos ī q̄ sapi
ētū īterrogaremus: n̄ ne īcertādo respōderet?

themo Jmo: so: Postquaꝫ aũt dixit sapientes
tyranni sapientum consuetudine: si ĩterrogare
mus illum: qua in re o euripides sapieutum :
quid eum responsurum putas? the: per Joueꝫ
nescio: socrates: Uis tibi dicam? theages :
Ut lubet: so: hec sunt que ait anacreon ipsam
callicratem nosse. Audisti carmen? the: Audi
ui: so: Quid ꝗ? huiusmodi ne uiri consuetudi
nem cupis / qui particeps esset eiusdem artis /
cuius et callicrates cyane nata : sciretq; tyran
nica que callicratem nouisse poeta inqt? ut no
bis et ciuitati tyrannus efficiaris? the: Jã du
dũ me mordes socrates atq; irrides? so: Quã
obrem? non ne ais hanc te sapientiaꝫ optare: q̄
cunctis imperes ciuibus? Atq hec faciens /
aliud ne ꝙ tyrannus esses? the: Optarem eq
dē omniuꝫ hominuꝫ uel ꝙ plurimoꝝ tyrannide
potiri: quod idem de te ac ceteris omnibus ar
bitror: Uel potius deus esse. Uerumtñ non h
appetere dicebam: so: Quid tandē ē hoc quod
cupis? non ne ciuibus preesse? the: Nõ ui qui
dem / neq; ut tyranni / sed uolentibus: quemad
modum alii in ciuitate rationis compotes ho
mines: so: Dicis ergo qualis themistocles fuit
et pericles / et Cimon: et quicunq; alii in admi
nistratione rei. p. floruerũt? the: per iouē istos
inq̄: so: Quid uero si nobilem effici equestreꝫ
expeteres: et in ea arte sapientem / adquos nam
ut hoc assequereris: accederes preter ꝙ ad eq̄
stres? the: Ad nullos alios: socra: Quippe ad
hos ipsos qui equestri arte pollerent / et qui e
quis tum nostratibus tum alienis ꝙ plurimis
uterentur: the: Scilicet: so: Eodemq; modo si
sapienter iaculandi artem adipisci cuperes / ad
eos qui optime iaculentur / et qui multis tam
alienis ꝙ propriis utuntur spiculis / proficisce
reris: the: Mihi quidem uidetur: so: Age ita
q; postꝙ in ciuilibus erudiri uis: ad alios: ut
in iis sapiens fias / accedendum putas / ꝙ ad
hos ciuiles homines / qui disciplina ciuili sum
mopere ualent et utuntur ea tum patria : tum
aliarum ciuitatum et grecarum et barbararuꝫ
An putas ab aliis sapientiam consequi eorum
que isti soli cognorunt? the : Audiui socrates
sermoues quosdam / quos tuos asserunt ciuili
um uirorum filios / nihilo meliores quam cer

donum esse. Et mea quidem sententia uera di
cis. Jnsipiens ergo essem / si mihi persuadereꝫ
aliquem istorum mihi suam sapientiam tradi
turum / qui filios quidem suos minime iuuent
putaremq; posse me ulla in re circa hec cuiquã
prodesse: socrates: : Quõ te optime hominum
uerteres / si cum tibi filius esset: hec tibi nego
cia preberet / et ostenderet cupere in optimum
pictorem euadere tibi autem succenseret ꝙnul
lam in eò pecuniam horum gratia consumere
uelles / huius uero rei artifices pictores parui
penderet / neq; ab eis aliquid uellet discere / uel
tibicinas tibicen effici uolens / uel etiam citha
redos / haberes ad quid eo utereris / uel q̂ alio
illum mitteres / nolentem ab iis discere? the :
Minime per iouem: so: Nunc igitur eadē hec
aduersus tuum patrem faciens / miraris ne at
q; succenses / si dubitat ad quid te utatur / et
quo te mittat : postꝙ atheniensium in admini
stranda re publica prestantissimorum / cuicũq;
uoles conmendaturi sumus: qui tecum sine p̄
tio uersetur. et simul neq; argentum eroges / et
multo magis uulgo honoreris / ꝙ si aliis con
grediaris: the: Quid igitur socrates nõ ne tu
exbonis uiris es? Si me susceperis / sat habeo
neq; alium querã. so: Quid hoc dicis? demo:
Non male dicit o socrates : neq; mihi quicꝙ
hoc iocundius utiliusq; ut arbitror esse posset
ꝙ si huic tua consuetudo placeret: et tu cuꝫ eo
uersari uelles: et profecto pudore impedior di
cere ꝙ uehementer affecteꝫ. Jtaq; ambos uos
rogatos uelim: et te ut uelis hunc suscipere: et
te ne aliuꝫ ꝙ socrateꝫ queras: meq; maximis cu
ris et formidine plenis obsecro liberetis: quo
niam nunc uehementer timeo: ne hic cuiuspiã
alterius consuetudinem querat / a quo deinde
perdatur: the: Ne ulterius mihi timeas mi pa
ter / si huic persuadere potes / ut me suscipiat :
demo: Recte loqueris: et aduersus te o socra
tes omnis post hac sermo erit. Ego enĩ ut bre
uissime loquar: me simul ac mea omnia uel ca
rissima : quocunq; indigeas tibi libētissime tra
do: si hunc theagem susceperis: eiq; quoad po
teris: benefeceris: so: Equidem o demodoce
studiũ hoc tuũ ñ admiror: siqdē existimas ma
xime a me hũc iuuari posse. Nõ ē noui cui rei

maiorem diligentiam quisquis mentem habet
adhibere debeat: ꝙ ut filium optimum reddat
Sed unde tibi hoc ita uisum est / me uꝫ tuum
filium meliorem posse ciuem reddere ꝙ te ip
sum? Atq; unde hic sibi persuasit posse magis
a me ꝙ ab ste ad hanc rem iuuari? Jd eniꝫ ue
hementer admiror. tu enim primum me seni
or es: deinde multis ac maximis apud atheni
enses functus es magistratibus. Neq; alius
magis ꝙ tu a popularibus anagyrasiis ac reli
quis ciuibus honoratur. Jn me autem horũ
aliquid neuter uestrum uidet. Uerum si ciuili
um uirorum consuetcdines theages iste contē
pnit / aliosq; querit qui adolescentes instruere
profitentur / est hic prodicus chius et gorgias
leontinus et polus agrigentinus / aliiq; per mł
ti / qui adeo sapientes sunt / ut urbes adeuntes
nobilissimos et ditissimos iuuenes ad se ipos
adliciant: quibus licet quorumcunq; ciuium
uolunt / grata familiaritate uti : quibus persua
dent priori relicta consuetudine / cum ipsis cõ
gredi / magnum argenti pretium afferentes / ⁊
gratiam insuper maximam habentes: Ex iis ꝗ
decebat te ac filium tuum aliquem eligere: me
uero ad id elegisse non conuenit. Nullam eniꝫ
ex istis beatis et pulcris disciplinis profiteor.
uelim tamen mihi illas adesse: Uerum semper
nihil scire me dico preter exiguam quandam
amandi disciplinam: hac utiq; disciplina apud
quemlibet uehementior tum superioribus tuꝫ
etiam presentibus uiris esse uideor : the : Ui
des ne pater socratem hunc non multum fami
liaritatem meam recipere? Nam quantum ad
me attinet / paratus sum / modo ipse uelit. sed
hec omnia ille ioco aduersus nos dicit. Noui
enim meorum equalium et aliquanto senioruꝫ
non nullos / qui cum antea nullius essent exti
mationis / postꝙ familiaritate istius usi sunt /
breui omnium supremi illorum euaserũt / quo
rum infimi prius fuerant. so: Nosti quale hoc
sit o demodoci fili? the: Noui per iouem / ꝙ si
uolueris / talis fiam / quales il li fuerunt: so:
Non ita o optime: sed hoc te fefellit / quale sit
ego autem tibi dicam: Adest mihi diuina qua
dam sorte demonum quoddam a prima pueri
tia me secutum. hoc enim uox est / que cum fit

semper eius rei quam facturus sum / dissuasio
nem demostrat: prouocat uero nunꝙ. Quod
siquis amicorum mecum quandoq; aliquid co
municat / extatq; uox / hoc illa dissuadet / neq; fa
cere sinit. Cuius quidem rei uobis testes da
bo. Charmidem uirum bonum glauconisq; fi
lium noscitis : hic aliquando in nemea stadio
se exercitaturus mecum communicabat. Ac sta
tim ipso dicere incipiente / ꝙ se exercitaturus
esset / adfuit uox / atq; ego prohibui: sibi enarrãs
quemadmodum demonii uox extiterat / ne se
exerceret. Tum ille / fortasse inquit significat /
ꝙ me uictorem non euasurum. ego autem et si
uictoria non sim potiturus / tamen hoc in tem
pore me exercens / aliquid proficiam. Atq; ita
locutus / certaturus abiit: Opere pretium igit̃
est percontari quid sibi ex hoc certamine conti
gerit. Si autem uultis clitomachũ timarchi
fratrem interrogare quid sibi timarchus dixe
rit / quando propemodum moriturus esset ipe
simul et euathlus / stadii quidem excursor / qui
illum fugientem suscepit / referet uobis quid si
bi tunc dixerit: he: Quid nam? socrates : O
clitomache inquit / equidem quamprimum mo
riturus uenio / quoniam socrati obtemperare
nolui. Quid ue hoc inquit timarchus: ego di
cam: quando surrexit ex conuiuio timarchus /
et philemon philemonidis filius interfecturi
niciam hiroscamandri / soli enim insidiarum ii
conscii fuerant: timarchus mihi dixit. Quid
ais o sorrates? Uos quidem bibite : me uero
oportet alio exire / redibo autem paulo post / si
occasio contigerit. Tum mihi adfuit uox. Jta
que ne surgas inq̄ : solitum mihi a demone si
gnum datum afferens: quieuit ille. Deinde pa
ulisper conmoratus ardebat iterum eundi cu
piditate: dicens eo iam socrates. Et quia iteꝝ
uocem audiui / rursus illum cohibui : donec
ille tertio latere me cupiens clanculum / cum
ego mentem alio diuertissem se subripuit. Et
sic profectus ea peregit. ex quibus in mortem
incidit. Unde hec eadem fratri suo dixerat / ut
ego nunc uobis / se scilicet moriturum uenire
ꝙ mihi credere noluisset.
Audietis preterea ab iis qui in sicilia sunt q̄
deexercitus conflictu predixeram. Et preterea

quidem ab iis/qui illa nouerunt/audire licet. Tentare uero demonii signum siquid forte di cat/nunc etiam possumus. In expeditionem nanq; exiit neonus cali filius. Mihi autē signū adfuit/proficiscitur uero nunc cum thrasylo aduersus ephesum et ioniam militaturus. ego autem illum existimo uel interfectum iri/uel ī huiusmodi aliquid incursurum: et de alia ne gotiatione uehementer timeo. Hec omnia tibi ideo dixi/quia potentia hec huius demonii ifa miliaritates eorum qui mecum uersantur/om nia potest. Multis enim aduersatur: neq; licet his auxilium ferri: qui mecum inuito demone consuetudinem habent/quare impossibile est: mihi cum iis uiuere. Multis autem herere ñ prohibet/sed consuetudine nostra nihil omnio iuuantur: Quibus autem fauerit in ipsa fami liaritate potestas demonii/isti sūt/de quibus ip se sensisti: breui ē proficiunt. Sed eorum par tim hoc beneficium firmum habent atq; dura bile. pleriq; uero quoad mecum sunt/mirifice pollent. At cum a me discesserint/rursus nihi lo ab aliis differūt: hoc quandoq; accidit Ari stidi lysimachi filio. Nam mecum cōmorans/ breui multum profecit: postea uero in militia3 profectus est: rediens deinde offendit mecum esse thuchydidem mellisiū filium: hic autē thu chydides pridie mihi aduersarius in sermoni bus quibusdam extiterat. Cum me salutasset et quedam insup adlocutus esset aristides/thu chydidem inquit o socrates audio gloriari: et in quibusdam tecum etiam concertare: tanq̃ aliquid sit. Est inq̃ ut dicis: tum ille non ne meminit/inquid/ante q̃ tibi adhereret: tanq̃ mancipium se fuisse? Non uidetur inq̃/p deos At ego inquit ille ridiculus sum: Quid nam maxime inq̃? Quoniam priusq̃ hinc abirem/ cum quouis disputare audebam. neq; aliquo uidebar in disserendo deterior\adeo ut cetus prestantium uirorum audacter adirem. Nūc autem contra/fugio quemcunq; eruditum esse intelligo/adeo pudore abducor ob meam īsci tiam. Utrum igitur inq̃ e uestigio te reliquit ipsa uis? an paulatim? paulatim inquid. Quan do uero in te incessit/utrum accidit tibi aliq̃d a me dicenti: an aliter? Dicam o socrates rem

quidem incredibilem: ueram tamen. Nihil un quam a te ut ipse scis/didici: proficiebam aūt quotiēscunq; tecum essem: et si in eadem solu3 domo essem/non tamen in eade3 parte domus magis tamen quotiens eadem in parte. Et mi hi quidem uidebar multo magis/quando in eadem parte existens/aliquid te dicentem ītue bar: q̃ cum alio intuerer. Sed longe magis p ficiebam/cum apud te sedens/te tangebam: Nunc autem omnis habitus ille defluxit: Est igitur o theages huiusmodi nostra consuetudo Si enim deo gratum est/per multum quidem et breui proficies. sin contra/minime. Uide igitur ne tibi tutius sit ab aliquo illorum eru diri/qui ipsi in sua potestate continent utilitatē qua hominibus prosunt: quam a me fortuna quadam id assequi: the: Mihi quidem sic faci endum socrates uidetur: ut consuetudine no stra demoninm id tentemus. Quod si nobis adnuerit/recte omnia: sin minus/quid agēdu3 sit inuicem consultabimus: utrum alteri cui piam adhereamus/uel hoc diuinum quod tibi insitum est: precibus et sacrificiis: et alio quo uis pacto q̃ uates exponant placare conemur demo: Nihil ad hec o socrates huic adolescen ti repugnes. bene enim dicit theages. socra: Atq; si uidetur oportere sic agere/sic agamus

Finis de Sapientia

Argumentum Marsilii in menonem de uirtute.

Uatuor esse argumentationū genera quibus plato utitur/ exemplum/inductionem/ra tiocinationem/et enthymema et quo pacto fiant: satis in al cinoi cōpendio/quod et nos traduximus declarat. Ubi etiā tres platonicoru3/dialogorum species in uenimus/et quibus argumētationibus ingrit

dialogi specie uti soleat. Aut enim solum īq̃rit falsaue confutat dialogus/aut solum uera ex ponit ac docet/aut in utroq; uersat. primus ī quisitiuus et cōtentiosus. Expositiuus alter. postremus mixtus ē dictus. Menon aūt licet mixtus sit/maiori tamen ex parte cōtendit et ɔ futat: et omnes argumētationes attingit. Ut nisi quis ex aliis platonis dialogis q̃ ad expo sitionem magis q̃ ad disceptatione3 ptinēt/sen sa colligat/et menoni huic addiiciat/difficile summam disputationis huius elicere possit. ē aūt hec/q̃d uirtus sit et quomodo nobis adsit īquirere. Id socrates efficit/du3 quatuor me nonis. Aristippi: gorgie/et prodici de uirtute definitiones confutat: et definitionem suā post illas inductam geminis obiectionibus retrac tat. Ueritas quippe ex redargutione falsitatis elucet. Est aūt hoīs uirtus affectio siue ha bitus anime/quo potētia naturalis eius q̃ op time suum opus exercet: que definitio ī libris de re. p. traditur. Opus cuiusq; potentie tunc optime exercet/cū ad finē suu3 dirigitur. Qd̃ ad finē confert/utile dicit. Merito ḡ in hac disputatione cōmune uirtutis offitium id esse traditur/ut et actiones et ea q̃bus agendo uti mur/utilia reddat. Illa itaq; definitio huic di alogo consonat/cunctisq; uirtutibus ē cōmuis Uirtutū pfecto spēs plures sunt/pūrium ani me et actuū diuersitate/ī quibus una tū q̃ dic ta est cōis uirtutis rō semp inspicitur. Prima uis anime mēs ē/cuius actus ē ppetua contem platio ueritatis. Secūda rō/cuius actus ueri tatis īuestigatio. Tertia phātasia/cuius actus collectio eo3 q̃ sensus eius nūtii porrigūt: p q̃ illa discursus. Atq; he sūt uires anime: q̃ cogni tiue dicunt. Restāt tres alie quas appetitiuas uocāt. Uoluntas et irāscēdi uis et cōcupiscen di. Uolūtatis actus/appetere q̃ mens et ratio porrigit. Irascibilis/agredi q̃ ratio et phanta sia pponit. Cōcupiscibilis actus adsciscere: q̃ phātasia sensusq; obiiciūt. Sex insup istis due subiiciuntur: mouēdi et nutriēdi uigor: s3 he cu3 supioribus aut nihil aut uix et parū admo dum ī uirtute cōmunicant: Affectio mētis q̃ ɔ tēplationem pficit/sapientia est: que rationis ī daginem/scientia atq; prudentia: scientia q̃de3 indagationem eo3 que natura facit: prudētia

consultationem in iis que nos agimus. Que phantasie discursum/opinio recta/quam saga citatē q̃dam uocant: Iustitia uolūtatē et libe ralitas. Irascibilē fortitudo eiusq; pedisseque Cōcupiscibilē ɔtinentia simul et temperantia. His oībus id est cōe/ut quel3 ea3 sit affectio actū potētie naturalis pficiēs: du3 decorū red dit et utilem ad finem ultimū consequēdum. Uarie ūo uirtutes diuerso mō habent. Sapia q̃de3 natura: ē ē eterna rōnum omnium ī mē te ɔplexio/ppetuusq; ueritatis ītuitus. Scia p doctrinam philosophie q̃ reminiscētiā prestat/ acquirit: du3 rō q̃ pennas oli3 abiiecit/ad mē tem conuersa reminiscēdo iterū alas recupat. prudētia doctrina simul et longo usu rerū ad uenit. Recta opinio exēplis: auctoritate: īduc tione: sorte: Iustitia fortitudoq; et tēperantia ceteręq; morales uirtutes prudētie recteq; opi nionis legibus et exercitatione legiptima pfici untur. Unde duo hec moralium uirtutū prin cipia plato posuit/prudētiam et rectā opiniōe3 Quāobrem prudētia sepenumero totius mora lis uirtutis apud platonē nomen usurpat: Est et uirtus q̃dam ad rectam opinione3 adtinens q̃ legiptimi prīcipes ac ciues/īagēdo honesti/ cōtemplatōis tū expertes bonum publicu3 cu rant/quā ciuilē peritiam nominant. Ea3q; pla to facultatem et ī theage et ī presenti menone haud aliter q̃ sorte diuina/dari ciuilibus ho minibus disputat: hac ḡ summula q̃s mente3 platonis ī menone colliget: et huiusmodi pre missa distinctōe ɔtradictiones renuet/obiectō nesq; uitabit: Disputatōem uero illam de remi niscentia geometricisq; figuris ī argumēto tra ctare iccirco non placuit: qm̃ non ut principal sed ut accersoria est inserta: Argumentu3 au tem summa3 rei caputq; requirit. Singula q̃p pe discutere non argumenti: sed comētarii po tius est offitium.

Menon seu de Uirtute.

. Menon Socrates puer Anitus. :me:

OTES ne mihi ostendere socrates/ utrum uirtus doctrina: an exercitatio ne potius acquiratur? An forsitan nec doctrina nec usu ab hominibus comparetur/ uex ipa natura uel alio quoq̃ mō hoīb9 insit? so: hactenus omenō thesalici hoēs iter grecos

illuſtres tum eqſtri facultate tū etiam diuitiis
habiti ſt̄. Nunc autem ut mihi uidet̄ /ſapientie
quoqꝫ gloriaꝫ conſequentur: p̄ſertum amici tui
ariſtippi lariſſei cōciues. Atqꝫ huius rei cauſa
uobis gorgias extitit /q in urbem ueſtraꝫ ꝓfec
tus amicos ſibi ob ſapientiam ꝯparauit /cū reli
quos theſſalicos optimates: tum maxime alle
uadoruꝫ familiam /exqua amicus tuus ariſtip
pus originē ducit. Quamobrē ſic uos gorgias
aſſuefecit /ut ītrepide et alto animo īterrogan
tibus rn̄deatis: quemadmodum ſcientes decet
qppe et ipſe cōcedebat grecoꝝ cuiqꝫ rogare qc
qd uellet /ac ſingulis reſpōdebat. nobis o ami
ce menon contrariū ꝯtigit /ſiqdem ſapientia no
ſtra quodammō iā exaruit: atqꝫ ex iis locis ad
uos diuertiſſe uidet̄. Itaqꝫ ſiquē noſtroruꝫ ho
minū hoc pacto ꝑcontari tentaueris: nemo uti
que erit: qn tibi ſbridendo rn̄deat: O hoſpes
forte tibi beatus qdam uideoꝛ /ꝙ me noſſe exi
ſtimas utrū doctrina an alia q̄dam rōe uirtus
decerit: quam sic ardenter uideris appetere / ut
nemo unq̄ aliquid ardentius concupiuerit: al
Quam igitur curam adhibendam censes o so
crates? An potes ostendere? Mibi enim supra
quam dici possit / uera dixisse uideris: so: Pos
sum quidem / uerum conmuni consilio opus est
qua ratione quam optimi efficiamur. Ego eni
non te tantum uerum etiam me disciplina indi
gere dico. Nam unum solum est / quo ate diffe
ro: al: Quid? so: Curator meus melior est et
sapientior q̄ tuus pericles: al: Quis bic o so
crates? so: Deus. o alcibiades / qui me uetuit ā
te bunc diem tecum disserere: cui credens: as
sero te per nullum alium nisi per me claritatez
consecuturum: al: Jocaris o socrates: so: forsi
tan / uera tamen loquor / ꝙ ambo curatione idi
gemus: immo bomines uniuersi: ceterum nos
q̄ plurimum: al: Quod quidem ego indigeam
baud quaq̄ mentiris: so: Neq; etiam ꝙ ego ip
se: al: Quid igitur agendum? so: Nec besitan
dum / neq; etiam mollitie indulgenduz est o ami
ce: al: Non decet o socrates: so: Non certe:
sed simul consyderandum. Uerum dic mibi /
an optimi esse uolumus? al: Certe: so: Jn qua
facultate? al: Qua uidelicet uiri boni: so: Qua
nam in re boni? al: Jn rebus agendis: so: Jn
quibus? num in equestri negocio? al Non: so:
Ad equestres enim iremus: al: Profecto: so:
Nunquid in nauis gubernatione dicebas? al
Nequaq̄: so: Ad nautas enim iremus: al: ire
mus: so: Jn quo ergo negocio? et quorum bo
minum officio? al: Jn iis que clari boniq; atbe
niensium uiri agunt. so: Claros ac bonos pru
dentes ne an imprudentes appellas? al: prudē
tes: so: Jn quo quisq; prudens: in eodē bonus
al: Certe: so: Jmprudens autem malus? alci:
Malus: so: Calceorum sutor prudens ad cal
ceorum opus? al: prorsus: so: bonus ergo ad
bec? alcibiades: bonus: so: Quid uero in uesti
bus conficiendis: non ne cerdo iste imprudēs
alcibiades: ita. so: Malus ergo ad bec? alci:
Jta: so: Jdem itaq; secundum banc rationem
bonus atq; malus erit. al: Uidetur: so: An di
cis uiros bonos malos etiam esse? alcibiades:
Nequaq̄: so: Quos tandem bonos uocas? al
Eos qui in ciuitate preesse possunt: so: Nō tā

equis: alcibiades: non certe. so: At bominibꝰ
alcibiades: bominibus: so: Num bominibus e
grotantibus? al: Non: so: An forte nauiganti
bus? al: Non iis dico: so: Metentibus ne?
al: Neq; istis: so: Aliquid ne uel nibil facienti
bus? al: Facientibus: so: Quid tandem faciē
tibus id mibi declara. al: Conmertia inq̄ agē
tibus / atq; inuicem mutuo se utentibus / quem
admodum nos in ciuitatibus uitam agimus.
so: Nunquid imperare eos dicis bominibus /
qui bominibus utuntur? al: Aio: so: An guber
natoribus qui remigibus utuntur? al: Non:
so: Hec enim gubernatorie facultatis uirtus ē
al: Est: so: Fortasse imperare dicebas tibicini
bus qui canentibus presunt / choreisq; utunt:
al? neq; istis: so: Hoc nanq; ad facultatē chori
magistram pertinet / al: Omnino: so: Quid de
niq; uocas imperare posse bominibus / qui utū
tur bominibus? al: preesse bominibus conmu
nicantibus inuicem in rei. p: administratione:
atq; conmertiis: so. Que nam bec ars est? quē
admodum si te iterum interrogarē / que facul
tas efficit ut preesse sciamus in nauigatione cō
municantibus: al: Gubernatoria: so: Conmu
nicantibus autem in cantu / ut paulo ante dice
batur / que scientia preesse docet? al: Quam tu
nuper aiebas chori disciplina: so: Jn re. p. ue
ro conmunicantibus: quam scientiam uocas?
al: Bonum consilium o socrates: so: Num ti
bi uidetur gubernatorum ars carere consilio?
al: Minime: so: Est ipsa quoq; bonum consili
um? al: Mibi sane uidetur: so: Ad nauigantiū
salutem: al. Recte loqueris: so: Quid uero bo
num consilium uocas ad quidnam spectat? al:
Ad meliorem ciuitatis institutionem eiusq; sa
lutem: so: Qua nam re presente uel absente me
lius disponitur atq; seruatur? Ceu si ipse me ro
gares / quo presente aut absente bene se babēt
corpora: responderem utiq; sanitate presente:
morboq; remoto. Jdem et tu existimas? al: idē
so: Quod si idem queras de oculis eadem ra
tione respōdebo / pulsa cecitate: adbibito uisu:
Et aures curari fugata surditate / admoto uero
auditu: al: Recte: so: Ciuitas aūt quo remoto.
quo ue adbibito melior fit / ac melius instituit
al: mibi qdē uidetur o so: qn̄ amicitia est inter

ciues: odia uero et seditiones absunt. so: ami
citiam uocas consensionem? an dissensionem?
al. Consensionem. so: Per quam artem ciuita
tes circa numeros consentiūt? al: per aritbme
ticam: so. priuati uero / an non propter eandem
al. Nempe. so. Et unusquisq; secum ipse? al:
Certe. so. Per quam artem quisq; secum ipse
consentit de palmo et cubito uter qd ex iis ma
ior sit? non ne per metiendi peritiam? al: Quid
ni? so: Non ne etiam priuati inuicem atq; ciui
tates: al. Jmmo. so. Et de ponderibus eodem
pacto. al: Adsentior. so. Cōsensio igitur / quā
dicebas / que nam est? circa quid? que ars illā
prestat? Et enim ista consensio talis est ut īsit
rei publice et priuato unicuiq; ad se ipsuz et ad
alios. al: Consentaneum. so. Que igitur est?
ne pigeat respondere. at prompte enarra. al. re
or equidem esse amicitiam et consensionez qua
pater ac mater filium / et frater fratrem et uxor
uirum amantes consentiunt. so: Putas ne o al
cibiades uirum cum uxore circa lanificium cō
uenire / imperitum cum perita? al: nequaq̄ / so
Neq; oportet quidem / muliebris enim bec dis
ciplina est. al. Profecto. so / Quid uero muli
er cum uiro circa opus militare conueniet? cū
id baud quaq̄ didicerit? al. Minime. so: Uiri
le enim id rursus esse diceres: al. Equidem. so
Sunt ergo discipline quedam mulierum / que
dam uirorum secundum orationem tuam. al.
Quid ni? so. Jn iis itaq; mulieribus cuz uiris
consensus est nullus / al / nullus. so / Neq; ami
citia igitur / siquidem amicitia consensio quedā
est. al. non uidetur: so. Jdeoq; quatenus mulie
res officia sua exercent / non amantur a uiris:
al. Non apparet / so / neq; uiri etiam a mulieri
bus / dum uirilia tractant. al / non. so / Non er
go tunc optime ciuitates instituuntur / cum sin
guli operibus suis incumbunt / al. Ego tamen
id o socrates arbitror. so / Quomodo boc ais
amicitia sublata / qua presente confessi sumus
bene constitui ciuitates / aliter uero contra? al /
Atqui mibi uidetur ob boc inter bomines con
sistere amicitiam / ꝙ quisq; suum officium exeq̄
tur. so / Non tamen id paulo ante dicebas / nūc
autem quo pacto rursus ais consensione adbi
bita amicitiam fieri? an potest circa bec cōsen

sus existere / quorum ii quidem periti / ii uero i
periti sunt / al. Fieri non potest / so / Justa ne an
iniusta faciunt / cum singuli que ad se adtinent
execuntur / al. Justa profecto / so / Juste igitur
agentibus ciuibus in ciuitate non est amicitia /
al / Necessarium boc itidem uidetur o socrates
/ so / Quam itaq; dicis amicitiam siue consensi
onem / circa quam nos sapientes et consultores
esse oportet / ut boni uiri simus. neq; enim per
cipere possum que nam sit / aut in qbus existat
cum oratione tua interdum in eisdem inesse / n̄
nunquam ab eisdem abesse uideatur / al / per de
os o socrates neq; ipse quidem quid dicam itel
ligo. uideorq; iam diu me ipsum latuisse / cum
me turpissime babeam / so / Cōsidere decet. naz
si boc demum animaduertisses annos quīqua
ginta natus / arduum sane foret / te ipsum cura
re. nunc uero in ea es etate / qua id aduertere
decet / al / Quid igitur boc aduertentem facere
oportet? / so / Responde ad ea que interrogabo
te alcibiades. Quod si feceris / ac deus uolue
rit / siqua modo fides meis est uaticiniis adbi
benda / tu simul et ego melius nos babebimus
al. Jta erit quo ad me respondentem attinet.
so: age quid est se ipsum curare / ne sepe nos ip
sos lateamus / non curantes nos met / cum id
agere opinemur: Et quando id bomo agit?
num quotiens suorum / totiens et sui curaz ba
bet? al: Mibi quidem uidetur: so: quid? num
pedes tunc quis curat / cum eorum que pedum
sunt / sibi cura est? al: non intelligo: so: Dicam
ne esse aliquid ipsius manus quemadmodum
anulus est? al: Dico equidem: so: num alterius
membri q̄ digiti anulum esse censes? al: Mi
nime: so: Et pedis calceum eodem modo? al:
Jta: so: Cum calceorum curam babemus / tūc
pedum nobis cura est? al: baud satis te teneo
socrates: so: quid uero? o alci: uocas ne aliqd
rectā alicuius curatōem? al: Uoco: so: an n̄ cū
qd melius fit: tūc eius rectā curatōem ēe dicis
al: Dico: so: que ars calceos meliores efficit?
al: Cerdonica: so: Cerdonica igitur calceoruz
curā babemus: al: bac ipā nūqd et pedes etiaz
cerdonica? uel ipā potius / q̄ pedes reddimus
meliores? al: Jlla: so: pedes aūt meliores n̄ ne
q̄ et reliquū corpus? al: Uidet: so: Hec n̄ ne

Quid sit homo:

gymnastica? al: Maxime: so: Ergo gymnastica
pedes curamus / cerdonica uero illa que pedū
sunt: al: prorsus: so: Et gymnastica quoq; ma
nus: anularia uero illa que sunt manuum: al:
Sic est: so: Et gymnastica corpus / textoria au
tem et aliis facultatibus ea que corporis sunt
al: Omnino: so: Alia igitur arte unumquodq;
alia que illius sunt / curamus: al: Uidetur: so:
Non ergo cum sua quis / tunc etiam se curat.
al: Nullo pacto: so: Non enim eadem ars ut
uidetur que nos et que nostra curat: al: Non
apparet: so: Age itaq; qua nam arte nos ipsos
curare possumus? al: non habeo quid dicam:
so: At hoc tamen inter nos conuenit: q̄ non
qua nostrorum aliquid melius efficimus / nos
curamus: uerum qua nos ipsos ad meliorē fru
gem ducimus: al: Vera narras: so: Posse ne
unq̄ possemus que ars meliorem facit calceuz
nisi calceum ipsum nouerimus? al: Fieri neq̄t
so: Neq; etiam que anuluz efficit meliorē igno
rantes anulum: al: Ueruz: so: Sciemus ne un
q̄ qua arte meliores euadamus / q̄ diu nos ip
sos ignorauerimus: al: nunq̄: so: Utrum faci
le quiddam sit se ipsum cognoscere. ac ridicu
lus fuerit / qui templo apollinis id inscripsit /
an potius arduum quippiam / nec cuiusuis ho
minis opus: al: Mihi quidez o socrates / aliqn̄
uisum est facile hoc et cuiusuis officium esse:
non nunq̄ uero omnium difficillimum: so: sed
siue facile hoc sit o alcibiades siue difficile / no
bis sane sic se habet ut ipsum intelligentes / ēt
qua ratōe curandi sumus / intelligamus. Igno
rantes uero contra: al: Est ut dicis: so: Age q̄
modo ipsum quod ipsum inueniemus? foste ū
sic quid simus ipsi inuenire poterimus. At hoc
ignorantes nunq̄: al: Recte loqueris: so: Attē
de ergo per deum / cum alio ne quam mecum
tu nunc disputas? al: Tecum: so: Et ego nō ne
tecum? al: Et tu mecum: so: Socrates igitur ē
qui disputat? al: Est: so: Alcibiades uero qui
audit? al: Ita est: so: Non ne sermone uel rōe
socrates disputat? al: Quid ni? so: Disputare
autem et sermone uel ratione uti idem quodaz
modo uocas? al: Idem: so: Utens autem et q̄
utitur / non ne aliud? al: Quomodo dicis? so:
Quemadmodum cerdo incidit quidem circu
lari et semicirculari organo atq; aliis instrumē
tis: al: Est ut dicis: so: Non ne aliud quiddaz
est / qui diuidendo utitur: alia uero quibus uti
tur? al: Quid ni? so: Item aliud citharedus:
aliud quocum citharam pulsat? al: Aliud: so:
hoc paulo ante interrogabam / an utens et quo
utitur / semper aliud esse uideatur: al: Uidetur
so: Cerdonem incidere dicimus instrumentis
tantum an etiam manibus? al. Et manibus:
so: Et iis ergo utitur: al: Utitur: so: An nō et
oculis utens coria incidit? al: prorsus: so: utē
tem uero aliud quiddam ab iis quibus utitur
esse concessimus: al: Concessimus: so: Cerdo
igitur et citharedus aliud quiddam sunt / q̄ o
culi et manus / quibus utuntur: al: Apparet:
so: Non ne toto corpore homo utitur? al: Pe
nitus: so: Aliud utiq; utens / et quo utitur: al/
Sic est: so: homo ergo est a suo corpore aliud
al: Uidetur: so: Quid est igitur homo? alcibi:
Ignoro: so: Scis esse id quod corpore utitur
al: scio: so: Aliud ne utitur ipso q̄ anima? al:
nil aliud: so: An non imperans? al: imperās
so: Quin etiam neminem hoc aliter estimatuz
puto: al: Quid nam? so: quin ex tribus / unum
aliquid homo sit: al: Ex quibus? so: aut animā
uidelicet aut corpus: aut totum ipsum ex utris
q; compositum: al: Cur non? so: Ueruntamen
id quod imperat corpori hominem esse confes
si sumus: al: Confessi sumus: so: Quid igitur
homo? Num sibi ipsi corpus imperat? al: Nul
lo modo: so: subiici enim illud diximus: al: cer
te: so: Non est igitur hoc quod querimus: al:
Non ut uidetur: so. At utrunq; simul forsitan
corpori dominatur / atq; id homo est? al: forte /
so: Immo minime omnium: nam altero illorū
nō dominante: nulla coniectura est / ut simul utrunq;
dn̄etur: al: recte loq̄ris: so: Cū uero n̄ corpus
nec simul utrūq; sit hō / restat ut arbitror / aut ni
hil oīo hōem ēe / aut siq̄d ē / nihil aliud esse q̄
aīam: al: p̄rsus: so: Adhuc ne liq̄dius mōstra
ri tibi oportet / aīam esse hōem? al: Nō p iouez
hec ē sufficere mihi uident: so: Et si n̄ i ītegrū
hec discussa sunt / mediocrit tn̄ īducta ī p̄sentia
sufficiūt. Nā tūc demū penitus cōp̄hedemus /
cū īuenerim quod nūc / q̄a latiorē speculatōem
req̄reret / p̄mīsimus: al: Quid istud? so: quod
paulo añ sic ē dictū / q̄ prius ɔsiderādū sit ipm
quod ipm / nūc uero p eo quod q̄dē ē ipz quod

Nosce te ipsum:

ipm / ɔsiderauimus ipm unūquodq; q̄d ē: Idq;
forte sufficiet. Nihil ē in nobis ipis principa
lius esse q̄ aīam dicere possemus: al: Nō certe
so: Nō ne decens est ita putare / me silicet ac te
ɔspirare īuicē aīa ad aīam utētes sermonibus?
al: Et maxime q̄dem: so: hoc itaq; erat quod pa
ulo ante dicebamus / q̄ socra: cū alcibiade dis
putat orōe utēs nō ad p̄sonā tuam ut apparet:
sed ad alcibiadē uerba dirigens: hoc aūt aīa ē
al: Mihi sane uidet: so: Aiam ḡ nosse iubet:
q̄ precipit nosce te ipm: al: Uidetur: so: Qui
cūq; ḡ corpus cognoscit: sua q̄dez nō se ipsuz
nouit: al: Sic est: so: atq; ideo nullus medicus
ut est medicus / neq; gymnasticus ut gymnasti
cus sese nouit: al: Non ut uidetur: so: Multo
minus agricole aliiq; opifices se cognoscunt:
neq; ē se / neq; sua sed remotiora quedam secun
dum artes suas consyderant: iis ē intendunt /
q̄bus corpus curatur: al: uera narras: so: q̄re
si prudētia est se ipm cognoscere / nullus istorū
secundum suam artē est prudēs: al: Nō ut ui
det: so: Ob hoc mechanice artes iste: n̄ aūt bo
ni uiri disciplīe uident: al: p̄rsus: so: Nō ne
rursus q̄cū p corpis curā habet / sua q̄dem nō
tn̄ se ipsum curat? al: Apparet: so: at uero cui
pecunie cure sunt / nec se nec sua sed que p̄cul
a suis sunt: curat. al: Uidetur: so. Non ergo
suis indulget qui pecunias cumulat: al. recte /
so: Quisq̄s etiā corpus alcibiadis amauit un
q̄ non alcibiadē ipm / sed q̄ alcibiadis essent:
amauit: al: Uera loq̄ris: so: Qui uero te amat
amat animū: al: Necessario seq̄ ex ratione tua
uidetur: so: Non ne tui corpis amator / cū pri
mum species deflorescit: abiens deserit? alci:
apparet: so: at uero qui animum tuum diligit /
nunq̄ deserit donec ad meliorem frugem per
ueniat: al. Cōsentaneum: so: hāc ego ob causā
te minime desero / uex ī amicitia perseuero reli
q̄s senescēte corpe abeūtibus: al: o q̄ bn̄ facis
mi socrates? ne īposteruz me deseras obsecro:
so: at enitere ut q̄ pulcherrimus fias: al: cona
bor: so: Sic se tua res habet. nec fuit ūq̄ nec
ē ut opinor alcibiadis clinie filii amator ullus
preter unum et illū q̄dem amabilem / socratem
sophronisci et phanaretis filiū: al. Uera dicis
so: Nō ne dixisti me aliq̄tulum preuenisse / cuz
te salutatum uenissem? nam statuisse te ut prior
me ipe cōueniens interrogares / quāobrē solus
ego te n̄ reliquerī: al: sic erat: so. Hec p̄cipue du
bio causa: q̄m amator tui solus eram. ceteri ū
tuorum. Tua sane labuntur tempore. Tu aūt
nunc primum florescis. ac deinceps q̄dē nisi
ab atheniensi populo corrūparis: ac turpior e
uadas nunq̄ te deseram. Id enī uehementer
timeo. ne amator populi factus nobis corrum
paris: Multi enim et ingenui quidem apud a
thenienses id passi sunt. Naz bene personatus
est magnanimi erechthei populus sed illuz nu
datuz ɔtueri oportet. adhibe igitur hanc quam
dico cautionem: al. Quam? so. Exue illum pri
us o beate ac disce quecunq; scienda sunt: an
te q̄ tractentur ciuilia ut rem publicam adeas
ferens tecum alexipharmacum idest medicinā
probibentem mala. nequid aduersi aliquando
patiaris. al. Bene mihi dicere uideris o socra
tes: uerum conare iam nobis exponere qua rōe
nosmet ipsos curemus. so: non ne satis iam a
nobis insuperioribus definitum est? Quid enī
simus conuenienter supra conclusimus. Time
bamus enim ne in hoc decepti nosipsos forsi
tan lateremus. alicuius alterius non nostri cu
ram habentes: al: Est ut dicis: so: Deinde con
cessum est anime curam habendam semperq;
ad ipsam respiciendum: al. Manifestum est.
socrates: Corporum uero pecuniarumq; curaz
aliis relinquendam: alcibiades: Quid ni? so:
Quonam igitur pacto ista perspicue noscerem
post q̄ hoc intellecto nos quoq; ipsos intellige
mus? an forte per deos ipsam inscriptionem
delphicam recte monentem: cuius supra men
tionem fecimus non dum intelleximus? alcibi
ades: Quid nam animaduertens sic ais o so
crates? socrates: Dicam tibi quid suspicor hāc
inscriptionem nobis consulere. neq; uero pas
sim eius exemplar: sed inuisu solum inueniri
posse uidetur: alcibiades: Quomō id ais? so:
Contemplare tu quoq;: si oculo nostro quem
admodum homini consuluisset: Uide te ipsum
quomodo id admonuisse arbitraremur? non
ne ut in illud inspiceret oculus: ex cuius intui
tu se ipsum usurus esset? alcibiades:
Cōstat: socrates: Consideremus itaq; in quid

Nosce te ipsum:

potissimuz intuentes/illud ipsũ simul ac nos ip
sos uideremus: Al: In specula/ ⁊ alia huius
modi: so: Recte loqueris? sed oculo quo uide
mus/an nõ inest huiusmodi quiddã? Al: Ual
de: so. Nũ aduertisti ꝙ facies homis in oculũ
intuentis in oppositi uisu relucet uelut ĩ specu
lo/quam supremaz uocamus pupillam simula
chrum inspicientis existens? Al: Aduerti: so:
Oculus ergo ita demũ seipz cernit/cũ in oculum
inspicit: ĩidꝙ ꝑterea ĩtẽdit: quod oculi optimũ ẽ
et quo oculus ipse uidet: Al: Apparet: so: Si
autẽ in aliud quoddã hominis mẽbrum respe
xerit/uel in quoduis aliud/preterꝙ in id cu
ius hoc est simile haud quaquam se ipsũ ꝑcipi
et: Al: Uerũ: so: Oculus ergo cũ se ipm̃ uisu
rus est/in oculũ respicere debet: atꝙ in eũ ocu
li locum/in quo uirtus est oculi: Is autẽ uisus
atꝙ pupille acies est: Al: Sic est: so: Eodẽ pa
cto et anima. o. amice Alcibiades/Si se ipam
noscere uult/ĩ animã intueatur/in eumꝙ preci
pue locuz anime/in quo inest uirtus anime/sa
pientia/et in aliud cuius hoc ẽ simile: Al: Mi
hi quidem uidetur. o. socrates: so: Num repe
rire possumus quippiam in anima diuinius illo
circa quod intelligentia sapientiaꝙ uersatur?
Al: Nequaꝙ: so: Id igit̃ anime diuini simile
est: in quod sane quis in tuens: et omne diui
nuz/deum silicet et sapiẽtiaz cernens/sic seipm̃
prorsus agnoscet: alcibi. Apparet: so: Se ipm̃
uero cognoscere/prudentiam esse cõcedimus:
al: prorsus: so: Si autẽ nec nos ipsos cognosce
remus/nec prudentes essemus. possemus ne
nostra seu mala/siue bona cognoscere? al: quo
modo hoc fieri posset. o. socrates: so: In possi
bile tibi forte uidetur quenꝙ nõ cognoscentez
alicibiadem tamen que alcibiadis sunt/ꝙ alci
biadis sint cognoscere: al: In possibile per Io
uẽ: so: Nec nostra ꝙ nostra sint/nisi prius nos
ipsos: al: Nullo mõ: so: Si nostra ignoremus
nec ea que nostroꝝ sunt/intelligemus: al Non
ut uidetur: so: Non igit̃ recte oĩno cõsẽsimus/
cũ supra quosdã esse assereremus/qui se igno
rantes/sua tamen dinoscerent: Atqui nec ea ẽt
que suorũ: hec enĩ cuncta dinoscere unius atꝙ
eiusdẽ artis officium esse uidetur: seipsũ silicet
et que sua sunt et quẽ suoruz: al: Uidetur: so:

Atq sua ignorat/ignorat ⁊ aliena: al: Cur nõ:
so: Nũ igit̃ si aliena/ẽt que ciuitatũ sunt igno
rabit? al: necesse est: so Nunꝙ ergo hic uir ciui
lis esset: al: Non certe: so: Nec economicus ẽt:
al: Neꝙ hoc: so: Nec quod agit/intelliget: al:
Minime: so: ignorans autem/non ne errabit?
al: Maxime: so: Qui aberrat/an nõ male aget
et priuatim et publice? al: Quid ni? so: Male
agens non ne miser? al: Et maxime quidẽ: so:
Uniuero et ii quibuscũ hec agit? al: Et isti quo
que: so: Nemo itaꝙ felix esse põt nisi sapiens
bonusꝙ sit: al: Nemo. so: Sequitur ut mali ho
mines: miseri sint: al: Apprime: so: Non ergo
qui diues fit/sed qui prudens/miseriaz uitat:
al: Uidetur: so/Quãobrem nec menibus nec
nauibus triremibusꝙ atꝙ naualibus. o. alcibia
des nec multitudine nec amplitudine sine uir
tute ciuitas ad felicitatem indiget: al: non pro
fecto: so: Si recte ciuitatem gubernaturus es/
uirtute ĩbuẽdi sunt ciues: al: Quid ni? so: Nũ
dare quis põt aliis/quod ipse non habet? al:
at quo modo? so: Ergo uirtute prius ornatus
ipse debet esse/quicunꝙ non sibi tantũ ac suis
sed rei. p. ẽt ⁊ iis que adeã spectãt ĩparaturus ẽ?
al: Uera dicis: so: Nec igit̃ principatus neꝙ
licentia quodcũꝙ libuerit/faciẽdi aut tibi aut
rei. p. uerũ iustitia potius et prudentia cõparan
da: al: apparet: so: iuste eniz ac prudenter agẽ
tes et tu simul ⁊ tua res. p. deo gratũ opus ef
ficietis: al: Decẽs est: so: Et queãdmodum su
pra diximus/in diuinũ splendorẽ intuentes a
getis: al. Uidetur: so: Quin ẽt illuc respiciẽtes
uosmet uestraꝙ bona ꝑspicue discernetis: al:
certe: so: non ne sic recte atꝙ bene agetis? al:
agemus: so: Enim uero fide iubere paratus sũ
uos si ita uixeritis felices fore. al. Locuplex
certe fideiussor. so. Cõtra/si in iuste uixeritis
despiciẽtes in tenebras diuinitatis expertes/cõ
similia istis opera/ut consentaneum est/efficie
tis/uos ipsos penitus ignorantes: al: Uidetur
so. Cui eniz. o. amice alcibiades potestas adest
quodcũꝙ libuerit/cõficiẽdi: mẽte uͦ captus est
qd naz cõueniẽs ẽ/illi cõtĩgere? seu priuatus il
le quidem siue res. pu. sit. Ueluti si egrotanti
cuidaz libera licẽtia sit/rationez medici non ha
benti/sed tanꝙ tyrannidem exercẽti/ut nemo

eum absterrere ualeat/quid illi euenturum est
Non ne uerisimile est ut corpus corrumpat?
al: Uera loqueris: so: Quid uero/si in naui a
pud quempiam omnis licentia sit quodcũꝙ ui
deatur agendi/mente tamen et gubernandi pe
ritia careat/num cernis que sibi et sociis euen
tura sint? al: Opinor equidem illum se ipsum
una atꝙ socios perditurum: so: Non ne igitur
omni rei. publice omniꝙ imperio et domina
tioni/ubi uirtus deest/contingit ut male agat?
al: Necesse est: so: Non ergo tyrannis optime
alcibiades aut nobis aut rei. publice paranda
est/sed uirtus modo felices esse uelimus: al:
Uera dicis: so: Ceterum ante ꝙ uirtus ad
sit prestat uiro non modo puero/regi a meliore
ꝙ regere: al: Apparet: so: Non ne quod me
lius est idem et puchrius? al: Sic est: so:
Quod pulchrius/decentius? al: quid ni? so:
Decet itaque malum seruire: melius enim est:
al: Decet: so: Seruilis ergo prauitas: al/Ap
paret: so: liberalis autem uirtus: al: Ita est
so: Non ne o amice seruitus fugienda? al:
Maxime quidem o socrates: so: Aduertis quo
modo te nunc habeas? utrum liberaliter an
contra? al: Et maxime quidem ut mihi uideor
hoc sentio: so: Nosti ne quo pacto id quod nũc
te occupat/fugare queas? nolim enim istud in
claro homine nominare: al: Noui equidem.
so: Quomodo igitur? al: Si ipse uolueris o
socra: so: haud recte loqueris alcibiades: al:
At quo modo dicendum est? Si deus uolue
rit/al. Dico equidem/atque hoc insup addo ꝙ
periclitabimur figuras inuicem commutare:
tuam quidem ego induens/tu autem meam.
fieri enim non potest/quin ego te deinceps du
cam/tu autem a me ducaris: so: O generose
nihilo igitur meus in te amor a ciconia differt/
si postea prope te uelut in nido amorem alatuz
fouerit/ab illo iterum nutriatur: al: profecto
sic se res habet. et incipiam hinc iam iustitiam
meditari: so. O quam te uelim perseuerare.
Timeo autem nature tue diffidens huiusque
ciuitatis robur intelligens ne id me simul ac
te uincat.

Finis Alcibiadis primi

Argumentum Marsilii ficini florentini in Al
cibiadem secundum de Uoto.

Quoniaz secundus alcibiades
liber profecto sanctissimus de
uoto inscribitur summatiz col
ligendum est/quid uotum qd
in uoto petendum et quando
et quo modo. de finitio uoti
partim ab orpheo/partim a platone sumpta hec
est. Uotuz est ardens affectus casti animi deo
deditus/et quod bonum uidetur exoptans/
huic affectui zoroaster et orpheus subfumiga
tiones et characteres adhibuerunt: quotiens
ad secunda numina ꝑces dirigerent: Mercu
rius ac plato cum suꝑmi numinis maiestatem
uenerabant̃/externas oẽs cerimonias aufere
bant/solam ac purã fragantiã animi reliquen
tes: sed de his omnibus in nostris comentariis
diligẽtius. In uoto petendũ plato uult bonum
idꝙ ex eo patet/ꝙ petitionem hanc poete lace
demonioꝝꝙ ꝯprobat: eãꝙ tutam et prudẽti et ĩ
prudẽti esse putat: uotũꝙ huiusmõi et aquolibz
et semꝑ fieri posse: Petitionez uero certi cuius
dã et proprii boni tunc demũ esse securã/cum
prudentiam qs fuerit consecutus: alias autem
periculosam. Ubi multa de prudentia differit:
que tu uir omnium prudentissime Cosme lege
obsecro diligenter/ut quanti faciat prudentiaz
prorsus agnoscas. Uniuersalis ergo precatio/
qua bonũ solummõ petit̃/semꝑ fieri põt: ꝓpria
uero qua certum aliquod quod bonum uidet̃/
optatur: tunc facienda cum quid poscendum ẽ
quis nouerit: tunc id noscet/cum quid bonum
quid malum est: intellexerit. Id intelliget: cuz
a mente didicerit/discet. Cum se ad illam con
uerterit. Conuertet: cum purgauerit animam
tenebrasꝙ expulerit. purgabit cum se ipsum le
giptime philosophie dediderit. Tradet cum su
am ignorantiam recognouerit: Nosce ergo te
ipsum templo apollinis est inscriptum/nequis
temere deum oraturus accederet. Quo autem
ordine in oratione propria sit orandum. Mer
curius in orationibus suis et in eius hymnis
orpheus et pithagoras in carminibus aureis

docuerunt quorum ritus alias exponemus. Plato deinde hos theologos imitatus /in li. de pulchritudine orantem sic socratē introducit. O amice pan atq; cetera numina date obsecro: ut intus pulcher efficiar. Et quecunq; mihi extrinsecus adiacent/ intrinsecis sint amica Sapientem solum diuitem putem: Tantuz uero huius auri tradite /quantum nec ferre nec ducere alius ꝙ uir temperans possit: Quid petit so? Bonum. Quod bonū? Sapientiaz/ hoc est ueritatis diuine cognitionem : quam dare solus deus potest: quam accipere solus anim9 pulcher id est temperatus purus candidus ualet. Quid poscit in primis? ut dignum sapiētia faciat: Temerarii nempe hominis est munus aliquod quo indignus est petere. Quis diuina sapiētia dignus? qui lumen eius ferre paratus est. quis paratus? qui per continentiam primo deinde per temperantiam /postremo per sanctimoniam id est ciuilem /purgatoriam purgatiq; uirtutem animi /sic animum expiauerit /ut pulcher hoc est purus oīo nitidusq; euaserit: et uirtutem iam exemplarem /diuinam scilicet sapientiam solam: utpote thesaurum omnium diuitiarum optauerit. Idcirco socrates deum patrez omnium et ministros eius amice adspirare precatur: ut illorū benigno propitioq; fauore purgatus euadat. Corporea uero et externa leuiē pertransit /eligens illa sic se habere. ut tranqllam puritatem animi non impediant. Deinde pulchritudine hac iam parta /optat ut sapientiā solā hoc est dei cognitionem esse opulentiā cēz sufficientiamq; extimet /solamq; sitiat. Postremo quasi per antedicta paratus fulgidum hoc aurum diuine sapientie postulat. Neq; id superbe: neq; remisse tamen. Minimam quippe ueritatis cognitionem intemperati homines sortiuntur: summam et infinitam in se ipso deus amplectitur: magnam uero et amplam uir temperans adipiscitur. Tantum igitur huius auri postulauit /quantum solus ferre uir temperans ualet: hoc equidem esse aurum ignitū arbitror quod emendum Iohannes in apocalipsi precepit.

Alcibiades Secundus de Uoto.

Socrates Alcibiades :so:

d Eum ne o alcibiades precaturus accedis? al: Et maxime quidem o socrates: so: Tristitiam quādā pre te ferre uideris: et oculos in terram figere tanq̄ aliquid tecum ipse premeditans: al: At quid ad hec premeditatione opus est o so: so: Maxima ut mihi uidetur: nam dic per iouem obsecro: non ne putas deos que precamur et priuatim et publice: non nunq̄ partī concedere /partim minime? et aliis quidem annuere: aliis uero contra? al: Omnino quidem so: Non ne igitur tibi uidetur magna prouidētia opus esse: nequis se ipsum lateat: dum magna petit mala credens bona se poscere? dii autem in eo sint habitu /in quo rogantibus annuunt /quemadmodum edipum ferunt obsecrasse deum /ut filii de regno paterno ferro decernerent. Cumq; liceret presentium maloruz absolutionem poscere: alia insuper imprecabatur Unde ad effectum ista uenerūt: atq; ex iis alia multa et grauia: que referre singula nequaq̄ opus est: al: At tu furentem quidem hominez in exemplum adduxisti: nam quem putas sane mentis hominem audere talia petere? so: Insanire non ne contrarium est ei quod est prudentem esse? al: prsus: so: Num ex hominibus alii imprudentes /alii prudentes esse tibi uident̄? al: Uident̄ sane: so: Age itaq; ꝯsideremus qnā isti sint. Esse ē alios qdē īprudentes /alios v̊ prudentes /n̄ nullos insanos iā cōuenit: al: cōuenit: so: p̄terea bene ualētes aliq s̄t? al: Sūt so: egrotātes alii? al: Oīo: so: Nō ḡ iidem sūt al: Non certe: so: Sunt ne alii qdā/ q neutrū istoꝝ patiant̄? al: Nequaq̄: so: Necesse ē hominē uel egrotare uel n̄ egrotare: al: Uidet̄: so: De prudētia uero et īprudētia idē iudicas? al: Quomō dicis? so: Opinaris hōem aut prudētem aut īprudētē ēe oportere? An tertiū preterea mediū qddā q̊ nec prudēs nec īprudens hō sit? al: Nihil ꝑfecto: so: Necesse ḡ alterum istoꝝ pati: al: Apparet. so: recordaris ꝯcessisse te īsaniā prudētie ēe ꝯtrariam? al: Eqdē: so: Nō ne ēt nullā esse mediā passiōem /q̄ hōez n̄ prudētē nec īprudētē efficiat: al: Cōsensi quidē so: Qui ēt duo esse eidē rei cōtraria quo pacto possunt? al: Nullo: so: Imprudentia ḡ atq; insania idē esse uidentur: alcibiades: Uidentur:

: so: Si ergo om̄s imprudentes insanire dixerimus: recte dicemus: et ex tuis equalibus nec nō etate maioribus qcunq; sunt īprudētes /īsanos esse. Nō ne putas ꝑ paucos esse ī hac urbe prudentes /īprudentes plurimos? quos īsanos appellas: al: Equidē: so: An censes nos tutos inter nos īsanos ita uersari /qn percutiamur ab iis ac uerberemur /et q̄cunq; furiosi facere cōsueuere patientes /iā diu penas nō suisse daturos? Sed uide o beate /ne aliter se res habeat: al: Quo pacto se habet o socrates? apparet enim non ita esse ut putaram: so: Non certe ut mihi uidet̄: uex sic cogitandū est: al: Quomodo ais? so: Dicā tibi ponimus aliquos egrotantes esse? nec ne: al: Oīo quidē: so: Nū qd necessarium opinaris oēm egrotum cruciari dum taxat podagra uel febri uel lippitudine An etiā posse aliis morbis affici? cum multe sint morboruz speties p̄ter istas? al: Sic mihi uidetur: so: Omnis lippitudo morb9 tibi uidet̄ Alcibi. Mihi certe: so: Et omnis morb9 etiā lippitudo? Al: Non mihi qdem: nescio tamen qd asseram: so: Si dicenti mihi m̄tē adhibeas et ambo simul īuestigemus. Fere qō uolumus ꝯseq̄m? Al: Adhibeo ꝙ maxime possum: so: Nō ne ꝯuenit int̄ nos lippitudinem om̄em esse morbuz /nō omnē tn̄ morbuz lippitudinē esse? Al: Conuenit: so: Et recte qdem consensisse uidem̄. Et: n: febricitantes egrotant om̄s /nō tn̄ qcūq; egrotant /etiaz febricitāt /uel podagra aut lippitudine afficiunt̄. Sed omne quidem huiusmodi ꝯmunit̄ morb9 est: Differre aūt me dici dn̄t illoruz curationem: nō. n. omnes aut similes sūt: aut similit̄ ꝑtractant̄ /uex secūduz uiz ꝓpriam singuli morbi tn̄ sūt om̄s: Quemadmodum opifices aliquos esse ponimus: non ne? al: prorsus: so: Et cerdones et fabros sculptoresq; et ꝙ plurimos alios /quos referre singulos referre nil opus ē /que partes opificii discretas habent /ac omnes quidem opifices sūt: non tn̄ fabri omnes neq; corriarii neq; sculptores /at cuncti generatim opifices: al: Sic est: so: Eadē quoq; ratione īprudētiam inter se plurimi partiuntur /et qui maiorem sortiuntur imprudentie partem /īsani furentesq; uocantur: q uero aliquato minorem stolidi atq; attoniti:

Qui autem honestioribus uocabulis eadem significare uolunt /partim quidem magnanimos appellant /partim ineptos quidam non malos innocuos et īexpertos et stupidos. Inuenies quoq; alia multa nomina: quibus omnibus imprudentia significatur. Discrepant autem ut ī superioribus discrepare apparuit ars ab arte / et a morbo morbus. Tibi uero quid uidetur? al: Id ipsuz: so: Sed ut redeamus ūde digressi sumus /propositum fuit in disputationis exordio: qui prudētes qui ue imprudentēs essēt diiudicare. Conuenimus autem tales aliquos ēe non ne? al: Conuenimus: so: Prudētes existimas quicunq; agenda dicendaq; cognoscunt? al: Equidem. so: Imprudētes eos qui neutra uident? al Eos ipsos: so: Non ne qui utraq; h̄ ignorant /se ipsos latent et agentes et loquētes q̄ nō oportet: al? Apparet: so: Ex his hominibus unum o alcibiades edippum esse dicebam Repertes quoq; nostris temporibus plurimos non impetu concitos ut ille neq; putantes mala sibi ipsis: sed bona potius exoptare. Ille siqdem ut non optabat /ita nec putabat: sunt uero non nulli qui horum contraria patiuntur: Reor equidem te primum si forte deus ille adquē exorandum accedis /sese oculis offerēs /te prius q̄ aliquid obsecrares / interrogaret satis ne tibi sit atheniensium tyrannide potiri /quod si hoc quiddam exiguū estimares /adderet et grecorum omnium /et si uiderit te neq; istis etiam acquiescere /nisi totius etiam europe adiciat. neq; id quidem tibi sufficere nisi eadem die sētiant omnes alcibiadem clinie filium tyrannuz esse atq; ideo hec tibi concederet omnia: reor ī q̄ ab eo te īgenti cum letitia rediturum / ac si maxia bona cēs felicit̄ ꝯsecutus: al: Arbitror o so: et quēcunq; aliū qsqs eādez sortē assequeretur: so: Nō tn̄ eligeres aīe tue loco adēe tibi grecoꝝ oīuz atq; etiā barbaroꝝ tyrannidē: al: Nō ut opinor /qppe cū nullo mō usurus eēm. so: Quid si usurus qdē sis /male tn̄ et cū nocumēto? Neq; sic qdē: al: n̄ ꝑfecto: so: Cernis ḡ tutū n̄ ēe aut q̄ offerūt̄ /temere acceptare / aut optare /siqs ꝓpt̄ea icōmoda subiturus sit / ul̄ uitā ꝓtinus amissurus. multos aūt referre possemus /q cū tyrānidē affectasset /iq; illius adep

tionem ardenti studio contendissent / utpote
bonum aliquid adepturi/propter tyrannidem
circumuenti insidiis periere:puto etiaz audiuis
se te non nulla heri ac nouissime gesta: cum ar
chelaum macedonum tyrannum tyrannidis a
mantem delitias:aliquis huiuscemodi delitias
non minus ꝙ ille sitiens interfecit:ut tyrãnus
mox beatusq; futurus: Cum uero triduuz aut
quatriduum tyrannide potitus esset rursus ab
aliis ex insidiis oppressus periit: Ut autem re
feramus que non ex auditu percepimus /sed ip
si nos presentes inspeximus/uides insuper ex
nostris ciuibus quicunq; prefecturam exerci
tus affectantes nacti sunt illam/partim etiam
iis temporibus exules oberrare/ partim morte
damnatos esse. Et siqui forsitan in extremis pe
riculis et timoribus strenue rẽ gessisse uisi sũt/
non modo in ipso exercitu/uerum etiam postꝙ
in urbem rediere/non minoribus ab insidiato
ribus ciuibus ꝙ a militibus calumniis affec
ti sunt: ut pleriq; illorum optauerint deniq; se
priuatos uixisse potius ꝙ in publico munere.
Quod si pericula et labores huiusmodi/ad ali
quam nobis utilitatem afferrent/profecto hoc
studium non nihil rationis haberet. Nunc ue
ro longe contra res se habet. Inuenies prete
rea eodem pacto non nullos homines: qui fili
os uotis exoptant/at cum filios adepti sunt: ĩ
calamitates doloresq; maximos incidunt. Naz
pleriq; cum nati per omnem etatem improbi ꝑ
seuerent/uniuersam uitam merore conficiunt.
Qui uero probos filios nacti aduerso quodaz
casu illis orbantur/nihilominus ꝙ superiores
illi miseri sunt: ut prorsus eligerent / nunꝙ se
filios genuisse. Et ꝙuis hec atq; alia multa hu
iuscemodi manifesta sint/raro tamen inuenire
tur qui uel a datis abstineret/uel si orando ĩ
petraturus esset/uotum omitteret: Permulti
etiam neq; ab acquisita tyrannide neq; a parta
pretura/neq; ab aliis innumeris/que cum pos
sidẽtur ledunt potiusꝙ prosint/discederẽt. q̃n
potius orarent sibi illa concedi siquando non
adsint. Interdum breue post tempus preteri
ta uota dannant: ad contraria recurrentes.
Quamobrem uereor equidem ne homines te
mere deos incusent/quasi mala ab iis inferan

tur: ii uero seu proteruitate quadam siue insipi
entia sibi ipsis dolores morte acriores pariunt
Quare prudens mihi uidetur poeta ille / qui
amicis insipientibus usus dum eos uideret et
agentes et orantes que illis minime conduce
bant/cum tamen eis utilia uiderentur/pro om
nibus sic ait. Juppiter rex optima quidem no
bis et uouentibus et non uouentibus tribue:
Mala autem poscentibus quoq; abesse iube:
Recte igitur et caute loqui poeta mihi uidetur
tu uero siquid habes in animo quod aduersus
hec proferas ne sileto: al: Difficile est o socra:
tes iis que bene dicta sunt /contradicere. Il
lud autem cogito quantum malum sit homini
bus ignorantia/quando quidem propter hanc
nos latet cum male quid agimus: et quod dete
rimum est/ob eam pessima nobis quãdoq; pre
camur: quod quidez nemo putaret: Sed illud
quilibet opinaretur: posse uidelicet se sibi ipsi
non pessima sed optima petere. hoc enim re ue
ra execrationis cuiusdam non uoti simile esset
so: At forte o optime diceret quispiam te simul
ac me sapiẽtior haud satis recte nos loqui dũ
sic temere ignorãtiã uituperamus: nisi hec adii
ciamus q̃ nã et quoꝝ ignorãtia sit. Quibusdã
nanq; certo mõ affectis bonũ forte est ignoran
tia quẽadmodũ aliis malũ: al: Quid ais? Est
ne qcꝙ quod alicui quomõcũq; se habẽti/igno
rare aliq̃n ꝓstet ꝙ cognoscere? so: Mihi sane
uidet̃ tibi minĩe/al: Nõ per iouẽ: so: Eni uero
nec illud te aduersus matrẽ patrasse unꝙ uel
le iudicabo/quod orestez et alcmeona et siqui
tales fuere commisisse ferunt: al: bene ominare
ꝑ iouẽ o so: so: ñ decet o al: eũ q inq̃t te nolle
ista fecisse: iubere ut bene ominet̃: sed potius
siqs cõtraria diceret postꝙ facinus tã horren
du tibi uidet̃: ut ne ꝓnũtiari q̃dẽ facile debeat
putas orestẽ si prudẽs fuisset: et q̃d bonũ sibi
nouisset: scelus tm̃ ausurũ fuisse? al: Nõ certe
so: Neq; aliũ ut arbitror ullũ: al: Nullũ: so:
Malũ ẽ ut uidet̃ ignorãtia optimi et quod op
timũ est ignorare: al: Mihi sane uidet̃: so: Nõ
ne et illis et ceteris oĩbus? al: Fateor: so: Cõ
sideremus p̃terea et hoc q̃d euẽturũ esset/ si ti
bi quoq; adesset ignorantia q̃dã qua periclẽ nõ
cognosceres/dũ opinareris melius esse periclẽ

dam qua periclem non tum interficere/ ac sũp
to gladio ad fores illius properans interroga
res num intus sit? uolens illum duz taxat/nec
alium quemquam occidere/domestici autem il
lum intus esse responderent. Neq; tamen dico
te quicꝙ huiusmodi concupiscere: sed an uide
atur tibi/quod quidem nihil prohibet/ignorã
ti quid sit optimum/adesse posse interdum opi
nionem/ut iudices quod est pessimum: non nũ
quam optimum esse/An non tibi uidetur? al:
Omnino quidem: socrates: Ergo si domum
ingressus/uidensq; illum opineris alium esse/
num ipsum perimeres? alci: non per iouem ut
mihi uideor: socrates: Non enim quẽ sors of
ferret/sed quem statueras: non ne? alcibiades
Profecto: socrates. Nũ et si frequenter inua
deres/semper autem ignorares periclem/unꝙ
in eum irrueres? alcibiades: Nunꝙ: so: Ore
stem uero putas unquam manus inlaturuz fu
isse matri/donec eam minime cognouisset? al:
Non arbitror: so: Neq; enim ille quecunque
occurreret mulier/sed matrem suam duz taxat
necare decreuerat: alcibiades: Sunt hec uera
so: Itaq; hominibus sic affectis: et in iisdem o
pinionibus inuolutis ignorare talia prestat:
alcibiades: Uidetur: so: Uides iam ꝙ ignorã
tia quedam hominibus certo quodam modo
dispositis bonum quiddam est / non autem ut
tibi uidebatur malum? alcibiades: Apparet: so
preterea si uolueris quod deinceps in mediuz
afferetur mirabile dictu/discutere forte proba
bile tibi uidebitur. Alcibiades: Quid istud o
socrates? so: Uidetur sane ceterarum omniuz
scientiarum possessio nisi quis scientiam optimi
nactus fuerit/raro quidem prodesse/obesse ple
runq;: illi qui sit huiusmodi scientiis preditus
Sic autem considera. Non ne necessarium ti
bi uidetur: cum aliquid facturi uel dicturi su
mus/oportere nos prius quidez uel putare co
gnoscere uel uere cognoscere quod promptius
agere et loqui debemus? al: mihi plane uidet̃:
so: Num rhetores statim uel cum sciunt cõsu
lere uel saltem scire se putant/consulunt nobis
passim: ii quidem de bello et pace/ illi uero de
menibus construendis: uel de portibus prepa
randis muniendisq; et ut summatim dicam q̃c

quid ipsa ciuitas agit aduersus aliam ciuitatẽ
uel in se ipsa/rethorum consilio perficit: al Ue
ra narras: so: Uide et que secuntur/si fieri po
test/Uocas aliquos prudentes/ imprudentes
alios? al: uoco: so: et multos quidem imprudẽ
tes: prudentes ũ paucos? al: profecto: so: Nõ
ne ad aliquid respiciens/utrosq; nuncupas? al
Immo: so: An cum qui ista consulere norit ni
si sciat docere utrum melius/ et quid melius/
prudentem dices? al: Nequaquam: so: Neq;
ut arbitror quicunq; pugnare norit/ ignoret tñ
quando et quantum melius: al: Sic est: so:
Neq; siquis quempiam perimere sciat/et pecu
niis spoliare ac exulem a patria facere / nisi
sciat etiam quando et quem/melius sit: al Mi
nĩe: so: Quicunq; igitur horuz aliquid nouerit
modo adsit etiam scientia optimi: que quidẽ ea
dem et utilis scientia est/hunc forte prudentẽ
uocabis: al: hunc ipsum: so. prudentẽq; ipsum
dicemus sufficientem esse sibi et patrie cõsulto
rem. imprudentem uero contra: quid nam tibi
uidet̃? al: idẽ: so: Quid aũt siqs eq̃tare aut sa
giptare sciat/uel palestrã uel pugillariã uel ali
ud quoddã certũ exercere/aut aliud aliq̃d coꝝ
q̃cunq; ꝑ artẽ nouimus/q̊ noĩe appellas cũ q ĩ
telligit q̃d ĩ arte melius fiat? an nõ secundũ eq̃
strẽ artẽ/eq̃tẽ secundũ pugillariã pugilẽ: tibici
nariã/tibicinẽ: atq; ĩ aliis eodẽ mõ? an secus?
al: Sic certe: so: Nũ tibi uidet̃ q horuz aliq̃d
ĩtelligit/uir prudẽs appellãdus? an longe ad
huc abesse? al: Lõge ꝑ iouẽ: so: Qualẽ ẽ ciuita
tẽ eã putabis/q̃ ex peritis sagiptariis et tibici
nibus athletisq; ac ceteris artificibus cõstet/
sint ĩsuꝑ admisti militarẽ callẽtes artẽ et q ad
ĩterimendũ prõpti nec non inflati ciuiliũ reruz
administratores/desit aũt optimi scia/et q norit
q̃n et ad quẽ uno q̊q; illorũ uti ꝓstat: al: igno
bilẽ o socrates: so: Maxime hoc ut arbitror di
ceres/siq̃n cerneres unũquẽq; illoꝝ ambitiosũ
et plurimas sibi partes rei. p. partiẽtẽ ad hoc
ut potẽtissimus sit/potẽtissimũ inꝙ in eo quod
secũdũ artẽ ipam ẽ optimũ: ab eo uero quod si
bi et rei: p. optimũ/ꝓcul aberrãtẽ/q̃ppe q opi
nioni sine mẽte crediderit. Cũq; hec ita se ha
berẽt nõ ne recte diceremus hãc ciuitatem tu
multus ꝙ plurimi iniquitatisq; plenissimã? al:

Recte per iouem: ſo: An non neceſſarium no
bis uiſum fuit primum quidem putare nos co
gnoſcere uel re uera cognoſcere hoc quod ꝓm
pte facturi dicturi ue ſumus? al: uiſum eſt: ſo
Non ne ſiquis agit quidem quod nouit aut noſ
ſe exiſtimat/addit autem ſcientiam optimi / ſe
quitur ut utiliter agat ad ſe ipſum et ad rē.p?
al: Quid ni? ſo: Contra uero nec ad ciuitatem
neqꝫ etiam ad ſe ipſum: al. Ita eſt. ſo: Quid
autem/nunc tibi ita uidetur/an aliter? al: non
aliter: ſo: Dixiſti uocare te plures inprudētes/
prudentes pauciores? al. Equidē: ſo: Diximus
ne iterum plures ab eo/quod eſt optimum/ ab
errare: utpote qui opinioni abſqꝫ mente ut plu
rimun conſenſerint? al: Diximus plane: ſo: ꝓ
deſt igitur multis neqꝫ noſſe quicquam / neqꝫ
putare ſe noſcere. ſiquidem promptiores erūt:
ad illa efficienda/que uel noſcunt/uel cognoſ
cere opinantur. Agentes autem / ſibi nocebūt
crebrius ꝙ̄ conferent: al: Veriſſima loqueris:
ſo: Cum ergo dicebam reliquas omnes ſcienti
as/ſi abſit ſcientia optimi/obeſſe ſepius ꝙ̄ pro
deſſe illas habenti/num recte loqui tunc tibi
uidebar? al: Et ſi tunc minime/ nunc ſaltem o
ſocrates: ſo. Oportet itaqꝫ ciuitatem et animaꝫ
que recte uictura ſit/hāc proculdubio cōplecti
ſcientiam/quemadmodum egrotantem medicū
et qui proſpere nauigare uelit / gubernato
rem. Nam quo magis animus ſine hac ſciētia
circa diuitias uel corporis robur aut aliud ta
le uerſabitur/eo maiora ex iis peccata conmic
ti neceſſe eſt. Qui uero multis ac uariis artibꝫ
et ſcientiis ornatus eſt/ſit autem expers iſtiuſ
ſcientie/ductus a ſingulis aliis/non ne merito
multa tempeſtate iactabitur? quippe cum abſ
qꝫ gubernatore oberret in pelago breui tempo
re periturus? huic certe conuenire uidetur / il
lud poete carmen: in quo quendam uituperās
inquit: Multa quidem nouerat/ſed male noue
rat omnia: al: At uero id poete dictuꝫ nihil mi
hi uidetur propoſito noſtro congruere: ſo. Im
mo quadrat penitus: uerum per enigmata: et
iſte et ceteri ferme omnes poete locuntur: Eſt
enim ipſa natura uniuerſa poeſis enigmatum
plena/nec qui uis eam dinoſcit. Ad hāc illius
naturam accedit/ ꝙ ſiquando inſit in homine
inuido nolente ſua ſenſa ceteris hominibus re
uelare/mirum eſt ꝙ̄ difficile cognitu ſit quod
poeta ſenſerit. Neqꝫ enim homerum diuiniſſi
mum ſapientiſſimumqꝫ poetam ignoraſſe putes
ꝙ ſcire male impoſſibile ſit: ipſe eniꝫ ē qui iqt
margitem multa quidem ſcire/male autem ſci
re omnia. ſed enigmate ſenſum occultat. ut ar
bitror/male pro malum/ponens: ſcit autem ꝓ
ſcire. Unde compoſitio quedaꝫ extra carminis
menſuram conficitur: quod uero ſentit/hoc ē.
Multa quidem ſciuit: ſed malum ſibi fuit hec
omnia ſcire: patet igitur ꝙ ſi erat illi malū mlͭ
ta ſcire/ipſe quoqꝫ malus erat: ſiqua fides ſu
pradictis ſermonibus adhibenda eſt: al: Mi
hi certe uidetur o ſocrates. Quibus enim uer
bis crederē unqꝫ/niſi iis credam? ſo: Et recte
quidem tibi uidetur: et mihi rurſus eodem mo
do: ſed age per iouem: uides ne quanta qualꝫqꝫ
ſit in hoc ambiguitas? in hac ipſe uerſatus eſſe
uideris: ſurſum enī deorſumqꝫ iactatus/nuſqꝫ̄
ſane conſiſtis: ſed quod olim aſſeuerabas/nūc
dannas. Si forte deus quem oraturus acce
dis/oculis ſeſe tuis obiiciens/anteqꝫ̄ uoueas/
ita roget/an tibi aliquid ex iis que in principio
dicta ſunt. habere ſatis ſit/uel tibi licentiam ꝑ
ſtet quod lubeat poſtulandi/quid nam tibi op
portunum fore putares? uel acceptare que de
us offerret uel poſcere? al/per deos o ſocrateſ
quid reſpondeam non habeo. ſed inſanum qd
dam mihi uidetur/temere deum precari/ac di
ligenter conſyderandum nequis ſe ipſum late
at/mala petens/dum bona ſe putat orare. Ac
paulo poſt/ut tu dicebas ad contraria uota ſe
transferat: ſo: Non ne prudentior nobis poeta
cuius in principio diſputationis mentionem fe
cimus: qui precabatur mala etiam ab oranti
bus abeſſe? al: Mihi quidem uidetur: ſo: La
cedemonii quoqꝫ o alcibiades/ſiue hunc poetā
imitantes/ſeu ex ſe ipſis animaduertentes idē
uotum tam priuatim ꝙ̄ publice ſeruant/ oran
tes deos/pulchra cuꝫ bonis ſibi tribuere: nec
plura illos precari quis audiret. Neqꝫ tamen
ad hec uſqꝫ tempora minus ꝙ̄ ceteri homines
felices ſunt. Siquid autem illis unquam mi
nus proſpere ſucceſſit/ non eſt oratio illorum
in cauſa. quando quidē in diis eſt ut arbitror
que precamur/tribuere uel contra. Volo inſu
per aliud quiddam tibi referre/quod aliquan
do a ſenioribus quibuſdam accepi: Dicebant
enim accidiſſe/ut quotienſcunqꝫ bellum atheni
enſes cum lacedemoniis gererent / noſtri tum
terra tum mari infortunati eſſent: nec uictores
unqꝫ̄ redirent: qua re perturbatos athenienſes
cum non haberent quibus machinamentis tā
tam uitarent calamitatem/decreuiſſe ammoneꝫ
conſulere quam ob cauſam dii lacedemoniis:
potiuſqꝫ̄ athenienſibus uictoriam largirentur:
cum ipſi tamen ſacrificia tum plura tum decē
tiora ꝙ̄ reliqui greci offerrent/ſimulacris do
niſqꝫ templa ornātes/ut nemo alius pompaſqꝫ
quot annis ſumptuoſiſſimas: et uenuſtiſſimas
celebrarēt. et omni ſumptu qui ad rem diuinā
ſpectat cunctis grecis magnificentiores exiſte
rent. Cum lacedemoniis nulla eſſet iſtorum cu
ra adeo circa diuinum cultum parcis / ut ani
malia mutilata paſſim mactarent: et in aliiſ om
nibus cerimoniis longe admodum parcioribꝫ
ꝙ̄ athenienſes/cum tamen pecuniarum nume
ro a nobis nō ſuperentur: potiuſqꝫ̄ hec dixiſſet
nuntius interrogans quo pacto a preſenti cala
mitate liberari poſſent/non multa ad hec reſpō
diſſe prophetam: deum enim non permictere:
uocantem uero athenienſium nuntium in hunc
modum fuiſſe locutum. Hec dicit ammon/pla
cere ſibi magis lacedemoniorum benedictionē
ꝙ̄ reliquorum cuncta grecorum ſacra: n̄ plura
iis reſpondiſſe. Benedictionem uero nullā ꝓr
ſus aliam deus mihi dixiſſe uidetur: ꝙ̄ illoruꝫ
orationem: per multum enim illa a ceteris dif
fert. Reliqui nanqꝫ greci partim auratis corni
bus boues ſacrificantes/partim donariis egre
giis templa ornantes/quecunqꝫ occurrunt/ſeu
bona ſiue mala a diis petunt. Dii uero cuꝫ illoſ
imprecantes audiunt ditiſſimas illorum pom
pas et ſacrificia non acceptant: Quamobrem
diligenter conſyderandum mihi uidetur/quid
dicendum ſit/quid ue non dicendum. Inueni
es quoqꝫ apud homerum alia horum ſimilia.
Inquit enim troianos cum ſuburbanum edi
ficium molirentur/ dicare diis inmortalibus
pretioſa ſacrificia boum. Nidorem uero ex li
tore ſuauem/ad celum uſqꝫ uentis extolli. ſed
beatos deos illo minime ueſci/quippe quibus
ilion et priamus et priami populus odio ſint.
Itaqꝫ nil troianis proderat/cum aduerſos de
os haberent/ ſacra ac munera temere illis of
ferre. Neqꝫ enim eiuſmodi ē dei natura /ut du
catur muneribus quemadmodum improbus
fenerator. Sed nos nimium deliramus/ſiquā
do nos lacedemoniis propter munera acceptio
res deo eſſe ducimus. Et enim graue eēt/ſi de
us ad donaria et ſacrificia noſtra reſpiceret po
tiuſqꝫ̄ ad animum/utrum iuſtus ſanctuſqꝫ ſit:
Ad quem equidem deum arbitror multo ma
gis attendere ꝙ̄ ad multi ſumptus pompas at
qꝫ ſacra: que nihil prohibet eum qui multa in
deum homineſqꝫ peccauerit/ſeu priuatus ſit ſi
ue res.p. ſingulis annis perficere: Deus auteꝫ
utpote a muneribus incorruptus ſpernit: hec
omnia ut ipſe eiuſqꝫ propheta predixit. Unde
perſpicuum eſt et apud deum et apud homīes
ſane mentis/iuſtitiam et prudentiam precipue
honorari. Prudentes autem iuſtiqꝫ ſunt / qui
ſciunt/que erga deum et homines agere: atqꝫ
dicere deceat. Cupio tamen ex te audire quid ī
iis ipſe ſentias: al: Mihi uero o ſocrates haud
ſecus ꝙ̄ tibi ac deo uidetur: neqꝫ enim phas eſ
ſet a deo me diſſentire: ſo: Recordaris dixiſſe
te in plurima dubitatione diſcriminequ uerſari
ne te ipſum lateres cum mala quandoqꝫ probo
nis optares? al: Memini: ſo. An uides nō ſa
tis tutum tibi eſſe ad orandum pergere/ne qn̄
te deus audiens imprecantem iſta tua ſacrifi
cia renuat: Aliud uero quiddam fortuitum re
portes. Mihi ergo uidetur operepretium eſſe
quietem agere: nam oratione lacedemoniorum
ꝑꝑ magnanimitatem: id enim nomen honeſtiſ
ſimum eſt omnium/quibus inſipientia ſigniſi
catur: non exiſtimo uti te uelle. Quare neceſſe
eſt expectare donec diſcatur: quemadmodum
ad deum atqꝫ ad homines habere ſe deceat/al
autem ac pietas cura deorum: sic ne o euthy phron asseris? euthy: Assero: so: An nō cura omnis idem intendit/ut quiddā huiusmōi/bo num et utilitatē ei quod curatur/afferre? ut eq ab equestri diligētia iuuanᷣ: ac meliores eua dunt: An non sic uidenᷣ? euthy: Mihi plane so: Et canes a uenatorum peritia: et a buccoli ca boues/ac reliqua cuncta similiter. Num in dampnum eius quod curatur/curam tendere putas? euthy: Non per iouē: so: Ad utilitatez uero? euthy: Quid ni? so: Sãctitas quoq; cuz deorum cura sit/diis ne ꝓdest? ac meliores ef ficit? Atq; id ipse concederes/ut cū sanctuz qp piam peragas/deoꝝ aliquē facias meliorē? eu thy: Nunq̃ꝫ per iouē: so: neq; ego o euthyphrō id te dicere arbitror: longe enĩ a me suspitio hᷓ abest. propterea te rogaui qualem ne curã deo rū diceres: non existimans huiusmodi quãdaz te dicere: euthy: Et recte quidem o socrates: non enim talem assero: so: age que nã deorum cura sanctitas erit? euthy: Qua o socrates ser ui dños curant: so: Intelligo: ministra quedaz deoꝝ ut uidetur/cura hec erit: euthy: prorsus so: potes ne dicere/ad quid suppeditet medicis cura medicoꝝ ministra? nō ne ad sanitatem? euthy: Ad hanc ipsaz: so: Ministra uero facul tas eoꝝ qui naues construunt/ad qd illis mi nistrat? euthy: Ad nauis fabricam: so: Et que domoꝝ edificatoribus non ne ad domus con strutionem? euthy: Immo: so: Dic itaq; mihi uir optime/cura illa ministra deorum/ad cuius operis effectionem diis obseqtur? ꝑspicuum ē te scire: cum diuina te nosse pre ceteris omni bus affirmaueris: euthy: Et uera loquor o so crates: so: Dic ergo per iouē qd est mirificum istud opus quod dii nobis ministrantibus faci unt? euthy: Multa profecto ac pulchra o socra tes: so: Exercitus quoq; duces multa et pul chra efficiunt o amice/ueruntā precipuum di ceres opus illorum esse/in prelio superare: an nō? euthy: Quid ni? so: Multa ꝑterea atq; pul chra ut arbitror/agricultores: summa tamen illorum est: ex terra alimenta colligere: euthy: prorsus: so: Multorum uero: pulcrorumq; fa cinorum que dii perficiunt/que naz summa exi stit? euthy: Etiam paulo ante dixi o socrates:

prolixi operis eſſe hec omnia pfecte comprehēdere. Sic aūt nunc tibi ſimpliciter dico : ꝙ ſi quis grata diis loqui et agere nouit / uouens : atq; ſacrificās / hec ſancta ſunt : atq; hec officia tum domos proprias tum ciuitates conſeruāt Cōtraria uero impia ſunt / et uniuerſa peruertunt ac perdunt : ſo : paucioribus admodum o eutyphron ſi uoluiſſes / ſummam coruz que rogabam explicuiſſeſ / ſed uideris nequaꝙ̄ promptus et libēs ad me docēdū accedere : et nūc uti ꝙ poſtꝙ̄ id pſenſiſti / dehortatus es atq; aduertiſti ; quod ſi reſpondiſſes forte ſanctitatē abſtedidiciſſem : nunc aūt / neceſſe ē ē interrogantē ī terrogatum ſeq quacunque ducit / qd rurſuſ dicis ſanctum ēe atq; ſanctitatē? nō ne ſcientiam quandam uouendi atq; ſacrificandi? euthy : equidem : ſo : Non ne ſacrificare eſt munera diiſ offerre? Uouere aūt a diis petere? euthy : Et maxime quidem o ſocrates : ſo : Scīa ergo et diis dandi et ab iis petendi ſecundum hanc ratōez ſanctitas erit : euthy : ꝑpulchre o ſocrates quod dicebam itellexiſti : ſo : Auidus ſum o amice ſapientie tue . mētemq; adhibeo : ne uerba fruſtra effundas . At mihi dicas oro / q̄ nam hec ē miniſtratio erga deos? An eſſe dicis ab iis petere aliqd et iis dare? euthy : Certe : ſo : Recte ab illis petere / non ne eſt ea petere / quibus egenꝰ Recte aūt dare ea quibus indigent / illis offerre? Neq; ē artificioſum eēt ea alicui quibus nō indiget elargiri : euthy : Uera narras o ſocra : ſo : Mercatura igiť quedam o euthyphron inter deos et homines mutua ſanctitas erit : euty Mercatura ſi ſic eam nominare lubet : ſo . At nihil mihi placet / niſi ſit uerū : Dic ergo q̄ nam diis ex muneribus noſtris utilitas . Que enim dēt unicuiq; patere pōt . Nihil enī nobis eſt bonum qn illi pbeant : q̄ uero a nobis accipiunt : qd illis conferunt? An tāto ipſis in hac mercatura preſtamus : ut cum nos oīa ab illis bōa ſuſcipiamus / ipſi nihil a nobis boni reportentꝰ euthy : Num opinaris o ſocrates deos : iis que a nobis accipiunt / aliqua ex parte iuuari? ſo : At quid tandem erunt hec noſtra dona diis oblata? euthy : Quid putas aliud ꝙ̄ honorem uenerationem et ut modo dixeram gratiā? ſo : Gratū ḡ erit o euthyphron ſanctū : non autem utile aut placitum diis : euthy : Reor equidem maxime omniū placitum : ſo : hoc ḡ iteruz ſanctum eſt : diis placitum . euthy : Maxime : ſo : et miraris cum hec dicas : ꝙ rōes tibi nequaꝙ̄ ꝯſiſtere / ſed uacillare potius uideantur : ac me ueluti dedalum culpas / ꝙ eas nutare compellā cū tn̄ ipſe longe admodū artificioſior ſis ꝙ̄ dedalus / dum ipſe facis ut ſermones circulo reuoluantur . An non ſentis orationem rurſus ī idē refluere? Meminiſtī in ſupioribus ſanctū et amicū deo haud eadem : ſed diuerſa inuicez apparuiſſe? euthy : Memini : ſo : Nūc uero neq̄quam animaduertis te ſanctum deo placitū dicere : hoc autem nihil aliud ē ꝙ̄ deo amicum : An non? euthy : Omnino . ſo : Ergo aut tunc non recte conceſſimus / aut ſi recte tunc / mō nō recte iudicaremus : euthy : Uideť : ſo : Igitur a principio rurſus qd ſanctum ſit / examinādūz eſt . Nam ego anī ꝙ̄ diſcam uolens ac libēs adſtare nequaꝙ̄ uerebor . Sed ne me cōtemnas immo mentē penitus adhibēs ꝙ̄ maxime nūc exprime ueritatem . Noſti enim ſiquis hominū alius . Neq; dimictendus es quēadmoduz protheus priuſꝙ̄ dixeris . Naz niſi liquido ſanctū ac prophanum nouiſſes / nunꝙ̄ mercennarii cuiuſdam gratia : uirum ſenem et patrem ut reuz mortis pſeq ſtatuiſſes . Sed deos timuiſſes / ne forte minus id recte aggredereris : atq; ex hominum conſpectu erubuiſſes . Nunc autem noui ꝙ plane ſanctum et prophanum cognoſcere opinaris : Dic ergo o optime euthyphron : neq; nos celes quid ipſum exiſtimes? euthy : Alias o ſocrates : nunc iam alio propero : hora enim eſt ut abeam : ſo : Quid agis amice? Magna de ſpe me nunc abiens deiieciſti : qua ſperabā ab ſte quid ſanctum quid non ſanctum diſcere atq; ita meliti accuſationem liber euadere : oſtēdens illi ꝙ ab euthyphrone diuinorum ſapientiam adeptus fuerim : neq; ulterius ex mea rudiq; ſententia nouum aliquid de diuinis inducturus ſim . ſed reliquum omne tempus melior admodum ſim uicturus .

Finis Euthyphronis.

Argumentum Marſilii Ficini Florentini ī Parmenidem de uno rerum oīuz principio.

Cum plato per omnes eius dialogos totius ſapientie ſemina ſparſerit / in libris de re . p . cuncta moralis philoſophie inſtituta collegit : oēm naturaliū rerum ſciam in timeo : uniuerſam in parmenide complexus eſt theologiā : cumq; in aliis longo interuallo ceteros philoſophos anteceſſerit in hoc tandē ſe ipſum ſuperaſſe uideť : et ex diuine mentis aditis intimoq; philoſophie ſacrario celeſte hoc opus diuinitus deprompſiſſe : Ad cuius ſacram lectionem quiſquis accedet prius ſobrietate animi mentiſq; libertate ſe preparet ꝙ̄ attrectare myſteria celeſtis operis audeat . hic enim diuus plato de ipſo uno ſubtiliſſime diſputat : quēadmodū ipſum unum rerum omnium principiū eſt : ſuper oīa / omniaq; ab illo . Quo pacto ipſum extra oīa ſit et in omnibꝫ omniaq; ex illo ꝑ illud atq; ad illud : Ad huiuſ quod ſuꝑ eſſentiam eſt / unius intelligētiā gradatim adſcendit : Unum quippe in triplici ordine reperitur : In iis que fluunt / atq; ſenſibuſ ſubiiciuntur : et ſenſibilia nominanť . In iis ēt que ſempꝛ eadem ſunt : et intelligibilia nuncupātur / non ſenſibus amplius / ſed ſola mente percipienda . Nec in iis tantum uez etiā ſupra ſenſum et ſenſibilia intellectumq; et intelligibilia ipſum unum exiſtit . Quāobrez hoc in dialogo zenon eleates primis parmenidis pythagorici diſcipulus unum eſſe in ſenſibilibus probat / oſtendens ꝙ ſi hec multa eſſent : nullo mō uniuſ natura participantia / errores plurimi ſequerētur : Deinde ſocrates zenoni non repugnās qdem / ſed eum altius eleuans / ad conſyderationem unius et unitatum / que ī rebus intelligibilibus inſunt : perducit : ne in hoc uno / quod ſenſibilibus ineſt / moretur . Ex hoc igitur ad ideaſ inueſtigandas perueniūt : in quibus rez unitates conſiſtunt : poſtremo parmenides ipſe ſenior haud quaꝙ̄ ſocrati contradicens / ſed īchoatam contemplationem eius abſoluens / integrā idearum explicat rationem : Ubi quatuor de ideis queſtiones īducit : primo utrū ſint ſecūdo quoz idee ſint et quorum minime . Tertio quales ſint / quam ue uim habeant : quarto quo mō ab iis que infra ſe ſunt / participantur : hinc iā ad unum quod ſuꝑ intelligibilia et ideas exiſtit adſcendit ipſe / nouemq; de illo ſuppoſitiones adducit . Quinq; ſi unum ſit / quatuor : ſi nō ſit unum / q̄rens quid utrinq; ſequatur : he uero ſuppoſitiones a triplici unius et duplici ipſius non eſſe partitione ducunť . Unū qppe triplex ſuꝑ eſſe in eſſe poſt eſſe repertum . Ipm uero n̄ eſſe gemine cōſyderationi ſubiicitur : Aut enī nullo modo eſſe / aut partim eſſe : partim non eſſe quis cogitat . prima itaq; ſuppoſitio tractat / ſi unum ſuper eſſe exiſtit / qd circa illud ad ipz et ad alia ſequitur : Secunda / ſi unum cū eſſe eſt / quo mō ſe habet ad ſe ipſum atq; ad alia . Tertia / ſi unum ſub eſſe ponitur quid illi ad ſe ipſum aliaq; contingit . Quarta / ſi unum ſuper eſſe conſiſtit / quo modo ſe habent alia et ad ſe et ad unum : Quinta : ſi eſt illud unuz quod cū eſſe locatur / qd aliis ad ſe et ad illud accidit : Sexta : ſi non eſt unum / ita ut partim ſit / partiz minime ſit / qua ſe ratione ad ſeſe et ad aliā habeat : Septima : ſi non eſt unuz ita ut nullo mō ſit / quo pacto ſe habet ad ſe ipſum atq; ad alia Octaua : ſi non eſt unum ita : ut partim ſit : partim non ſit / qd aliis ad ſe et ad illud eueniat . Nona : ſi non eſt unum : ita ut nullo modo ſit . quid alia ad ſeſe et ad illud deniq; patiantur . In iis omnibus generatim intendit parmenides potiſſimum hoc aſſerere : ꝙ unum omniuz principium ſit / eoq; poſito / ponantur omnia / ſublato autem / interimantur : Itaq; inprimiſ quīque ſuppoſitionibus quinq; rerum gradus poſito uno in rerum ordine tradit . Inquatuor uero ſequentibus inquirit quot abſurda quot errores quantaq; mala ipſo uno ſublato ſequanť Prima ex quinque ſuperioribus de uno ſupremoq; deo diſſerit : quomodo procreat diſponitq; deorum ſequentium ordines : ſecunda de ſingulis deorum ordinibus : quo pacto ab ipſo deo proficiſcuntur . Tertia de diuinis animis Quarta de iis que circa materiam fiunt : quo modo a ſupernis cauſis producuntur : Quinta de materia prima quemadmodum ſuapte natura ſpecierum eſt expers / et a primo uno depen

unum

Aliud Alia

det. Illud inſuper aduertendum eſt ꝙ in hoc
dialogo cum dicitur unum pythagoreoruꝫ mo
re queq; ſubſtantia a materia penitus abſoluta
ſignificari poteſt: ut deus: mens: anima. Cum
uero dicitur aliud et alia: tam materiā ꝙ illa:
que in materiam fiunt/intelligere licet. His er
go premiſſis atq; ſeruatis ad ipſum dialogum
ueniamus.

Parmenides de uno rerum omnium principio

Cephalus: Adimantus: Antiphon: Glaucon

Pythodorus: Socrates: zenon: parmenides
:cepha:

c Vm domo e clazomenis athenas pro
fecti eſſemus: iuxta forum adimantū
et Glauconem offendimus. Et ma
nuꝫ meam prehendens adimanthus:
ſalue inquit o cephale/et ſiquo īdiges quod no
ſtre facultatis ſit: iube. At ego inꝙ ad id ueni
in quo ueſtra opera indigebo: expone inquit:
quid ſit quo indiges: Tuꝫ ego fratri ueſtro ger
mano quod nomen erat? non enim memini.
Erat enim ferme puer/qñ huc e clazomenis ac
ceſſi: longum uero interceſſit temporis īterual
lum: patri tamen eius pyrilampes nomen fuiſſe
arbitror: prorſus inquit: ipſi uero nomen An
thiphon. ſed quid potiſſimum queris? Iſti in
quā concives mei ardentes ſunt ſapientie ama
tores: audieruntq; hunc anthiphonem diu py
thodoro zenonis ſocio familiariter uſum: ratio
nes quas condam ſocrates: zenon: atq; parme
nides inuicem pertractarunt/cum a pythodo
ro frequentius accepiſſet: memoria retinere.
Uera inquit dicis: Has itaq; audire deſydera
mus: Haud difficile id eſt: nam dum eſſet ado
leſcentulus/eas diligenter meditabatur. Nūc
uero apud auum: cui idem eſt nomen: circa rē
equeſtrem ut plurimum uerſatur. Ceterum ſi
opus eſt/ad eum proficiſcamur. Nuper enim
hinc domum abiit: habitat autem prope īmeli
ta. Cum hec dicta fuiſſent/acceſſimus domiq;
inuenimus Antiphonem frenum quoddam ap
tandum fabro tradentem: Poſtꝙ uero ab illo
diſceſſit/et fratres/noſtri aduentus cauſam re
tulerunt/agnouit me ex priori illuc acceſſu: et
congratulatus eſt. Nobis autem orantibus ut
diſputationem illam referret/primo quidem re
cuſabat: eſſe enim operam non mediocrem dek
de tamen expoſuit. Dixit ergo antiphon pytho
dorum enarraſſe/zenonem atq; parmenideꝫ ue
niſſe quondam ad magnorum panatheneorum
celebritatem: et parmenidem iam ſenem fuiſſe
atq; canum/aſpectu decorum: annos ferme quī
que et ſexaginta etatis agentem. zenonem uero
annos pene quadraginta natum: procero inſu
per et grato corporis habitu: parmenidiſq; fa
miliarem. Diuertiſſe autem illos ait apud py
thodorum extra menia in ceramico: quo etiam
aduentaſſe ſocratem/aliosq; cum ſocrate pluri
mos: ſcripta zenonis audire cupientes: Nam
tunc primum ab illis in eam urbem inuecta:
ſocratem uero eo tempore admodum iuuenem
extitiſſe: legiſſe autem illis zenonem ipſum:
parmenidem enim forte extra domum fuiſſe:
Ac parum ſuperfuiſſe legendum/quando ſe in
traſſe domum una cum parmenide et ariſtotele
qui de triginta uiris unus fuit/pythodorus aie
bat. Unde pauca que legenda reſtabant audiſ
ſe: Ueruntamen a zenone prius omnia perce
piſſe.

u Erum iis auditis/ſocratem dixiſſe ait uti
primam ſermonis primi ſuppoſitionē ite
rum legeret. Qua lecta ſtatim ſic intuliſ
ſe: Quo modo id dicis o zenon ꝙ ſi multa ſūt
ea que ſunt/oportet illa ſimilia atq; diſſimilia
eſſe hoc autem eſſe impoſſibile: Neq; enim diſſi
milia: ſimilia: neq; ſimilia diſſimilia eſſe poſſe.
Non ne ſic dicis? Sic certe reſpondiſſe zeno
nem: Non ne ſi impoſſibile eſt: diſſimilia ſimi
lia eſſe: et ſimilia diſſimilia/impoſſibile etiam
multa eſſe? Nam ſi multa eſſent: impoſſibilia
iſta contingerent? Num hoc eſt: quod ſermōeſ
tui uolunt? neq; aliud quicꝙ intendunt/ꝙ per
omnia que dicuntur aſſerere ꝙ multa non ſint
huiuſq; ipſius unamquamq; rationem coniectu
ram eſſe putas: ac totidem coniecturas inueſti
gaſſe te cenſes/quot rationes attuliſti ꝙ multa

De uno rerū pricipio

non ſint: Sic ne dicas? An ipſe non recte per
cipio? Immo reſpondiſſe zenonem/optime qd
hec ſcripta ſentiunt/intellexiſti. Intelligo dixiſ
ſe ſocratem o parmenides ꝙ zenon iſte nō ami
citia ſolum conſpirare uult tecum: ſed iis etiā:
que compoſuit. Idem enim quodammodo qō
et tu/ſcripſit/uerum permutatione quadaꝫ noſ
decipere tentat: quaſi aliud ꝙ tu dicat. Nam
tu in poematibus unum ais eſſe ipſum omne:
atq; huius argumenta ꝙ pulcherrima exibes:
hic uero rurſus non multa eſſe ait: cōiecturas
q; et ipſe permultas ac ualidas prebet. Dum er
go alter unum dicit/alter non multa et cum in
modum uterq; loquitur/ut non uideantur ideꝫ
inferre cum tamen eadem ferme dicant/uiden
tur nobis iſta ſupra nos dici. Ita eſt o ſocra
tes dixiſſe zenonem: non omnino tamen ueríta
tem eorum que ſcripta ſunt/perſenſiſti: quam
uis ceu canes lacene bene tranſcuris et inue
ſtigas dicta. Sed primum quidem hoc te latu
it/ꝙ non omnino ſic ſe extollunt huiuſcemodi
ſcripta: ut eam ob cauſam ſcripta ſit: quam tu
putas ut homines celent: quaſi egregiuꝫ quid
dam hinc efficiatur. Uerum tu quidem contin
genſ quiddam dixiſti. Sunt autem hec re ue
ra conſcripta in ſuffragium parmenidis aduer
ſus eos qui illum carpere nituntur/dicentes:
ſiquidem unum ſit omne/ridicula plurima hu
ic opinioni/ac etiam repugnantia ſibi penitus
euentura: hec quoq; ſcripta eos qui multa eſſe
uolunt/impugnant/ac plura obiiciunt: ut pate
at multo abſurdiora ex opinione illorum ſeq:
ꝙ ſilicet multa ſint/ꝙ ex opinione parmenidis
ꝙ ſit unum/ſiquis diligenter examinauerit. ob
hanc itaq; contentionem in ipſa iuuentute librū
compoſui: quem ſurripiens quiſpiam edidit an
te ꝙ conſultare mihi liceret/an efferendus eſ
ſet in lucem nec ne. Id ergo te fugit o ſocra
tes/ꝙ exiſtimas non a iuuenili certamine/ſed
a ſenili ambitione ſcriptum fuiſſe. Ueruntamē
ut dixi/non inepte coniieciſti. Accipio inquit
ſocrates: et puto ſic ſe ut dicis habere.

ſ Ed hoc mihi reſponde: putas ne eſſe
ipſam per ſe ipſam ſpeciem quandam
ſimilitudinis? et huic aliam quandam contra
riam diſſimilitudinis ſpeciem? in quibus duo
bus et ego et tu participemus et alia que utiq;
multa uocamus? atq; ea quecunq; in ſimilitudi
ne participant/ſimilia fieri eatenus/quatenus
participant? que uero diſſimilitudine diſſimilia
et que utriſq; utraq;. Quod ſi omnia in utriſq;
contrariis exiſtentibus participāt/et quia utro
rumq; participia ſunt/ſimilia et diſſimilia inter
ſe ſunt/quid mirum? Siquis enim ipſa ſimilia
diſſimilia eſſe diceret/uel diſſimilia ipſa/ſimilia
monſtrum quoddam/ut arbitror eſſet: Sin au
tem participantia in utriſq; quiſpiam utraq; pa
ti aſſereret/nihil mihi o zenon mirandum eſſe
uideretur. Neq; etiam id mirarer: ſiquis cunc
ta unum dicet: ex eo ꝙ in uno participant: atq;
hec eadem rurſus multa/quia in multitudine
quoq; participant. At ſi quod ipſum unum eſt
hoc ipſum multa eſſe oſtenderit/et ipſa multa/
unum/iam ſummopere admirabor. Ac de cete
ris omnibus eodem modo: Nam ſi genera ip
ſa et ſpecies et in ſe ipſis aſſerat iſta contraria ī
ſe recipere. admiratione profecto dignum erit.
Et enim ſiquis me unum ac multa eſſe demon
ſtret/cur mirandum? ſiquidem uolens multa
me aſſerere/dixerit alia eſſe dextera mea/ſini
ſtra alia/alia anteriora/alia poſteriora: et ſupe
riora deniq; ac inferiora ſimiliter: multitudiniſ
quippe ut arbitror/particeps ipſe ſum: et quan
do unum me oſtendere uelis: dixerit/ꝙ e nobiſ
qui ſeptem ſumus/ego unus homo ſim: unius
particeps/ſimiliter nihil mirum. Quamobrem
uera utraq; affirmantur. Si ergo quiſpiam ta
lia conetur unum et multa eadem demoſtrare/
lapides uidelicet ac ligna et reliqua huiuſcemo
di/unum et multa ipſum oſtendiſſe fatebimur
non tamen unum multa/neq; multa unum: ne
q; mirabile quippiam predicaſſe: ſed quod om
nes confiteremur. At ſiquis eorum que paulo
ante dixi/primum quidem ſpecies ipſas ſecun
dum ſe ipſas ſeorſum diſtingueret/ueluti ſimi
litudinem: diſſimilitudinem: multitudineꝫ: unū
ſtatum: motum: ceteraq; huiuſmodi/deinde in
ſe ipſis iſta conmiſceri ſecerniq; poſſe aſſereret
obſtupeſcerem equidem o zenon. Et ſi ea que
ſcripſiſti/ut uirum fortem decet/pertractata
eſſe reor. multo tamen magis mirarer atque le

tarer: siquis posset hanc eandem questionem i
ipsis speciebus penitus implicitam quemadmo
dum in rebus que uidentur expositum est: ita
et in iis que ratione conprehendūt / clarius ex
plicare: Dum hec socrates diceret: aiebat py
thodorus se putasse parmenidem et xenonem i
singulis esse aduersus socratem indignatos:
Eos autem summa quadam attentione auscul
tasse / ac frequenter alterutrum respiciētes sub
risisse / quasi socratem admirantes. Unde cum
finem socrates loquendi fecisset? dixisse parme
nidem o socrates ꝙ dignus es admiratione
propter impetum quo ad rationes promptus ac
cedis.

Erum mihi dicas oro. Tu ita ut dicis se
u orsum quidem ipsas species discreuisti se
orsum etiam speciebus participantia: uidetur
q; tibi quiddam esse ipsa seorsum similitudo:
cuius et nos participes sumus: et unū rursus
ac multa: et omnia quecunq; nuper a zenone au
disti. Mihi quidem uidetur socratem respon
disse: Num talia quedam inquis / rogasse par
menidem / ceu iusti speciem quandam ipsā per
se ipsam et pulchri et boni atq; omnium deniq;
talium? prorsus. Nunquid speciem hominis
seorsum a nobis et ceteris eiusdem generis. et
ignis etiam et aque speciem? Sepenumero in
quit socrates in hac sum ambiguitate uersatus
utrum de iis perinde ut de superioribus dicen
dum sit / an secus: Utrum de iis etiam dubita
sti o socrates / que ridicula forte / quis putet / si
cut de pilis luto ue et macula: et aliis ignobilis
simis rebus atq; uilissimis. num ambigis utrū
ponenda sit horum cuiusq; separata species:
aliud quiddam ab illis existens: uel eorū que
nos pertractamus siue non? Nullo pacto iqt
socrates / sed hec que uidemus hec et esset. spe
ciem uero quandam illorum esse putare / forte
nimis ridiculum esset. Aliquando me olim ea
cogitatio perturbauit: ne quid forte sit de omni
bus idem: postꝙ uero paulisper institi inde dis
cessi / metuens ne in profundam delirationem
mersus forte perirem: Unde reuersus ad ea q̄
species habere prediximus / circa illa iam uer
sor: Juuenis adhuc es o socrates: nec dum te
philosophia complexa est. Amplectetur autem
ut mea fert opinio / quando nihil istorum negle
xeris: nunc uero ad opiniones hominū ob eta
tem respicis.

E hoc mihi dicas. Uidentur ne tibi ut a
a iebas / species quedam existere / et ea que
illis participant / illarum cognomenta sortiri?
ueluti similitudine participantia: similia magni
tudine magna? pulchritudine atq; iustitia / pul
chra et iusta uocari? et maxime quidem inquit
socrates: Non ne quodcunq; speciei particeps
fit / uel totam speciem uel partem accipit? An ē
alius preter istos participandi modus? Et qs
alius socrates ait? Utrum uidetur tibi tota spe
cies in uno quoq; multorum esse una existens?
an aliter? Quid prohibet esse unam? Unū er
go et idem in multis seorsum positis totum si
mul unum erit. atq; ita ipsum a se ipso seorsum
existet: Nequaꝙ inquit socrates. Uerum sicut
dies unus deniq; ubiq; simul adest / nec ipse ta
men a se ipso secernitur: ita nil prohibet quam
libet speciem unam et eamdem simul multis ad
esse: nec tamen a se ipsa secerni: Lelle o socra
tes unum idem simul in multis ostendis: ac si
super multos uelamen quoddam extendens: di
cas unum in multis totum esse: non ne tale qd
dam dicis? forsitan: An ergo totum uelamē sin
gulis uel pars eius alia alteri aderit? pars. Di
uisibiles igitur inquit o socrates species erunt
et que illis participant / partē capient: nec am
plius in quolibet tota / sed pars cuiusq; unū erit
Sic apparet. Uoles ne o socras unam speciē
re uera diuidi ac etiam unam esse? Nullo mō.
Considera itaq; si ipsam magnitudinem partia
ris et unum quodq; plurium magnorum parte
magnitudinis minore ꝙ ipsa sit: magnum erit
non ne procul a ratione uidebitur? prorsus:
Quid uero ipsius equalis parte unum quodq;
partium participans / habebit, quo minore exi
stente ꝙ ipsum equale id quod habet / equale a
licui sit? Impossibile: Sed et aliquis nostrum
ipsius parui partem habebit / qua ipsum paruū
maius est / quippe cum ea pars ipsius existat:
atq; ita ipsum paruum maius erit. Id autē cui
ablata pars addicitur minus erit: et nihilo ma
ius ꝙ antea fuerit: Istud inquit fieri non pos
se: Quo igitur modo o socrates ait / cetera spe
ciebus participabunt / Cum nec secundum to
tas neq; secundum partes capere queant? per
iouem non leue quiddam hoc ad determinādū
uidetur. Ad illud autem quid ais? Quid nam
Reor te ex hoc unam quamlibet speciem pone
re. Cum plura quedam magna tibi uidentur /
una quedam forsan idea tibi uidetur / per omīa
respicienti: unde ipsum unum magnum esse pu
tas: Uera dicis: Quid si ipsum magnum atq;
alia que magna sunt animo eodem modo per ō
nia respicias / non ne unum quiddam magnum
iterum apparebit / quo hec omnia magna uide
ri necesse est? Apparet. Idcirco alia iā magni
tudinis species preter ipsam magnitudinem et
participantia magnitudine / iterum elucebit: et
in iis omnibus alia rursus: qua uniuersa sint
magna: nec āplius una queq; species una erit:
sed numero potius infinite: At forsitan inquit
socrates quelibet harum specierum notio que
dam est nec alibi esse ꝙ in animis potest: sic ē
una queq; unā erit: nec contingent ulterius: q̄
dicebantur. Quid ergo inquit? quelibet notio
una est? notio autem nullius notio? At hoc im
possibile: Sed cuiusdam? Cuiusdam sane: exi
stentis uel non existentis? Existentis: Nū uni
us cuiusdam quod notionem illam in omnibus
sequentem intelligere licet ideam unam? pror
sus: preterea non ne species erit hoc quod itel
ligitur unum esse / semper in omnibus idem?
Necessairum hoc quoq; uidetur: Quid uero in
quit parmenides / an non necesse est / cum cete
ra speciebus participent / ex notionibus unum
quodq; constare et intelligere singula: uel cum
sint notiones: nihil tamen intelligere? Sed ne
q; id inquit rationem habet: uerꝫ ꝙ maxime sic
ista mihi se habere uidentur: has quidem spēs
tanꝙ exemplaria in natura consistere: cetera
uero iis similia fieri: atq; esse simulachra: nec a
liter ista speciebus participare / ꝙ q; illis similia
fiunt. Si quid igitur ut ais speciei simile est:
num possibile est speciem ipsam non esse similē
eius quod ipsi simile factum est? quatenus ip
si factum est simile? An cogitari potest simile
non esse simili simile? Non certe. Simile autē
non ne unius eiusdem speciei necessario parti
ceps est / cuius et illud cui simile sit: Necesse
est: At quo similia participantia similia fiunt:
non ne illud ipsa species erit? Omnino: Non
igitur potest quicꝙ speciei simile esse / nec speci
es alteri. Nam preter ipsam speciem species a
lia semper emergeret: q; si illa cuiquā sit simi
lis / alia rursus nec unꝙ progressus iste cessa
bit: quin noua species semper occurret: si speci
es participanti similis sit: Uerissima loqueris
Non ergo per similitudinem cetera speciebus
participant: sed alius quidam preterea queren
dus est participandi modus: Apparet. Cernis
o socrates quanta sequitur ambiguitas siquis
quasi species sint: ipsas secundum se ipas di
stinguat? Et maxime inquit. Scito insup te nō
dum ut ita dixerim comprehendere / quanta sit
difficultas si unum quodq; existentium unam
speciem semper quiddam distinguendo posue
ris: Quo mō id inquit? Multa quidem alia sꝫ
sed hoc est maximum: siquis asserat illas dino
sci non posse / cum sint tales quales esse species
oportere dicimus / Eum sane qui ista diceret:
non posset aliquis redarguere nisi multarū re
rum peritus sit qui dubitat: et ingeniosus: ue
litq; pterea sequi demonstrantem / dum pluria
longo ordine transigit: ueruntamen nec etiam
psuaderi poterit: qui ignotas illas esse coget.
Cur o parmenides ait socrates? Quoniā o so
crates arbitror et te et quēuis alium quicunq;
essentiam quandam cuiusq; ipam secundum se
ipam existentem ponit / nullam nobis inesse spe
ciem concessurum. Quo enim pacto inquit so
crates ipa secundum se ipam esset? Recte loq̄
ris. Non ne igitur quotcunq; ex ideis inuicem
respiciunt: que sunt ipe ad se ipas essentiā ha
bent / non autē ad ea q̄ circa nos sunt: seu simu
lacra / siue quomōcunq; illa quispiā nominet:
quibus nos participātes singula ēe denoīamur
Que uero circa nos sunt illis equoca: ipa si
militer ad se ipa non ad spēs sunt: et sui iporū
non illarꝫ q̄cunq; rursus similiter nuncupāt. q̄
mō dicis iqt socrates? Ueluti siqs nostrū ali
cuius dn̄s aut seruus sit / non ipius dn̄i quod
dn̄s ē / seruus existit: neq; ipius serui quod ser
uus ē / dn̄s est qui dn̄s dicitur: sꝫ hec utraq; ē
tanꝙ hō: Ipsa uero domīatio seruitutis ipius
existit id quod est: et ipsa iterum seruitus eodē
mō ipsius doīatōis ē seruitus: Nec ea q̄ nobis
inst ad illa: n̄ ēt q̄ illic sunt / ad nos referunt:
Sed ut dixi ipa sui ipsorum et ad se ipsa sunt:
et que hic sunt / similiter ad se ipsa respiciunt:

Intelligis ne quod dico? prorsus intelligo. fi
ne et scientia ipsa quod scientia est illius ipsius
quod est ueritas: scientia est. Omnino quidem
Quelibet rursus scientiarum que est quod est
alicuius existentium est scientia/an non? profe
cto: Scientia uero nostra/ nō ne ueritatis que
circa nos/scientia erit? Et rursus unaqueq; no
stra scientia: uniuscuiusq; eorum que circa nos
sunt/scientia. Necesse est. Ueruntamen
ipsas species neq; nos habere/neq; circa nos es
se posse assentiris: Non profecto: Cognoscun
tur ne ipsa scientie specie genera ipsa que singu
la sint? Certe. Quam speciem nos haud habe
mus: Non certe: Nulla igitur species a nobis
cognoscitur: cum ipsius scientie particeps mi
nime simus. Non apparet. Ignotum itaq; no
bis ipsum pulchrum et ipsum bonum est et oīa
deniq; que ut ideas esse supponimus. Uidetur
Consydera et hoc etiam grauius: Quid naz?
Num fateris si est ipsum quiddam scientie ge
nus: multo illud prestantius ēe hac nostra sciē
tia: et ipsam pulchritudinem ac reliqua eodem
pacto: Immo: Non ne siquid aliud est ipsius
scientie particeps: nullum nisi deum dices sup
premam habere scientiam? Necesse est. Num
poterit deus cum ipsam scientiam sit amplexus
hec nostra dinoscere? Cur non? Quoniam īgr
parmenides confessi sumus o socrates neq; spe
cies illas ad nostra uim habere quam habent:
neq; nostra etiam ad superna: uerum utraq; ad
se ipsa referri: Consensimus plane. Ergo si a
pud deum suprema ipsa doīatio est: atq; ipā
suppma sciētia/ nunq̄ aut domīatio ipsa nobis
dominabitur: aut ipsa scientia nos / uel aliud
nostrorum quicq̄ cognoscet: sed et nos similit̄
diis minime imperabimus imperio nostro: ne
q; diuinum quicq̄ scientia nostra percipiemus
Et illi item eadem ratione nec nostri erunt do
mini / neq; res humanas cum dii sint/animad
uertent. At non ne ualde mirabilis inquit: hic
sermo uidebitur: siquis deum cognitione priua
uerit? hec quidem o socrates īquit parmenides
aliaq; preter hec multa necesse est speciebus cō
tingere/siquidem he rerum idee sit: et aliquis
ipsam quandam unaz quamq; speciem determi
net. Unde uacillat quisquis hec audit: ac du
bitat ne forte idee nihil sint omnino: uel si sint
necesse eas esse humane nature ignotas existi
mat. Adeo ut qui ista dicit/inferre aliquid ui
deatur. Et ut paulo ante dixi/mirum est q̄ sit
incredibile/et uiri admodum ingeniosi percipe
re posse q̄ sit genus quoddam cuiusq;: et ipsa
secundum se ipsam essentia: nec non mirabilio
ris uiri officium est/hec postq̄ inuenerit/alios
docere posse sufficienter omnia discernentem:
Assentior o parmenides inquit socrates: que ē
dicis menti mee mirifice consonant. Uerunta
men inquit parmenides: siquis predictis ratio
nibus motus species rerum existentium aufe
rat/neq; speciem ipsam uniuscuiusq; distīguat.
haud sane reperiet/quo conuertat intelligentiā
cum non permiserit ideam uniuscuiusque rerū
existentium eādem semper existere: et in hunc
modum differendi etiam facultatem funditus
subuertet: Talem quamdam rationem tu quo
q; precipue sensisse mihi uideris: Uera dicis:
Quid itaq; de philosophia facies? quo iis igno
ratis te uertes: haud quaq̄ discernere id inp̄
sentia uideor: Ante q̄ exercitatus sis o socra
tes: definire aggrederis: quid pulchrum: iustū
bonum: et aliarum quelibet specierum: hoc enī
pridem animaduerti: hic te audiens una cum
hoc aristotele disputantem: pulcher sane atq;
diuinus mihi crede impetus iste tuus: quo ad
rationes aduolas. Ceterum collige te ipsum /
diligentiusque te in ea facultate exerce: que in
utilis esse uidetur: et a multis nugatio siue gar
rulitas nuncupatur / dum iuuenis es: alioquī
te ueritas fugiet: Quis exercitationis huiusce
modus est parmenides? Iste inquit/quem a ze
none audisti: Sed etiam illud tuum aduersus
hunc dictum miratus sum/cum diceres non ī
iis que oculis percipiuntur/eorumque errore
cogitationem sistere oportere/sed ad ea conscē
dere q̄ qs maxime ratione comprehendere/ ac
species esse putaret. Neque in hunc moduz ar
duū esse uidetur: similia uz atque dissimilia/ce
tera ue q̄ rebus existētibus competunt explicarī
Et probe quidem dixisti. Est aūt p̄ter hoc: illō
etiam obseruandum: ut non modo si ē aliquid
supponas/ac deinde que proueniunt ex suppo
sitōe cōsideres/uez etiā si nō sit id ipz suppōas
si pfectius exercitari uolueris: q̄ pacto id ais
Uerbi causa si uelis circa istam suppositionem

quam zenon inuexit/si multa sunt/quid euentu
rum est ipsis multis ad se ipsa et ad unum: et
uni ad se ipsum et ad multa. Ac rursus si non
sunt multa / iterum consyderandum quid acci
dat uni atq; multis/tum ad se ipsa: tum inuicē
Et rursus si supposuerit esse similitudinem:
uel non esse: quid potissimum ex utraq; suppos
tione contingat: tam iis que supposita sunt/q̄
ceteris omnibus ad se ipsa pariter atq; inuicez
Eadē q̊q; de dissimilitudine ratio est: de motu:
statu: generatione: corruptione: esse: atq; non
esse: et ut uno uerbo complectar: de quocunq;
supponitur: aut esse: aut non esse: siue quaz uis
aliam passionem suscipere: consyderanda sunt
que ex suppositione proueniant ad se ipsum/et
ad quodlibet aliorum: quodcunq; elegeris: et
ad plura et ad uniuersa similiter. et alia rursus
ad se ipā atq; ad aliud: quodcūq; adsūpseris si
ue ut existēs siue ut nō existēs ipz posueris: si mō
absolute exercitatus / ueritatem sis penitus in
specturus: Arduum inquit opus adducis/nec
te omnino intelligo. Sed cur ipse non suppo
nis aliquid/illud eo modo percurrens / ut cla
rius intelligam? Grande o socrates onus seni
imponis. Tunc socrates cur non ipse o zenon
hanc rem discutis? Cui zeno subridens respō
dit: ipsum o socrates oremus parmenidem: ne
q; enim leue quiddam est/quod ait. An non ui
des quantum sit negociuz quod iubes? Quod
si plures essemus/haud sane id postulare dece
ret. Indecorum nanq; huiusmodi quedam in
conspectu multorum tractare/atq; id seni preci
pue. Ignorant enim multi q̄ absq; hoc discur
su ac peruagatione per oīa impossibile sit mē
tis ueritati coniuncte compotem fieri: Ego igi
tur o parmenides una cum socrate precor / ut
et mihi etiaz liceat tanto tempore transacto hec
audire. Cum uero hec intulisset zenon retulit:
Antiphon dixisse pythodorum/ se quoq; et ari
stotelem ac reliquos omnes obsecrauisse par
menidem/ut quod dixerat: demostraret: neq; a
liter faceret. Tunc demum parmenides neces
se est inquit obtemperare/ et si mihi uideor in
id quod passus est ibicius equus incidere. Cui
profecto equo athlete seniori curruuz subituro
certamen et propter experientiam euentum ex
timescenti ibycus ipse se conferens/inuitus in
quit et ipse taz senex ad amores aggredi cogor
Eadem ratione ego mihi admodum trepidare
uideor/cum cogito quo pacto possim iam gran
dis natu tam profunduz differendi pelagus trā
snatare. Obsequēdum tamen/cum et zenon ip
se roget: iidem enim sumus. Unde igitur inci
piemus? quid ue primum supponemus? An
uultis postq̄ negociosum ludūz ingressi sumus
a me ipso meaq; suppositione in primis exordi
ar? de ipso uno supponens / siue unum sit siue
non/quid accidat? prorsus inquit zenon. Quis
igitur mihi respondebit? An iunior? minus ē
negocii prebebit/et que ipse sentit/maxime res
pondebit/ut eius respōsio minus me defatiget
paratus sum o parmenides: Aristoteles inquit
me namq; significas/dum iuniorem respondere
iubes. Sed age/ut lubet interroga me: tanq̄ li
bentissime responsurum.

a Hec igitur si unum est/nō utiq; multa erit
ipsum unum: At quo modo? Neq; igitur
partem esse illius aliquam: neque totum esse
ipsum oportet: Cur nam? Pars utique totius
pars est: Est: Quid uero? non ne totum est:
cui nulla pars deest? prorsus. Utrinque igitur
ipsum unum ex partibus esset: totumque existēs
ac partes habens: Necesse est: Utrinque rur
sus ipsum unum multa potius q̄ unum esset:
Uerum: Oportet autem non multa: sed unum
ipsum existere: Oportet: sane: Itaque nec totū
erit neque partes habebit/si unum fuerit ipsuz
unum: Non certe: Si nullam habet partem:
nec principium etiam neque finem. neque me
dium habebit: partes enim ipsius hec essent: p
be: Quin etiam principium et finis termini cu
iuslibet sunt: Quid ni? Infinitum igitur ipsuz
unum/cum principio fineque careat: Infinitū
Ergo et absque figura: neque enim rotundi:
neque recti particeps est. Cur rotundum: por
ro id est/cuius extrema undique a medio eque
distant: Id nempe: Rectum uero cuius medi
um extremis utrisque precedit: Sic est: Non
ne partes haberet ipsum unum: multaque esset
si recte uel circularis figure esset particeps?
Omnino quidem: Iccirco neque rectum ē ne
que rotundum/cum partes etiā nullas habeat

Recte. Quin etiam cum tale sit/nusquam est. nam neq; i alio neq; in se ipso esse potest: Quamobrem? Si in alio esset: circulo quodam ab eo in quo esset concluderetur: passimq; ab illo ac multis partibus tangeretur: At cum unum impartibile sit et rotūditatis expers/impossibile ē multifariam circulo tangi. Impossibile: Sin in se ipso esset ipsum se ipsum complecteretur: non aliud quiddam ꝙ ipsum met existens/siquidem in semetipso sit: non enim potest quicq̄ ī aliquo esse: quin ab illo etiam comprehendat᷑: Impossibile certe: An non aliud quiddam eēt ipsum ut comprehendens/aliud ut comprensum?. nunq̄ enim idem ipsum totum utraque hec simul pateretur et ageret: quo fit ut ipsum unum/non unum ulterius/sed duo sit: Est ut dicis: Nusq̄ igitur est ipsum unum/quando quidem nec in alio nec in semetipso est: Nusq̄: Consydera queso num quod huiusmodi ē aut stare aut moueri ualeat. Cur non? Quoniam quod mouetur/uel fertur uel alteratur: hi quippe soli sunt motus. Esto: Si ipsum unum ex eo quod est alteretur: impossibile est alterius esse unum: Impossibile: Iccirco secundum alterationem non mouetur: Non ut uidetur: nū quid secundum progressionem? Fortassis. At qui si ipsum unum feratur: uel in eodem motu spherico circunfertur/uel locum alium ex alio mutat. Necesse. Non ne quod circulo circunfertur in medio cōsistere oportet/atq; alias sui partes que circa medium uoluantur: habere? Cui uero nec medium neq; pars ulla cōuenit/quo modo id cogitari potest in circulum circa medium volui? Nullo pacto: An locum transiens alias alibi fit: atq; ita mouetur? forte. Nū esse ipsum in aliquo/ut impossibile iaz redargutum est? Immo. An non multo magis impossibile ipsum in aliquo fieri? Non intelligo quo modo. Si in aliquo aliquid fit: necesse est non dum in illo penitus esse: siquidem adhuc in illo continue fiat/nec etiam extra illud prorsus extare/siquidem in eo iam fiat: necesse est. Si ergo aliud quicquam hoc patitur/id solum patit᷑ cuius partes alique sunt: partim enim in illo iam est quod patitur: partim simul extra: quod autem nullis partibus costat/nunq̄ in aliquo totum esse: ac totum simul abesse poterit: Vera: Quod uero neq; partes habet ullas neq; totum est/multo magis etiam impossibile est: siue secundum partes: siue secundum totum alicubi fieri. Apparet: Ergo nec aliquo pergens nec alicubi ingrediens locum mutat: neq; in eodem reuolutum neq; etiam alteratum: Non uidetur. Secundum quemlibet igitur motum inmobile est ipsum unum: Immobile: Preterea ipsum unum in nullo esse posse asseuerauimus Asseuerauimus. Haud igitur aliquando ī eodem est: Quamobrem? quoniam iam in illo esset: in quo eodem est. prorsus. At uero nec in se ipso neq; in alio ipsum unum esse poterat: nō certe: Nunq̄ igitur ipsum unum in eodem existit. Nunq̄ ut uidetur. Quod uero nunq̄ ī eodem existit: neq; quietem agit neque stat. Neq; enim possibile. Iccirco ipsum unum nec stare neq; moueri uidetur. Non apparet. Item nec alteri neq; sibi ipsi etiam idem est: rursusq; nec a se ipso nec ab alio quodam alterum/Quid ita? Si a se ipso alterum sit/ab uno alterum esset: nec esset unum: Vera: Et si alteri idem fuerit/illud quidem erit/nec ipsum quod est/quapropter nec ulterius erit ipsum quod unum. sz aliud quiddam preter unum: Sic est. Ideo. idem alteri uel a semetipso alterum dici nunq̄ debet. Nunq̄ plane. Sed neq; alteruz ab alio esse potest: donec unum est. neq; enim uni congruit/ut ab aliquo alterum sit: sed soli ei quod alterum est ab alio. Alteri autem nulli conuenit: probe: Ex eo igitur ꝙ unum est: non erit alterum: an ipse putas? Nequaquam/ꝙ nisi h̄ non se ipso: si non se ipso: neq; ipsum: Ipsum uero nullo modo alterum existens a nullo alterum est: Recte: neq; tamen sibi ipsi idem erit. Cur non? Non ea est ipsius unius natura que ipsius eiusdem natura est: quare? quia non dū idem fit aliquid alicui: unum efficitur. qua de causa? quod multis idem fit/multa/non unuz fieri necesse est: Uerum: At si ipsum unum atque ipsum idem nihilo discreparent. quotiens quid idem fieret: unum quoque semper efficeretur: quotiensque unum semper et idem. Et maxime quidem. Quapropter si ipsum unum sibimet idem fuerit: Non unum sibi existet: atq; ita unum existens/non unum erit/Impossibile id quidem. Impossibile igitur ipz unum aut alterū ab alio aut sibi ipsi idem esse. Impossibile hac itaq; ratione unum nec idem nec alterum aut sibi aut alteri esse poterit: Nō profecto. Sed neq; simile neq; dissimile cuipiā aut sibi aut alteri: Quā ob causaz? Quia simile est: quod ipsius eiusdem ē particeps: Nēpe: Ipsum tn̄ idem ab uno natura secerni ex ante dictis apparuit. Apparuit certe: Ueruntamen siquid preter id quod est unum esse/ipsuz unū recipit/patit᷑ iam plura esse ꝙ unum: Id autē impossibile est: Ita. Ob hāc causaz nunq̄ ipz unū: idem esse uel sibi uel alteri patit᷑: Non uidetur. Ergo nec simile aut sibimet aut alteri esse potest: Sic apparet: Nihilo tamen magis esse alterꝝ substinet: etenim plura ꝙ unum esse contingeret: plura sane: Quod alterū uel a se uel ab alio fit. dissimile quoq; aut sibi ipsi aut alteri cuidam efficitur: quippe cū illud etiam quod idem esse recipit: simile fiat: probe: Unde ipm unum cum nullo modo suscepit alterꝝ: nunq̄ quoq; dissimile siue sibimet siue alteri fiet: nunq̄ profecto. Quamobrē nec simile neq; dissimile unq̄ aut sibi aut alteri ipm unū est: Non ut uidetur. Preterea cum huiusmōi sit/nec equale etiam nec inequale cuiq̄ uel sibi uel alteri: Quid ita? Quod equale est earundē mensurarum ē quaꝝ et illud cui equale dicit᷑: Sic est: Quod maius est uel minus/quoad illa quibus conmensurabile est/minoribus quidem plures mensuras habet: maioribus autem pauciores. Certe: Quibus aūt īconmensurabile: quoad hec quidem minorum? quoad illa uero maioꝝ mensurarum erit: quid ni? Non ne īpossibile ē quod nullo modo ipsius eiusdem ē particeps/aut mensuras easdem aut aliud quod uis idem sortiri? Impossibile. Itaq; nec sibi: nec alteri erit equale: quippe cū mensuris eisdem nō utatur. Minime ut apparet. Quin etiam si pluribus aut paucioribus mensuris circūscribet᷑: totidem partibus quot et mensuris constabit: rursusq; non amplius unū erit: sed tot potius/quot et mensure insunt. Recte. ꝙ si unius mēsure sit/eq̄le utiq; ipi mensure fieret: ueꝝtamen impossibile esse apparuit ipm unū equale cuiq̄ esse: Apparuit certe. Quod ergo nec unius mensure est particeps neq; multaꝝ neq; etiam paucarū: nec ullo modo ipius eiusdem/nūq̄ sibi ipi ut uidetur erit equale: nec etiam alteri: nec maius preterea aut minus uel semetipso uel alio: Sic prorsus se habet. An forte āntiquius aut iunius aliquo uel etiam coetaneum ipsum unum apparet? quid prohibet? Id sane: quoniam si eandem etatem uel secum uel cum alio quopiā aget: equalitate et similitudine temporis participabit: ostensum est tamen nec equalitatē nec similitudinem ipsi uni ullam adesse posse. Ostēsum profecto. Non ne hoc quoq; diximus nec inequalitatis neq; dissimilitudinis compos existere? ꝙ maxime? quo igitur pacto quod huiusmodi est/senius aut iunius aliquo uł etate par ulli esse poterit? Nullo modo: Ergo ipsū unū non iunius non senius non etate par aut ad se ipsum aut ad aliud erit. Non apparet. Item nec in tempore etiam ullo pacto ipm unū cum tale sit/erit unq̄: Et enim necesse est quicquid est in tempore/se ipso semꝑ senius fieri. Necesse Et quod senius semper iuniori senius: Cur non? Itaq; quod se ipso fit senius: se ipso etiā simul iunius fit: siquidem aliq̊ senius esse debet. Quo modo dicis? hoc modo: Oppositum alterum alteri nihil fieri oportet/opposito altero iam existente. sed hoc iam existente/iam esse preterito illo preteriisse: futuro fore. dum uero fit unum oppositum/alteruz quoq; oppositū nec preteriisse: nec fore: nec esse: sed fieri: nec aliter esse. Necesse. At uero senius oppositum quiddam est iuniori nec alteri penitus ulli: est quod ergo se ipso fit senius/Necesse est simul quoq; se ipso iunius fieri/Videtur. quin etiam nec longiori se ipso tempore neq; breuiori fieri/sed per equale semper tempus secuz ipso fieri: et esse: et fuisse: futurum: esse: ac fore: Necessaria quoq; hec sunt: Necessarium ergo uidetur quodlibet eorum que in tempore sunt/atq; hoc tali participant/eandem secum ipso etatem agere/ac senius se ipso simul: et iunius fieri. Apparet. Ipsi uero uni nulla prorsus ex iis passionibus accidit. Nulla. Nullius

ergo temporis particeps/nec in aliquo tempo
re/Non sane ut ratio dictat. Quid igitur ipsũ
erat: fuit: fiebat: /non ne participationem tem
poris quandoq; preteriti significare uidentur:
Quĩ imo. At uero erit: fiet: factum fuerit /an
non futurum nobis designant? Futurum. Est
autem et fit/ presentis sunt temporis note :
Omnino quidem . Si ergo ipsum unum nul
lo prorsus participat tempore : nec fuit unꝙ̃
nec fit: neq; est: neq; fiet. neq; factum erit: neq;
erit: Uerissima hec sunt : Num potest quicꝙ̃
essentia aliter ꝙ̃ secundum istoruꝫ aliquod par
ticipare? . Non aliter: Nullo modo igitur est
ipsum unum: haud quaꝙ̃ uidetur : Non itaq;
ita est ut sit unum: esset enim iam ens et essen
tie particeps /immo ut uidetur ipsum unum ne
q; unum est: neq; est siquid huic rationi creden
dum: Apparet. Ei uero quod non est: num est
uel ipsi uel ipsius aliquid? At quo modo. Non
itaq; nomen illi est /non sermo/ non sciẽtia que
dam: non sensus: non opinio. Non uidetur:
Quapropter nec nominatur nec dicitur: nec o
pinione cogitatur: nec cognoscitur: neq; ab ali
quo ex iis que sunt/sentitur: haud sane uidetꝰ:
An possibile est ista circa ipsum unuꝫ sic se ha
bere? non ut mihi uidetur :

Is ne iterum ad ipsam suppositionem ue
lut a principio redeamus? considerantes
siquid forte redeuntibus nobis aliter se
habere uideatur? Uolo equidem. Non ne si ip
sum unum est/confessi sumus que circa illud
eueniunt: cuiusmodi esse oporteat? profecto .
Meditare iterum a principio: unum si est / nũ
quid possibile est ipsuꝫ esse/essentia uero nequa
ꝙ̃ participare? Impossibile: Essentia autem u
nius non idem quod ipsum unum erit: alioqn
si idem: non utiq; illius essentia esset: neq; ipsuꝫ
unuꝫ illa participasset: sed quotiens proferretꝰ
unum esse/simile quiddam significaretur: ac si
unum: unum diceremus. Nunc autem non est
huiusmodi suppositio nostra. s: si unuꝫ/quid nã
euenturum sit sed si unum est: non ne ita ? ꝓr
sus sic est: Nõ ne ita dicitur tanꝙ̃ aliud signi
ficet ipsum est: aliud ipsum unum? Necesse :
Num aliud ꝙ̃ ꝙ ipsum unum essentia ipsa par
ticipat? hoc enim est quod profertur: quotiens
quis summatim ꝙ unum est/profert: Omnino
Rursus itaq; dicamus /unuꝫ si est/quid nam ꝯ
tingat: Age id aduerte. An non necesse est hãc
suppositionem ipsum unum eiuscemodi predi
care quasi partes habeat? Quo nam modo?
Hoc: Si ipsum est de uno ente dicitur: et ipsũ
unum de ente uno / est autem idem essentia et
unum/eodem existente uno quod supposuimus
non ne necesse est totum quidem unum ens ip
sum esse/ciusq; partes tam unuꝫ ꝙ̃ esse existẽ
Necesse: Vtrum uero utranq; harum ĩpartium
partem dum taxat appellamus? An partem to
tius partem predicare oportet? Totius: Totũ
igitur est/quod unum est: ac partem habet: pe
nitus. Quid autem num he partes unius entis
.s. unum et ens ita se inuicem deserunt/ut ipsi
enti unum/et ipsi uni ens desit ? Non certe :
Igitur utraq; pars et unum simul et ens com
plectitur: adeo ut pars quelibet ex duabus sal
tem particulis constituatur: et secundum eãdẽ
rationem quecunque particula occurrit utraq;
semper in ea claudantur : et enim unum semp
ens/et ens unum mutuis nexibus amplectuntꝰ
Unde cum ubique in qua uis particula : duo
emergant/necesse est nunꝙ̃ unum existere: om
nino: Non ne hac ratione unum ens : infinita
multitudo erit? Uidetur: Age queso et hac ꝓ
ge: Qua? Diximus unum essentia participare ĩ
quantum est? Diximus. Et ob hanc causã unũ
ens multitudo esse apparuit? Sic est : Quid
autem si ipsum unum quod essentie particeps
esse diximus /ipsum secundum se ipsum solum
intelligentia cogitemus seorsum ab illo : quo
participare prediximus/nunquid unum solum
apparebit? uel etiam multa hoc ipsum? Unum
solum puto: Consyderemus iam et aliud quid
dam alterum quiddam esse necesse est ipsius es
sentiam. alterum uero ipsum: siquidem non es
sentia ipsum unum: sed ut unum: essentia parti
cipat : Necesse est: Quod si alterum essentia :
alterũ unũ: ip̃m unum non ex eo quod unum:
ab essentia alterum est: neque essentia inquãtũ
essentia ab uno est altera: sed per id : quod est
ipsum per se alteꝝ : et ip̃m per se aliud / altera
sunt inuicem: prorsus. Quamobrem ip̃m alte
rũ nec uni nec essentie idem est? Ueꝝ : Quod

ergo si ex istis elegerimus siue essentiam et alte
rum/seu essentiam et unum /siue unum et alte
rum/non ne in qualibet assumptione eliciemus
aliqua que iure ambo appellari poterunt? quo
modo? hoc mõ inꝙ̃: licet ne essentiam dicere?
licet. Rursusq; dicere unum? Et istud : Non
ne utrunq; illorum dictum est: Dictum utrum
q;. Quotiens essentiam et unum dico : an non
ambo dico? Dicis: Et si essentiam atq; alterum
siue alterum atq; unum/ non ne in iis singulis
ambo dico? prorsus: Que uero ambo recte ap
pellata sunt/nunqd possunt ambo ẽe/neq; tam̃
esse duo? Nequaꝙ̃/At que duo sunt cogitari
ne ita possunt/ut non illorum utrunq; unũ sit?
Minime: Quoniam igitur ista simul duo sunt
iccirco unum quodq; unum existit: Uidetur: si
unũ quodlibet eorum est: et utrunq; unum mu
tuo quodam coniugio inuicem est cõnexum/ nõ
ne tria uniuersa resultant? Maxime: Tria ue
ro non ne imparia? duo autem paria? Quid ni
et cum duo sint: non ne necesse est etiã bis ad
esse: et cum tria: ter? siquidẽ duobus inest bis
unum. tribus uero ter unum. Necesse: Duobꝰ
denique existẽtibus ac bis: necesse est duo bis
esse: et tribus existentibus atq; ter : non ne ne
cesse ẽ rursus tria ter esse? Quid ni? quid uero
tribus existẽtibus atq; bis: et duobus atq; ter
existentibus/necesse est tria bis esse ac bis tria
Necesse est oĩo. Erunt igitur pariter paria/im
paritecq; imparia/nec non imparia pariter: et ĩ
pariter paria: Certe. Si hec ita se habent. Nũ
putas ullum numerum relinq : q non necessa
rio illic insit ? Nullum? Iccirco si est unum/
necesse est et numerum esse: proculdubio: Itẽ
si numerus est/multa utiq; sunt/et infinita en
tium multitudo: An non infinitus numerus
multitudine et particeps essentie fit? Maxime
Quod si totus ipse numerus est essentie parti
ceps una quequ e ẽt particula numeri essentia
participabit: prorsus: per oĩa ergo que multa
sunt/essentia distribuitur/ /nec ab aliquo coruꝫ
que sunt/abest? seu minimum hoc sit / siue ma
ximum. Atq; id dubitare absurdum est: quo
mõ enim essentia ab aliquo eorum q̃ sunt/abes
se potest? Nullo: Diuisa est igitur quoad fieri
potest in minima et maxima: atq; in omnia que
quomodocũque sunt/maximeq; oĩum distribu
ta: et infinite sunt essentie partes : Sic se res
habet: plurime igitur illius partes sunt: pluri
me certe. Quid uero? est ne quicꝙ̃ ex istis/ qõ
quidem pars essentie sit: nõ tamen pars ipsa u
num qddã sit? At quo pacto id fieret? Uerum
postꝙ̃ ut arbitror est/necesse est ip̃am semp ꝙ̃
diu/unum aliqd esse: nihil autem esse/ ĩpossibi
le est/Absq; dubio . Non soluꝫ ergo uniuerse
essentie: sed illius etiã singulis partibus unum
adest/partem nullam deserens/siue maior illa
quidem seu minor sit : siue quomodocũq; se ha
beat: Sic est: Nunqd cum sit unum / ubique
simul est totum? Diligẽter id inspice. Intueor
atq; hoc esse impossibile uideo. Diuisum itaq; ni
si totum. Neq; ẽ aliter uniuersis simul essentie
partibus ꝙ̃ diuisum aderit. Sic est. Ceterum
quod partibile est/necessario totidem ẽ: quot ꝑ
tibus constat: Necessario: hac de causa haud
recte paulo ante dicebamus essentiam ĩ partes
plurimas distributam: qppe cum non ĩ plures
ꝙ̃ ipsum unũ sed pares discreta sit. Neq; eniꝫ
ens uni: neq; unum enti deest: sed duo hec poti
us per omnia penitus coequantur. Oĩo sic ap
paret. Ipsum itaq; unum ab essentia distributũ
ĩfinita multitudo est: patet: Nõ mõ igitur unũ
ens multa est: sed et ipsum unuꝫ ab essentia di
stributum multa esse oportet: oportet sane: qn
etiam ex eo ꝙ omnes partes/totius partes sũt
terminatum secundum totum unum erit : An
non cõprehenduntꝰ omnes a toto particule? cõ
prehenduntꝰ. Quod autem comprehendit ter
minus est? Est. propterea unum ẽs/unum quo
dammõ est et multa/totumq; et partes/nec nõ
finitum et multitudine ĩfinitum/Apparet/ nõ
ne cum terminatum sit: extrema quoq; habet ?
Necessarium est. preterea si totum est / princi
pium mediumq; et finem habebit? Nũ totum
aliquod absque iis tribus repiri põt ? Et siqd
ipoꝝ ab eo quod unum distat. totũ ne ulterius
erit? Minime. Quamobrem principium medi
umque et finẽ unũ habet. Habet. Medium ue
ro equuo interuallo ab extremis ũdique distat
non enim aliter esset medium: Non certe : pre
terea cum tale sit unum: figure cuiusdã est par
ticeps: seu recte siue rotunde: siue alterius ex

De uno Rerum principio.

utrisq; composite: particeps proculdubio. qui
etiam si huiusmodi est ipsum in se ipso et ī alio
erit: Quonam pacto? Quelibet pars in toto ē
nec extra totum penitus ulla: Esto. Singule
ne partes sub toto clauduntᷣ? Ita: At unuz cū
cte sue partes existit: nec quid plus uel minus
ꝙ uniuerse. Sic est: Non ne et totum unum
est: Quid ni? Si omnes partes toto claudun
tur/estq; oīa unum et ipm totum/continētᷣ aūt
sub toto singula/ab uno utiq; unum continebi
tur: atq; ita unum ipsum in semetipso iam erit
Uidetur. Ueruntamen totum in partibus mi
nime ē neq; in oibus neq; in aliqua: si enim in
oibus: necesse est et in una: et si in una quadaz
non sit: in cunctis esse non poterit: Si autem
hoc quidem unum cunctis ↄstat et in eo totum
non uno quo pacto amplius in omnibus erit
unum? Nullo: Sed nihilo magis in partibus
quibusdam. Nam si quibusdam totum insit:
maius in minori erit: Id aūt impossibile: Im
possibile. Cum ḡ totum nec in pluribus nec
una: neq; etiam cunctis partibus insit: an non
necesse est ipsum esse in alio quodam/uel nus
ꝙ existere? Necesse: Non ne si nusꝙ sit: ni
hil penitus erit? et tamen cum totum sit/neq;
sit in se ipso restat ut consistat in alio: penitus:
Qua igitᷣ unum totū est: in alio est: qua uero
oīa partes eius sunt/et ipsum cuncte partes est
ipm in se ipo. Ideoq; necesse est unum tū in se
ipso tū etiam in alio esse: proculdubio. Et cuz
talis sit unius natura: an non necessario sequi
tur/ut stet atq; etiam moueatur? Cur nam?
Stat qppe/siqdē ipm in se ipso consistit. Et ē
inherens uni nec ex eo digrediens/in eodem ē
in semetipso. Est profecto: Uerum quod in eo
dem semp est/stare semper oportet. Oportet.
At quod in alio semper: contra necesse est nū
ꝙ in eodem esse: si nunꝙ in eodem/nuꝙ prete
rea stare. quod uero non stat: moueri oportet:
Sic est: Necesse est igitur unum/cū in se ipo
semper et in alio sit/semp quoq; stare atq; mo
ueri. Uidetur: Quin etiam idem oportet ipm
sibi ipi esse ⁊ a se ipso alterum/⁊ quo ad alia si
militer idem et alterum: si mō q̄ supra dicta stᷣ
illi ↄpetunt: Qua ratione? Omne qdez ad uni
uersum sic se habet: uel enim idem est uel aliō
si non idem aut aliud/pars utiq; erit illius ad
uersus quod ita se habet: uel ut totum ad par
tem erit: patet: Nunqd ipsum unum sui ipsius
pars est? Nequaꝙ: non igitur quo ad se ipsuz
totum erit quasi pars sui sit: neq; enim possibi
le. An forte alterum est unum ab uno? Mini
me. Non itaq; a se ipso alterum: non certe: Si
nec alterū nec totum neq; pars quo ad se ipsuz
est/quid iam aliud restat/ꝙ ut idem sibi sit?
Istuc ipsum: Quid uero? quod alibi est ꝙ ipz
met in eodem existens in semetipso: non ne co
gitur alterum a se ipo fieri? siquidem alibi ꝙ ip
sum met existat? Mihi quidez uidetᷣ. huiusmo
di plane patuit esse unū/in se ipo silicet et ī alio
esse: patuit profecto: Ex hoc igitᷣ constat unuz
esse: a se ipo alterum: Uidetᷣ. Siquid uero ab
aliquo alterum est? non ne ab altero alterum?
Necesse. Quecunq; unum minime sunt/nū ab
uno altera/et unum alterum ab iis que nō unū
quid ni? Ideo unum ab aliis omnibus alteruz
apparebit: Alterum: Aspice preterea/num al
terum ipsum et ipsum idem contraria inuicem
sint: Cur non? Uolet ne unquam idem in alte
ro uel alterum in eodem consistere? Nunquaz
Ergo si nunꝙ alterum in eodem est: nihil est
ex iis que sunt/in quo per aliquod tempus ipz
alterum sit. Nam si per aliquod tempus sit in
aliquo: per id tempus in eodem ipsum alterum
erit. An non? Certe: postꝙ uero nunꝙ in eodē
constat/nunꝙ profecto in aliquo eorum: que
sunt: ipsum alterum erit: Vera dicis: Idcirco
nec in iis que non sunt unum: nec in uno erit
alterum: Non sane: Sequitur ut unum ab iis
que non unum et que non unum ab uno per ip
sum alterum altera esse nequeant: Sequitur
plane: Quod nisi participent ipso altero/altera
secundum se ipsa inuicem esse non poterunt.
At quo nam pacto? Atqui si nec se ipsis: nec
ipso altero/altera sunt/altera esse inuicem nul
lo pacto possunt: Nullo. Preterea que unum
non sunt/uno minime participant: neq; enim es
sent non unum: sed quodammodo unum. Ue
rum hanc ob causam que non sunt unum/neq;
etiam numerus sunt. Alioquin non penitus
unius essent expertia? siquem numerum habe
ant: Non certe: An uero que non sunt unum
partes unius sunt? An sic forte uno participa
rent: que non sunt unum? Participarent. Si
itaq; hoc quidem omnino unum est/illa uero n̄
unum: nec pars unum erit eorum que non unū
neq; totum ad illa/quasi ipsa sint partes. Neq;
rursus que non unum/unius particule: neq; ēt
tota quasi unum pars existat. Non profecto:
Ceterum asseruimus que neq; tota neq; partes
sunt/neq; inuicem alia/eadem inuicem esse de
bere. Asseruimus: Fatemur ne igitur unum
cum ita ad ea que non unum/se habeat illis iō
esse? Fatemur. Ergo unum ut uidetur alteruz
quiddam est ab aliis et a se ipso: rursusq; sibi:
et illis idem: Sic ratio persuadet. Nunquid si
mile quoq; et dissimile sibi ipsi ac ceteris? forte
postꝙ alterum ab aliis esse patuit: alia quoq;
ac illo altera erunt: Quid prohibet? An non
ita ab aliis alterum/ut ab illo et alia? nec magᷣ
quicꝙ neq; minus? Quid ni? Si nec magis:
nec minus restat ut similiter. similiter porro:
Si uni contigit ut alterum sit ab aliis eodem
modo quo ab illo alia: ex hoc sequitur ut eadē
conditio quedam tam uni ꝙ aliis competat:
Quid ais? Hoc unum quodq; nomen non ne
suum habet significatum? Habet. Idem uero
nomen uel sepius uel semel pronuntias: Equi
dem utrum quando semel profers illud apellas
cuius est nomen: quando uero sepius non illō
An potius siue semel seu sepe nomen idem pro
nunties: necesse est te semper idem innuere: idē
semper. Non ne et ipsum alterum nomen est
ad proprium aliquid significandum impositūz
Est. Quotiens igitur nomen hoc profers siue
semel siue sepius/non ad aliud refers neq; aliō
quicꝙ nominas ꝙ id/cuius hoc nomen est. ne
cesse: Quando itaq; dicimus alterum esse unuz
ab aliis: et illa ab uno altera/bis nomen hoc al
terum pronuntiantes/nunꝙ ad aliud quiddā
significandum inducimus: ꝙ naturam cuius
proprium nomen est: Omnino quidem. Si er
go unum alterum est ab aliis et alia ab uno al
tera patiens illud idem alterum: quod in aliis
est/secundum illud non secundum aliud quid
dam alterum est ab aliis unum: quodcunq; ue
ro idem patitur: simile est an non? Immo secū
dum quod autem unum habet ut sit ab aliis al
terum/secundum hoc idem quodlibet cuilibet
simile est: quodlibet enim est a quolibet alterū
Uidetur: Est ne simile dissimilibus contrariū
Est sane. Non ne et ipsum alterum ipsi eidez?
Et istud: Uerutnamen hoc etiam patuit ꝙ ipz
unum aliis idem: Patuit plane: Contraria ue
ro passio est esse aliis idem ⁊ esse ab aliis alterꝫ
Nimium: Qua tamen alterum/simile appara
it: Et hoc. Qua igitur idem/dissimile erit secū
dum passionem contrariam passionis illius: q̄
simile fecerat. simile autem non ne faciebat ip
sum alterum? prorsus: Ipsum ergo idem dissi
mile reddet: alioquin ipsius alterius contrariū
minime erit: Apparet: Ex iis concluditur unū
simile atq; dissimile aliis esse: qua sane alteruz
simile: qua ue idem dissimile. Talem ut uidetᷣ
rationem habet. Et hanc quoq; habet. Quaz?
Ut qua idem passum est/non alienum sit pas
sum: si non alienum passum fuerit/neq; dissimi
le etiam. si non dissimile/restat ut simile. sin
autem aliud susceperit: et alienum: si alienum:
etiam dissimile sit: Uere dicis: unum ergo et
quia ceteris idem et quia alterum secunduz am
bo hec et secundum horum utrunq; simile atq;
dissimile aliis erit: Maxime: Non ne: et
sibi ipsi eodem modo siquidem alterum a se
ipso et sibi ipsi idem apparuit: secundum ambo
atq; utrunq; simile pariter atq; dissimile appare
bit: Nimium: Consydera preterea queso quo
nam pacto unum ad tangendum/uel non tan
gendum se ipsum et alia sese habeat: Consyde
ro equidem. Ipsum unum in se ipso toto esse
constitit: Probe: An non et in aliis unum?
Et in aliis: Quatenus igitur in aliis/alia tan
git. quatenus in se ipso/tangere quidem alia ī
peditur/se ipsum uero tangit/cum in se ipso sit
Apparet: Hac utique ratione unum et se. et a
lia tangit. Tangit. Quid uero ad hec? Non ne
quodcunque tacturum aliquid est/prope illud
quod tacturum est/iacere oportet/atque eam
sedem occupare/que sequitur illius sedem: in
qua cum primum fuerit/tanget? Necessariuz
hoc est: Ideo unum quoq; si se tangere debet

De uno rerum principio

continuo post se ipsum extare oportet/proximā
loco in quo ipsum est: sedem occupans: Opor
tet omnino. Non ne unum si duo esset: hec effi
ceret/et duobus simul in locis existeret: donec
uero unum est/minime: Est ut dicis: Eadem ĝ
necessitas efficit: ut unum nec duo sit: neq; sese
tangat. Eadem: At nihilo magis alia tanget:
Quamobrem? Quoniam diximus quod tactu
rum aliquid est/seorsum positum/proximū illi
quod tangendum est esse oportere. Tertiuz ue
ro preter ista inter medium nullum: Uera.
Quapropter duo saltem adesse oportet / quoti
ens futurus est tactus. Oportet: Sin autem
preter terminos duos tertium quiddam medi
um interuenerit: tria quidem per ordinem sub
sequentur: tactus autem gemini: prorsus: atq;
ita semper uno quodam adiecto unus quoq; ta
ctus addiicitur. Ex quo contingit ipsos tactus
a numerorum multitudine uno exuperari. quā
to enim prima duo tactus ipsos exuperarunt:
ita ut plura numero q̄ tactus essent/tanto dei
ceps uniuersus numerus uniuersos tactus ex
cedit. Et enim in posterum unum simul addit̄
numero: et unus tactus tactibus ipsis apponi
tur: Recte: quot igitur ea que sunt/numero st̄
totidem semper et tactus/uno dum taxat excep
to: Vera loqueris: Itaq; si unuz esset solum/ n̄
usq̄ duo tactus quoq; nullus esset: Quonam
modo? Diximus que alia sunt ab uno/ nec es
se unum/nec uno etiam participare donec alia
sint? Diximus. Ex iis conficitur ut non sit in
aliis numerus unus/quippe cum unuz illis mi
nime adsit. Enim uero quo pacto id fieri pos
set? Unde alia nec sunt unuz nec duo: nec alio
quouis numero designata: Non sane. Ipsū
igitur unum solummodo unum est. duo autem
non sunt. Non ut apparet. Et si duo non sunt
tactus quoq; nullus erit: Nullus. Ergo nec
unum alia tangit/nec illa unum: nullo existēte
tactu: Non prorsus: Omnibus iis de causis:
unum se et alia tangit pariter et non tangit: sic
uidetur. An est preterea equale pariter ⁊ ineq̄
le tum sibi tum etiam ceteris? At quo pacto?
Si maius esset uel minus unum q̄ alia: aut
alia rursus maiora siue minora q̄ illud / non

utiq; unum ex eo q̄ unum: et alia ex eo q̄ alia
q̄ unum aut maiora aut minora inuicem ex ip
sis suis essentiis essent/uerum si preter ratiōes
suas/utraq; equalitatem insuper haberent: eq̄
lia inuicem existerent: sin hec quidem magnitu
dinem illa paruitatem/aut ipsum unum magni
tudinem/alia paruitatem haberent/cuicunque
speciei magnitudo adesset: maior existeret: cui
cunque paruitas: minor: Necesse. Non ne st̄
due quedam huiusmodi species magnitudo et
paruitas? Et enim nisi essent: nunq̄ contrarie
inuicem existerent/ac rebus ipsis inessent: Est
ut dicis. Igitur si uni paruitas accidit/ uel to
ti uni uel parti cuipiam insidet. Necessarium:
Si toti insederit/uel equa extensione per inte
grum unum intus amplificabitur /uel externis
limitibus circumplectetur. Plane: Exequo p
fecto uni infusa paruitas equalis proculdubio
uni erit: circumplectens autem maior. Quid
ni? Num potis est paruitas equalis cuiquam:
esse uel amplior? effectusq; magnitudinis et eq̄
litatis inferre? et ab officio suo desistere? Im
potens proculdubio: Unde concluditur in to
to uno paruitatem esse non posse. Restat forsi
tan ut sit in parte: Restat. Non tamen in tota
parte: eadem porro efficeret aduersus partem
que et aduersus totum effecerat: quippe uel eq̄
lis erit uel maior illa ipsa parte semper/cuicun
q; insit: Necessario sequitur: Nulli igitur unq̄
rei paruitas inherebit: cum neq; parti neq; toti
inhereat. Ex quo fit ut nihil futurum sit par
uum preter ipsammet paruitatem. Uidetur:
Sed neq; etiam magnitudo inerit: quippe ali
ud quicquam preter ipsam met magnitudinem
maius esset utputa id/cui inerit magnitudo: ue
rumtamen nihil est paruum: quod quidem su
perari oportet a magno: siquid magnum sit. et
enim quo pacto paruum aliquod reperies: cuz
paruitas in nullo resideat/ Vera loqueris:
Quin etiam magnitudo ipsa nullo erit alio ma
ior q̄ paruitate: neque paruitas ipsa alio quo
piam q̄ ipsa magnitudine minor: Nullo: quaz
obrem cetera preter unum neq; maiora neque
minora q̄ unum erunt: cum magnitudinis par
uitatisq; expertia sint. Neq; habebunt hec duo

aduersus ipsum unum uim aliquam / qua uel
excedant uel excedantur: sed inter se ipsa id ef
ficient: Neque etiam ipsum unuz aut hisce du
obus aut aliis quibuslibet maius uel minus e
rit: utpote quod tam magnitudinis q̄ paruita
tis est expers. Sic utiq; apparet. Ideoq; cum
nec maius nec minus sit unum q̄ cetera / nec
superabit alia neq; ab aliis superabitur. Absq;
dubio: Non ne quod nec superat nec superat̄
necessario sequitur ut eque se habeat: et si eq̄:
ut equale sit? Immo. preterea et ad se ipsum si
se ipsum unum habet/ut expers et magnitudi
nis et paruitatis nec se ipsum exuperet / nec a
se ipso exuperetur: sed eque se habens: equale
semper sibi sit. Et maxime quidem. Itaq; unuz
sibi cetерisq; equale: Uidetur. Uerumtamē cū
unum in se ipso sit/extrinsecus sese circuit: atq;
ita se complectens se ipso amplius extat: cumq;
etiam comprehendatur/angustius est: quo fit
ut unum tum maius tum etiam minus se ipo
sit: Fit utiq;. Non ne hoc quoq; necessarium ē
nihil silicet preter unum et alia reperiri: Neces
sarium. Item quicquid est an non semper ali
cubi esse oportet? Oportet: Insuper quod in
aliquo est: non ne semper in maiori minus?
Neq; enim aliter aliud esset in alio: Est quod
dicis. postq̄ uero nihil est preter unum et alia
oporteq; ista in aliquo esse: non ne in se inuicē
hec uicissim esse necesse est? aliaq; in uno: et in
aliis unum? aut nusq̄ prorsus existere? : Con
stat: Quia ergo unum est in aliis / iccirco alia
maiora sunt q̄ unum: utpote que unū continēt
unum autem aliis minus/ex eo quod continet̄
Quia uero alia in uno sunt: unum aliis ob eaz
dem rationem maius est: illa uero minora. Ui
detur: Unum itaq; equale maiusq; et minus se
ipso et aliis est. Apparet. Atqui si maius ⁊ mi
nus et equale: equalium erit mensurarum plu
riumq; et pauciorum quo ad se ipsum atque ad
alia: et si mensurarum /partium etiam: Quid
prohibet? Easdem ergo mensuras pluresq; et
pauciores habens/numero qoque plus atq; mi
nus erit/et ad se ipsum et ad cetera: nec non e
quale sibi atq; aliis ob easdem causas. Quonā
pacto? Quibus maius est/pluresq; illa mensu
ras habet: quotque mensuras / totidem et par

tes: et quibus minus est/eodem modo: quibus
ue equale/similiter. Sic est: Non ne cum se ip
so maius minusq; sit/et equale: equalium men
surarum pluriumq; et pauciorum quo ad se ip
sum est particeps: et postq̄ mensurarum etiaz
partium? Quid ni? Habensque partes sibi ipi
equales/multitudine etiam equale sibi erit/plu
res uero plus: pauciores deniq;/minus nume
ro semetipso: Uidetur. An non ad alia similit̄
se unum habebit? quia maius illis apparet/ ne
cesse est plusq̄ illa numero esse. quia uero minˀ
magnitudine etiam numero minus: quia deni
q; equale in magnitudine/numero q̄q; par esse
Necessario fit: hac iterum ratione unum par
plus minus secundum numerum se ipso erit:
ac ceteris: Erit sane: Nūquid et tempore unū
participat: estq; et fit iunius ac senius se ipso:
simul et aliis: et rursus contra nec iunius neq;
senius se ipso uel aliis / dum participat tempo
re? At quo modo id fieri potest? Esse profecto
illi competit/siquidem unum est: Competit.
Ipsum esse autem quid aliud est q̄ essentie cū
presenti tempore participatio: quemadmodum
ipsum erat cum preterito/et ipsum erit cum fu
turo essentie ipsius communicatio? Istuc ipsuz
Ergo si ipso esse participat/necesse est temporis
quoque esse particeps: Nimium: Non ne fluē
tis temporis? Certe. Semper ergo senius se
ipso fit siquidem secundum tempus percurrit
Necesse: Recordamur ne q̄ senius semper fit
senius eo quod iunius fit? Recordamur: Nō
ne igitur postq̄ unum se ipso fit senius: se ipso
dum iunius fit/fit et senius? Necessarium est
Fit ergo per hunc modum iunius se ipso ac se
nius: Fit: Senius autem non ne tunc est/ qñ
presens iam tempus attingit? quod medium ē
ipsius erat et erit? Neque enim currens ex p̄
cedente in posterum presens ipsum supergredi
tur. Non certe: An non desinit tunc fieri seni
us cum primum presens tangit? nec tum fit.
sed est iam senius/ Procedens enim ab ipso p̄
senti nequaquam comprehenditur. Quod nā
q; procedit/sic se habet ut utrunq;: presens sili
cet futurumque attingat: presens quidem relin
quens/futurum apprehendens/iter utrunque

medium preſens futurum ue cadens. Uera.
Si uero neceſſe eſt quodcunq; fit ipſum preſẽſ
minime tranſgredi/cum primum illud nactuz
eſt fieri deſinit/eſtq; tunc iã illud quod fiebat:
Apparet. Unum igitur quando ſenius factum
ipſum preſens aſſequitur/deſiſtit fieri/eſtq; iã
ſenius: Omnino: An non illo ſenius eſt: quo
fiebat ſenius? fiebat autem ſe ipſo. Ita. Seni
us uero iuniori ſenius: Eſt. Junius ergo ſe ip
ſo tunc eſt unum/quando ſenius factum/pre
ſens aſſequitur. Neceſſe. Ipſum preterea p̃ſẽſ
ſemper uni adeſt per uniuerſum eſſe: ſemper ẽ
eſt preſens ꝙ diu eſt: Quid ni? Semper ergo
unum eſt et fit iunius atq; ſenius ſemetipſo. ui
detur: Quin etiam longiuſ ne uel breuius tem
pus eſt aut fit ꝙ ipſum met: an potius equum
Equum. Uerum quod equale tempus eſt aut
fit/eamdem agit etatem: Quid prohibet? quod
autem eamdem etatem implet/neq; ſenius neq;
iunius eſt. Nequaꝙ: Quapropter unum cum
equale tempus ad ſe ipſum et ſit et fiat: neque
ſenius neq; iunius ſe ipſo aut eſt aut efficitur:
haud ſane mihi uidetur: Quo autem modo ad
alia ſe habet? Neſcio quid dicam: Non tamen
potes dicere/ꝙ alia ab uno ſiquidem altera ſꝫ
non alterum plura ſunt ꝙ unum: Nam ſi alte
rum unum eſſent. Altera uero cum ſint/plura
ꝙ unum ſunt/et multitudinem habent: habẽt
prorſus. Multitudo autem maiorem numerũ
ꝙ unum habet: Certe: Quid uero ex iis que
ad numerum ſpectant: que nam prius fieri ac
facta fuiſſe dicemus/num que plura ſunt: an
que pauciora? que pauciora: quod ergo pauciſ
ſimum primum. Id autem eſt unum: an non?
Immo. Unum ergo primum factum omniuz
que numerum capiunt: habent autẽ cetera om
nia numerum ſiquidem alia ſunt/non aliud: ha
bent profecto: primo autem factum priuſ fuit/
alia uero poſterius: poſterius autem facta/iuni
ora ſunt ꝙ quod ante factum. Ideoq; alia hoc
pacto iuniora ꝙ unũ ſunt: unũq; illis antiqui
us: Certe: Quid autem ad hoc? Num unum
effici preter naturam ſuam poteſt? uel id poti
us impoſſibile? Impoſſibile. Uerumtamẽ par
tes habere unum apparuit/ꝙ ſi partes/princi
pium quoq; mediumque et finem: Plane: Nõ
ne omnium primo principium fit et unius et re

liquorum cuiuſque/ac poſt principium cetera
uſq; ad finez omnia? quid ni? Fatemur ne hec
reliqua omnia partes totius atq; unius eſſe? et
illud ipſum una cum fine unum totumq; factũ
fuiſſe? Fatemur. finis tandem ut arbitror/po
ſtremo fit/cumq; hoc ſimul unum ſecunduz ſui
naturam completur: Quamobrẽ ſi neceſſe eſt
unum haud preter naturam ſuam effici/cum fi
ne ſimul confectum/poſtremum omnium natu
re ſue iure perficitur. Apparet. Junius itaq;
aliis unum eſt: aliaq; uno antiquiora: Sic ite
rum mihi uidetur. Quid autem principiuz aut
aliqua alia pars ſiue unius ſiue cuiuſlibet alte
rius/ſi modo pars non partes ſit/non ne unuz
eſt: ſiquidem pars exiſtit? Neceſſarium iſtud ẽ
Ex hoc ſequitur unum ſimul cum primo effec
to fieri/ſimulq; etiam cum ſecundo: ac etiaz re
liquorum quecunque fiunt/nulli unꝙ deeſſe:
donec ad extremum uſque percurrens unuz to
tum fiat: non a primo/non a medio/non ab ul
timo/non ab alio prorſus ullo in generatione
excluſum: Uerum. Eamdem ergo unum quam
et cetera omnia etatem agit. quapropter ſi non
preter naturam ſuam natum eſt ipſum unum:
neque prius neq; poſterius ꝙ cetera: ſed ſimul
potius factũ eſt. Ideoq; ſecundũ hanc rationẽ
unum neq; ſenius neque iunius aliis/neq; alia
uno: ſecundum uero rationem ſuperiorem unũ
et ſenius ſimul et iunius ceteris omnibus atq;
e conuerſo reliqua cuncta uno. Omnino ſic eſ
ſet: hoc ergo modo ſe habet/et tale eſt effectuz
Uerum quid nam ſentis de eo quod dicitur fi
eri unum ſenius atq; iunius aliis? aliaque uno
ac etiam neq; iunius neq; ſenius fieri. Utrum
eadem ratione ſe habet circa ipſum fieri. qua
circa ipſum eſſe habere prediximus/an aliter?
quid dicam ignoro. Ego autem tantum dicam
ꝙ ſiquid eſt antiquius alio: antiquius quoad il
lud ultra fieri ꝙ antea ſecundum etatis inter
uallum fuiſſet: minime poteſt: neq; etiam quod
iunius eſt inpoſterum iunius fieri: Nam equa
lia in equalibus addita ſeu tempori ſiue cuilibꝫ
alteri eodem interuallo diſtare quo et antea. il
la ſemper efficiunt. Nihil prohibet: Non igiť
id quod eſt: illo quod unum eſt/aut antiquius
aut iunius fieri poteſt: quando quidem eadem
ſemper diſtantia etatis intercidit: ſed et eſt: et

fuit hoc quidem ſenius/illud autem iunius: fit
uero minime: Eſt ut dicis. Itaq; id quod unũ
eſt ceteris quecunq; ſunt/nunꝙ uel iunius uel
ſenius efficitur. Nunꝙ. Sed aſpice poſthac
num alia quadam ratione et iuniora hec et ſeni
ora fiant: qua nam? Hac inꝙ. Vnum ne anti
quius aliis et alia uno eſſe conſtitit? quid tum
quando quidem unum ſenius eſt ꝙ cetera: lon
gius ꝙ illa tempus extitit: quinimo: Aduerte
iterum ſiquando longiori et breuiori tempori
par tempus addiiciamus: num equa particula
diſcrepabit longius a breuiori? an minore?
Minore: Unum igitur non tanto etatis inter
uallo alia deinceps excedet/quanto prius exceſ
ſerat: ſed par tempus ac cetera ſortitum: mi
nus ſemper ꝙ prius ab illis etate diſtabit: An
non. Profecto. Non ne quod minus excedit:
aliquid etate ꝙ prius/iunius fit ꝙ prius: quo
ad illa quibus erat antiquius? Junius procul
dubio. Si illud iunius: an non illa aduerſus
unum ſeniora ꝙ prius erunt? Penitus. quod
ergo iunius ante fiebat: ſenius fit ad illud qđ
ante fiebat eratq; antiquius: eſt autem nunquã
antiquius: uerum illo ſemper antiquius fit: il
lud porro iuueneſcit: hoc contra ſeneſcit: quod
rurſus antiquius/iuniori iunius ſimiliter effici
tur. Nam cum iſta in contrarium tendant/con
traria inuicem fiunt. Junius quidem ſenio
ri ſenius: ſenius contra iunius iuniori. Facta
uero fuiſſe nequeunt. Nam ſi facta fuiſſent: nõ
amplius fierent: ſed iam eſſent. Nunc uero et
iuniora et ſeniora inuicem efficiuntur. Unum
quidem ceteris iunius fit/ex eo ꝙ ſenius eſſe
apparuit et prius effectum. Cetera uero ſenio
ra ꝙ unum fiunt: ex eo quod poſteriora facta
fuerint. Et ſecundum eandem rationem cetera
quoq; ſimiliter ad unum ſe habent: quippe cuz
ãtiquiora et priora illo facta fuiſſe apparuerĩt
Idem mihi quoq; uidetur. An non qua ratio
ne neutrum illorum altero uel iunius fit uel ſe
nius ſecundum ꝙ pari numero inuicem diffe
runt: neq; unum aliis antiquius aut iunius fie
ret/neq; alia uno? qua uero ratione altera ſem
per parte differre neceſſe eſt priora poſteriori
bus et poſteriora prioribus ex hoc neceſſe eſt
ſeniora et iuniora inuicem fieri: tũ cetera uno
tum ceteris unum? Et maxime quidem: Om

nibus igiť his de cauſis unuz et ſe ipſo et aliis
ſenius ac iunius eſt et fit: rurſuſq; neque iuni
us neque ſenius ſe ipſo uel ceteris aut eſt aut
unquam efficitur. Prorſus: poſtꝙ uero unũ
temporis eſt particeps: ſeniuſque et iunius fie
ri põt: nõ ne preterea neceſſe eſt preteriti: p̃ntis
atque futuri eſſe particeps: cũ participet tempo
re? Neceſſario ſequitur. Erat igitur unum et
eſt et erit: fiebatq; et fit et fiet: Quid ni? Eſſet
quoq; illi aliquid et illius: eratque et eſt et erit
Maxime. Ideoq; ſcientia de illo eſſet/opinioq;
ac ſenſus: quippe cum et nos in preſentia hec
de illo uniuerſa tractemus: Recte ais. Nomẽ
item ac ſermo ipſi adeſt/nominaturq; et diciť.
Et quotcunque huiuſmodi circa alia reperiũť
circa unũ quoq; exiſtũt. oĩo quidẽ ſic ſe res hť
u Erum tertio iam ſic iterum diſſeramus.
Unum ſi eſt quemadmodum ſupra dixi
mus: an non neceſſe eſt ipſum cum ſit unum ⁊
multa/atq; iterum neque unum neq; multa: et
participans tempore/quia unum eſt: eſſentia
participare aliquando/quia uero non eſt non
participare aliquando? Neceſſarium hoc eſt:
Num poſſibile eſt dum participat/tunc mi
nime participare? Uel quando non participat
participare? Impoſſibile. In alio itaq; tempo
re particeps in alio uero eſt expers: hoc ẽ mõ:
dumtaxat fieri poteſt ut particeps atq; expers:
eiuſdem ſit: Probe: Numquid eſt id tempus
quando accipit eſſe: et quando eſſe amictit? aut
quo pacto eſſe poteſt: ut aliquando idem habe
at/aliquando uero non habeat: niſi alias id ca
piat: alias autem amictat? Non aliter: Accipe
re eſſentiam: non ne fieri apellas? Equidem:
Eſſentia uero priuari non ne deſtrui? Et maxi
me: Unuz igitur ut uidetur aſſummens atque
deponens eſſentiam/fit et interit: Neceſſariuz
Cumq; unum et multa ſit genitumq; atq; defi
ciens non ne quando fit unum deſinit ẽe mul
ta/qñ uero multa/deſinit eſſe unũ? Ualde: Et
cum fiat unum et multa: an ñ diſgregari et cõ
gregari oꝫ? Oportet: Quin ẽt quotiens diſſi
mile ſimileq; efficitur/ñ ne aſſimilari/et ut ita
dicam diſſimilari oportet? Immo: Et quan
do maius et minus atque equale/creſcere/de
creſcere atque equari? Sic eſt.
At quotiens ex motu in quietem uel ex quiete

in motum transit/oportet hoc non uno in tem
pore esse: Qua nam ratione: Postꝙ silicet pri
us steterit/moueri postea: cumq; antea motum
fuerit: deinde consistere. Et enim absq; tran
transmutatione hec pati nequit: Nequit: Tem
pus uero nullum est in quo quippiam sic habe
re se possit ut simul neq; stet/neq; etiam mouea
tur: Nullum. Uerumtamen neq; transit absq;
transmutatione: Haud consentaneum esset.
Quando ergo transit? neq; enim dum stat: ne
q; dum mouetur transit: neque dum in tempo
re est: Non certe: An est hoc mirabile quiddā
in quo tunc est: cum transit? Quid nam? Mo
mentum indiuiduum inꝙ: hoc enim momentū
certum quiddam significat: ex quo in utrunq;
transitur: Neque enim ex statu: dum stat: neq;
ex motu: dum mouetur adhuc transit. Uerum
momentanea ipsa natura atque miranda: me
dia motus quietisque interponitur. ac nullo
prorsus in tempore est: nec non in hanc atque
ex hac/quod motum est. transit in statum: et
quod quieuit/in motum. Apparet: Unum itaq;
siquidem stat atque mouetur. ĩ utraque procul
dubio transit: Solo enim hoc modo utraque
facit: Transiens autem momento ĩdiuiduo trā
sit. cumque migrat/nullo intempore est: neque
stat tunc neque mouetur: Minime. Nunquid
eodem modo ad ceteras mutationes sese habet
quando ex ipso esse in interitum migrat: uel ex
non esse in ipsum fieri: medium tunc fit: quo
dam motuum ac statuum? nec est tunc neque n̄
est neque fit etiam neque interit. Uidetur: Ea
dem quoque ratione ex uno migrans in multa
et e multis in unum: nec unum est neque mul
ta. nec congregatur neque disgregatur: et ex si
mili in dissimile: rursusque ex dissimili in simi
le migrans/nec simile neque dissimile: neq; assi
milatum neque ut ita dicam dissimilatum: et ex
paruo in magnum et in ipsum equale et contra
ria transiens: non paruum: non magnum: non
crescens: non: decrescens: non adequans: nō
uidetur. Hec igitur uniuersa unum sic est. pa
titur: Quid ni?

a N non consyderandum est quid preterea
patiant̄ alia: si unū est? Cōsyderandum:
Dicimus ne unum si est/alia ab uno/pati ali
quid oportere? dicimus: non ne quia alia sunt
ꝙ unum/non unum sunt: alioquin alia ꝙ unū
non essent. Probe: non tamen penitus uno pri
uata sunt: sed quodammodo uno participant:
Qua ratione? quoniam alia ab uno/ex eo ꝙ ꝑ
tibus constant/alia sunt ꝙ unuz: ꝙ nisi partes
haberent/unum penitus essent: Recte. Partes
autem: eius quod totum est/partes esse asserui
mus. Asseruimus plane: Atqui totum ipsum
unum ex multis esse oportet: cuius partes sunt
que partes appellantur/quelibet enim partium
non multorum pars: sed totius existit: At quo
modo istud? Siquid multorum pars esset: qui
bus ipsum inesset: sui ipsius quodammodo eēt
pars/hoc autem impossibile: et aliorum cuius
q;/siquidem omnium: unus enim non existens
pars/preter ꝙ huius/aliorum erit. Atq; ita u
nius cuiusque pars non erit. Non existens ue
ro pars cuiusq;/nullius ex multis erit: Et si
nullius/omnium istorum aliquid esse/quoruz
nullius est uel pars uel aliud quodlibet impos
sibile. Apparet quidem. Non ergo multorum
nec omniuz pars est quecunq; sit pars/sed uni
us cuiusdam idee et unius cuiusdam/quod to
tum uocamus: factum ex cunctis unum atq; ꝑ
fectum: huius inꝙ pars est: quecunque sit ꝑs
Omnino quidem: Si ergo alia partes habēt
toto atque uno participant. Maxime. Un
de unum totum perfectum/partes continens:
alia ipsa ab uno/esse necesse est: Necesse: quin
etiam de una quaque parte eadem ratio est. et
enim huius unius participem esse oportet. Nā
si unaqueque illarum pars est: hoc ipsuz quod
dicitur: una queque: unum quodammodo siḡ
ficat: distinctum enim quiddam ab aliis et se
cundum se ipsum existens significat: si modo
una queque erit: Recte: Erit autem unius par
ticeps/si aliud quiddam ꝙ unuz fuerit: alioqn
haud quaꝙ participaret: si ipsum unum esset:
At uero unum esse aliquid/p̄ter ipsum unū nil
potest: nihil participare uno necesse est et totuz
simul et partē. Ipsum nanque unum totuz erit
cuius partes sunt/partes singule/unū quod
que uero unū/pars totius/q̄cūque pars totius
existat. sic ē: Nō ne ḡ cum alia sint ꝙ unum.
uno participant oīa que participant. Quid ni

De uno Ro... principio

Alia uero ꝙ unum/multa quodammodo sunt
Nam si alia preter unum/nec unum: neq; plu
ra uno essent. nihil penitus essent: Nihil sane:
Postꝙ autem plura uno sunt/que unius par
tis et unius totius participia sunt: non ne ne
cesse est multitudine infinita esse ipsa participā
tia uno? Quo nam pacto? Hoc plane: Aliud
quiddam ꝙ unum ista sunt/neq; etiam uno par
ticipant: tunc cum primum unum participant:
Certe. Non ne multitudines sunt: in quibus
non inest unum? Multitudines certe: Quod
si uelimus intelligētia ipsa ex iis aliquid ꝙ mi
nimum excerpere/an non necesse erit illud ex
tractum: utpote quod unius est expers/multitu
dinem esse non unum? Necesse: non ne tibi sic
semper consyderanti ipsam secundum se ipsam
alteram speciei naturam/quantumcumq; illius
inspexeris: infinitum multitudine semper ob
curret: Et maxime quidem. Uerumtamē post
ꝙ unum quelibet pars effecta est: terminuz iā
partes inuicem et ad totum habent: nec nō ad
partes totum: Ualde quidem. Itaq; aliis quā
unum contingit ex ipso uno et ex se ipsis iam ĩ
uno conmunicantibus: alterum quiddam in ip
sis fieri: quod quidem terminum inuicem pre
buit: natura autem illorum secundum se ipsaz
infinitatem: Manifestum est: In hūc itaq; mo
dum alia ꝙ unum. tum tota: tum etiam secun
duz particulas: et infinita sunt/et termino quo
dam participant: Prorsus. Non ne insuper
similia dissimiliaq; inuicem et sibi ipsis? Quaz
obrem? Qua quidem infinita sunt secundum
ipsorum met naturam omnia idem quodam
modo ex hoc inuicem patiuntur: Patiuntur:
Item qua cuncta participant termino/ex hoc
quoq; idem omnia patiuntur. Quid ni? qua tū
illis conuenit ut finita sint simul et infinita/q̄
sunt contrarie passiones/ꝙ maxime fieri pōt/
dissimilia sunt: Nimium. Ergo secunduz utrā
q; passionem ipsa sibimet et inuicez similia erūt
At uero secundum ambas utrinq; simul ꝙ ma
xime contraria atq; dissimilia. Constat. Sic ḡ
alia eadem sibi ipsis et inuicem similiaq; et dis
similia erunt: Erunt. Et eadem iterum atq; al
tera inuicem: agitataq; et stantia/ceterasq; con
trarias passiones suscipientia illa que alia sunt
ꝙ unum/facile reperiemus: quippe cum predi
etas iam passiones susceperint. Recte dicis:

n On ne preterea si hec tanꝙ perspicua p̄
termictamus ac rursus unum si est consy
deremus alia ꝙ unum sic etiam se habebunt:
An sic solum? Prorsus. Est ne igitur a princi
pio iterum differendum unum si est/quid alia
pati oporteat? Differendum: An non seorsum
quidem unum ab aliis: seorsumq; alia erunt ab
uno? Cur nam? quia nihil est alterū preter ista
quod aliud sit ꝙ unum: aliudq; ꝙ cetera: uniū
sa quippe comprehensa sunt: cum unum et alia
dictum est: Uniuersa: quare nihil preter hec re
stat/in quo uelut eadem in sede et unum ⁊ alia
consideant. Nihil prorsus. Nunꝙ igitur ĩ idē
unum aliaq; concurrunt. Nunꝙ: Seorsum er
go: Seorsum. Dictum preterea fuit ipsum re
uera unum partes nullas habere: At quo mō
habere posset? Neq; totum igitur unum aliis ĩ
erit: neque eius particule/siquidem seorsum ē
ab aliis: nullisque particulis constituitur. Ita ē
Nullo itaque modo alia uno participabunt: cū
neque totum ipsum neque partem capiant. nul
lo ut uidetur: Atque iccirco alia nullo pacto
unum sunt: neque in se ipsis unum aliquod ha
bent. Minime: Unde nec multa sunt alia: Et
enim si multa essent: unum quodque illorum:
utpote pars totius/unum esset: Nunc autem n̄
unum non multa non totum non partes alia sūt
postꝙ nihilo unius participant: probe. quapp
nec duo nec tria sunt nec unū illis inē/siqdem
uno prorsus orbant̄. Sic ē. Itaq; nec similia
neq; dissimilia nec eadem sunt alia uni: neq; il
lis similitudo ac dissimilitudo in est. Si enim
similia atq; dissimilia ipsa essent/ex eo ꝙ in se ip
sis similitudinem dissimilitudinēque haberent
duas utique ꝯtrarias ĩucē sp̄es ip̄a alia ꝙ unū
ĩ se ip̄is ꝯp̄hēderēt. Apparet. fieri tū nō pōt:
ut q̄ nullo participant/duo q̄dam in se ip̄is ac
cipiant: Non certe: neque ergo similia neque
etiam dissimilia sunt neque pariter ambo: et ē
si similia uel dissimilia sint: una q̄dā altera spe
cie participarēt: et si ambo: duabus quibusdā
ꝯtrariis sp̄ebus: hec autem ĩpossibilia esse pa
tuit: Uera dicis. Nō ḡ eadē non altera: non a
gitata: non qeta: non orientia: non percuntia:

De uno Rep principio 3

non maiora: non minora: non equua: non deni que aliud quicq̃ huius generis sortita sunt: Nam siquid tale susceperint. uno quoq; & duobus et tribus: pariq; et impari participarent: quorum participatio illis uetita est / uno prorsus carentibus: Uerissima hec sunt: his ergo de causis unum si est: omnia est unum et nihil est: et ad se ipsum atq; ad alia eodem modo / Omnino sic se res habet:

a T uero si unum non sit: quid contingat / n̄ ne post hac ↄsyderãdũ est: ↄsyderãdũ? q̄ nam hec suppositio est: si unum non est? num aliquo differt ab ista? Si n̄ unũ n̄ est? Differt sane. Num solummodo differt? uel etiam oĩo contraria est hec si n̄ unũ nõ est: illius si unũ non est? Contraria omnino: Quid autẽ si qs piam dixerit / si magnitudo non est / uel paruitas non est / uel aliud quicq̃ huiusmodi / non ne in singulis demonstraret quod aliud quiddam exprimeret ipsum non ens? Omnino: Non ne ḡ nunc declarat ꝙ alterum quiddam preter alia ipsum non ens dicit: quando dicit unum si nõ est et intelligimus quid dicat. Intelligimus: Primum igitur aliquid quod cognosci potest exprimit: deinde alterum q̃ alia: cum ait unũ siue esse illi adiiciens siue nõ esse. nihilominus cognoscitur / quid non esse dicatur / ꝙq; differẽs quiddam est ab aliis / an nõ? Necesse: In hũc itaq; modum a principio dicendum / unum si n̄ est / quid esse oportet: Imprimis itaq; ipsi hoc oportet accidere ut uidetur: esse uidelicet quã dam eius scientiam: aut nihil intelligere nos: quid dicamus: quando unum si non est / proferimus uera loqueris: An non et alia altera esse q̃ illud uel neq; illud alterum q̃ alia predicari Maxime. Ergo diuersitas quoq; preter scientiam illi adest: neq; enim aliorum diuersitatem dicit. quando unum alterum q̃ alia uocat / sed sui ipsius diuersitatem: Apparet. Quin etiam ipsius illius: et alicuius: et huius. et huic: et horum atq; omnium huiuscemodi particeps ipsum n̄ ens dicitur. Neq; enim unum diceretur neq; ab illo altera: nec illi quicquam esset nec illius / neq; aliquid appellaretur: nisi particeps esset ipsius alicuius et ceterorum talium: Recte. Esse tamen unum nisi existat / impossibile ẽ participare uero multis nihil prohibet: Uerũ necesse est: siquidem ipsum unum: illud dumtaxat / nec aliud non est: ꝙ si nec unum nec illud / neq; etiam erit / sed de alio quodam sermo habetur: nihil pronuntiari oportet. sin autem unum illud dumtaxat: non aliud presuppositũ est non esse ipsius illius aliorumq; multorum particeps dicendum est. Et maxime quidem: quamobrem dissimilitudo illi est ad alia. nam cum alia altera sint q̃ unum extranea esse oportet: oportet: Extranea uero non ne aliena? qd ni? Aliena autẽ n̄ ne dissimilia? Dissimilia plane. Atqui si uni dissimilia sunt / dissimili dissimilia erunt: Plane: Aderit itaq; et uni dissimilitudo: secundum quam alia ipsi dissimilia sũt / Uidetur. Et si illi dissimilitudo ad alia competit: non ne ad se ipsum similitudo conueniet? quo nam modo? Si uni insit dissimilitudo ad unum / haud sane de huiusmodi quodam ut de uno sermo haberetur: neq; suppositio de uno: sed de alio quopiam fieret: prorsus: Neq; uero deceret: Non certe: Ob hanc causam oportet uni similitudinem ad se ipsum adesse: oportet. Item nec equale aliis est: Et enim si equale esset iam profecto: ac simile illis secundum equalitatem existeret. Utraq; tñ hec impossibilia cum unum minime sit. Impossibilia: post q̃ uero ceteris equale non est: non ne et alia necesse est illi equalia nequaquam esse? Necesse. Que autem non equalia: inequalia sunt: Inequalia: Inequalia uero inequali cuipiam inequalia sunt: Certe: Unde et inequalitatis particeps unum apparet: secundum quam cetera ipsi inequalia sunt. Particeps profecto: Ceterum ad inequalitatem magnitudo ac paruitas adtinet: Adtinet: Et magnitudo ergo et paruitas tali uni conuenit. uidetur. Magnitudo rursus et paruitas semper inuicem distant Distant: Ideoque medium quiddam semper interuenit: sane. Num reperis medium aliud inter hec preter equalitatem? Nullum aliud. cuicunque igitur magnitudo et paruitas accidit: accidit quoque equalitas horum obtinens medium: Constat: uni igitur dum n̄ est: equalitas magnitudo paruitas accidere uidentur.

Uidentur. preterea et essentia participare quodammodo ipsum oportet: At quo modo? habere se ipsum oportet eo modo quo dicimus: nisi enim sic sese haberet / haud quaq̃ uera predicaremus / dum unum non esse fatemur: Sin autem uera / manifestum est ꝙ ea que sunt / proferimus: non ne? Sic est: Cum uero nos uera predicare dixerimus / necesse est ut ea que sũt. asserere nos profiteamur: Necesse: Est ergo unum ut uidetur non ens. si enim non sit nõ ẽs sed aliquid ipsius esse remictat ad hoc ut nõ sit statim erit non ens. Omnino quidem: Oportet igitur illud tanq̃ uinculum ipsius non esse habere ipsum esse non ens / si debet non esse perinde ut ipsum ens ipsius essendi uinculum habet: ipsum non esse non ens ut perfecte rursus esse liceat. Ita enim ipsum ens maxime erit: & ipsum non ens / maxime non erit / si ipsum ens quidem participet essentia essendi ens / non autem essentia essendi non ens / si omnino esse debeat / ipsum uero non ens non participet essentia non essendi non ens / sed essentia non essendi ens / siquidem non ens penitus uideri debeat. Uerissima hec sunt: Non ne igitur postq̃ ens non essendi particeps est / et non ens ipsius essendi particeps / unum quoq; cum non sit: ipso esse participare necesse est / ad hoc ut uere n̄ sit? Necesse: Essentia igitur adesse uidetur uni si non sit: Uidetur. Atqui non essentia rursus siquidem minime sit: Quid ni? num potest aliquid: quod certo quodam modo affectum / sic habere se dicitur / non sic se habere / cuẽ non dũ ex huiusmodi habitu transmutatum sit? non potest. quodcunq; igitur sic se et non sic se habet mutationem quandam patitur: patitur. Mutationem uero motum ne an aliud quiddam esse dicemus? Motum: Unum autem non ne et ẽs et non ens apparuit? Apparuit? Ergo et sic et non sic se habens. Uidetur. Unum ergo non ens moueri uidetur: siquidem mutationem ex ipso esse in non esse recipit. Patet. Enim uero si nusq̃ in natura rerum adest: cum non sit nõ utiq; aliunde alio migrare potest: Quo pacto enim posset? Non ergo mouetur ex eo ꝙ transeat. Minime. neque tamen in eodem conuertetur. Et enim ipsum idem nusq̃ attingit. ens nanq; est ipsum idem / non ens autem in aliquo eorum que sunt / esse impossibile est. Impossibile certe. Non ergo unum cum non sit / in eo conuerti: in quo minime est: unq̃ posset: Num q̃: neq; etiam alteratur unum ab se ipso / siue sit siue non sit: haud enim sermo de uno ulterius haberetur: siquidem a se ipso alteratum fuisset? uerum de alio quodam preter unum: probe. Si neq; alteratur neq; in eodem reuoluitur neq; progreditur / quo nam pacto mouebitur? nullo: quod uero moueri nequit. quietem agere necesse est: et quod quiescit / consistere: necesse Igitur unum si non est: stat atq; mouetur: Uidetur: quin etiam si mouetur necesse est procul dubio alterari: quatenus enim quid mouetur eatenus non eodem modo quo prius / sed alio sese habet: plane ergo unum dum mouetur etiam alteratur: Profecto: Uerumtamen nullo modo motum / nullo modo alteratur. Nullo penitus. quamobrem unum quod n̄ est: quia qdem mouetur: absq; dubio alteratur: qua uero non mouet᷑ minime alteratur. Minime. Ideo ꝙ unum: si n̄ sit / alteratur: atq; etiam minime alteratur. Constat / quod quidem alterat᷑: an n̄ alterum q̃ antea fieri pristinumq; habitũ exuere oportet: quod uero n̄ alteratur: nec fieri: neq; etiam interire: necessario sequitur: Unde unum quod n̄ est / quia alteratur: efficitur ac perit: quia uero n̄ alteratur / nec fit nec interit Atq; ita et fit pariter atque interit: Rursusque neq; fit neque interit: sic est

r Ursus iam ad principiũ redeamus / liquido ĩspecturi utrũ hec deĩceps quẽadmodũ hactenus an aliter esse uideãt᷑? Operepretiũ hoc est: nõ ne iaẽ disseruimus qd circa unũ accidat: si ip̄m minime sit? Disseruimus. At q̊tiens n̄ ẽs proferimus / nil aliud nobis significat q̃ essentie absentiam ab illo quod qdem n̄ esse pronũtiamus: nil aliud: utrũ qñ dicimus n̄ esse aliqd / aliq̃ mõ ip̄m n̄ esse intelligimus: aliq̊ mõ esse: An potius hoc ip̄m / n̄ est quotiẽs ꝓnũtiat᷑: simpliciter significat / ꝙ nullo prorsus modo usquam est: et cum non sit / nulla ex parte est essentie capax: Absolute id significat: neque ergo esse ipsum non ens poterit: neque alio quoquam modo essentiam attingere.

Minime. Fieri autem et interire num aliud ē
ꝙ illud quidem essentiam accipere/hoc autem
amictere? Nil aliud: ergo cui nulla huius pars
conuenire potest: nunꝙ aut accipit ipsam /aut
amictit: Nunꝙ: Uni ergo postꝙ nullo modo
est neq; nancisci: neq; abiicere/neq; aliquo pac
to essentiam capere conuenit. Decens est. Nō
itaq; interit ipsum unum cum non sit/neq; fit:
utpote quod nulla ex parte est essentie capax.
Non uidetur: neq; rursus aliquo pacto altera
tur. Jam enim et fieret et periret: si hoc pati
posset: Uerum. Si minime alteratur / an non
etiam necesse est nequaꝙ moueri? necesse: neq;
tamen stare alicubi/quod nullo modo est /asse
remus: quod enim stat in aliquo eodem semp
esse oportet/Quid ni? Sic plane ipsum cum ñ
sit/nunꝙ aut stare aut moueri fatebimur. nun
ꝙ: preterea nihil ex iis que sunt/illi adest. Jaz
enim essentia participaret: utpote quod alicuius
existentis esset particeps. Manifestum est: nō
magnitudo igitur illi: non paruitas: non equa
litas accidit: Non profecto: Sed nihilo ma ḡ
similitudo aut diuersitas illi uel ad alia uel ad
se ipsum aderit: nequaꝙ uidetur. Num et alia
ullo modo illi esse poterunt? cum nihil prorsus
ipsi esse queat? haud licet. Quapropter alia nō
similia illi: non dissimilia. non eadem: non alte
ra sunt: non sane: An uero ipsum quod illius:
uel ipsum quod illi: uel quid: uel hoc: uel hu
ius: uel alterius: uel alteri: aut quondam: aut
deinceps: aut nunc: seu scientia/siue opinio /si
ue sensus/an sermo: an nomen/ an aliud quod
uis ex iis que sunt/ circa ipsum quod minime
est: existet? Minime. His igit̃ ratōibus unũ si
non est/nullo prorsus modo aut usꝙ sese hēt
Non sane uidetur ullo modo aut usꝙ sese ha
bere.

e Et ne iterum disputandum unum si non
est/quid alia preter unum pati oporteat?
Disputandum: primuz igitur alia esse illa opor
tet: nisi enim alia sint: haud sane de ipsis aliis
dissereretur. Sic est: Et si de aliis sermo fit /
alia profecto altera sunt: an non ob idem ipsuz
aliud et ipsum alterum apellas? equidem/ al
terum non ne ab altero alteruz/et aliud ab alio
aliud esse dicimus? Utique: Ergo ipsis aliis/si
modo alia futura sunt: aderit aliquid a quo a
lia erunt. necesse. Quid nam id potissimuz erit
Ab uno quidem alia non erunt/cum illud mi
nime sit. non certe. Inuicem itaq; alia sunt.
Id enim solum restat. alioquin a nullo alia fu
tura sunt. Recte. Jccirco secundum multitu
dines singula inuicem alia sunt. Et enim secũ
dum unum nequeunt/non existente uno. Uez
quilibet ut uidetur aceruus illorum/multitudi
ne infinitus existit. Et siquod minimum appa
ret/quispiam sumpserit/uelut in sonno somniũ
repente pro eo quod unum uisum fuerat: mul
titudo occurrit/et pro eo quod minimuz appa
ruerat/ꝙ maximum iam ad illa que ex eo selec
ta et discreta sunt/apparet: Rectissime. Talib9
inꝙ aceruis diuersa inuicem alia preter unum
erunt/si non existente uno: alia sunt: Quaz ma
xime: An non plures aceruj erunt: quorum q̄
libet unus prima fronte uidebitur / nullus tñ
unus erit: cũ ipm unum minime sit? Certe:
Numerus item illorum aliquis esse uidebitur
siquidem et unum quodlibet cum tamen mul
ta sint: Ualde quidem. paria preterea et impa
ria falso uidebunt̃/uno prorsus absente: falso
Quod insuper exiguũ in illis primo uidebitur
ut dictum est / euestigio ꝙ maxima et ꝙ pluri
ma quoad singula parua /q̄ etiam multa sunt:
se nobis ostentat: qd prohibet? qn etiam acer
uus qsq; equalis multis paruisq; aceruis esse
uidebitur. Nam haud liquido ex maiori in mi
nus transisse uideret̃/nisi prius in mediũ per
uenisse uisus esset. hoc aũt phantasma quoddã
eq̃litatis erit. Uerisimile est. Non ne ad aliuz
aceruũ terminũ habens ipm ad se ipm: neque
principiũ: neq; mediũ: neq; finem habet? q̄ de
causa? qa semper cũ qs hoz aliqd intelligen
tia contuet̃/ante principiũ semper aliud occur
rit principiũ/et post finem alter semper finis
subseqt̃: nec non in medio/alia semper interio
ra ꝙ mediũ: semperq; minora/ob id qa neqt u
num aliqd in his accipi cũ unũ minime sit: ue
rissima loq̄ris. Discerpi deniq; necessario arbi
tror ut dispersũ/quodcũq; intelligentia qs as
sumpserit. semper enim aceruus unius expers
accipit̃: proculdubio. Non ne hoc tale eminus
et obtuse prospicienti unũ apparet? Necesse.

Cominus autẽ et acute intelligenti unum quod
q; multitudine infinitum/ siquidem ab uno nō
existente deserit̃? pre ceteris necessarium hoc ē
In hunc itaq; modum infinita et finem haben
tia et unũ et multa/quelibet alia apparere opor
tet/si non unum/sed alia preter unum sunt.
Oportet utiq;: An nō similia quoq; et dissimi
lia uidebuntur? At quo modo? Nam cum ue
lut adumbrata eminus prospicienti unum ap
pareant oĩa/in eodem aliquo cōmunicare: simi
liaq; esse uidebuntur: Prorsus. At uero pro
prius accedenti/multa et altera/atq; ipso diuer
sitatis phantasmate altera sibi ipsis et dissimi
lia. Sic accidit. Similes item atq; dissimiles
ipsos aceruos tum sibi met: tum inuicem ap
parere necesse est. Et maxime quidem. Nō ne
etiam eosdem et alteros inuicez et contiguos
sibi et seorsum a se ipsis / omnibusq; motibus
agitatos et undiq; permanentes/orientes/et oc
cidentes/ac neutra oĩaq; huiusmodi: q̄ quidez
percurrere facile nobis esset/si uno non existen
te: multa fuerint. Uerissima narras.

r Edeuntes iã iterum ad principiuz/decla
remus/unum si non ē/qdnam aliis pret̃
unum/euẽturum sit: Declaremus: principio ḡ
unum alia non erunt. Quomodo enim? Neq;
tamen multa. In iis enim que multa sunt: inē
et unum. Et enim si nullum illorum est unum
cuncta nihil sunt: quapp neq; multa. Uera loq̄
ris: Cum itaq; unum haud insit aliis/nec mul
ta nec unum sunt. Non plane. Neq; etiam ap
parent unum aut multa: Cur nam? Quoniam
alia cum iis que non sunt: nullum prorsus con
mertium habent: neq; quicꝙ ex iis que minĩe
sunt/ad aliquid aliorum adtinet: nam nulla ps
iis q̄ non sunt/adest: Uerum. Neq; igitur opi
nio de eo quod minime ē nec phantasma cete
ris inest/neq; ullo modo id quod non est: ab a
liis opinione concipitur. Non certe. Quaprop
ter si unum non est/nihil ex aliis opinione con
cipitur aut unum aut multa esse. Nam absq;
uno/multa opinari penitus ĩpossibile. Impossi
bile nimium. Ergo si unum non est alia neque
sunt neq; opinione etiam cogitantur: unuz aut
multa esse. Non uidentur. Unde neq; similia:
neq; etiam dissimilia: Non: neq; tamen eadem
aut altera/neq; contigua neq; seiuncta/neq; reli
qua quotcunq; in supioribus tanꝙ q̄ ad ipsa
alia spectare uiderentur / enarrauimus iam ad
citur concupiscentia: pro: Uideamus iam ob
secro: Nihil enim amictemus: so : Immo o ꝓ
tarche eum quod modo querebamus inueneri
mus amictemus aliquid circa ista uidelicet du
bitationē: pro: Quaz belle uicez reddidisti : at
iaz que secuntur expediamus: so : Non ne fa
mez atq; sitiz et huiusmodi multa. concupiscen
tias quasdam esse diximus: pro: Maxime: so:
Ad quidnam idez respicientes res adeo diuer
sas uno nomine nuncupamus? pro: per Iouez
haud facile dictu o socrates dicendum tamen
so: ab eisdem rursus exordiamur: pro: Quib;
so: Dicimus ne sitire aliquem? pro: Dicimus :
so: Hoc autem est exhaustum esse? pro: Quid
ni? so: Et sitis cōcupiscentia ē? p: Est: so: potō
nis ne? pro: potionis: so: an non repletionis po
tus? pro: huius certe: so : Vacuus igitur et ex
haustus contra eoꝝ q̄ patitur appetit. Nam cū
uacuus sit: impleri cupit: pro: Manifestum est
oīo: so: Quid ergo? qui primo exhastus est nū
potest uel sensu uel memoria quadaz eius reple
tionem attingere: quod nec presenti in tempo
re nec aliquando passus est? protarchus. Nul
lo modo: so: Sed eum qui cupit: aliquid cupe
re confitemur: pro. quid ni? so: Nō ergo quod
patitur: appetit: Sitit enim sitis autem indigē
tia est: is tamen repletionem affectat. protar :
Ita: socrates: aliquid igitur eius quod appetit
expletionem attinget. protarchus: Necesse: so
Corpus quidem nequit: nam exhaustum est :
pro: certe: so. Restat ut anima repletionem ꝑ
memoriam consequitur. pro: Patet : socrates

Nam quo alio consequeretur? pro: Nullo fer
me: so: an aduertimus qd nobis ex iis rationi
bus efficiatur? pro: Quid istud? so: Corporis
cupiditatem esse ratio hec non dictat: pro: quo
pacto? so: quoniam passionibus eius contrariũ
conatum animalis omnis semper ostendit: ꝑ:
penitus: so: Impetus autem icontraria ꝙ pas
siones trahens: memoriam contrariarum pas
sionibus innuit: pro. Omnino: so: Ratio itaq;
ostendens memoriam ad concupita rapientez
anime omnem impetum et cupidinem / princi
patumq; omnis uiuentis explicuit: pro: Recte
nimium: so: Sitire igitur uel esurire corpus
nostrum / aut aliquid eiusmodi pati / nequaꝙ ra
tio hec admictit: ꝑ: Uera loqueris: so: hoc pre
terea circa ista consyderabimus / ꝙ hec ratio
quamdam uite speciem in iis demonstrare uel
le uidetur / pro: In quibus? et de qua uita loq̄
ris? so: In replendo inꝙ et euacuando: et om
nibus que ad salutem siue pernitiem animaliũ
attinent: Et siquis nostrum in alterutro consti
tutus affligitur / tunc secundum mutationes le
tatur. pro: Sic est: so: quid? quotiens in hoꝝ
medio permanet? pro: Quo modo in medio?
so: Ob passionem quippe tristatur: sed uolupta
tum interim preteritarum meminit. Cessat q
dem tristitia: non dum tamen impletur: quid
tunc dicendum? non ne in medio passionum es
se? ꝑ: Dicendum: so: Utrum dolentem omnīo
uel contra gaudentem? pro: Non gaudentem
per iouem: sed dupla potius affectum tristitia:
secundum corpus in passione: secundum aīam
in expectationis ardore: so: Quo nam modo ꝑ
tarche dolorem duplum aiebas? Non ne uacu
us quispiam certam aliquando repletionez spe
rat? aliquando contra desperat? ꝑ: Maxime:
so: Nuz dũ assequi sperat / ipsa recordatione ga
udere uidetur? simulq; uacuus eo ī tēpore cru
ciari? pro: Necesse: so: Tunc igitur et homo ⁊
animalia reliqua / letantur simul ac merēt: pro
apparet: so: At cum uacuus aliquis expletōez
omnino desperat / non ne tunc passio duplex cir
ca dolores exoritur? quam ipse paulo ante intu
itus / simpliciter duplam opinabaris? pro: Ue
ra hec sunt: so: Hac talium passionum discep
tatione ad id utamur: pro: Ad quid ais? so:

utrum uoluptates istas atq; molestias ueras:
an falsas: an partim ueras: partim falsas dice
re debeamus? pro: quo pacto o socrates uolu
ptates atq; molestie false esse possunt? so / quo
modo etiam o protarche timores ueri uel falsi
aut expectationes uere: seu minime uere? aut
opiniones uere uel false? ꝑ: Opiniones eqdē
confiterer: sed hec reliqua minime: so: qd ais?
disputationem tamen aut breuem inceptare ui
demur: pro. Uera narras: so: At si preceden
tibus sit conueniens o uiri illius fili consyde
randum est / ꝑ: Istud forte: so: Omne igitur
superuacuum et quicquid preter propositum ē
dimictendum: pro: Recte: so: Dic itaq;. conti
nua nempe me admiratio tenet semꝑ circa eas
quas nunc induximus questiones: pro: quo
pacto inquis? so: An non sunt ex uoluptatum
numero false quedam alie uere? ꝑ: quomodo
id fieri potest? so: Neq; igitur reuera / falso ue
letari aut tristari dicitur: ut tu ais: neq; inter
furentes et insanos inuenitur aliquis: qui gau
dere uideatur cum non gaudeat: aut dolere ꝛ
quando non doleat: pro: Hec omnia sic se ha
bere o socrates omnes admisimus: socrates:
Num recte an forte differendum est: recte ne
uel non ista dicantur? protarchus: Differendũ
quidem mea sententia: so: Distinguamus igiť
euidētius: quod modo de uoluptate atq; opinio
ne dictum est. Est ne aliquid apud homines:
opinari? ꝑtarchus: Est: socrates: Et letari? ꝑ:
Et letari: socrates: quin et opinione conceptuz
aliquid ē? ꝑtarchus: Cur non? socrates: Et ħ
quo gaudens gaudet? protarchus: Et hoc: so.
qui opinatur siue recte seu non recte opinetur
ipsum tamen quod reuera est opinari / non per
dit: protarchus: quo enim modo: socrates: ga
udens etiam / siue recte gaudeat siue non / ipsuz
tamen quod reuera gaudere est / haud admictit
protarchus: Immo et hec ita se habent: so:
quo igitur pacto opinio uera et falsa fit? Uolu
ptas solummodo uera: cum tamen opinari ue
re atq; letari utraq; similiter acceperint? protar
chus: Consyderandum hoc est: socrates:
Nunquid es eo ꝙ opinioni uerum et falsum ī
dita sunt: nec solum ob hec opinio facta est:
Sed qualis quedam opinio utraque? Hoc

ne consyderandum inquis? protarchus: Ita:
so: Preterea inuestigandum est / an uoluptas
et dolor ea ipsa duz taxat / que sunt permaneāt
nunꝙ uero qualia quedam efficiantur: pro:
Patet: so: Uerum haud quaꝙ difficile ē / ꝙ q̄
lia quedā fiant inspicere: Iam pridē concessi
mus uoluptates atq; molestias / magnas et par
uas: uehemētes remissasq; fieri: pro: Cōcessim᷒
so: Quod sicui ex iis prauitas adiiciatur. pra
uam sic opinionē / prauam itidem uoluptatem
effici cōfitebimur: ꝑ: Quid prohibet? so. qd si
rectitudo uel contrariũ rectitudinis hoꝝ cuiꝙ
admoueatur / nuz rectā opinionē: que rectitudi
nem subiit: ac uoluptatē similiter apellabimus
pro: Necessario sequitur: so: Et si quod opini
one cōprehendiť / sit fallax / non ne opinionē fal
sam potius ꝙ rectam uocabimus? ꝑ: Immo:
so: Item si uoluptatē uel dolorē circa id quo
gaudemus uel angimur / aberrare cernamus.
num rectam aut bonā uoluptatē dicemus? aut
aliquo preclaro nomine honorabimus? ꝑ: At
id fieri neqt / siquidem uoluptas ipsa deliquat:
so: Uerumtn̄ sepenumero nobis uoluptas ex o
pinione falsa exoritur: pro: ꝑculdubio. attamē
opinionem o socrates eiuscemodi falsam dici
mus: uoluptatem uero ip̄am nemo utiq; falsaz
denominaret: so: Prompte nimiuz o protarche
uoluptatis rationem in presentia tueris: pro:
Minime: uerum que audio loquor: so: Nihil
ne o amice apud nos differt uoluptas ab opini
one recta scientiaq; proficiscens ab ea q̄ falsaz
opinionem et ignorantiam sequitur? pro: Con
sentaneum est haud breui quodam interuallo
distare: so: Uerum ad hāc ipsam distantiā per
scrutandā deueniamus / pro: Duc age qua lu
bet: so: Ecce hac te duco: pro: Qua nam? so:
Opinio quedam uera est: quedā falsa: pro: Est
so: Has sepenumero uoluptas dolorq; sequiť:
pro: Sequiť: so: An non ex sensu ac memoria
in nobis opinio nascitur? fitq; ut opinione pro
arbitrio differamus? ꝑ: Precipue: so: Non ne
sic circa ista nos habere putandum? pro: quo
modo: so: Fateris ne non nunꝙ hominem ꝑ
cul aliqua confuse prospicientem / uelle clarius
obiiecta discernere? pro: Fateor equidem: so:

Is ẜ sic a se ipso quodammodo sciscitabitur:
pro: Quo pacto inqs? so: Quid nam illud est
quod iuxta saxum sub arbore ꝑcul apparet?
An hec ille ꝑferre secum tibi uidetur / dũ eius
modi quedam aspicit / cuiusmodi sibi quādoq;
apparuerunt? pro: Quid ni? so: Deinde ueluti
sibi ipsi respondens / homo ille est īquit: id qua
si ueritatem assecutus: pro: Nimium: so: Rur
sus forte mutata sententia opus quoddaz a pa
storibus fabricatum esse asserit: ꝑ: Maxime.
so: Quod siquis illi adsit / que animo secum ip
se uoluerat in uocem fundens: eadē rursus ꝑ
senti diceret: Ac sermo tunc fieret. quod ante
opinionem uocauimus: pro. Manifestum: so:
At si solus sit: hoc idem secum ipse reperens /
quandoq; longũ tempus seruans in se ipso pro
cedit: pro: ꝑrsus: so: Quid ergo? idem ip̄e in
iis que et ego sentis? ꝑ. Quid istud? so: Uide
tur mihi tunc hominis anima libri cuiusdam ꝑ
similis: pro: Qua ratione? so: Memoria ī idē
cum sensibus incidens et ille que circa ista pas
siones sunt / uerba quedam in anima quodam
modo inscribere mihi uidentur. Cumq; uera ꝯ
scribunt: passionem huiusmodi ueram opinio
nem dicimus: et orationes in nobis uere ab ħ
ipso proficiscuntur. At cum scriba hic noster
falsa resignat / contraria ueris eueniunt. pro.
Omnino ita mihi uidetur: et ea que dicta sunt
libenter accipio: so: Accippe alium eorum que
tunc fiunt in animis nostris opificem. ꝑ: Quē
so: Pictorem qui post ip̄m scriptorez: dictorũ
imagines in anima pingit: ꝑ: quomō hunc et
quando id agere dicendum? so: quando ab as
pectu siue alio sensu dicta et opinione ꝑcepta /
quis educens / dictorum et opinione ꝑceptorũ
imagines in se ip̄o quodammodo contuetur.
an hoc in nobis efficitur: protarchus: Uehe
menter: socrates: Non ne uerarum opinionum
sermonumq; imagines uere: false uero falsoruz
ꝑtarchus: Omnino: socrates: Si modo recte
hec diximus / hoc in iis preterea cogitemus:
protarchus: quid istud? socrates: Utrum cir
ca presentia atq; preterita hoc nobis accidere
necesse sit / circa futura nequaꝙ? protarchus:
Eadem ratione circa tempora omnia: socrates

Non ne uoluptates atqꝫ molestie ipsius anime proprie in superioribus dicte sunt uoluptates et dolores corporis antecedere? ꝓptereaqꝫ et pregaudere: et predolere nos ob futura contingit: pro. Uera narras / so: utrum in scriptiones atqꝫ picture quas paulo ante nobis in primi uolebamus / ad presens preteritũ ue respiciunt / ad posterum minime? pro: Ad omnia: so: Num iccirco iis assentiris / ꝙ hec oĩa: spes q̃dã ad futurũ tempus existunt: nosqꝫ per omnem uitã perpetua spe nutrimur? pro: prorsus so: Age ad hoc preter illa respõde. pro: Quid rogas? so: uir iustus et pius et probus / non ne deo amicus est? pro: quid ni? so: Iniustus et ĩprobus contra se habet: pro: Contra: so: Plurima tamen ut dicebamus unusquisqꝫ spe ducitur: pro: Sane. so: Sermones sunt in unoquoqꝫ nostrum / quas spes nominamus: pro: Insunt: so: Quin etiam phantasmata picta, nã cuiqꝫ licet fingere se cumulum auri maximũ possidere / oblectamentisqꝫ uariis abundantẽ: omni suauitate perfundi: pro: Nil prohibet so: Num dicendum in terna hec scripta bonis uiris / quia deo amici sunt / uera sepe euadere? malis sepenumero contra? pro: dicendũ certe so. Et malis uiris oblectationes nihilominus adsunt sepe conficte: ac deniqꝫ false: pro: quid ni adsint? so: Falsis igitur uoluptatibus praui ut plurimum gestiunt: boni homines ueris alũtur: pro: Necessariũ penitus: so: Insunt ergo secundum hanc rationem false quedam animis hominum uoluptates: imitantes tamen ueras nimiumue ridicule: ac dolores eodem pacto: pro: Insunt utiqꝫ: so: An licebat sic opinanti oĩo: q̃ nec fuerunt / nec sunt: nec erunt / in se ipso formare? pro: Licebat: so: Atqꝫ hec erant: que tunc opinionẽ falsam: et opinari falso efficiebant. An non? pro: Erant: so: Non ne ĩ illis reddendus est habitus aliquis uoluptatibꝫ molestiisqꝫ contra respondens? pro: Quomõ? so: Quod licebat alicui re uera letari: quoquo modo uel temere gestienti: non tamen iis q̃ sũt aut ante fuerunt / plerumqꝫ etiam letari in iis: q̃ nunq̃ euenient: pro: Hec quoqꝫ o socrates necessaria sunt. so: Et eadem ratio de timoribꝫ et cupidinibus: ceterisqꝫ huiusmodi: sepe scilicet illa falsa existere: pro: Eadẽ profecto: so: Num opiniones ob aliud bonas uel prauas: q̃ ꝙ uere uel false sint apellamus? pro: ob hoc ipsum: so: Nec uoluptates malas ob aliud / q̃ quia false: pro: oĩo o socrates contrarium ꝓtulisti: forte enim ob falsum solum uoluptates et molestias ualde malas ẽe haud quaq̃ asserere decet: in maximam ac multiplicem prauitatem aliter incidentes: so: Malas utiqꝫ uoluptates et propter prauitatem tales / paulo post si placuerit / referemus: falsas autem insuper alio mõ: tum sepe tum multas in nobis et esse et fieri dicendum ẽ: hoc ẽ ad iudicandum fortasse nobis confert. pro: Quid ni? mõ sint: so: Atq o protarche ut mea fert opinio / sunt: hec aũt sententia q̃ diu apud nos manet a redargutione: procul esse ĩpossibile est. pro: Probe: so: Aggrediamur iterum athletarũ more hanc disputationem: pro: Aggrediamur: so: In superioribꝫ diximus: siquidem meminerimus qñ cupiditates diuisim nobis inessent / tunc corpus passionibus ab anima discrepare: pro: Recordamur dictaqꝫ hec proculdubio sunt: so: Non ne cupiebat aĩa contrariũ corporis habitum? Receptaculũ aũt doloris et uoluptatis q̃ passione fit / erat corpus? pro: Erat: so: Collige: quod ex his sequitur: pro: Dic: so: Quotiens ista cõcurrunt / congrediuntur quoqꝫ uoluptates atqꝫ dolores / eorumqꝫ sensus / q̃ contraria sunt: quod profecto nunc patuit: pro: Apparet: so: hoc q̃ꝙ non ne inter nos conuenit? pro: Quid nam? so: Utrumqꝫ magis minusue suscipere / uoluptatem pariter atqꝫ dolorem: et ad genus infiniti referri: pro: Conuenit certe: so: Quedam ẽ coniectura horum recte iudicandorum nobis adest: pro: ubi nam et quo modo? so: Non ne propositum in hoc iudicio nobis est passim dinoscere: q̃ nam ex iis maior / q̃ minor: que magis / q̃ intensior uoluptas. s. ad molestiam: et ad molestiam molestia: ac uoluptas iterum ad uoluptatem? pro: Hec quidẽ talia sunt: et istud iudicii nostri ꝓpositum: so: quid uero in aspectu / eminus aut cominus magnitudines inspicere / ueritatem obscurat / falsaqꝫ opinari compellit. In doloribus autem et uoluptatibus idem minime fit? pro: Multo magis o socrates: so: Id utiqꝫ illi quod paulo ante narratum fuit contrarium est: p: Quid ais: so: Tunc enim opiniones he false ac uere effecte dolores una et uoluptates passione sua prorsus implebant: p: Uera narras: so: Nunc autem he ex eo quod passim transmutate eminus et cominus uideãtur et ad se inuicem comparentur: uoluptates quidem ad dolores: maiores uehementioresqꝫ uidentur / et dolores rursus ad uoluptates contra: pro: Talia quedam necesse est ob eas causas fieri: so: Quod si quanto utraqꝫ maiora uel minora q̃ reuera sint apparent: tantumdem ipse ademeris: non ne id quod cum appareat q̃dem utrumqꝫ non tamen sit / neqꝫ recte apparere dices? neqꝫ unq̃ eiusmõi uoluptatis ul' molestie portões rectas aut ueras audebis asserere? pro: Sic est: so. post hec igitur inspiciamus / num hac ratione in medium afferamus uoluptates atqꝫ molestias falsas multo magis q̃ iste sint: que et apparent in uiuentibus et existunt: pro: quales dicis et quo modo: so: Dictum est sepenumero: ꝙ quorumlibet natura corrupta concretionibus / siue discretionibus / repletõnibus uel euacuationibus / incrementis quibusdam uel decrementis / dolores / molestie / cruciatus / ceteraqꝫ id genus exoriuntur? pro: Sepe iam dictum. so. At cum in naturam suam restituuntur / restitutionem talem uoluptatem circa nos posuimus: pro: probe: so. Quid autem cum circa nostrum corpus horũ nihil accidit? pro: At quando id contigit o socrates? so: Nihil ad rem o protarche ista tua petitio: pro: Cur nam? so: Quia nihil impedies me: quod ante rogaueram rursus interrogare: protar: Quid illud? so: Nisi fiat o protarche tale qd dicam: quid necesse est ex hoc nobis contingere: pro. An id dicis uidelicet corpore in neutram partem exagitato: so: Id ipsum? pro: Cõstat o socrates neqꝫ uoluptatem neqꝫ dolorem eo ipso in tempore percipi: so: Recte nimium respondisti: Verum ut arbitror id sentis / ꝙ necesse sit ex iis unum aliquid semper nobis accidere / quemadmodum sapientes tradunt: cuncta quippe sursum deorsum ue iugiter fluunt: ꝓferunt sane: nec male loqui uidentur: Quomodo enim male? cum mali minime fuerint. Uerũ impendentem sermonem euitare nolo: hac aũt fugere cogito: tuqꝫ una mecum fugito: pro: dic qua? so. Ista sane sic se habere iis dicamus: tu uero responde: Utrum quicquid umq̃ patitur animal idem et sentiat patiendo: neqꝫ dum crescimus / nos ipsos lateamus / neqꝫ dum aliquid aliud huiusmodi patimur? an contra oĩo: ferme enim talia quedam uniuersa nos fugiũt pro: Contra omnino. so: Haud igitur recte dictum est a nobis quod modo diximus: mutatõnes sursum deorsum ue factas: uoluptates et dolores inferre: p. Cur non? so: Sic autẽ rectius ac tutius dicere licet: p: Quo modo? so: Mutationes quidem magne uoluptates doloresqꝫ afferunt: mediocres autem et exigue / minime: pro: Rectius isto modo q̃ illo o socrates dicitur: so: Enim uero si ista sic se habẽt / mox uita in superioribus narrata redibit: pro: Que nam? so: quam absqꝫ merore et letitia ponebamus: p: Uera loqueris: so: Ex iis triplicem uitam ponamus: suauem: tristem: neutram: An tu aliud sentis? pro: Haud aliter q̃ ita: triplicem uidelicet uitam esse: so: Non igitur idem erit non dolere quod et letari: p: Nequaquam so. quotiens ergo audis omniũ dulcissimum esse uniuersam uitam sine merore transigere: quid tunc sibi uelle id dicentem existimas? p: Dulce esse significare ille mihi uidetur id ipsũ quod dicit non dolere: so: Pone tria quedam ut lubet: et ut pulchrioribus utamur nominibꝫ alterum aurum / argentum alterũ: neutrum reliquum nominato: p: ponant: so: quod horũ neutrum est: potest ne alterum ex iis fieri: uel argentum uel aurum? p: Nequit: so: Uita ẽ media siquando suauis uel mesta dicit: aut existimatur: nequaq̃ recte uel existimatur uel dicit p: Certe: so: Attamen o amice aliquos ista loqui et opinari sentimus: p: Maxime: so: An igit gaudere tunc / quando non merent: existimant? p: aiunt quidem: so: Non ne tunc gaudere putant? non enim ꝓnuntiarent? p: Apparet so: falso de letitia opinant / siquidem utriusqꝫ natura gaudii. s. et ĩdolentie diuersa est: p: diuersa profecto: so: Utrum eligemus penes nos hẽ esse quemadmodum nuper tria uel duo dumtaxat? dolorem quidem hominibus malum ab

sentiam aut tristium ex hoc ipso bonam existen
tem: dulcem cognominari? ptarchus: Quo
modo id o socrates / fiat a nobis ipsis queram?
non enim intelligo: so: Reuera aduersarios
huius o protarche philebi haud intelligis: p:
Quos nam inquis? socrates: Eos qui rerum
naturam precipue callere feruntur: qui nolup
tates funditus tollunt. ptarchus: Quid ni. so
dolorum effugia eas omnes uocant: quas phi
lebi sectatores nuncupant uoluptates: ptar:
His ne credamus o socrates consulis? socra:
Nequaꝙ: sed tamꝙ uatibus quibusdam utam
non arte: sed indignatione quadam non inge
nerose nature uaticinantibus: a upluptatis af
fectu nimium ab horrentibus: nihilq; in ea sin
ceri esse uolentibus: adeo ut ipsas quoq; eius
illecebras maleficam quandam illa qucationē
potiusꝙ uoluptatem uocent: his ergo ad hec u
tere: consyderans preterea et reliqua: quibus
ardentissime inuehuntur: Post hec autē quas
ueras existimem uoluptates: accipito: ut ex utri
sq; sermonibus uim eius consyderantes: adiu
dicandum deniq; comparemus: ptarchus:
Recte inquis: so: hos igitur tamꝙ propugna
tores secundum indignationis illorum uestigi
um prosequamur. Reor equidem tale quiddā
eos innuere: altius atq; longius ordientes: ꝙ
si uelimus speciei cuiusq; naturam cognoscere
uelut duri naturam utrum ad durissima respi
cientes: sic maxime cognosceremus? An ad e
xigue dura: Oportet te o protarche iis īdignā
tium interrogationibus quemadmodum et mi
hi respondere: ptarchus: Oportet sane illisq;
respondeo / ad primas magnitudines suspicien
dum: socrates: Si uoluptatis genus quam na
turam habeat nosse uelimus: non in paruas uo
luptates longeq; ad suprema remotas: uerum
in eas que supreme uehementissimeq; dicunt:
adspiciendum. ptarchus: Quilibet nunc ista
tibi concederet: so: Non ne in promptu pre ce
teris posite sunt: que maxime uoluptates sunt:
ut sepe iam dicimus: ipse. s. circa corpus? pro:
Quid ni? socrates: Utrum uehementiores in
egrotantibus ꝙ bene ualentibus reperiuntur
Caueamus obsecro: ne temere respondentes
delinquamus / ptarchus: Quonam pacto? so:
Forte enim in bene ualentibus fateremur: p:
Uerisimile est: socrates: An non uoluptates
ille excedunt magnopere: quarum ardentes cu
pidines adsunt? ptarchus: Uerum id est: so:
Non ne febribus et huiusmodi morbis affecti
homines et sitiunt uehementer et algēt: et quot
cumq; pati corpore consueuerūt: magis admo
dum ꝙ ceteri patiuntur? quo fit: ut magis īdi
geant / indigentiamq; replentes: uehementius
delectentur. An uerum hoc esse negabimus?
ptarchus: Omnino ut dictum est apparet: so:
Quid uero num recte sentire uidebimur asse
rentes: siquis ingentissimas uoluptates cerne
re uelit non ad sanitatem / sed ad morbum res
piciendum. Et uide ne me hac mente rogare te
censeas / pluribus ne oblectationibus egrotan
tes ꝙ bene ualentes deliniantur: sed magnitu
dinem et uehementiam uoluptatis ubi nam fiat
interrogare putato: perscrutandu᷑ quippe qua
cōstet natura / prediximus: quam ue dicant: q
nullo modo esse illam asseuerarunt: protarchus
Teneo pene quod inquis: so: forte nil minus
o protarche ostendes. Responde modo. In la
sciuia et petulantia non plures inꝙ: sed uehe
mentiores et intensione maiores uoluptates ꝙ
in uita temperata uides: Dic ammabo / mente᷑
adhibens: ptarchus: percepi quid uelis / et ex
cessum cerno ꝙplurimum: so: Temperatos nē
pe puerbium nihil minus precipiens semper
continet: et huic illi obtemperant: Intemperan
tes autem et dissolutos homines uoluptatis fe
ruor ad furorem usq; occupans inmoderatis
clamoribus exultare compellit: ptarchus: Re
cte loqueris: so: Et si uerum hoc est: patet in
quadam deprauatione tum anime tum corpis:
potiusꝙ in uirtute uehementes uoluptates: ue
hementesq; cruciatus consistere: pro. Patet
certe. so / An non aliquas e multis elicere de
cet / inuestigantes qua ratione ingentes uocari
debeant / p: Necesse est: so: Aduerte itaq; taliū
morborum uoluptates qua ratione se habeant
p: qualium: so: Deformium uoluptates / quas
illi / quos indignantes uocauimus / penitus hor
rent: pro. quales inꝙ: so: Uelut in scabiei me
dela que fricādo fit / ceterisq; huiusmodi: haud
alio pharmaco indigentibus: hanc passionem
proh dii inmortales / uoluptatem ne an dolorē
potius nuncupabimus? pro: Malum quidda᷑
o socrates mixtum hoc esse uidetur: so: Non
tamen philebi gratia in hunc sermonem incidi
mus: Sed quia nisi he uoluptates et que hasce
secuntur / inspiciantur: numꝙ ferme quod que
situm nunc est / diiudicare ualebimus: An non
ad istarum cognatas pergendum est? pro. Nū
eas inquis: que in mixtione communicant? so:
Has ipsas: Sunt igitur mixtiones corporis q
dem ipsius in corporibus anime in anima. Et
dolores anime et corporis uoluptatibus mix
tos reperiemus: eamq; utrorumq; conmixtionē
interdum uoluptatem interdum uero dolorem
cognominatam: pro: Quonam pacto? so: Ut
ecce / cum quis in restitutione uel corruptione
simul contraria patitur: algens sepe calescit: et
calens aliquando refrigescit / querens ut arbi
tror id assequi: illud abiicere. Quod utiq; dici
tur / amaro dulce permixtum / cum difficultate
reiiectionis adsistens: molestiam: ac deinde a
grestem congressum conficit: pro: precipue ue
rum est / quod in presentia dicitur: so. Non ne
harum mixtionum quedam exequo utrinq; /
quedam exalterutro excedente conflantur?
protarchus: Nihil prohibet: socrates:
Dic igitur ex earum numero que doloris plus
ꝙ delectationis continent / eas esse que scabiē
secuntur: et que titillationes quando quod in
tus est / feruet atq; tumescit: neq; perfricando
aut exagitando quis attingit: quod uero circa
cutem est solum: Diffundit. Tum sane illa ferē
tes ad ignem et incontrariu᷑ ambiguitate qua
dam: sepenumero transmutantes inextimabiles
uoluptates pariunt: aliquando contra interio
ribus ad exteriorum molestias uoluptatibus
mixtas: in utram partem declinatio fiat / exibēt
ex eo ꝙ commixta per uiolentiam diffundant:
uel dispersa confundant / simulq; uoluptatibus
dolores admoneant: ptarchus: Uera narras
so: Non ne iterum cum uoluptas amplior: se
cundum talia uniuersa conmiscetur: tunc por
tio doloris īnexa titillat: et leui quada᷑ tristitia
afficit. Atq; iterum uoluptatis uberior pars in
fusa prouocat / et interdum prosilire compellit
et omniformes colores omnigenas figuras:
omnimodos spiritus cum omni incitamento et
exclamationes cum insania parit? pro: Sūmo
pere: so: Cogit preterea o amice de se tum ip᷑
uel tum alium exclamare / ꝙ his uoluptatibus
delinitus ac liquescens propemodum moritur
eoq; magis eiuscemodi uoluptates sectatur q
q; / quo intemperatior quis et imprudentior ē.
Atq; has insuper summas oblectationes pre
dicat: et eum qui iis delitiis totam uitam mul
cet / beatissimum arbitratur: pro. Omnia que
apud multos in existimatione᷑ ueniunt o socra
tes collegisti: so: De uoluptatibus o protarche
que in conmunibus corporis passionibus ex
trinsecus intrinsecus ue miscentur / est dictum
De iis uero que miscentur in anima / contraria
quedam ad corpus coniiciuntur / uoluptatem:
si cum dolore et dolorem cum uoluptate ī unā
mixtionem concurrere. Et hec in superioribus
percurrimus / ꝙ quando exhaurit / repletione᷑
cupit. Et sperans gaudet / exaustus / angitur.
Ista tunc quidem testimoniis minime confir
mauimus. Nunc uero dicimus ꝙ anima a cor
pore discrepante in iis omnibus quoru᷑ haud
satis multitudo cōprehendit: mixtio una dolo
ris et uoluptatis emergit: pro: Recte nimium
loqui uideris: so: Una preterea doloris uolup
tatisq; congressio restat: pro: Quenam? so: quā
sepe ipsam in se ipsa animam accipere diximus
pro: qua ratione istud asserimus? so: Iram: ti
morem: desiderium: lamentationem: amorem
emulationem: inuidiam: et huiusmodi reliqua
An non hec omnia dolores quosdam ipsius a
nime ponis? pro: Equidem: socrates: Non ne
dolores huiusmodi plenos miris quibusdam
uoluptatibus inuenire licet? An forte in me
moriam nobis illud reducere oportet? ꝙ que᷑
admodum apud homerum accidit uirum: uel
prudentem irasci eo tamen pacto ut eius affec
tus dulcior melle sit iugiter distillante: sic con
tingat inuita ut aliqua ire dulcedo misceatur:
Et uoluptates in lamentationibus atq; deside
riis tristitie mixte sint? pro: Nequaꝙ: uerum

ſic iſta nec aliter accidunt? ſo: Quin etiam me
miniſti eos qui tragicis ſpectaculis adſtant:
dum delectantur/ſepe lugere: pro: Memini.
ſocrates: Et in commediis animi noſtri affec
tum ad oblectationem ſimul atq; merorez decli
nare ſenſiſti: protarchus. Haud ſatis aduerti:
ſocrates: Non enim facile eſt o protarche affe
ctum huiuſmodi ubiq; comprehendere: protar
chus: Non certe ut mihi uidetur: ſocrates:
Ipſum igitur tanto magis accipiamus/quanto
eſt obſcurior: ut in ceteris facilius quis uolup
tatis triſtitieq; concurſum percipere ualeat.
protarchus: Dic iam: ſocrates: Inuidie nomē
paulo ante inductum: utrum dolorem quemdā
ſignificare cenſes. nec ne? protarchus: Cen
ſeo: ſocrates: Inuidus tamen proximorum ad
uerſis letari deprehenditur. protarchus.
Vehementer: ſocrates: Malum quidem igno
rantia eſt: et ut nunc loquimur/ſtolidus habi
tus/ protarchus. Quid ni: ſocrates. Ex iis
aſpice ridiculum ipſum quam naturam habeat
protarchus: Dic modo. ſocrates: Eſt utiq; ſum
matim deprauatio quedam habitus alicuius
denominata: et ex omni genere improbitatiſ ea
eſt: que contrariam conditionem habet/ ꝙ del
phica ſcripta perceperint: protarchus: Inq̄ſ
o ſocrates/preceptum hoc/noſce te ipſum?
ſocrates: Aio: Oppoſitum huic eſſet/ſi forte p̄
ciperetur. Nullo modo te ipſum noſce? pro
tarchus: Eſſet: ſocrates: O protarche conare
nunc id trifariam diſtribuere. protarchus:
Dic tu/ego ē nequeo: ſocrates: Ais ergo me
nunc iſtud diuidere oportere? protarchus:
Aio equidem. et quod maius eſt obſecro: ſo:
Non ne quiſq; ex iis qui ſe ipſos ignorant/ ſe
cundum tria id neceſſario patiť? protarchus
Quo modo? ſocrates: Primo enim ſecunduz
pecunias. opulentiorem quippe ꝙ ſit aliquādo
ſe ipſum exiſtimat: protarchus: Multi quidē
ita decipiuntur: ſocrates: Plures etiam: q ma
iores formoſioreſq; ſe putant: et quecunq; ad
corpus attinent: ſupra quam ueritas patiatur
habere: protarchus: Plures profecto: pluri
mi deniq; /qui animi dotes maioreſ ꝙ habeant
habere ſe putant: protarchus: Et maxime q
dem: ſocrates: Quantum uero ad uirtutes ani
mi pertinet: non ne uulgus ſapientiam prorſuſ
ſibi uendicans: plenum eſt contentionibus fal
ſaq; ſapientie ipſius opinione? protarchus.
Quid ni? ſocrates: Siquis ergo paſſionez hāc
omnem/malum quiddam uocarit: recte nimiū
apellabit: protarchus: Maxime: ſocrates.
Hoc iterum o protarche bifariam partienduz
ſi debemus ridiculam inuidiam cognoſcentes
miram uoluptatis et moleſtie mixtionem inſpi
cere: protarchus: Quo modo bifariam par
tiendum? ſocrates: Ita: quicumq; hanc falſaz
de ſe opinionem ſtulte preſummunt/ quemad
modum et omnibus hominibus/ſic et iis etiaz
accidat/neceſſe eſt/ut quidam eorum robur ac
potentiam in iis que profitentur/ poſſideant:
quidam uero nequaꝙ. protarchus: Neceſſa
rium eſt: ſocrates: Hac ergo ratione diſtigue
quicumq; ex iis imbecilles ſunt: neq; ulciſci in
iurias: neq; ſibi ipſis opem ferre ualent/merito
ridiculi nuncupantur? qui uero poſſunt/terribi
les et robuſti et hoſtiles iure uocantur. Igno
rantia enim potentum robuſtorumq; hominum
hoſtilis atq; teterrima res eſt. hec enim et que
cumq; eius ſimilia/proximis omnibus noxia.
ſin autem imbecillis ignorantia ſit/ridiculorū
naturam ſubit: protarchus: Recte loqueris
Attamen uoluptatis doloriſq; concurſus/non
dum in iis nobis patuit. ſocrates/Liuoris pri
mo uim accipe: protarchus; Dic. ſocrates:
Triſtitia quedam et letitia iniuſta eſt: protar
chus: Neceſſarium hoc eſt: ſocrates: Aduer
ſariorum malis letari nec iniuſtum nec inuidū
eſt: protarchus: Non: ſocrates: Malis autē
amicorum letari potiuſꝙ triſtari/ non ne inui
di eſt atq; iniuſti? protarchus: Eſt: ſocrates:
Ignorantiam omnibus malam eſſe diximus?
protarchus: Et recte quidem: ſocrates: Ami
corum igitur preſuntionem ſapientie atq; pul
chritudinis/et quotcumq; paulo ante diximuſ
tribus in ſpeciebus fieri: ridicula quidem cuz
imbecillia/odioſa uero cum ualida/ hunc inꝙ
amicorum habitum non ne fatemur: cum qs
habet innoxium aliis eſſe ridiculū? protarchuſ
Fatemur ſane: ſocrates: hunc quoq; cū igno
rantia ſit/malum eſſe? pro: Certe: ſocrates:
Letamur ne/an triſtamur/dum hunc irridemꝰ
protarchus: letamur plane: ſocrates: uolupta
tem uero in amicorum malis/ non ne a liuore
proficiſci prediximus? protarchus: Certe: ſo
crates: Nos igitur in amicorum rebus ridicu
lis ſubridentes miſcere uoluptatem dolori/dū
inuidie letitiam addimus/ratio iſta concludit:
liuorem quippe triſtitiam quamdam anime iam
dudum eſſe conſtitit: deriſionem uero letitiam
ſimulq; hec eo in tempore congredi patuit: pro
tarchus: Uera loqueris/ſocrates: Ratio igiť
nobis hec dictat: nos non modo in ipſis ſpecta
culis res geſtas repreſentantibus: ſed in toti
us uite quadam ueluti tragedia atq; comedia
dolores uoluptatibus inmiſcere: protarchus:
Impoſſibile eſt iſta tibi o ſocrates non conce
dere/etiam ſiquis alteri parti potiſſimum ad ſti
pularetur: ſocrates: iram/deſiderium: lamenta
tionez: metum: amorem: emulationem: inuidiā
propoſuimus. ceteraq; huiuſmodi: in quibus
ea que iam ſepe repetimus/coire nos diximus
reperturos: an non? protarchus: Ita: ſocrateſ
Num aduertimus de lamentatione: ira: atq;
inuidia ſuperiora pertractauiſſe? protarchus:
Quid ni aduerterimus? ſocrates: Multa igiť
reſtāt. protarchus: Multa: ſocrates: Ob quā
uero potiſſimum cauſam mixtum in commediiſ
affectum declaraſſe me tibi exiſtimas? non ne
fidei gratia? quia ipſa in amoribus timoribus
q; et aliis mixtio facilius oſtendi poteſt/Quaz
tu ex te ipſo dinoſcens: et que dicta ſunt ſeruāſ
me dimicte: nec me cogas ad illa ſingulatim or
dine deſcendentem: in longum diſputationem
producere/Uerum ſimpliciter id accipito: et a
nimam abſq; corpore: et abſq; anima corpus:
et mutuum et utrorumq; congreſſum/in omni
bus perturbationibus uoluptatis et doloriſ ha
bere concurſum. Dic ergo: num me dimictas
aut ad multam noctem detineas. Reor enim
te ſi pauca quedam dixero: me dimiſſurum. nā
horum omnium craſtinum tibi ſermonem pol
liceoꝛ in preſentia uero ad iudicium quod phi
lebus iſtituit/pergere cupio: protarchus: Pre
clare inquis o ſocrates: et iccirco que reſtant
utrumq; tibi placuerit: enarrato: ſocrates. Se
cundum naturam quidem poſt mixtas uolupta
tes neceſſitate quadam ad puras quodammo
do deueniemus: protarchus: Recte nimium:
ſocrates: Conabor equidez permutando nobis
eas ſignificare: Dicentibus uoluptates omnes
dolorum ſedationes eſſe haud prorſus aſſenti
or. Ceterum ut dixi iis quaſi teſtibus utor ad
oſtendendum pleraſq; uideri cum non ſint uo
luptates: nec non aduerſus eas/que cum īgen
tes multeq; appareant/mixte tamen triſtitie ſūt
et inſedatione quadam ingentium dolorum cir
ca corporis animeq; defectum uerſantur: pro
tarchus: Quas deniq; uoluptates ueras o ſo
crates merito cenſere quis debet? ſocrates:
Eas utiq; que circa decoros colores atq; figu
ras: et odores pleroſq; et harmonias conſiſtūt
et q̄cunq; indigentias habent ſenſibuſ occultas
ac ſine moleſtia. repletiones uero patentes et
ſuaues et triſtitia uacuas exhibent: protarchuſ
Qua ratione o ſocrates iſta ſic dicimuſ? ſocra
tes: Certe que loquor: haud ſtatim perſpicua
ſunt: uerumtamen explicare conandum: figura
rum enim pulchritudinem: non ut pleriq; forſi
tan intelligerent: utputa animalium: uel pictu
rarum quarumdam dico: ſed rectum quiddam
et circulare: et ab iis ea que tornis fiunt: plana
uel ſolida: et que canonibus: i. reguliſ atq; an
gulis conſtruuntuꝛ: ſi modo hec tenes: Iſta ſi
quidem nequaꝙ ad aliquid aliud reſpicientia
quemadmodum cetera pulchra dico: ſed pul
chra ſemper ſuapte natura/uoluptates propri
as nullo modo motuum delectationibus con
uenientes/habentia colores item eadem ratiōe
pulchros atq; gratos eſſe: ſed numquid intelli
gimus? uel quid ſupereſt? protarchus. Anni
tor equidem o ſocrates: uerum ipſe quoq; luci
dius explicare nitere: ſocrates: Dico preterea
et uocum oblectamenta perſpicua nimium atq;
ſuauia: unam aliquam puram penitus concinē
tia melodiam: ad nihil aliud comparata: ſed na
tura perpulchra: et innatas afferentia uolupta
tes: protarchus. Hoc quoq; uerum eſt: ſocra
tes: genus autem uoluptatum odores ſequen
tium. minus diuinum eſt: ꝙ autem ipſis neceſ

sarii dolores nequaq̃ miscentur : et ubicunq;
et in quocunq; id inesse contigit / hoc illis oĩe
oppositum ponerem. Atq; ita duas uoluptatũ
species modo intelligas : iam collegimus : pro
tarchus : Intelligo : socrates : Istis item disci
plinarum uoluptates addamus / si et iste famẽ
discendi nequaq̃ continere uidetur. neq; prop
ter disciplinarum auiditatem a principio dolo
res inferre / protarchus : Assentior : socrates.
Quid uero / siquis doctrina imbutus / inde obli
uiscatur / non ne tristitiam quandam sequi ui
des? protarchus : Non natura quidem : sed q̃
dam passionis cogitatione / cum quis orbatus
propter iudigentiam tristatur : socrates : Cete
rum o beate : nos in presentia non opinionis :
sed nature passiones tractamus. protarchus :
Uere asseris q doctrine obliuio absq; tristitia
fiat : socrates : Uoluptates igitur disciplinarũ
doloris expertes. nec multorum hominum / sꝫ
paucorum admodum esse fatendũ : protarchus
fatendum proculdubio : socrates : postq̃ uolup
tates puras ab impuris secreuimus / addenda
est iam uehementibus uoluptatibus inmodera
tio / remissioribus moderatio. Easq; etiam que
intensius remissius : magnum paruum : raro :
crebro / suscipiunt ad infiniti genus quod per
animam corpusq; : secundum magis minus ue
discurrit : referre decet : que uero ista non capi
unt / et ad ɔmensurati genus potius referende
protarchus : Recte inquis o socrates : socrates
post hec id insuper circa uoluptates instituen
dum : protarchus : Quid istud. socrates : utrũ
dicendum sit conferre ad ueritatem / purum ip
sum atq; sincerum? an uehemens : multũ : ma
gnum : sufficiens? protarchus : Quid tibi uis :
dum ista rogas o socrates? socrates : Nihil o
protarche in ipsa disceptatione uoluptatis et
scientie pretermictere uellem. siquidem utrius
q; illorum portio quedam pura : quedam impu
ra est : ut utrumq; purum in iudicium ueniens
et mihi et tibi et istis deniq; cunctis ad iudicã
dum / se apertum expeditumq; prebeat : protar
chus : Scite : socrates : Age igitur de omnibus
que genera pura uocamus / in hunc modũ co
gitemus / unum aliquod ex illis primum in me
dium inducentes : protarchus : Quid potissimũ
eliciemus? socrates : Album si uis / primo ge
nus consideremus : protarchus : Uolo equidẽ
socrates. Quo modo ita albi / et que puritas
erit? Utrum quod maximum quiddam est ac
plurimum / an quod ita sincerum / ut nihil in eo
coloris alterius insit? protarchus : Cõstat pla
ne / quod precipue sincerum est : socrates : pro
be : non ne hoc uerissimum o protarche et pul
cherrimum alborum omnium affirmabimus :
non autem quod plurimum aut maximum? pro
tarchus : Recte : socrates : Si ergo quod par
uum purumq; album est / mixto multoq; albo.
albius pulchriusq; et uerius esse dicamus / recte
penitus asseremus : protarchus : Recte procul
dubio : socrates : Numquid exemplis huiusmo
di pluribus ad iudicandam uoluptatem egebi
mus. an potius hinc nosse sufficiet / q uniuer
sa uoluptas / parua q̃ magna / pauca q̃ multa :
modo a dolore remota sit : suauior est et uerior
ac deniq; pulchrior? protarchus : Exemplũ id
unicum sat est : socrates : Quid uero ad hoc?
An audiuimus uoluptatis quidem generatio
nem semper : essentiam uero nunq̃ existere?
Modesti enim quidam et faceti uiri hoc ferũt
eisq; gratia habenda est : protarchus : Quid tũ
socrates : Uis ne id interrogando percurram?
protarchus : Dic et interroga modo : socrates :
Sunt igitur duo quedam : unum quidem secũ
dum se ipsum : alterum semper aliud appetens
protarchus : Qua ratione et que ista esse dicis
socrates : hoc suapte natura summopere uenan
dum : illud uero deficiens. protarchus : Exprĩ
me clarius : socrates. uidimus sepenumero pul
chra quedam bonaq; obiiecta : et quosdam in u
per : qui ea nimium affectarẽt : protarchus. ui
dimus : socrates : Istis ergo duobus existentib;
duo quedam alia consimilia : quere per omnia
quecunq; dicimus alteri tertiũ esse : protarchus
Profer obsecro socrates clarius ad huc quod
sentis : socrates : Nihil uarium o protarche / sꝫ
iocamur. Dicimus autem q ex iis que sunt : ali
quid est alterius gratia : aliquid uero cuius gra
tia semper id quod alterius gratia fit : efficitur
protarchus : Uix tandem ob crebram repetitio

nem percepi : so : forte etiam procedente disputa
tione clarius comprehendemus : pro : Quid ni
so : Duo hec altera iterum adsummamus. pro :
Que nam? so : Alterum quidem omnium ge
nerationem : essentiam alterum : pro : Equidem
duo hec ab ste accipio essentiam : et generatio
nem : so : Recte : utruꝫ aũt horum alterius gra
tia dicimus? generationem ne essentie gratia?
uel essentiam inquantum essentia nuncupatur /
hoc est secundum id quod existit / gratia genera
tionis? An percipis? protarchus : Uideor : sed
per deos quid me interrogas? so : Eiuscemodi
aliquid o protarche interrogo : num fabricatio
nauium nauigii gratia sit? An contra nauigiũ
fabricationis nauium? Et de omnibus quecũ
q; talia sunt idem dico : pro : Cur non ipse o so
crates tibi ipsi respondes? so : Nihil prohibet :
Attamen tu quoq; concurre : pro : Immo : so :
Generationis gratia inq̃ pharmaca et organa
omnia omnemq; materiam omnibus adhiberi :
singulas autem generationes singularum essẽ
tiarum : uniuersam demq; uniuerse essentie gra
tia : pro : perspicue admodum : so. Non ne et uo
luptas siquidem generatio est. alicuius essentie
gratia necessario fiet? pro : Quid ni? so quod ta
le est : ut eius gratia fiat / quod semper alterius
gratia fit / in boni sorte locatur : quod uero alte
rius gratia : in aliam sortẽ o uir optime reducẽ
dum uidetur : pro : Necessarium id omnino : so
Quamobrem si uoluptas generatio est / ad aliã
q̃ boni sortem merito referemus : pro : Meri
to certe : so : Nõ ne ut in principio disputatõis
huius predixi : dicenti uoluptatis quidem gene
rationem / essentiam uero nullam existere / habẽ
da gratia est? Constat enim hunc uoluptatem
bonũ predicantes : penitus derisuruꝫ : pro : ma
gnopere : so : Quin etiam iste idem eos qui ge
nerationi impensius student / ridebit atq; despi
ciet : pro : quo pacto et quales ais? so : Eos qui
dum famem sitimq; restingunt : uel aliquid ali
ud ex iis que generatio curat ac sedat / genera
tione letantur : quasi ipsa uoluptas sit : aiuntq;
uitam se minime electuros / nisi sitiant et e uri
ant : atq; aliis que ista sequntur : afficiantur : p :
Uidentur sane : so : Eius autem quod fieri est /
contrarium destrui ipsum cuncti fatemur : pro :
necessario : so : Corruptionem generationemq;
eligit quisquis hec expetit : non autem tertiam
illam uitam / quam et letitia et tristitia uacuam
intelligentie uero quoad fieri potest purissime
compotem proposuimus : pro : A ratione pcul
o socrates erit / quicunq; uoluptatem nobis / bo
num asseuerabit : so : procul admodum / quãdo
quidem et hac preterea ratione ostendere licet
pro : qua? so : Cur enim non absurdum sit / cuꝫ
nihil bonum decorum ue sit siue in corpore / si
ue in aliis ullis preter q̃ in anima : in ea tñ
solummodo uoluptatem bonum uocare? forti
tudinem uero : temperantiam : intelligentiam :
ac reliqua quecunq; bona sortitus est animus
minime? Ac preterea hominem uoluptatis ex
pertem : dolore uero affectum : malum tunc / dũ
dolet : asserere : licet omnium optimus sit : et eũ
contra : qui uoluptatibus delinitur : quo magis
gestit / eo uirtute prestantiorẽ dicere. pro : Hec
o socrates omnia supra q̃ dici possit absurda
sunt : so : Ne tamen uoluptatis uniuerse exami
nationem penitus prosequi / mẽtem uero et sci
ẽtiaꝫ pretermictere uideamur / age iam siquid
sordiduꝫ adiacet illis / excutiamus : Donec ad
purissimam eorum naturam deniq; penetrãtes
et ipsam inspicientes : ad ipsum iudicium tum
horum tum uoluptatis partibus uerissimis uti
possimus : pro : Scite : so : Non ne aliud nobis
scientiam circa doctrinas : aliud circa educatio
nem uel nutritionem exibet? pro : Sic est : so :
In iis facultatibus primum que manibus utũ
tur : inuestigemus : utrum in illis aliquid secun
dum scientiam magis / aliquid minus insit : op
porteatq; aliquid purissimum impurius aliquid
arbitrari : pro : Decet profecto : so : precipuas u
tiq; a singulis discernendum : pro : quales et q̃
pacto? so : Ut ecce siquis ab omnibus artibus
segregaret numerandi dimetiendiq; et ponderã
di peritiam : uile quiddam ut ita dicam esset :
quod unius cuiusq; restaret : pro : Uile profec
to : so : Residuum quippe imaginatione quadã
ac sensuum experientia : et exercitatione : conie
cturisq; incederet : quas pleriq; artes uocant :
cura et labore uim adeptas : pro : Necessaria
prorsus inducis : so : An nõ ubi musica iis ple
na est concentuꝫ primo ɔtemperat / non mensu

ra: sed diligentie potius coniectura: et uniuersa
eius pulsandi facultas mensuram corde cuius
q; coniectura mote perquirit: adeo ut ob scuri
tatem plurimam mixtam habeat: stabilitatez ue
ro per paucam. p: Uerissime. so/ Quin etiam
medicinam: agriculturam: gubernatoriam. mi
litarem similiter institutas esse reperiemus: p:
ꝙ maxime: so: Architecturam uero mensure
plurime ⁊ instrumenta: q̃bus frequentius utit̃
ut perspicacem maxime/ ita maxime pre multis
facultatibus artificiosam efficiunt. p: quo nam
pacto? so: In ipsa profecto nauium et domorũ
constructione: multisq; aliis ad lignariuz fabrũ
quodammodo pertinentibus utitur amussi re
gulaq; torno/ circino/ filo/ perpendiculo: instru
mento quoq; ad dirigenda ligna idoneo: pro:
Recte admodum o socrates inquis: so: Pona
mus igitur eas: que dicuntur artes in ordine
duplici: musicam quidem in operibus sectãtes
perspicacie minoris participes. architecture ue
ro pedissequas aliquanto maioris: p: ponam̃:
so: harum omnium perspicacissimas/ quas pau
lo ante primas uocauimus: p: Numerandi pe
ritiam: et quas cum illa supra iunxisti/ innuere
nunc mihi uideris: so: prorsus: sed num o pro
tarche has iteruz duplices affirmare/ an aliter
debemus? p: quas inquis? so: Arithmeticam
primo/ non ne aliam uulgarium. aliam philoso
phantium? pr: Qua nam ratione quis partiẽs
aliam atq; aliam arithmeticam asseret? so: haud
exigua discrepantia o protarche. Illi porro u
nitates inequales eorum/ que secundum nume
rũ sunt/ dinumerãt: ueluti duos exercitus: bo
ues duos: duo q̃ minĩa: duo ẽt q̃ maxima: hi ue
ro numq̃ eos sequerentur/ nisi quis partium u
nitatem aliam ab alia unitate nullo discrepantẽ
posuerit: pro: ꝙ optime loqueris/ dum multaz
infers diuersitatem eorum qui circa numerum
uersantur: adeo ut decens sit/ in duo quedam
diuidere: so: Quid uero computandi et dimeti
endi secundum architecturam mercaturam ue
facultas/ itemq; secundum philosophiam geo
metria ratiocinatioq; diligens: utrum una que
dam an due potius artes? pro: priorem ego re
sponsionem sequtus: mea quidem sententia du
as esse ponerem: so. probe: sed num intelligis
cuius gratia in medium hec induximus? pro:
forsitan: attamen quod nunc quesitum est ex
planare te uelim. so: Disputatio nostra que iam
diu proportionem quamdam equa diuisionis ꝯ
uersione uoluptatibus respondentem querit:
uidetur mihi nunc non minus ꝙ ab initio asse
cuta fuisse quod querit: dum indagat: num sit
scientia quedam alia scientia purior/ quemad
modum uoluptate uoluptas: pro. Constat ho
rum gratia ista tractata fuisse: so: Quid autem
non ne in superioribus aliam artem in alia esse
repertum est: clarioremq; aliam et obscuriorez
aliam? p: Maxime: so: In iis autem an nõ ar
tem quamdam ratio uelut equiuocam ꝓferens
et quasi unam innuens/ rursus quasi due sint:
inquirit: num perspicuitas puritasq; illaruz pe
nes philosophantes aut non philosophantes e
xistat: pro. Et maxime quidem id inquirere mi
hi uidetur: so: quale huic responsum o protar
che reddemus? pro. o socrates ad miram sciẽ
tiarum differentiam declarandam descendim̃
so: an non responsio facilis? pro: Quid ni. asse
ramus itaq; has artes lõgo interuallo a ceteris
discrepare. Ab iis preterea legitimorum philo
sophorum artes mirum in moduz sinceritate et
ueritate circa mensuras numerosq; differre: so
Sunto igitur ista ex tua sententia: nosq; tibi cre
dentes audacter importunis disputatoribus re
spondeamus: pro: Quid nam: so: Duas arith
meticas esse ac duas metiendi artes aliasq; fa
cultates harum comites plurimas: geminatio
nem habentes huiusmodi: et in nomine uno cõ
municantes: pro: Demus secunda fortuna his
quos importunos uocasti responsionem hanc
o socrates. so: has ne scientias ꝙ maxime sin
ceras atq; supremas asseueramus? p: Omnĩo
so: Uerumtamẽ o protarche nos disserendi fa
cultas ipsa renueret: siquam ipsi aliam prefer
remus: pro: Quam rursus hanc dicere decet?
so: Eam que omnem modo inductam peritiam
noscit: hanc enim cum circa id quod est/ et ue
re est/ et semper eodem modo se habet/ uerset̃
arbitror omnes/ quibus modo aliquid sane
mentis adsit/ longe omnium uerissimam cogni
tionem esse protinus concessuros. Tu uero o
protarche quid sentis? pro: gorgiam sepe audi

ui dicentem persuadendi facundiam artibus
cunctis precellere: quippe que cuncta non ui:
sed sponte sibi subiciat: longeq; omnium artiũ
optima sit. Nunc uero nec tibi nec illi aduersa
ri uelim: so: Arma mihi uideris dicere uoluis
se: uerum pudore aductus pretermisisse: pro:
Sunto hec ut lubet: so. Ego ne in causa sum
ut minus bene acceperis? pro: Quid? so: non
dum o amice protarche que ars aut scientia:
omnes antecellat: eo ꝙ maxima potissimaq; et
utilissima omnium ex se quesiui: uerum que ꝑ
spicuum/ sincerum/ uerissimum contempletur:
ꝙuis parua sit ac minime utilis: hoc profecto
est: quod modo querimus. At uide nihil gor
giam lacesses/ si eius arti utilitatis laudem pre
stantiamq; concedas: ei uero quam ipse modo
narraui facultati ueritatis precellentiam tribu
as: quemadmodum supra de albo dixeram/ ꝙ
licet paruum: si tamen purum esset: multo et in
puro secundum ueritatis excessum prestaret:
Et nunc quidem sufficienter discutientes/ ne
respiciamus in ullas disciplinarum uel commẽ
dationes uel commoda. Sed siqua ex natura
sua uis animi ueritatem amare inducitur: eius
q; gratia cuncta peragere: hãc diximus perscru
tantes puritatem mentis et sapientie/ considera
randum an probabile sit: a disserendi scientia
maxime possideri/ uel aliam potius prestãtiorẽ
ista perquirere. pro: Considero equidem: con
cedoq; difficile inueniri posse aliam uel artem
uel scientiam ueritati propinquiorem: so: Nũ
quid tale quiddam cogitans/ ista modo dixisti
ꝙ uidelicet artes multe et quecunq; circa ista
uersantur/ primo quidem opinionibus utuntur
et que circa opiniones consistunt/ ex instituto ꝑ
quirunt: siue etiam que ad naturam spectant:
indaganda quis putet. puta que circa mundũ
sunt/ quo modo uidelicet mundus factus est:
quo modo patitur aliquid/ quo modo agit: per
omnem uitam scrutatur: fatemur hec/ an nõ?
pro: Utique: so: Nec circa ea que semper exi
stunt: sed que fiebant fiuntq; et fient iste uersa
tur. pro: Uera loqueris. so/ Num ex iis que
numq̃ aut in preterito/ aut futuro/ aut presen
ti eodem modo se habent: aliquid ex actissima
ueritate perspicuum esse dicemus? pro: Non li
cet: so: Et enim in iis que nullam prorsus sta
bilitatem habent/ quo pacto nos stabile quicq̃
assequeremur? pro. Nulla ut arbitror ratione
so: Neq; mens igitur neq; sciẽtia ulla circa ista
est ueritatem suppremam habens: pro: Consẽ
taneum: so: Te igitur et me et gorgiam: atq;
philebum ualere sinamus: hoc autem ratione
nunc asseramus: pro. quid istud? so: ꝙ illa no
bis facultas firmitatem: puritatem: ueritatez:
sinceritatem continet: que circa ea que semper
eodem modo et simplicissima sunt: studet: aut
quod secundo loco illis proximum: Reliqua
omnia posteriora dicenda: pro. Vera nimium
so: Atqui illa nomina que circa talia quedam
pulcherrima omnium sunt: an non rebus quo
q; pulcherrimis assignanda? p: Par est: so:
Mens et sapientia nomina sunt omnium preti
osissima: p: sunt: so: Hec igitur intelligentiis
eius quod uere est exactissima ratione perfecta
atq; tributa/ recte utiq; accommodantur: p:
prorsus. so: At que ipse in iudicium supra pro
duxi/ non alia ꝙ nomina hec extiterunt: pro:
Haud alia: so: Ceterum siquis uoluptatis et
sapientie mixtionem nobis uelut opificibus ꝓ
positum esse et quibus et in quibus conflетur
dixerit/ an sic merito comparabit? p: Et maxi
me quidem. so: Itaq; deinceps miscere conan
dum: p: Conandum plane: so: Non ne hec
prius admonere prestabit? p: Que? so: Que ⁊
antea memorauimus: preclarum nempe ꝓuer
bium illud quo dicitur/ que pulchra sunt/ et
bis et ter repetenda esse: p: Quid ni: so: Per
iouem sic existimo superiora dicta fuisse: pro:
quo mõ? so: philebus uoluptatem inquit finem
rectum cunctis animalibus esse: oĩaq; ad eam
intendere oportere: atq; id bonum ipz uniuer
sis existere: ꝑterea duo hec nomina bonum et
iocundum eidẽ nature congruere: socrates aũt
primum id esse minime inquit: utq; duo nomĩa
sunt/ bonum atq; iocundum/ duas etiam diffe
rentes esse naturas. Quin ẽt sapĩam magisq̃
uoluptatẽ boni participẽ esse: Nõ ne hec o pro
tarche sunt/ q̃ dicebant? p: maxime: so/ hoc q̃
q; et tunc et ĩpsentia concessione dignũ: p. qua
le? so. Ipius boni naturã hoc ꝑcipue ab aliis
discrepare: p: quo nam? so: Cuicũq; hoc adest
ex uiuentibus semp' et oĩo et undiq;: id nullo

alio indiget/perfectamq; sufficientiam continet
ita ne? pro. Ita prorsus: so: An non ratione
ipsa conati sumus alterum seorsum ponentes:
ab altero. s. uoluptatem seorsum a sapientia at
q; conuerso sic in uitam cuiusq; respicere? ꝓ:
certe. so: Uisu; ne tunc nobis ex his alterutrū
sufficiens esse? pro: Et quo modo id uideri de
buerit? so: ꝙ siquid forte tunc aberratum fu
it: nunc saltem resummens aliquis rectius asse
ueret: memoriam: scientiam. sapientiam: ueraz
opinionem: eiusdemq; idee ponens/consyderās
q; utrum absq; istis aliquis uel se uel alium es
se quoquo modo aut fieri sit electurus: neduz
uoluptatem seu plurimam seu uehementissimaz
sine iis eligere debeat. Siquidem his priuatus
neq; reuera gaudere se opinabitur: neq; qua cō
ditione affectus sit/nosceet: neq; affectus ipsius
memoriam per tempus aliquod reseruabit. Ea
dem quoq; de sapientia dicas: Num quispiaz ꝓ
cul ab omni uel minima uoluptate sapientiam
adipisci ꝙ cum uoluptatibus quibusdam ma
lit: Aut uoluptates omnes sine sapientia poti
us ꝙ cum sapientia quadam: pro: Nullus o so
crates. Uerumtamen nil opus est hec totiens
iam repetere: so: Quapropter horum neutrum
perfectum et omnibus expetendum/ac penitus
bonum: pro: Neutrum: so: aut igitur bonum
ipsum perspicue/aut figuram eius aliquaz sum
mere decet: ut quemadmoduz diximus: cui po
tissimum secunde sortes tribuende sint/uidea
mus: ꝓ: scite admodum loqueris: so: an non se
mitam ad bonum ipsum quamdam ingressi su
mus? ꝓ: quam? so: siquis hominem aliquem q̄
rens/domum quam inhabitat/primm didice
rit/ad miniculum sane ad eum inueniendum ī
gens habebit: pro: Quid ni? so: Ita et nos pre
sens atq; superior ratio monuit ne in simplici
uita/sed mixta bonum ipsum indagaremus: ꝓ
Omnino: so: spes attamen certior: in eo quod
pulchre mixtum ꝙ in opposito nos/quod que
rimus reperturos: pro: certior: sane: so: Mis
ceamus igitur o protarche diis ante uouentes
siue dionysius siue uulcanus: siue alius quis
piam deorum sortitus est mixtionis officium.
pro: Ita prorsus agendum: so: atqui nobis tan
ꝙ uinum miscentibus quibusdam/fontes ad
stant: Et melli quidem uoluptatis fontez com
parare quis potest: Uerum sapientie fontem si
ne uini ui sobrium aque cuipiam acri atq; etiaz
saluberrime: hos ergo liquores ꝙ pulcherrime
in unum confundere studeamus: ꝓ: studenduz
certe: so: Dic age primum: si omnem uoluptatē
cum omni sapientia misceamus: num pulchre
iunxerimus? ꝓ: forsitan: so: Uerum minime tu
tum: Quo tamen pacto securius misceamus.
me nunc declaraturum confido. pro: Dic quo
modo: so: Patuit ne in superioribus alia/uo
luptas alia/rursusq; scientia: scientia esse since
rior? ꝓ: Patuit plane: so: Scientia quoq; a sci
entia differens: et altera quidem circa illa que
et oriuntur et occidunt: altera circa ea: que ne
q; fiunt/neq; intereunt/semperq; secundum ea
dem eodem modo se habent: Atq; hanc/ad ue
ritatem ipsam respicientes: illa ueriorez esse pu
tamus: ꝓ: Recte admodum. so: Si utriusq;
portiones uerissimas inuicem connectamus/
numquid istarum mixtio sufficiens erit ad uitā
nobis optabilissimam exhibendam? aut alio p̄
terea quodam alterius rationis egebimus? pro
Mihi quidem sic uidetur agendum: so: Esto
ꝗ nobis uir quidam sapiens qui norit quid ip
sa iustitia sit rationemq; intelligentie comitē ha
beat: nec non reliqua cuncta quecunq; sunt. si
militer calleat: pro: Esto sane: so: Nū iste suffi
cienti scientia preditus erit/si circuli et sphere
ipsius diuine rationem teneat/humanam uero
hanc spheram et hos circulos prorsus ignoret
dum in architectura similibusq; operibus/ca
nonibus. i. regulis circulisq; utetur? ꝓ: Ridi
cula erit o socrates cognitio nostra/si in diui
nis dum taxat uersetur: so: qd ais? nū falsi ca
nonis atq; circuli impurā et instabilē artē inse
rere una et inmiscere debemus? ꝓ: Necessariū
hoc est: si mō quis nostrum uel uiā q̄ ducat do
mum reperturus sit: so: an uero et musicam?
quam paulo ante diximus coniecturis imitatio
neq; plenā a puritate procul abesse? ꝓ: necessa
riū id quoq;/siquidē uita nostra. aliqn̄ uita fu
tura sit: so: Uis ergo tāꝙ ianitor turba pulsus
atq; coactus: ego nunc fores pandam: scienti
asq; oēs ɔfluere iam et ɔfundi sinam/cum pura
passim deteriorem: pro: Haud noui o socrates
ledi aliquem a scientiis aliis: qui primas habe
at: so. permicto iam cunctas in homeri recepta
taculum quadam ualde poetica mixtione cōflu
ere: pro: Misse sunt omnīo: so: Rursus ad uo
luptatum fontem proficiscendum uidetur: quā
do enim ipsas miscere cogitauimus: uerarum
tamen portiones primuz nobis educte minime
sunt: uerum propter sciē totius amorem in idē
concurrere scientias uniuersas: priusꝙ uolup
tates permisimus: pro. Uera loqueris: so: uex
tempus iam urget/ut de uoluptatibus consul
temus/utrum oīs coaceruande: an prime dū
taxat: ac uere sint: admictende: pro: per multuz
ad securitatem interest primas uerasq; admic
tere: so: harum ergo conmertium admictatur:
At quid deinceps? si que necessarie sunt: quez
admodum et ibi he quoq; in mixtionem excipi
ende? ꝓ: Quid prohibet? so: Necessarias igit̄
quoquo modo accipiamus: Si autem quēad
modum artes omnes nosse in nocuum et con
ferens in uita esse constitit: ita nunc de uolup
tatibus constet uidelicet: ꝙ omnibus frui ino
xium et utile sit: forte erunt omnes omībus in
miscende? quid ad hec? ꝓ: qua ratione de his
loquemur? Quid agemus? so: Non a nobis ꝓ
tarche tale aliquid: sed ab ipsis uoluptatibus
scientiisq; querendum: pro: Quid istud? so. O
amice siue uoluptates siue alio quodam cogno
mento apellare uos deceat: utrum eligitis cum
omni sapientia congredi: an esse seorsum a sapi
entia? Reor equidem hoc illas necessario respō
suras: pro: quid? so: ꝙ quemadmodum in supe
rioribus dictum est: neq; possibile multum: ne
q; utile est genus alterum omnino seorsum ab
altero esse. Omnium uero generum optimum
si unum uni comparetur nobis fore putamus
genus ipsum: quo tum cetera omnia tum etiaz
singule nostre uires perfecte noscuntur: pro:
Et recte quidem respondisse illas merito confi
tebimur: so: Rursus igitur interrogandum re
stat mentem et sapientiam: cum in ipsa mixtiōe
quodammodo uoluptatibus egere dicamus: q̄
libus precipue uoluptatibus egeant: ꝓ: Meri
to: so: Nostra uero posthac interrogatio talis
erit: utrum preter illas uoluptates ueras cōue
niat uobis uehementissimarum ingentissimarū
q; uoluptatum conmertium: forte sic ille respō
debunt: Non conueniunt o socrates nobis hu
iusmodi uoluptates. He namq; nobis impedi
menta innumerabilia prebent. Animas siquiō
quas incolimus/uoluptates furiose perturbāt
nec adolescere nos permictunt: nostrasq; proge
nies ut plurimum per negligentiam inferentes
obliuionem omnino corrumpunt: Alias autem
uoluptates ueras ac puras: quas ipse narrasti
ferme nobis domesticas arbitrare: Ac preter
istas/illas insuper: que cum sanitate et tempe
rantia ceterisq; uirtutibus capiuntur. has eniz
que uirtutis tanꝙ dee cuiusdam pedisseq̄ sunt
libenter admictimus. Que uero cum demētia
et alia improbitate congrediuntur. eas menti
miscere ab surdum est: quando quis uelit cer
nens ꝙ pulcherrimam et concordem mixtiōez
atq; temperiem: in ea perdiscere quid in homi
ne et uniuerso suapte natura sit bonum: quam
ue ideam ipsius existere diuinandum. An non
sapienter: et tanꝙ sui compotem ista mentem:
respondere/et de ipsa et de memoria rectaq; o
pinione dicemus? ꝓ: Omnino quidem: so/At
qui et hoc necessarium est: nec unꝙ aliter fie
ri posset: ꝓ: qd istud: so: Cui ueritatē non mis
cemus/nunꝙ id uex aut fieret aut factū eēt: ꝓ
Quo ē mō. so. Nullo: uerum siqd huic mixtio
ni ulterius deest/dicite queso ipē una atq; phi
lebus. Mihi ē tamꝙ mundus qdam icorpore
us animato corpori pulchre dominaturus ser
mo hic peractus fuisse uidetur: ꝓ: Mihi quoq;
o socrates idē uideri scito: so: Nō ne si boni ip
sius et huius talis hitatōis uestibulū nos nup ī
gressos ēe dicam? forsitā recte qdāmō ꝓfitebi
m? ꝓ: mihi sane uidet̄: so: qd ī huiusmōi mix
tione ptiosissimū? atq; maxime causa ꝙ ɔstitutō
ista oībus gratissima sit/nobis ēe uidet̄? Si ē
id nouerimus/disceptabimus īde/utrū uolup
tati uel menti cognatius ac ꝓpius ī uniuerso ɔ
sistat: pro. scite. Id enī ad iudicium nobis pro
positum maxime ɔferet: so: Atq nequaꝙ īuen
tu difficile est/que causa sit/ob quam mixtio q̄
q; uel plurimi uel minimi facienda sit: ꝓ/Quo
pacto inquis? so: Nemo hoc ignorat: pro. qd
hoc tandem? so: Quod quecūq; et qualiscumq;
mixtio mensure et conmensurati nature minīe
particeps: ex necessitate que mixta sunt: immo
et se ipsam primo disperdit.

Neq; enim temperies hec est: sed tanq; intem
peratus quidam passim: fortuitusq; concursus
nobis accidere solet: protarchus: Uera loque
ris: so: Nunc quidem nos ipsius boni potẽtia
in naturam pulchri se transferens clam fugit.
Mensura enim commensuratioq; pulchritudo
plane ac uirtus ubiq; fit: protarchus: prorsus
so: Quin etiam ueritatem diximus ipsis in ip
sa temperie commisceri. protarchus: omnino:
so: ꝙ nisi bonum ipsum una idea complecti pos
simus: saltem una cum tribus pulchritudine:
commensuratione: ueritate comprehendentes:
dicamus id uniuersum uelut unum/causam eo
rum que in mixtione sunt: esse: et propter hoc
tamq; quod bonum est: mixtionem fieri bonã
protarchus: Recte nimium: socrates: Quisq;
iam o protarche idoneus uoluptatis et sapien
tie esset iudex: utrum istorum optimo cognatius
prestantiusq; et apud homines et apud deos es
se contingat: protarchus: Constat quidem:
Attamen ratione id quoq; percurrere prestat:
socrates: Secundum quodlibet igitur horum
trium: de uoluptate et sapientia iudicemus. Ui
dendum enim utri unum quodq; trium cogna
tius asseramus: protarchus: Num de pulchri
tudine: ueritate: mensuraq; loqueris? socrates
Certe: primũ igitur ueritatem summe protar
che: cumq; sumpseris/ad tria iam respice/men
tem/ueritatem/et uoluptatẽ: et postq; diu ma
ture consyderaueris: tibi ipsi responde. utrum
uoluptas an mens ueritati propinquior: protar
chus: Quid diuturna meditatione opus est?
per multum ut arbitror interest. Uoluptas enĩ
maxime omnium temeraria: fertur enim de ue
neris uoluptatibus: que ingentissime omniũ
estimantur/ꝙ peiorantibus illis/ dii prorsus ĩ
gnoscunt/quasi pueri quidam sint/nullius ĩtel
ligentie compotes. Mens autem aut idem est
quod ueritas: aut omnium certe similima atq;
uerissima: socrates. An post hac mensuram il
lam moderationemq; consyderandum restat:
uoluptas ne an sapientia sit eius capacior? pro
tarchus: Id quoq; quod nunc infers/ explora
tu perfacile est. Reor equidem nihil uolupta
te/eiusq; exultatione inmoderatius ĩueniri pos
se: nihil contra/mente et scientia moderatius:
so: preclare: uerumtamen tertium quoq; respõ
de. Mens ne pulchritudinis magis est parti
ceps: an ipsa uoluptas? quid ue pulchrius? an
mens uoluptate an contra? pro: Mentem qui
dem et sapientiam socrates nemo unq; aut re
uera aut falso deformem uel uidit: uel aliquo
pacto cogitauit: aut fuisse unq; aut esse: aut de
inde futuram: so: Recte: pro: siquem uero uo
luptates presertim maximas prosequentem ad
uertimus/uel ꝙ ridicule uel ꝙ obscene sint/ip
si quidem erubescimus: atq; celamus: noctis
tenebris talia concedentes quasi sint diurni lu
minis indigna conspectu: socrates: Cunctis ẽ
o protarche: et per nuntios et uoce presenti de
clarato: ꝙ uoluptatis possessio neq; primum est
neq; secundum bonum. Sed primũ circa mẽ
suram et moderatum/et oportunum et uniuer
sa queq; talia sempiternam uocem approba
tionemq; dixisse putandum: protarchus: appa
ret utiq; ex iis que modo sunt dicta: so: Secun
dum deinde circa commensuratum/et pulchrũ
perfectum: atq; sufficiens/et quotcumq; huius
ordinis sunt: pro: Uidetur: so: tertium ut ipse
uaticinor si mentem sapientiamq; posueris/ ha
ud procul a ueritate discedes: pro: forte: so:
Quarta uero sunt que ipsius anime propria
posuimus: scientie et artes: opinionesq; recte.
que ideo tribus illis statim succedũt: quia bo
no sunt q; uoluptas cognatiora: pro. forsitan:
so: Quinto loco pone uoluptates eas/quas ex
pertes molestie definiuimus: puras nominãtes
anime ipsius scientias: sensus autem sequentes
pro. fortassis: so: In sexta uero progenie inqt
orpheus cantilene ornatum finite. Nostra quo
q; oratio in sexto iudicio finiri uidetur. unde
nihil deinceps nobis aliud restat: nisi ut dictis
caput adhibeamus: pro: decet profecto: so:
tertio iam orationem eamdem cõseruatori deo
uouentes breuiter pstringamus: pro: Qualem
iqs? so: philebus qdẽ inqt oẽm penitus uolup
tatẽ nobis ipz bonũ cẽ: p. tertium o socrates
mõ nuncupasse uideris: oratõnem ipsam rursus
repetere: so: hoc ipz/quod autem seqtur/audi
amus. Equidẽ quod mõ narraui/consyderans
orõezq; philebi aliorumq; inumerabiliũ grauit
ferens illicq; repugnans/mentem inq; longe ad
modum meliorem potioremq; uoluptate uite
hominum esse: pro: Dicta hec sunt: socrates:
Suspicatus tamen esse et alia multa intuli: ꝙ
si apparuerit aliquid ambobus hisce prestãtius
pro mente ipsa aduersus uoluptatem de secun
da sorte pugnarem: uoluptasq; secundis ẽt ho
noribus spoliaretur: pro/hec quoq; dixisti: so:
preterea cum dixissem bonum ipsum esse omni
um sufficientissimum: neutrum ex iis tamẽ suf
ficiens esse constitit: protarchus: Uera narras
socrates: Et cum in hac oratione mens et uo
luptas potestate sufficientie perfectionisq; care
re uise fuissent/neutra esse bonum ipsum appa
ruit: protarchus: Recte admodum: socrates:
Quin etiam cum tertium quiddam utraq; me
lius esse constiterit/mens utiq; longo quodam
interuallo propinquior potiori superãtiq; idee
q; uoluptas eluxit: protarchus: Quid ni? so
crates. Ergo non ne quintum gradum ex ea sẽ
tentia: quam presens iudicium protulit/ uolup
tatis potentia sortietur? protarchus: Uidetur
socrates: Primum tamen uoluptati locum bo
ues darent: et equi et bruta deniq; uniuersa:
ex eo ꝙ eius illecebris mancipata sunt: quibus
plurimi fidem prestantes: haud secus q; augu
res auibus: uoluptates ad bene uiuendum po
tissimas omnium arbitrantur: ferarumq; amo
res: locupletiores testes asserunt: q; amores
eorum qui in philosophica musa ratione uatici
nantur. protarchus. Uerissima o socrates te
narrasse cuncti fatemur: socrates: Non ne
ergo me iam dimictis? protarchus: Exiguũ
adhuc quiddam restat o socrates. Non debes
tamq; iam defatigatus: priusq; nos desistere:
ego uero que restant/ in memoriam tibi redu
cam:

Finis Philebi.

Argumentum Marsilii Ficini
Florentini in Hippiam Plato
tonis de pulchro: ad Petrum
medicem patrie patrem.

d

E pulcrhro in phedro sym
posio/et hippia disputatur:
In hippia/ quia socrates a
git/aduersus hippiam sophi
stam/qui cum ignoraret: se
scire putabat/que ignorantia
animum reddit indocilem/quid pulchrum sit/
non satis docet: sed quid non sit/ostendit: et o
piniones falsas redarguit. Sophistam uocat
eum qui se sapientem uideri magis q; esse stu
det/pecuniarum honorisq; gratia. Talem ue
ro hippiam esse in prohemio declaratur: et in
fine prohemii: sumpta occasione ab oratione q̃
dam hippie: que de pulchris officiis disserebat
interrogat socrates/quid ipsum per se pulchrũ
quo reliqua omnia pulchra fiunt: Oportet enĩ
particularia ad uniuersale/quod in particulari
bus. et uniuersale quod in particularibus/ ad
ipsum quod supra singula est/uniuersale refer
re. Nam singuli homines pulchri/per formã
quandam singulis communem pulchri reddun
tur: forma uero communis pluribus a diuina
specie uelut a sigillo character imprimitur. qñ
omnis multitudo ad unum quod in multitudi
ne/et unum quod in multitudine/ad unũ quod
supra multitudinem est/reducitur. Quare cũ
multa sint pulchra/oportet singula per pulchri
tudinem communem omnibus: et omnibus in
sitam esse pulchra: et pulchritudinem que in
omnibus est/sicut in alio est/non in se ipsa/sic
ab alio: non a se ipsa pendere. Unum quodq;
e singulis pulchris: pulchrum hoc plato uocat
formam in omnibus: pulchritudinem/speciem
et ideam supra omnia: ipsum pulchrum: Pri
mum sensus attingit opinioq;: Secundum ra
tio cogitat. Tertium mens intuetur: Interro
gatus hippias: ter secundum sensum opinionẽ
q; definit. Quibus confutatis/socrates ter quo
q; definit. Bis quidem secundum rationem:
Postremo secundum mentem. Sophista enĩ
sensu opinioneq; incedit: philosophus ratione
potius atq; mente: Imprimis hippias pulchrã
uirginem/ipsum pulchrum esse respondet.

Quod esse falsum ex eo constat: ꝙ non omnia
que pulchra sunt/per uirginem pulchra fiunt:
Et uirgo: si cum brutis comparetur/pulchra/
si cum diis/deformis apparet. Quare non ma
gis pulchra ꝙ turpis esse uidetur. Tũ hippias
aliud quoddam similiter e singulis pulchris:
non comune respondet. Aurum quippe ipsum
pulchrum/quo omnia pulchra fiunt. quod ea
ratione respuit socrates/ quoniam aurum qui
buscumqꝫ conuenit/pulchra illa facit. Alia ue
ro deformat: Ergo non simpliciter pulchra fa
cit/sed cum decet: Quo circa non sui magisꝙ
alterius ratione res ornat: nec aurum solum ẽ
quo cuncta ornantur: sed argentum quoqꝫ et e
bur: ceteraqꝫ huiusmodi: Tertio loco aliud qd
dam infert/quod etiam proprium est/potiusꝙ
commune: pulchrum inquit/corpore bene uale
re/diuitem esse et honoratum/senem mori/ se
pelliri a filiis/sepellisse parentes: falsum hoc
esse patet/quia non res omnes preter hominez
hoc ipso pulchre redduntur. preterea hoc ĩter
homines forte pulchrum. Inter deos deoruz
qꝫ filios/turpe/ubi parentes non moriuntur:
His redargutis que circa singula corporea: p
sensum et opinionem hippias adducebat/socra
tes iam ad altiora tendens/non quod sensus o
pinioni: sed quod opinioni ratio porrigit/ĩfert
Primo enim decorum pulchrum dicit. Quod
quidem incorporeum est magis. pluribusqꝫ con
mune. Id tamen hac diuisione refellit/decorũ
aut uideri solum pulchra: aut tam uideri ꝙ eẽ
prestat: Si primuz. deceptio quedam circa pul
chrum/potiusꝙ ipsum pulchrum/decorum exi
stit. Uera enim pulchritudo/pulchra esse facit
quemadmodum uera magnitudo: magna: etiã
si non uideantur. Si secundum dixeris/ falso
dixeris. Nam si ipsum pulchrum quotiens es
se dat pulchra: uideri quoqꝫ pariter largiretur
quecumqꝫ pulchra sunt ut sunt/ ita omnibus
apparerent. Id esse falsum: contentiones de re
bus pulchris et controuersie nobis ostendunt
Secundo aliud quiddam etiam: quod ratio o
pinioni offert/adducit. Utile porro pulchrum
uocat. Utilitas incorporeum quiddaz multisqꝫ
conmune. Nec mirum est/cogitationem circa
decens et utile decipi. Illud quippe ordinem
partiũ ad partem partiumqꝫ ad totum: hoc aũt
ordinem totius cuiusdam ad totum aliud ha
bet: ordo uero pulchritudinem representare ui
detur. Quapropter decens uel utile: facile qs
pro pulchro accipit. ꝙ decens: pulchrum non
sit. constitit: ꝙ nec utile/sic ostendit. Utile est
quod potentiam ad aliquid faciendum habet:
potentia igitur et utilitas idem: Quicquid agi
mus potentia quadaz agimus: sed mala ut plu
rimum facimus: potentia itaqꝫ et utilitas: ma
lum ut plurimum inferunt: pulchrum autẽ nũ
ꝙ mali causa: Ergo non simpliciter: quecunqꝫ
utilitas pulchrum: At saltem que ad bonum
confert/respondebit quispiam: aduersus quem
sic argumentatur: Quod ad bonum tendit con
ducibile: Conducibile bonum efficit: quod ali
quid efficit/aliud est ꝙ id quod efficitur: qua
propter aliud conducibile: aliud bonum: Con
ducibile et pulchrum/idem. Ergo pulchrum
et bonum aliud. Neqꝫ pulchrum igitur bonuz
neqꝫ bonum pulchrum: quod prorsus absurdũ
Tandem sensus opinionis: cogitationisqꝫ con
uictis erroribus mens rationi dictat: pulchrũ
esse gratiam quamdam: que animam: per men
tem: uisum: et auditum mouet et allicit: Quod
sane partim ex huius dialogi calce/ partim ex
phedro et symposio platonis elicitur. qua ratio
ne gratia hec insit: et quo nomine nuncupanda
inquirit socrates: nec tamen ambitioso sophi
ste declarat: que phedro reuelauit et agathoni
qui quamuis ignorarent: suam tamen ignoran
tiam cognoscentes/dociles erant. Gratia pro
fecto pulchritudo est: non ratione sensus: quia
menti non conueniret/et ceteris sensibus eque
ut auditui uisuiqꝫ competeret. Non ratõe men
tis quia oculos auresqꝫ effugeret: Non uolup
tatis etiam ratione: quia hec non in auditu et
uisu dumtaxat: sed in omnibus sensibus reperi
tur: non ratione auditus solum/non enim men
ti uisuiqꝫ congrueret. Non ratione uisus. Au
ditui namqꝫ mentiqꝫ deesset/non ratione audi
tus uisusqꝫ simul: quia in uisu audituqꝫ una ꝯ
iunctis pulchritudo inesset. In uno quoqꝫ ue
ro illorum seorsum ab altero agente: pulchri
tudo nulla. Uolumus autem gratiã illã tribus
aĩe uiribus conmuniter percipi: tribus quoqꝫ
iectis earum iesse communiter. Quapropter
addit uoluptates mentis uisus auditusqꝫ ex eo
pulchras esse ꝙ maxime omnium uoluptatum
innoxie sunt et optime: Si optimas idem: qꝺ
conducibiles intellexeris/redibit superior am
biguitas. Conducibile bonum facit: ergo bo
ni causa. Causa et effectum aliud: Ergo aliud
conducibile/aliud bonum. Quo sequitur/ ali
ud pulchrum/aliud bonuz esse: Ideo neqꝫ pul
chrum bonum/neqꝫ bonum pulchrum: Sin
autem optimas: i. innoxias: faciles: spiritales.
lucentes: uitalesqꝫ/ut ita dixerim exposueris:
ueri compos efficieris. Naz pulchritudo nihil
aliud est ꝙ summi boni splendor/fulgens ĩ uis
que oculis/auribus/mente/percipiuntur/pqꝫ
illa ad ipsum bonum/uisum/auditum/mentẽqꝫ
conuertens. Quo fit ut pulchritudo circulus
quidam diuine lucis existat a bono manans/ĩ
bono residens: per bonum et ad bonum sempi
terne reflexus: hoc socrates mysterium quod
a diotima sybilla didicisse asseruit/ non sophi
stis sed discipulis reuelauit: Quid ipsuz bonũ
ipsum unum rerum omnium pricipium/actus
purus: actus sequentia cuncta uiuificans. qd
ipsum pulchrum? Uiuificus actus e primo fõ
te bonoruz effluens. Mentem primo diuinam
idearum ordine infinite decorãs. Numina dei
de sequentia mentesqꝫ rationum serie complẽs
Animas tertio numerosis discursibus ornans
Naturas quarto seminibus: formis quinto
materiam: Sol profecto corpora uisibilia et o
culos uidentes procreat. Oculis: ut uideant/
lucidum infundit spiritum. Corpora ut uidean
tur/coloribus pingit: Neqꝫ tamen proprius o
culis radius/proprii ue corporibus colores:
ad uisionem perficiendam sufficiunt: nisi lumẽ
ipsum. Unum supra multa a quo multa et pro
pria lumĩa oculis et corporibus distributa sũt
adueniat: illustret: excitet: atqꝫ roboret. Eo
dem modo primus ipse actus. i. deus speciem
actumqꝫ rebus singulis/producendo largitus
est. Qui sane actus cum in subiecto patiente
susceptus fuerit/debilis est/et ad operis execu
tionem impotens. Sed diuini solis perpetua
et inuisibilis lux/una semper omnibus adstat:
fouet: uiuificat: excitat: complet et roborat: de
quo diuine orpheus: Cuncta fouens atqꝫ ipẽ
ferens super omnia sese: Ut est actus omniũ
roboratqꝫ bonum dicitur: ut uiuificat: lenit:
mulcet: et excitat/Pulchrum/ Ut in obiectis
que noscenda sunt: tres illas cognoscentis ani
me uires allicit/Pulchritudo. Ut in cognos
cente potentia/eam applicat cognitio/Veritas
Ut bonum est/procreat/regit/et complet. Ut
pulchrum: illuminat gratiamqꝫ infundit: prepa
rata autem esse oportet omnia ad gratiam diui
ni fulgoris excipiendam. Corpora quidem pro
portione: qne ordine/modo: et specie constat:
Uoces harmonia: que numeris interuallisqꝫ
conficitur. Officia morum/rectitudine ad finẽ
bonum: disciplinas ordine ad obiectum uerum
Animam puritate per aduersionem ab inferis
et conuersionem ad supera. Mentem: per eter
num in ipsum bonum: Intuitum: per hec om
nia gradatim diuine pulchritudinis radius pe
netrat: circa corpus in equalitate numerosa re
fulget/loco motuiqꝫ subiecta. Circa uoces: in
harmonia/extra certum locum/ sed motu disp
sa. Circa officia disciplinasqꝫ et animam: ĩ mo
tu quidem: sed ratione uitali consistens: Circa
mentẽ: supra motum: in eterna idearum serie
micans. Circa ipsum bonum: actus purus: ui
tam et gratiam omnibus inserẽs: Hec precor
Petre medices uir omnium preclarissime: so
lita diligentia legas. Nam et tue mentis pul
chritudinem prorsus agnosces: et ꝙ proxime
ad ipsum pulchrum de quo hic disputatur/ ac
cedas/animaduerteres.

Platonis hippias maior de pulchro transla
tus e greco in latinum a Marsilio Ficino Flo
rentino ad Petrum medicem patrie patrem.

Socratẽs: Hippias.

.so:

Sapiens et pulcher hippias/ꝙ raro
athenas accedis? hip: Non datur o
socrates ocium: Nã elienses ciues q̃
tiẽs cuz externis gentibus aliqd ẽ tra

ctandum mihi pre ceteris legationes committũt Idoneum me iudicem ac nuntium existimãtes eorum que apud singulas ciuitates dicuntur: Quamobrem sepe et ad alias urbes: sepius ẽt et de maximis rebus lacedemonem legatus ac cessi. Quo fit ut hec loca: quod ipse querebas minus frequentem: socrates: Hoc certe o hippia sapientis perfectiqꝫ uiri proprium est. Tu quidem priuatim: multis ab adolescentib accepris pecuniis: ad plura etiam prodesse illis ꝙ que acceperis: uales: Atqꝫ iterum publice patriam tuam tueri / ut decet eum: qui non con temnendus uulgo / sed summo in pretio sit ha bendus: Ceterum: que nam o hippia causa / ꝙ prisci illi qui sapientum cognomen adepti sunt pittacus atqꝫ bias et qui thaletis milesii tempo re: quid ue deinceps usqꝫ ad anaxagoram / sapi entie studio floruerunt / uel omnes uel plurimi ciuilibus actionibus abstinuere? hippias: Quid aliud putas socrates illos continuisse ꝙ imbecillitatem ingenii / cum non possent utraqꝫ priuata et publica prudenter administrare? socrates: An quemadmodum cetere artes icre mentum tempore susceperunt / adeo ut nostri tẽ poris artifices superioribus longe precellant ita et facultatem uestram: studium uidelicet so phistarum in melius creuisse dicendum / ac ue teres sapientie studiosos si uobiscum comparẽ tur: uiles admodum extitisse? hippias: Rec te omnino loqueris: socrates: Ergo si hodie bias in uitam resurgeret / a nobis irrideretur quemadmodum ipsum dedalum sculptores a iunt: si reminiscẽs talia fabricaret. qualia quõ dam ex quibus sibi gloriam comparauit: ridi culum fore: hippias: Sic se res habet ut ais o socrates: Uerumtamen priscos homines pre ferre semper recentioribus consueui: ut ⁊ uiuẽ tium inuidiam et defũctorum indignationem uitarem: socrates: Probe o hippia et sentire et loqui mihi uideris. Ego quoqꝫ testari possum te uera loqui. Nam reuera uestra facultas ad aucta est: uimqꝫ suscepit ad publica una cuꝫ pri uatis administranda. Gorgias siquidem iste le ontinus sophista huc patrie legatus accessit: ut pote qui esset in ciuilium rerum gubernatione leontinorum omnium prestantissimus. Ubi ad populum contionari preclare iudicatus est. Deinde priuatim disputans et cum iuuenibus uersatus: multas in hac urbe pecunias cumula uit. Quin etiam si audire uis: amicus noster: prodicus et sepe alias publicis muneribus fun ctus est: ut nuper ex chio insula ueniens / cum publice in consilio dixisset / summopere proba tus est: et priuatim disserens / iuuenesqꝫ erudi ens / pecunias innumeras est lucratus. E pris cis autem illis nullus unꝙ dignũ putauit. ar genti mercedem sequi: aut propriam sapientiã in cetu diuersorum hominum ostentare: adeo inepti et ignaui erant: eosqꝫ quanti argentuꝫ sit latebat: Sed uterqꝫ illorum quos modo retuli plus argenti sapientia sua ꝙ alius quiuis arti fex ex qualibet arte cumulauit. Idemqꝫ prota goras ante illos effecit. hippias: Nihil o socra tes egregium hac in re nosti. Nam si uideres quantum ego argenti lucratus sum / obstupes ceres. Micto alia: Uerum in siciliam quando qꝫ profectus / ubi tunc protagoras habitabat: summoqꝫ in honore habebatur / me admodum senior / breui plusꝙ centum: et quinquaginta minas collegi: et ex regione quadam angusta: inyca nomine plusꝙ minas uiginti. cumqꝫ do mum rediissem / patri dedi / quod quidem tam ille ꝙ reliqui ciues uehementer admirati sunt. Enim uero me plures ferme pecunias: ꝙ duos alios simul quoscumqꝫ uis sophistas congregas se existimo: socrates: O rem preclaram: potis simum hippia id argumentum est: quanto et tu et alii huius seculi sapientes ueteres superatis Nam primo quanta inscitia anaxagore fuisse uidetur? Cui contra ac uobis contigit. Amplum quippe patrimonium neglexisse dissi passeqꝫ dicitur: adeo stulte philosophabantur: deqꝫ ceteris illoruꝫ temporum sapientibus alia quedam huiusmodi tradunt. Quapropter opti mam hanc attulisse coniecturam uideris: ꝙ sa pientes nostri superioribus prestent: multiqꝫ in hoc consentiunt / sapientem in primis sibi ipsi sapere oportere: huius autem hec est summa / ut argentum plurimum acquiratur. Et de iis satis: hoc autem mihi dicas. Cum multas urbes

urbes adieris: ubi nam potissimum lucratus es Num lacedemone? quo frequentius es profe ctus: hippias: Non per iouem o socrates: so: Quid ais? numquid minimum? hippias: Imo nihil penitus unꝙ: socrates: Monstrum est: quod dicis o hippia: dictuqꝫ mirabile. Respon de ad hec: Utrum sapientia tua illos qui tecuꝫ uersantur / discuntqꝫ / meliores ad uirtutem ef ficere possit? nec ne? hippias: Et maxime quidẽ socrates: Numquid inyciorum ciuium filios meliores reddere potuisti? filios autem sparta norum minime? hippias: Absit: socrates: An forte siculi meliores fieri student: lacedemones negligunt? hippias: Immo et lacedemones idẽ affectant: socrates: Num pecuniarum defectu tua consuetudine caruerunt? hippias: Nequa ꝙ: diuites enim sunt: socrates: Cum igitur sa pientiam affectarent / et suppeterent facultates tuqꝫ illos uoti compotes reddere posses / cur nõ inde locupletissimus rediisti? An forte ipsi la cedemones melius ꝙ tu filios suos erudiunt Uis ita dicamus? Ac tu consentis? hippias: Nullo modo: socrates: Utrum iuuenibus la cedemone persuadere non potuisti. ut tibi ad herentes magis proficerent ad uirtutem: ꝙ si cum suis uixerint? an parentes inducere non potuisti: ut tibi filios potiusꝙ diligentie sue cõ micterent? si modo filiorum curam haberent: Neqꝫ enim adeo inuidebant filiis. ut optimos euadere nollent: hippias: Equidem inuidisse nõ arbitror: socrates: Numquid lacedemon bo nis legibus instituta est? hippias: bonis profe cto: socrates: In huiusmodi uero gubernatio nibus uirtus maxime omnium honoratur: hip pias. Maxime quidem: socrates: Tu autem hanc aliis tradere / pre ceteris hominibus op time nosti: hippias: prorsus o socrates:. socra: Qui facultatem equestrem egregie docere põt non ne in thessalia magis ꝙ in reliqua grecia coleretur? lucrareturqꝫ plurimum? similiterqꝫ et alibi / ubicumqꝫ hec ars in pretio est? hippias Consentaneum id quidem: socrates: Qui ergo potis est preclarissimis uirtutis preceptis iuue nes instituere / cur non lacedemone summope re honoretur / ibiqꝫ innumeras affatim pecuni as cumulet? ac similiter in quacunqꝫ ciuitate grecorum uirtus maximi extimatur? At forte ĩ sicilia magis et in inycia putas? Ista credere debemus hippia? Si tu uixeris credendum ẽ: hippias: Non est o socrates mos patrius lace demoniis mutare leges: neqꝫ preter consuetu dinem filios educare: socrates: Quid ais? La cedemoniis haud patrium est / recte agere? sed aberrare? hippias: Numꝙ id ego assererem: socrates: Recte uero agerent: si melius: non si deterius iuuenes erudirent: hippias: Recte: ue rum peregrinas disciplinas lex illorum nõ ad mictit. Alioquin siquis unꝙ alius ibi quando qꝫ discipline gratia lucratus esset / scito me plu rimum fuisse lucraturum: letantur ergo: cum me audiunt / atqꝫ laudant: sed ut dicebam: lex illorum peregrina uetat: socrates: Legem o hippia pernitiem ciuitatis / an salutem uocas? hippias: Conditur mea quidem sententia utili tatis gratia lex: non numꝙ tamen obest: si ma le sit posita: socrates: Non ne ut maximũ quod dam ciuitati bonum legem condunt latores le gum: legeqꝫ sublata cum iniquitate simul uiue re in ciuitate non possumus? hippias: Uera lo queris: socrates: Quotiens igitur a bono aber rant hi qui leges ferre nituntur / a legiptimo le geqꝫ discedunt: Quid ad hec? hippias: Exacta quidem ratione sic se res habet o socrates. non tamen sic homines nominare consueuerunt: socrates: Utrum o hippia q cognoscunt: uel q ignorant? hippias: Uulgus: socrates: Qui ue rum cognoscunt: uulgus sunt? hippias. Nequa ꝙ: socrates: At uero qui sapiunt hi quod utili us est / magis legiptimum ꝙ quod inutile: reue ra omnibus hominibus esse censent: non ne fa teris? hippias: Fateor equidem ita reuera es se: socrates. An non ita est / ut scientes existi mant? hippias: Prorsus: socrates: Prestat autẽ ut tu ais / lacedemonios disciplĩa tua licet peregrina ꝙ patria imbuii: hippias: Et ue ra loquor: socrates: Quin etiam quecumqꝫ utiliora sunt / magis legiptima dicis? hippias Dixi equidem: socrates: Ergo secundum ra tionem tuam magis e lege est. ut lacedemonio rum filii ab hippia ꝙ a parentibus doceantur

quãdoquidem tu magis ꝙ illi reuera ꝓdesses
hippias: Prodessem proculdubio socrates/
socrates: Preter legem igitur agunt lacede
monii: cum tibi filios suos erudiendos auri
oblata mercede nõ tradant: hippias: Assentior
equidem: uideris enim pro me dicere. Quam
obrem repugnare tibi non decet: socrates:
Bonarum legum expertes laconas esse inueni
mus: et in rebus quidem maximis: cum tamen
melioribus legibus ꝙ reliqui greci uti uidean
tur. Te uero quando potissimum laudant hip
pia: et quibus rebus audiendis precipue delec
tantur? An uidelicet cum illa narras/que ipse
egregie nosti/astra celestesq; progressus? hip:
Nullo modo hec substinent: socrates: Nuz ge
ometrie sermo illos oblectat? hip: Minime
omnium: nam pauci admodum ex illis: ut ita
dicam: numerare sciunt: socrates: Longe igit̃
abest ut raciocinationes computationesq; liben
ter audiant: hip: Longe per iouem: socrates:
Numquid illa que tu acutissime omnium ho
minum intelligis? litterarum syllabarumq; di
stinctiones? rhythmorum harmoniarumq; na
turas? hip: Quas o bone uir harmonias ac lit
teras? socrates/At que tandem ista sunt/ que
audientes illi letantur/ teq; laudant? Tu sal
tem referas/postꝙ ego inuenire non possum:
hip: Stirpem heroum atq; hominum: et antiq̄
rum urbium constructiones: ac summatim om
nem antiquitatis historiam attente audiunt:
Quo circa illorum causa ediscere: meditariq;
huius generis omnia coactus sum: socrates: ꝙ
bene tecum actum est o hippia? ꝙ lacedemonii
moleste ferant/siquis nostros principes incipi
ens a solone recenseat. Alioquin eorum nomi
nibus ediscendis fatigari te oportuisset? hip:
Quid fatigari socrates? semel audiens quinq̄
ginta nomina/memoriter repetam. socrates: ꝓ
be loqueris: sed ego te memoria pollere nõ ad
uerteram: Quapropter lacedemonii te merito
delectari: tamꝙ multarum rerum perito iam ĩ
telligo: teq; perinde uti/ac aniculis pueri ad cõ
fabulandi iocunditatem. hip: Per iouem o so
crates nuper ibidem de pulchris studiis: quib;
incumbere iuuenem decet. edisserens admira
tioni fui. Extat enim de iis a me composita lu
culenta quedam oratio: que precipue uerboruz
elegantia pollet: forma uero et principium ora
tionis eiusmodi est: postꝙ capta est troia: neop
tolemus nestorem interrogauit. que sint pul
cherrima studia/quibus incumbens iuuenis:
uir illustris euadat. Cui respondens nestor
multa et pulchra precepta recenset: hanc equi
dem rationem ibi ostendi / et hic quoq; tertia
hĩc die in phidostrati ludo: atq; ĩsuper alia mul
ta auditu digna ostensurus sum. Eudicus eniz
apimanti filius me rogauit. Quare da operam
ut tu quoq; adsis: et alios tecum ducas: quicũ
q; dicenda audiendo iudicare sciant: socrates:
fient ista si deus uoluerit hippia. In presentia
autem breue quiddam de hoc ipso responde:
nam oportune me admonuisti: Nuper enim o
uir optime/cum in sermone quodam: alia ut
pulchra laudarem: alia uituperarez ut turpia:
hanc quispiam in medium dubitationem indu
xit/me ualde contentiose sic interrogans. Un
de o socrates pulchra turpia ue cognoscis? po
tes ne quid pulchrum sit definire? Ego autem
ob ignauiam meam hesitaui: neq; quod accom
modate responderem habui: atq; ex cetu homi
num abiens mecum ipse iratus sum/ruditatem
q; meam uehementer uituperaui: ac minatus
sum/cum primum quempiam uestrum: qui sa
pientiam profitemini: obuium haberem / cona
turum me id audire ac discere / et diligenter
premeditatum/ ad eum qui rogauerat reuersu
rum: ut rursus eadem de re pugnarem. Qua
propter nunc tu ut dicebã/peroportune uenisti
Doce obsecro me quid ipsum pulchrum est:
Conare inꝙ diligentissime omnem responden
do rem aperire: ne iterum redargutus irridear
Nosti enim perspicue. Idq; exiguum quiddaz
est: e multis que tu calles: hippias: Exiguum
per iouem socrates: et nullius ut ita dicam pre
tii. socrates: Facile itaq; discam: neq; ullus ul
terius me refellet: hippias: Nullus certe/Uile
namq; et rude studium meum esset: socrates:
Per iunonem bene loqueris hippia. si uirum
illum capiamus. Uerum ne tibi impedimẽto
siz imitatus illum te respondente rõnes resũmã
ut me magis exerceas: Ferme enim in resum
mendis sermonibus: quoquo modo peritus
suz. Si ergo nihil tua interest: repetere cupio:
ut uehementius firmiusq; perdiscam: hippias:
Repete ut lubet: nam ut modo dicebam: non
ardua questio est: sed ad difficiliora te respon
dere docerem/ut nemo te refellere possit: so:
O ꝙ bene loqueris? Ac postꝙ tu iubes: eius
ipse personam indutus te iam interrogare ag
gredior. Si illi sermonem tuum de pulchris
disputantem officiis ostendisses cum primum
finem dicendi fecisses: de nullo alio prius ꝙ
de pulchro quesisset. mos enim iste suus: et in
hunc modum interrogasset. O eliensis hospes
non ne iustitia iusti sunt quicunq; iusti? Respõ
de queso hippia tamꝙ percontante illo: hip:
Iustitia profecto: so: An non aliquid hec ipsa
iustitia est? hip: Prorsus: socrates: Et sapien
tia sapientes sunt: quicunq; sapiunt et bono si
militer bona omnia que bona sunt? hip: Quid
prohibet: socrates: Sapientiam uero et bonuz
secundum se esse oportet. Nam si ipsa nõ eẽnt
alia per illa numꝙ talia fierent: hip: Sic est:
socrates: Nõ ne et pulchra omĩa ipso pulchro
sunt pulchra? hip: Pulchro certe: so: Est ne q̊
ipsum pulchrum? hip: Est proculdubio: so.
Hic ille statim queret: Dic hospes quid hoc ip
sum pulchrum est? hip: Num qui ista interro
gat audire indiget: quid est pulchrum? socra:
Non mihi uidetur: sed aliud quiddam est ip̃z
pulchrum: hip: Quid hoc ab illo differt? so:
Nihil ne tibi uidetur? hip: Nihil certe: non ẽ
differt: so: Constat autem te melius nosse: Cõ
sydera tamen: non que res pulchra est / ille pe
tit: sed quid ipsum pulchrum est: hip: Intelli
go iam o bone uir: et quod ipsum pulchrum ẽ/
respondebo adeo ut numꝙ redarguar: Si ue
rum dicere oportet /scito socrates uirginẽ pul
chram ip̃m pulchruz esse: so: preclare o hippia
et decore admodum respondisti: Numquid er
go si hoc respondero: ad interrogata responsuz
erit et recte: neq; refellar? hip: Qua te ille ra
tione corripiet? si quod omnibus uidetur/et de
quo audientes singuli pro te testabuntur / res
ponderis? so: Eia ꝙ belle? Sed mecum ipse o
hippia quod dicis animaduerto: Ille siquidez
ita quodammodo percontabitur: Age respon
de mihi o socrates. Quid est ipsum pulchrum
quod si sit hec omnia que pulchra dicuntur: ꝑ
ipsum pulchra sunt? Ego autem respondebo:
Si pulchra uirgo ipsum pulchrum est/propter
quod hec pulchra fiunt: hip: putas ne illum te
reprehendere ulterius ausurum: quasi nõ pul
chrum sit quod dicis? Uel si forte ausus fuerit
non ab omnibus irrisum iri? so. Quod quidez
audebit o uir mirifice certo scio. Vtrum uero
ausus/ridiculus euasurus sit/res ipsa ostẽdet
Que tamen ille inferet/tibi dicere cupio: hip.
Dic iam: so: Quam lepidus es o socrates dicet
pulchra equa/non ne pulchrum? quam in ora
culo deus ipse laudauit. Quid ad hec o hippia
pulchram equam non ne pulchram esse fatebi
mur: nam quo pacto quod pulchrum est. esse
pulchrum negabimus? hip. Vera narras o so
crates: recte quippe deus cecinit: pulcherrime
enim eque apud nos nascuntur. socrates: Ad
det ille post hec. lyra pulchra non ne pulchruz
hip: Ita: socrates. Queret iterum. noui enim
eius morem o uir optime pulchra olla: an non
pulchrum? hippias: Ha socrates / quis adeo
rudis est: ut in re seria tam uilia nomina misce
atur? socrates: Talis ille est o hippia: non enĩ
comptus iocundusq;: sed sordidus: nihilq; ali
ud preter ueritatem curans. Attamen respon
dendum illi est: et ego prefabor si olla a bono
figulo ficta sit: equalis et rotunda satisq; cocta
quales sunt olle quedam utrinq; aurite atq; ꝑ
pulchre: que sex patinas capiunt / si de tali in
ꝙ olla interrogaret: respondendum pulchram
existere. Quomodo enim quod pulchrum est/,
non esse pulchrum assereremus? hippias: nul
lo pacto o socrates: socrates: An non et olla
rogabit ille pulchra pulchrum? Responde am
mabo: hip: Sic esse arbitror. pulchrum quoq;
uas hoc est cum ex arte est fictum: sed totum
hoc si cum equa et uirgine aliisq; speciosis om
nibus comparetur: tali cognomento indignum
est: socrates. En hippia iam intelligo: quid in
terroganti illi petiit obiiciendum sit. O uir
ignoras ꝙ scitum sit illud heracliti.

De pulchro:

Speciosissima simiarum deformis est/cũ alio
genere animalium comparata: nec non ollaruꝫ
pulcherrima turpis est/si cum uirginum gene
re conferatur: ut sapiens hippias iudicauit:
Non ne sic hippia? hip. Recte nimium respon
disti: so: Audi deinceps eum scio sic inferet.
Quid? siquis genus uirginum o socrates/cuꝫ
deorum genere conferat? non ne idem patietur
quod et olla collata cum uirgine? An non for
mosissima uirginum deformis esse uidebitur?
non ne heraclitus quem tu in testimonium ad
duxisti/hoc idem tradit? hominem. s. sapientis
simum ad deum simiam apparere? quo ad sa
pientiã et formã et alia omnia? Confitebimur
hippia speciosissimã uirginẽ cum deorum gene
re comparatam esse deformem? hip: Quis hu
ic socrates contradixerit? so: Si hec admicta
mus ridebit illico/et in hunc modum me iterũ
compellabit: Recordaris socrates quid inter
rogatus fueris. At ego recordor equidem me
interrogatum fuisse quid ipsum pulchrum sit:
Tum ille dicet interrogatus quid pulchrũ sit:
respondes: quod non magis pulchruꝫ ꝙ tur
pe esse contingit: ut tu ipse fateris. Ita uideri
dicam: diqd nam tu amice mihi respondendũ
consulis? hip: Hoc ipsum: so: Quin etiam ꝙ
ad deos genus hominum pulchrũ minime sit/
conceder. Sin autem ab initio te dicet ille: ro
gassem: quid pulchrum turpeqꝫ est: et tu mihi
eademqꝫ in presentia/respondisses recte quidẽ
preterea num tibi ipsum pulchrum quo decorã
tur omnia: pulchraqꝫ apparent: quotiens illa
species adest/uirgo uidetur esse uel equa: uel
lyra? hip: Si id ille quesiuerit socrates: facili
me respondebitur: quid ip̃m pulchrũ sit/quo
cetera omnia decorãtur: cuius ue presentia pul
chra uidentur. Ineptissimus nempe homo est
nihilqꝫ preclare questionis inducit. Si eniꝫ tu
illi responderis/pulchrum ip̃m quod querit:
nihil aliud esse ꝙ aurum hesitabit: profecto ne
qꝫ te confutare tentabit: Constat eniꝫ apud om
nes cuicumqꝫ hoc adest licet turpe illud antea
uisum fuerit: pulchrũ uideri auro perornatum
so: Nescis hippia/ꝙ molestus uir ille sit/ꝙue
difficile dicentibus assentiatur: hip: Quid tuꝫ
o socrates? quod recte dicitur: concedat neces

An aurum sit ipsum pulchrum:

se est: hoc enim si respuerit: ludibrio omnibus
erit. so: Atqui responsionem hanc non modo
non accipiet: sed acriter me mordebit. O ista
te uir dicet: phidiam rudem artificem putas?
Et ego illi ut arbitror: nullo modo putare me
dicam: hip: Et recte quidem: so: Recte ꝓcul
dubio: postꝙ̄ uero peritum artificem phidiam
esse concessero/hec insuper addet. Existimas id
quod pulchrum uocas phidiam ignorasse? At
ego quid maxime dicam? Tum ille/quoniam
minerue oculos non aureos fecit: neqꝫ reliquũ
uultum neqꝫ pedes neqꝫ manus: quando qdeꝫ
si aurea fuissent/pulcherrima extitissent: sed e
burnea reddidit/in quo certe propter inscitiaꝫ
aberrauit: cum ignoraret aurum esse: cuius ꝑ
sentia pulchra omnia fiunt/quibuscumqꝫ adhe
ret. quid ad hec hippia? hip: Nihil arduum.
Recte enim fecisse fatebimur. Nam eburneuꝫ
quoqꝫ pulchrum est: so: Sed ille. Cur non pu
pillas etiam oculorum eburneas fecit? sed la
pideas inueniens quoad fieri potuit/lapidis cũ
ebore similitudinem. Num pulchrũ lapidem.
pulchrum esse o hippia respondebimus? hip:
Immo certe cum decens est: so: cum uero nõ
decens/turpe fatendum: nec ne? hip: Fatendũ
sane cum minime decet: so: his adiiciet ille: o
uir sapiens ebur et aurum non ne cum decent
pulchra omnia reddunt? contra uero cum de
decent? Renuemus ne an potius admictemus
hip: fatebimur plane quicquid aliquid decet/pul
chrum efficere: so: hic ille inferet: Utruꝫ decet
pulchre olle de qua supra diximus. plene ho
norum leguminum auream tudeculam addere
an ficulneam? hip: proh hercules: qualem ho
minem narras. Cur non eius nomen profers
so: haud agnosceres hominem/licet nomen au
dires: hip: Uerumtamen inpresentia indoctuꝫ
illum esse cognosco: so: Curiosus nimium est
o hippia. Ceteruꝫ quid dicemus? Utram poti
us e duabus tudeculis legumini et olle cõgrue
re? an ficulneam? suauiorem quippe odorẽ pre
stat/neqꝫ collidens frangensqꝫ ollam diffundet
legumina nec aqua ignem extinguet: neqꝫ com
mesturos homines/pretioso priuabit obsonio.
Contra uero aurea tudecula: Quamobrem ui
detur mihi ficulnea magis decere ꝙ aurea:

nisi tu contradixeris: hip: Decet sane magis. ꝙ
uis ego cum homine talia perquirenti minime
disputarem: so: probe nimirum o amice: Tibi
enim talibus nominibus uti non conuenit/cuꝫ
tam specioso amictu calceisqꝫ ornatus sis: et ĩ
ter omnes grecos sapientia polleas: me autem
nihil prohibet: quo minus cum illo uerser. me
igitur ante erudias: meiqꝫ gratia respondere di
gneris. Ille namqꝫ sic deinde perget. Si ficul
nea decet magisꝙ aurea: non ne pulchior? hip
pulchriorẽ respõdebis o socrates: postꝙ quod
decet: pulchriꝰ ꝙ quod dedecet/es cõfessus
so: Numquid hippia/confitendum ficulneam
pulchriorem esse ꝙ auream? hip: Uis tibi dicã
socrates/quo modo pulchrum definiens/pro
lixis cum sermonibus liberabis? so: Quid ni
uelim? mõ tamen priusꝙ mihi dixeris utram/
e duabus illis tudeculis decentiorem pulchri
oremqꝫ existere: respondendum sit: hip: Atq
si uis illam que ex ficu est/pulchriorem esse re
sponde: so: Nunc iam dicas quod paulo ante
inceptabas. Hac enim responsione qua ipsum
pulchrum aurum esse aio/nihilo pulchrius ut
arbitror aurum/ꝙ lignum ficulneum appare
bit: Nunc denuo quid ipsum pulchrum asse
ris? hip: Dicam equidem: requirere namqꝫ mi
hi uideris tale quiddam pulchrum respondere
quod numꝙ alicui turpe uideri queat: so: Om
nino o hippia: et nunc recte accipis: hip: audi
iam: scito socrates/siquis habeat/quod aduer
sus hoc inferre ualeat/autumare me/nihil un
quam penitus laudaturum. so: dic per deos ci
to: hip: Aio equidem semper: apud quemlibet
et ubicumqꝫ pulcherrimum esse: ut sanus aliqs
sit/diues et honoratus inter grecos usqꝫ ad se
nectutem: et sicut parẽtes suos defunctos egre
gio funere decorauit/sic a filiis suis preclare:
atqꝫ magnifice sepelliat: so: Hui: hui: o hippia
ꝙ mirifice et excellẽter et ut te decet: dixisti?
per iunonem ualde te amo/quia mihi uideris
summa cum beniuolentia pro uiribus auxilia
ri: Uirum tamen illum non dum compreben
dimus: sed nunc effusius nos/mihi crede ride
bit: hip: O ineptum risum: cum enim nihil ad
uersus ista proferre ualeat/rideat autem/se ip
sum ridebit/presentibusqꝫ omnibus ipse ludi

An sanum esse etc sit ipsum pulchrum:

brio erit: so: forte sic se res habet: forte etiam
et hac responsione: ut ego uaticinor: non solum
illudere me audebit: hip. Quid ultra? so: Si
baculum habuerit: neqꝫ ego statim fugero/ce
dere me conabitur: hip: quid ais? An tuus il
le dominus? si tibi iniuriatus fuerit/non dabit
penas? an iniusta uestra ciuitas? cedereqꝫ se
mutuo ciues permictit? so: Nullo modo: hip:
Non ne igitur punietur: si te iniuste percusse
rit? so: Non iniuste quidem o hippia/si talia re
sponderem: sed iure mihi uidetur: hip: Mihi
quoqꝫ/quando quidem et tu hec putas: so: uis
tibi dicam/quam ob causam me talia respon
dentem/uerberibus dignum putem? An tu me
priusꝙ iudices/uerberabis? uel rationem ad
mictes? hip: graue hoc esset o socrates: si non
admicterem? sed qua ratione id ais? so: dicam
eodem modo quo et paulo ante imitatus illum
ne coram te uerba/quibus ille mecum utitur/
proferam dura nimium et absurda. Nam sic
me proculdubio alloquetur. Dic age o socrates
iniuste cedi illum censes/qui dithyrambum tã
tum in concinne pronuntians/tam procul a ꝓ
posita questione abierit? At ego quonam pac
to interrogabo? tum ille: quia oblitus es quesi
tum fuisse/ipsum pulchrum/quod omnia qui
buscumqꝫ inest/pulchra efficit: lapidem: lignũ
hominem: deum: actionem deniqꝫ omnem: et
disciplinam: hoc ipsum o uir pulchrum quid ẽ
perquiro. tu uero non magis audisti me: ꝙ si
lapis coram assedisses: et molaris quidem/nec
aures neqꝫ cerebrum habens: ꝙ si ego perterri
tus ad hec ita respondeam: num grauiter feres
hippia? hip: Quo nam modo? so: sic inꝙ. Hoc
tamen hippias pulchrum esse dixit: quamuis
ego illum ut tu me nunc interrogassem.: quod
omnibus pulchruꝫ/semperqꝫ existit: Quid ais?
An moleste feres/si hec dixero? hip: Certo
scio o socrates quod dixi/omnibus eẽ pulchrũ
et ita uidebitur: so. An et erit: dicet ille: semp
enim pulchrum? hip: Omnino. so: Non ne et
erat/interrogabit? hip: et erat: so: ad hec ille et
numquid eliensis hospes inquit achilli pulchꝝ
esse/post genitores suos nature concedere: et
auo illius eaco/aliisqꝫ quicumqꝫ ex diis nati
sunt? et ipsis deniqꝫ diis? hip: Quid hoc? Ma

carie herculis filie ad expiandum scelus: sacra
facito: prophane eniz sunt o socrates huiusmo
di questiones: so: Quid uero? percontante alio
hec asserere/non ualde prophanum? hip: forsi
tan: so: forte igitur tu is es ille dicet/ qui cuili
bet ac semper pulchrum esse dicis a filiis fune
re honorari/parentibus parentare: An non ex
omnibus unus hercules erat/aliiq;/quos ātea
memorauimus? hip: At uero non diis dicebaz
so: Nec heroibus etiam ut uideris: hip: Non
certe/quicunq; deorum filii fuerunt: so: Illis
uero qui non deorum? hip: His ipsis: so: ergo
secundum sermonem tuum ex heroz numero
tantalo quidem et dardano atq; zeto / graue ꝓ
phanum et turpe est: pelopi uero/aliisq; similit̄
genitis: pulchrum. hip: Ita mihi uidetur: so:
Ad hec ille. tibi ergo uidetur/ quod in superio
ribus non dicebas/sepellire parentes/ a filiis
sepelliri/quandoq; et quibusdam turpe contin
gere/immo impossibile esse: hoc omnibus esse
pulchrum. Quamobrem similiter hoc atq; su
periora illa. s. uirgo et olla afficitur/atq; etiam
ridicule magis/aliis pulchrum est/aliis minꝰ
Quo circa sic me ille corripiet. Non dum ho
die potes o socrates/quid ipsum/de quo queri
tur/pulchrum sit: exprimere? Et merito me ita
iurgabit/dum sibi talia respondebo: Talis est
ut plurimum disputatio nostra. Quandoq; ue
ro tamꝙ imperitiam meam et inscitiam misera
tus/ipse mihi obcurrit/interrogans: utrum ta
le quiddam pulchrum ipsum esse mihi uideat̄
Uel de quo uis alio disputetur: hip: Quo mō
id ais o socrates? so: Dicam: o beate socrates i
quit. Ita respondere talia desine: inepta quip
pe sunt: et facile refelluntur. Sed aduerte: nū
tale quiddam ipsum pulchrum appareat: quod
nos supra tetigimus/cum aurum diceremus /
quibus decens est/esse pulchrum / contra qui
bus minime. Atq; alia omnia / quibus ipsum
decens/eiusq; natura competit: pulchra fieri.
Uide igitur num hoc ipsum pulchrum sit: ego
aūt ista passim concedere consueui. Nam qd
obiiciam non inuenio. tibi uero decorum/ipsuz
pulchrum esse uidetur? hip: Omnino o socra
tes: so. Caueamus ne in aliquo decipiamur:
hip: Cauendum certe: so: Uide itaq; /decoruz
id uocamus/quod aduenienꝰ/ uideri pulchra
singula facit: quibus adest: uel quod esse efficit
Uel ex iis neutrum: hip: Mihi quidē uidetur
so: Utrum quod apparere pulchra facit/perin
de ac siquis deformis/amictu calceisq; decoris
ornetur/pulchrior appareat. Non ne si deco
rum ea quibus inest pulchriora. que sint/uide
ri faciunt/quatenus decorum est/deceptio que
dam circa pulchrum decorum esset? Neq; eēt
hoc quod querimus hippia. Illud quippe que
siuimus/quo res omnes pulchre/pulchre sunt
quemadmodum omnia magna/excessu magna
sunt. hoc enim omnia magna sunt: Atq; etiam
si non uideantur/excedant tamen/magna esse
necesse est: Sic et pulchrum quesiuimus/quo
pulchra sunt omnia/siue appareant siue non:
quid esset. Decorum quidem non est: pulchrio
ra enim ꝙ sint: uideri facit/in quantum decoꝝ
est ut ipse aiebas: qualia uero sunt/ uideri non
sinit. Quod autem pulchra esse facit / quemad
modum paulo ante dicebam/siue appareant: si
ue non/quid est dicendum. hoc nempe querit̄
si modo pulchrum queritur: hip: Atqui decoꝝ
o socrates/et esse et apparere pulchra/cum ad
est: efficit: so. Igitur impossibile est / que reue
ra pulchra sunt/non uideri pulchra/dum adē
quod uideri facit: hip: Impossibile: so: Confi
tebimur hoc o hippia? Omnia reuera pulchra
instituta et studia: existimari etiam pulchra ab
omnibus? uel contra: ignorari: adeo ut de his
homines priuatim et publice acerrime pugnēt
hip: Ignorari potius o socrates arbitror: so:
non tamen ignorarentur/si ut pulchra sunt: ita
pulchra etiam apparerent. apparerent autem
si decorum pulchrum esset/neq; esse solum: sed
uideri etiam pulchra cogeret: Quamobrem si
decorum est/quod pulchra facit esse/est utiq;
quod querimus/pulchrum non tamen id quod
uideri cogit. sin autem uideri dumtaxat/decoꝝ
efficit: nequaꝙ pulchrum ipsum est/quod peti
mus: esse namq; illud compellit. Apparere aūt
simul et esse: neq; pulchra neq; aliud quicꝙ ef
ficere idem potest. Eligamus iam/utrum deco
rum esse putemus/quod uideri pulchra/uel qō
esse facit: hip. quod uideri o socrates arbitror
so: pape: ꝙ longe nos hippia ipsius pulchri co

gnitio fugit: postꝙ decorum/aliud quiddam ꝓ
ter ipsum pulchrum esse apparuit: hip: per io
uem o socrates mihi quidem absurte nimiuz:
so: Ceterum o amice/non dum dimictamus.
neq; enim omnem abiceí spem quid sit pulchꝝ
inueniendi: hip: Omnino sperandum o socra
tes: neq; enim inuentu difficile: mihi quippe ꝯ
scius sum/ꝙ si paulisper ad me ipsum in solitu
dine me reciperem/ exacte tuis ꝙ exprimi pos
sit/tibi id explicarem: ut nihil utra requireres
so: heu ne alta id uoce dicas o hippia: ne indi
gnatum/longius nos effugiat: non uides quā
tum nos hactenus fatigauerit? Veruz nihil di
co. Tu enim cum solus eris/facile ut puto iue
nies. Sed age per deos me presente inuenias
et si uis ut hactenus ita deinceps: una mecum
ꝓquire. Si inueniemus bene erit. sin minus
ego quidem mea sorte contentus ero. Tu uero
postꝙ abieris/facile inuenies. si tamen nunc i
ueniamus/haud amplius tibi molestus ero /
quid te cum ipse excogitaueris flagitans. In ꝓ̄
sentia uero consydera / num tibi id pulchrum
esse uideatur. Attende obsecro diligēter ne de
lirem. Hoc utiq; pulchrum esto/quod utile est
Cuius quidem rei hinc maxime coniecturam
facio: pulchri oculi sunt: non qui impotes uidē
di: sed qui potentes et utiles ad uidenduz: hip
Certe: so: Et uniuersum corpus ita pulchrum
dicimus: aliud ad cursum: aliud ad luctam.
Itemq; animalia omnia: ut pulchrum equm /
gallumq;/et coturnicem: et apparatus omnes:
atq; uehicula: tum terrestria tum maritima/na
ues atq; triremes/instrumenta quoq; omnia tā
ad musicam ꝙ ad artes alias pertinentia: Itez
si uis. studia atq; leges: singula hec eadem fer
me ratione pulchra uocamus: respicientes scili
cet qua conditione: unum quodq; natum: uel
fabricatum: uel locatum est: quod ue utile est:
et qua ratione utile/et ad quid utile: et quādo
utile/pulchrum esse dicentes: quod uero secun
dum hec/inutile/turpe. An non idem tibi quo
q; uidetur o hippia? hip: Mihi uero: so: probe
igitur nūc dicimus preceteris omnibus quod
utile est/ipsum pulchrum esse: hip: Probe ad
modum o socrates: so: Non ne quod efficere
aliquid potest/ad id utile est/ad quod et potēs
Impotens contra: inutile? hip: prorsus. so:
potentia ergo pulchrum/impotentia turpe: hip
Maxime: nam et alia nobis omnia sic esse te
stantur: et ciuilia precipue. Quoniam in ciuita
te sua atq; re. p. potentem esse/omnium est pul
cherrimum/impotentem uero turpissimum: so
preclare loqueris. Sed numquid ob hanc ip
saz rationez/sapientia pulcherrimum omnium
insipientia contra turpissimum? hip: Tu uero
quid putas? so: Siste parumper o dulcis ami
ce. Nam de eo quod dicimus suspicor/ atq; ti
meo: hip: Quid metuis socrates? non ne scite
dicta hec sunt? so: Uelim equidem: sed mecuz
hoc animaduerte. Utrum quis unꝙ quod ne
q; scit/neq; potest/efficiat: hip: Nequaꝙ? quo
enim pacto/quod nequit: ageret? so: Qui delī
quunt/et mala agunt: efficiuntq; ignari/si hec n̄
potuissent/numquid egissent? hip: Minime: so
At uero potentia possunt/quicunq; possunt: n̄
enim in potentia: hip: Non certe: so: Possunt
autem omnes facere que faciunt: hip: proculdu
bio: so: Mala uero multo plura ꝙ bona/ oīs
homines statim ab ineunte etate per omne uitā
agunt: neq; sponte delinquunt: hip: Uera loq̄ris
so: quid porro? hanc potentiam: atq; hec utilia
que ad malorum executionem conducunt: nuz
pulchra uocabimus: an longe aliter? hip: lōge
absunt a pulchro o socrates: so: Non ergo po
tens nobis et utile ut uidetur/ipsum pulchruz
existit: hip: Immo: si modo bona possit: ad ea
q; conferat: so: Illud igitur reprobatum est/ꝙ
potens et utile simpliciter pulchrum sit: Sed
numquid hoc erat o hippia: ad quod animus
noster respiciebat. Ipsum scilicet potens et u
tile ad bonum conficiendum: pulchrum esse:
hip: Mihi quidem uidetur: so: hoc conducibi
le est. an non? hip: Ualde: so: sic utiq; pulchra
corpora/pulchra instituta legum? et sapientia:
alia que paulo ante retulimus/omnia ex eo pul
chra sunt/quo conducibilia sunt: hip: Constat
so: Conducibile itaq; ipsum nobis pulchrum
esse uidetur: hip: maxime omnium: so: Atqui
conducibile est/quod bonum efficit: hip: Id
ipsum: so: Efficiens autem nihil aliud est: ꝙ
causa: hip: Nihil: socrates.

De pulchro:-

Ergo boni causa pulchrum est: hip: Est pro
fecto: so: Aliud uero est causa: aliud id cuius
causa est. Neq; eniz causa ipsius cause causa es
se potest. Quod hinc maxime coniectare licet:
Non ne causam efficientem esse constitit? hip:
plane. so: Ab efficiente uero effectum fit: non
efficiens: hip: Uerum est. so: Aliud efficiens /
aliud effectum: hip: aliud certe: so: Non ergo
causa ipsius causa est / sed eius quod ab ipsa ef
ficitur: hip: Sic est: so: Itaq; si pulchrum bo
ni causa est / a pulchro fit bonum. Et ob hanc
causam ut uidetur / prudentiam alia ꝙ pulchra
omnia exoptamus: quia opus / quod ex his gi
gnitur idest bonum / exoptandum est. Vnde p
ea que inuenimus: pulchrum ad bonum ideaz
patris cuiusdam habere uidetur: hip: Omnio
quidem. preclare enim loqueris: so: Num et
hoc preclare: ꝙ neq; pater filius est: neq; filius
uicissim pater? hip: et hoc: so: Enim uero nec
causa effectum est / nec effectum / causa. hip:
Uera loqueris / so: Per iouem o uir optime /
neq; pulchrum bonum est / neq; bonũ pulchrũ
An tibi ex his que dicta sunt / fieri posse uidet̃
hip: Non mihi: non per iouem: so: placet nobis
istud: et asserere uolumus / ꝙ neq; pulchruz bo
num / neq; bonum pulchrum? hip: Non per io
uem non mihi placet: so: per iouem mihi quoq;
o hippia: nihil minus ex his que dicta sunt. pla
cet: hip: Ita sane uidetur: so: haud amplius igi
tur sermo ille ut supra / egregius esse uidetur:
quo id pulchrum asserebatur / quod conducibi
le utileq; et potens ad bonum aliquod efficien
duz. immo si possibile est / absurdior iudicãdus
q̃ superiores illi / quibus uirginem: et singula
que supra narrauimus: pulchrum ipsum nun
cupabamus: hip: apparet: so: Equidem o hip
pia quo me uertam nescio: hesito enim et ambi
go. tu uero num forte quid habes? hip: in pre
sentia minime: sed ut alias dixi / si mecum aĩad
uertero / inuentuz me aliquid certo scio: so: at
uideor mihi ob intelligendi ardentem auiditatẽ
moram tuam nequaq̃ tolleraturus. Sed ecce
nunc aliud quiddam mihi in mentem uenit. at
tende obsecro utrum quod nos delectat: non
de qualibet uoluptate loquor: sed de illa que p
uisum atq; auditum: utrum inq̃ tale quiddam
pulchrum sit uocandum? Nam quo pacto re
pugnare possumus? Cum pulchri homines ua
riiq; apparatus: picture et figmenta pulchra / in
tuentes nos delectent? Cantus quoq; pulchri
et uoces: uniuersaq; musica: sermones / et con
fabulationes similiter nos afficiant? Quaprop
ter si audaci illi pertinaciq; homini respondere
mus / pulchrum esse / quod per uisum audituzq;
delectat / non ne audaciã eius reprimeremus?
quid putas? hip: Nunc mihi o socrates quid
ipsum pulchrum sit: scire dictum uidetur: so:
Quid uero? studia pulchra ac leges. propterea
pulchra dicemus? ꝙ per uisum auditumq; io
cunda sint? an alia quadam specie contineri?
hip. hec itaforte o socrates / et si hominez latẽt
so: Per canem o hippia / non illum: quem ego
maxime omnium uererer / quotiens delirarem:
aut aliquid dicere profiteor / cuz nihil dicerez.
hip. Quem dicis? socrates: Socratẽ sophro
nisci filium: qui nihilo magis mihi concederet
ut hec indiscussa facile iudicarem / q̃ ut scire
putarem que nescio: hip: Atqui mihi quoq;
postq̃ ipse dixisti: aliud quiddam id: quod ad
leges attinet / esse uidetur: socrates: Quiesce
aliquantum o hippia. Nam in eamdem circa
pulchrum ambiguitatem incidisse uidemur / in
quam paulo ante: dum putamus quiddam cer
ti nos habere: hip: Quo pacto id ais socra
tes? socrates / Dicam equidem quod mihi ui
detur / ut siquid ueri dico: inspiciamus. Hec
profecto que ad studia legesq; pertinent / forte
non extra sensum uidendi: et audiendi existere
uiderentur. Uerum substineamus hunc sermo
nem qui asserit: quod his sensibus gratum est
esse pulchrum: nec leges in medium produca
mus. At siquis nos interroget / siue is quem
retuli / siue quiuis alius in hunc modum:
Quid o hippia atq; socrates: id dumtaxat iocũ
dum quod sensibus duobus percipitur / pul
chrum esse censetis? que uero ceteros sensus
suauitate perfundunt / cibos / potus / ueneris a
ctus / aliaq; huiusmodi pulchra esse nõ dicitis.
An forte neq; dulcia hec: neq; in sensibus pre
ter q̃ in audiendo uidendoq; uoluptatem
aliquam ponitis? Quid inq̃ o hippia respõde
bimus? hip: Magnas quoq; inesse aliis sen
sibus uoluptates assentientur: socrates: sed
ille qua de causa dicet: cum non minus q̃ alie
uoluptates iste sint / pulchri eas cognomento
priuatis? quoniam respondebimus: nemo est:
qui nos non rideat / si dicamus non dulce con
mestionem esse: sed pulchrum: suauemq; odo
rem non suaue esse: sed pulchrum: Ueneris q̊
q; motus dulcissimum quiddam esse: quilibet
nobiscum pugnabit. Oportet autez / siquis hoc
potiatur / ita potiri: ut lateat / quasi uisu turpis
simum sit. Cum hec dixerimus hippia / ille for
sitan respondebit. Intelligo equidem ꝙ iã diu
uos pudor impedit: quo minus uoluptates hu
iusmodi pulchras denomineris: quia hominib9
non uideantur. Ego uero non id querebam: qõ
uulgo pulchrum uidetur: sed quod pulchrum
ipsum est: at illi nos id repetemus / pulchrũ eẽ
quod iam proposuimus: partem scilicet eaz io
cundi / que per oculos auresq; delinit. Tu ue
ro hippia quo te uertes? an forte quid aliud in
feremus? hip: Non alia preter hec o socra
tes respondendum: socrates: preclare dicitis
inferet ille. Si ergo soluz quod per uisum / au
ditumq; gratum aduenit / pulchrum est: quod
per alium sensum delectat: minime pulchrum:
Confitebimur ne? hip: Confitebimur: so
crates: Ille uero sic iterum. An quod per ui
sum iocundum / per uisum et auditum iocundũ
est? Et quod per auditum iocundum / per audi
tum et uisum etiam? ad hec nos: Nullo modo
quod per alterum est / per utrumq; esset: hoc ẽ
q̃rere nobis uideris. hos uero diximus quod
uis e duobus his iocundis / ipsum per se pul
chrum esse: et similiter ambo: non ne sic respõ
dendum? hip: Sic prorsus. socrates. tum
ille: Numquid a iocundo / iocundum eo ipso
quod iocundum est / differt? haud quero utruz
maior minor ue sit uoluptate uoluptas / aut ma
gis ac minus: sed utrum ex pluribus uolupta
tibus una quedam hoc ipso ab alia differat / ꝙ
hec quidem uoluptas sit illa minime: Nobis
quidem non uideri dicemus: hip: Non uide
ri plane: socrates: hic ille inferet. Non ne
propter aliud quiddam / q̃ propterea ꝙ uolup
tates sint / has potissimum uoluptates e nume
ro omnium elegistis / tale quiddam in utrisq; i
spicientes / ꝙ uidelicet naturam quamdam ha
bent: ab aliis differentem: ad quam profecto
respicientes / pulchras esse illas asseueratis: ne
q; enim uisus uoluptas iccirco pulchra est / qa
per uisuz fit: Nam si illius pulchritudinis hec
esset causa / nullo modo que per auditum fit /
pulchra esset / cuz per uisum nequaq̃ efficiatur
Nos autem uera illum dicere confitebimur.
hip: Confitebimur sane: socrates: Neq; rur
sus auditus uoluptas / ex eo pulchra: quia per
auditum fiat: alioquin que per uisum percipit̃
pulchra non esset: quippe cum non eadem sit:
cum illa que per auditum efficitur. Eum uiruz
qui ista: dicit o hippia uera loqui fatebimur?
hip: Uera nimirum: socrates: Uerumtamen
utreq; inquiet pulchre sunt / ut dicitis: Dicimus
ne? hip / Dicimus certe: socrates: Habent
igitur commune quiddam atq; idem: quod eas
pulchras efficit: quod ue ambabus communit̃
inest / et unicuiq; proprie. Neq; enim aliter am
be pulchre essent et quelibet. Age mihi tamq̃
illi responde: hip: Ita mihi ut ais / uideri res
pondeo: socrates: si enim uoluptates iste ali
quid ambe susciperent: quod non earum queli
bet pateretur / numq̃ huiusmodi passione pul
chre existerent: hip: sic est: so: Qui enim fi
eri posset / ut quod neutra illarum patitur / am
be perpetiantur? socrates: Non tibi uidetur
hip: Atqui et rerum istarum et locutionum hu
iusmodi penitus imperitus essem: socrates:
Iocunde quidem o hippia. ceterum ego forte
periclitor uideri mihi aliquid intueri / quod ita
se habere: ut tu ais / minime possit. Uideo
autem nihil: hip: Non periclitaris o socrates
sed nimium despicis: socrates. Enim uero hu
ius generis per multa mihi in mentem ueniunt
quibus fidem non presto: quoniam non probã
tur ab ste / qui argenti plus studio sapientie q̃
ceteri nostri temporis cumulasti. Ego autem
o amice / utpote qui nihil unq̃ lucratus sum:
cogito ne mecum forte ioceris: ex industriaq;
deludas: adeo mihi multa uidentur:

hip: Nemo melius ꝙ tu intelliget ſocrates: u
trum iocer nec ne/ſi iſta que tibi occurrunt/ p
ferre ceperis: nihil enim dicere uideberis. quo
niam numq̃ reperies/quod nec ego patior: ne
q; tu/ambos perpeti: ſo: Quo modo inquis
hippia? forte tu aliquid dicis/quod ego minus
intelligo. Uerum auſculta me/quod ſentio/pla
nius explicabo. Mihi quidem uidetur. quod
neq; contingit me eſſe: neq; ſum/ neq; tu ſimili
ter/hoc ambos pati nos poſſe. Item alia que
ambo patimur/neutrũ noſtrum exiſtere: hip:
Monſtra rurſus afferre uideris o ſocrates: et
magis certe q̃ paulo ante: Attende modo. Si
ambo iuſti eſſemus/non ne et ſinguli? Uel ſi ĩ
iuſtus uterq;/non ne et ambo? Aut ſi ſani ãbo
an non uterq;? Et ſi quilibet noſtrum laborat/
in aliquo/uel uulneratus eſt/uel percuſſus: ſi
ue aliud quiduis paſſus fuerit: non ne idez am
bo perpetimur? preterea ſi aurei/ uel argentei:
uel eburnei: ac etiam ſi uis/generoſi aut ſapiẽ
tes/aut honorati uel ſenes/uel iuuenes/aut ali
ud quiduis humanum ambo eſſemus: non ne
omnino neceſſariuz eſſet hoc quemlibet noſtrũ
eſſe? ſocrates: Omnino quidem. hip: Ceterũ
ipſe o ſocrates res ipſas integras non conſyde
ras: neq; illi quibuſcum diſputare es ſolitus:
pulſatis illico pulchrum: et aliud: quodcumq;
diſputandum ſuſcipitis: et unum quodq; diſſe
rendo diuiditis: Atq; iccirco ita uos latent.
magna et uniuerſa corpora continuam eſſentiã
ex natura ſortita. Et nunc adeo circa hec te ue
ritas fugit/ut putes eſſe paſſionem aliquam uł
eſſentiam: que circa ambo quedam uerſetur:
circa uero ſingula miniẽ atq; uiciſſim que circa
ſingula quidẽ ſit/circa ãbo uero nequaq̃: ade
o inrationales: temerarii inepti: fatui eſtis:
ſocrates. Talia quidem noſtra ſunt/hippia.
non qualia quis optaret/ut trito prouerbio fer
tur/ſed qualia eſſe poſſunt: ſed ipſe ſemper ad
monendo nos iuuas: Et enim priuſq̃ nos in
his admoneres/ q̃ ſtolide affecti eſſemus: ad
huc tibi clarius aperiam: ſi que de his ſentiñ
retulero: Dicam ne? hip: Scienti ſocrates re
feres: Noui enim omnem eorum: qui in diſpu
tando uerſantur: conditionem. Uerumtamen
ſi cupis/enarra: ſocrates: Cupio equidem.
Enim uero ita rudes eramus/ante q̃ tu hec di
ceres/ut de me ac te opinaremur/ ꝙ uterq; no
ſtrum unus ſit: neq; tamen ambo id ſimus/qđ
quiſq; noſtrum: non enim unus/ſed duo ſum̃
Adeo fatui eramus: Nunc uero ab ſte didici
mus/ꝙ ſi duo ambo ſumus/duo ſimiliter utrũ
q; noſtrum eſſe neceſſe eſt: et ſi unus uterq;: u
num pariter ambos. Impoſſibile enim eſt uni
uerſali et continua eſſentie ratione ſecundum
hippiaz aliter ſe habere. Sed quod ambo erãt
idem et ſingula: et contra quod ſingula pariter
ambo. Nunc igitur a te perſuaſus hic ſedeo/
prius tamen o hippia: id mihi memora/Utruz
unus ego tuq; ſimus: uel tu duo et ego duo:
hip: Quid ais ſocrates? ſocrates: Hec ipſa
que dico: Vereor enim aperte coram te loqui:
Nam mihi ſuccenſes: turbaſq;: quando dice
re aliquid tibi ipſi uideris. Simul autem mihi
dicas. Non ne uterq; noſtrum unus eſt/et ui ũ
eſſe eſt paſſus? hip: Omnino: ſocrates: ꝙ
ſi unus impar quoq; An non unum impar exi
ſtimas? hip: Equidem: ſocrates: Num et
ambo cum ſimus duo: impares ſumus? hip:
Nequaq̃: ſocrates: ſed pares ambo? hip.
Pares: ſocrates Numquid ex eo ꝙ ambo
pares/par etiam uterq; noſtrum? hip: Miniẽ
ſocrates: Non ergo neceſſe eſt omnino ut mo
do dicebas/quecumq; ambo/ſingulos/et que
cumq; ſinguli/ambos eſſe: hip: Non in rebuſ
huiuſmodi: ſed in his que ipſe ſupra narraui.
ſocrates Sat habeo hippia. Nam iſta ſufficiũt
poſtq̃ alia ſic: alia aliter ſe habere uidentur.
Dixi equidem ſi recordaris. Unde ſermo hic ẽ
ortus/uoluptates per uiſum et per auditum/nõ
hoc pulchras eſſe/quod queuis earum habet/
ambe nequaq̃: uel quod ambe: ſed ſingule mi
nime: Immo eo quod et ambe habent et ſingu
le et iccirco ambas et ſingulas pulchras eſſe:
et tu conceſſiſti: et ego hac de cauſa per illaz ip
ſam eſſentiam/que ambas ſequitur: ambas eſſe
pulchras/ſi modo pulchre ſunt: cenſui: per eaz
uero que alteram deſerit/minime. Et nunc quo
q; idem exiſtimo. Uerum mihi tamq̃ a princi
pio dicas. Si uoluptas que per uiſum et que p

auditum fiunt/ ambe et ſingule pulchre ſunt/
quod ipſas pulchras efficit: non ne ambas et
ſingulas ſequitur? hip: Prorſus: ſocrates:
An ex eo ꝙ ſingule atq; ambe ſunt uoluptates
pulchre ſunt? uel hac ratione alie quoq; uolup
tates non minus pulchre: nihil enim minus uo
luptates illas eſſe conſtitit: meminiſtin? hip:
Memini. ſocrates: Sed quia per uiſum et au
ditum fiunt: iccirco pulchras eſſe illas eſt dic
tum. Uide num uera loquar: Sic enim ut me
mini diximus: pulchrum eſſe/ quod iocundum
non quidem per ſenſus quoſlibet: ſed quod p
uiſum dumtaxat atq; auditum: hip: ſic prorſus
ſocrates. Non ne paſſio hec ambas ſequitur?
ſingulas minime? Non enim ſingule illarum
quemadmodum ſupra diximus/per ambas ſũt
ſed ambe quidem per ambas: ſingule minime.
Eſt ita? hip: Eſt: ſocrates: Nõ ergo hoc ſingu
le pulchre ſunt/ quod non ſingulas ſequitur.
Quod enim ambo dicitur: non ſequitur ſingu
la. Quamobrem ambo illa uocare pulchra ſe
cundum ſuppoſitionem licet: ſingula uero neq̃
quam: An aliter dicimus? Non ne hoc neceſſa
rium eſt? hip: Uidetur: ſocrates Dicendum ne
ambo quidem pulchra eſſe: ſingula uero nequa
q̃? hip: Quid prohibet? ſocrates: Hoc mihi a
mice obſtare uidetur: ꝙ quedam ſic adeſſe aliiſ
iudicata ſunt/ut ſi ambobus adſunt/ adſint et
ſingulis: et contra ſi ſingulis et ambobus: Ta
lia uero erant que tu narraſti: hip: Erant certe
ſocrates: Que autez ego retuli minime: e quo
rum numero erat: quod ambo dicitur/et quod
ſingula. Eſt ne ita? hip: Eſt: ſocrates. Utrum
tibi uidetur o hippia ex his que ipſe expoſuiſti/
pulchrum eſſe: Ut ſi ego robuſtus et tu/ ambo
robuſti: Item ſi ego iuſtus et tu/ambo/et con
tra/ſi ambo/et ſinguli? Uel nihil prohibet ita
contingere/ut in ipſis paribus et imparibus ac
cidit. Ubi ambo aliquando paria ſunt imparia
ſingula: et aliquando paria: nec non ſingula in
terdum talia ſunt/ut exprimi nequeant/ ambo
queant/et interdum nequeãt. Aliaq; huius ge
neris plurima: que mihi occurrere dixeram.
Quorum in numero pulchrum ponis? num ita
tibi de hoc ut mihi apparet? nimis enim abſur
dum eſſe mihi uidetur: ut ambo pulchri ſimus
non ſinguli: Uel contra/ſinguli pulchri/non ã
bo: aut aliud quodlibet talium. Ita ne ipſe eli
gis ut ego? An illo potius modo? hip: Sic eq
dem: ſocrates. Recte agis hippia: ut a longa ĩ
quiſitione nos liberemus: Si enim ex his eſt
pulchrum: haud amplius quod per uiſum: et
auditum delectat: pulchrum erit: Ambo nam
q; pulchra facit: ſingula miniẽ: Hoc aũt ĩpoſſi
bile ut iter nos ↄuenit: hip: Conuenit certe: ſo
crates: Impoſſibile igitur quod per uiſum. et
auditum iocundum: pulchrum eſſe/ nam ſi id
pulchrum eſſet: impoſſibile aliquid ſequeretur
hip: Uera hec ſunt: ſocrates. Hic contentioſuſ
ille dicet: exponite iterum a principio/ poſtq̃
iſtud nos fefellit/quid eſſe pulchrum hoc dici
tis/ quod ambabus uoluptatibus ineſt: prop
ter quod iſtas pre ceteris honorãtes: pulchras
uocatis. Neceſſarium mihi uidetur o hippia/ut
reſpondeamus/ꝙ inoxie ſunt pre ceteris uolup
tatibus atq; optime: tam ambe q̃ ſingule: An
tu aliquid aliud habes/quo ab aliis differant?
hip: Nihil: reuera enim optime ſunt: ſocrates:
Tum ille: hoc igitur pulchrum eſſe dicitis: cõ
ducibilem uoluptatem. Videri equidem reſpõ
debo: tu uero? hip: Et ego: ſocrates: Ille uero
ad hec: Non ne conducibile eſt quod bonuz ef
ficit? Efficiens autem et effectum aliud eſſe. cõ
ſtitit. unde eodem relabimur. Neq; enim bo
num pulchrum eſſet: neq; pulchrum bonum: ſi
quidem aliud unum quodq; illorum eſſet. Ita
eſſe nos illi ſi ſapiemus illico reſpondebimus.
Nefas enim eſt: recte loquenti non aſſentiri:
hippias: Quid tu aliud ſocrates cuncta hec eſ
ſe ducis: q̃ imminutiones quaſdam: conciſio
neſq; ſermonum: ut ante dixi: in minima reſo
lutas? Illud uero pulchrum et multifaciendũ
eſt: ut quis ualeat/preclara oratione habita: in
iudicio/uel conſilio/uel alio conuentu publico
ad quem uerba fiunt: auditoribus perſuaſis:
non minima quedam: ſed maxima premia re
portare: ſui ipſius: rerum ſuarum: amicorumq;
ſalutem: Hec ſane obmiſſis minutis his queſti
unculis complecti decet: ne demens eſſe uidea
ris: dum deliramenta: et nugas: ut modo ꝑtra

etas: socrates: O amice hippia / tu quidez beatus es / qui nosti / quibus studere hominez decet: et ipse abunde ut asseris / studuisti. Me uero mira quedaz fortuna detinet: quippe qui aerro semper atq; mendico. Quotiens autem opiam meam sapientibus uobis ostendo: uerbis rursus a uobis obiurgor. Obiicitis enim continuo: que et tu nunc obiecisti: me scilicet stolida exilia: et nihilifacienda tractare. Demum cum persuasus a uobis: eadez que et uos profero optimum esse eleganter orare i iudicio et alio quouis cetu / et ad uotum peragere / rursus non nulli e nostris / et ille uir qui me semper redarguit / grauiter increpant: proximus ille uir mihi genere est / et una mecum habitat. Ergo cum primum domum ingressus sum: et ille me talia dicentem audit / interrogat. Quid non erubescam de pulchris operibus disputare: cum adeo manifeste circa pulchrum redargutus sim / q ipsum pulchrum quid sit / ignorem. Inquit enim qua ratione intelliges / que oratio pulchre composita sit que non / aut aliaz quālibet actionem pulchram esse / uel turpem / dum pulchrum ipsum / quid est / ignoras? Et quādo ita affectus es / uiuere te q mori: prestare putas. Contingit itaq; mihi quod modo dicebam / ut et a uobis et ab illo male audiam: Sed forte operepretium est / hec omnia tollerare: neq; enim id absurdum / siquid lucratus fuerim. Tantum uero hippia consuetudine utrorumq; profeci: ut prouerbium illud dicens: pulchra difficilia esse: intelligere mihi iam uidear..

Finis Hippie.

Argumentum Marsilii Ficini Florentini in Platonis Lysidem de Amicitia ad Petrum medicem patrie patrem.

Si Socrates cum sophistis eorumq; sectatoribus disputat: opiniones falsas redarguit: ueras significat. potiusq; doceat. Naz acuta ingenia redargutis falsis: exiguo deinde uestigio uera uenantur. Quod in euthydemo: Protagora: Menone: Hippia Euthyphrone. et Lyside patet. Ubi uero cuz discipulis et studiosis sui sermonem habet: ostendit ac docet: quod quidem ex multis dialogis intelligitur. In Lyside igitur cum de amicitia inter sophistarum discipulos disputet: confutandis falsis: potiusq; monstrandis ueris Socrates studet. Que uero sit de amicitia: et amore platonis sententia: ex hoc libro conii cere. sed ex libris de legibus aliisq; multis cōprehendere possumus. Amicitiam esse uult / honestam perpetue uoluntatis communionem: Huius finem esse uitam unam. Principium eius: cognationem. Medium autem amorez

Ut honestam dicit: excludit improborum hominum contubernia: lasciuorumq; congressus Ut perpetue. Leues adolescentulorum beniuolentias: etiam si honeste sint: non dum amicitias apellandas monet. Ut uoluntatis: significat nō similitudinem opinionis cuiusdaz uel artis ad amicitiam perficiendam sufficere. Vt communionem: beniuolentie uicissitudinez indicat: Huius finis est / ut e duobus animis unus uoluntate fiat: ex una uoluntate uita una Ac demum ex una uita numinis unius: eiusdē q; idee fruitio. Principium quo comunionis huius desiderium excitatur: cognatio est. Cognatio conuenientiam in idea: sydere: genio et quadam anime: corporisq; affectione significat. Nam qui ex uno pendent / in unum: per unum: atq; ad unum reuerti nituntur. Medium et quasi quidam ad amicitiā trames amor existit: Cum autem amor pulchri desiderium sit: et amicitia ab amore et ducatur pariter et dicatur: necesse est eos qui amici futuri sunt / pulchros esse: pulchros inq quorum animi pulchri. Homo enim animus est. Corpus hominis instrumentum: et quisquis pulchrum amat corpus: non hominem: sed ea que sunt hominis: amat: Quamobrem quotiens cognatio illa adest: et animorum pulchritudo concurrit / perfecta nascitur amicitia. Si corporis forma huic animorum pulchritudini adiuncta est / citius amare incipiunt / et breui amicitie habitum assequuntur. Quod in platonis dionisq; mutua beniuolentia contigit. Sin autem forma corporis cum animi deformitate cōiungitur / non honeste communionis / sed turpis congressus cupido exoritur. Unde non amicitia: immo petulantia primum / deinde discordia proficiscitur: Quare si cognatio deest: amici numq : Si adest cognatio / deest omnis pulchritudo: iterdum beniuoli potiusq amici. Sin autem cognationi pulchritudo corporis: non animi est adiuncta / pro amicitie desiderio obsceni congressus ardor exoritur. Cum unus animo pulcher: turpis alter / admonitionis et increpationis studium cognatio illa parit. Quod si pulcher unius animus: alterius nec pulcher est nec turpis: docendi discendiq; inuicem uoluntas ex cognatione prouenit. Tandem ex increpatione illa et hac doctrina amicitia nascitur. Quod quidem in phedrum et alcibiadem socratis amor ostendit.

At uero cognatio pulchritudinem utrimq; nacta cito indissolubilem procreat amicitiam. Idq; in platonis asterisq; beniuolentia cōstitit Atq; hec ut e multis colligitur / de amicitia platonis nostri sententia est. In hoc autem dialogo: primo eos qui amore abutuntur: et sub amicitie specie turpi libidini seruiunt / increpat Deinde eos qui ex sola corporis forma / amari se dignos existimant / admonet. Tertio illos: qui minus uere de amicitia sentiebant refellit: Postremo callem quemdam sagacibus animis ad uenandam amicitiam indicat. Singula membra suis in locis legentibus patent: Nam dum hippotalem et chtisippum ironia iocisq; deridet / Socrates / q turpi amore capti essent / significat: Et dum coram illis adolescētes ad mores instruit: amatores admonet: quo pacto amandum: et quomodo una uiuendum sit: Cumq; amatores instituisset / secundam dialogi partem ad amatos instituendos aggreditur: Ubi longa inductionis serie docet: Non umbratili huius corpusculi forma: sed uera animi pulchritudine: sapientia scilicet: et prudentia amicos aucupari decere. Tertio loco confutat. Et primo solonis sententiam: qui amatos inquit amicos esse: Qui tamen sepe amantes oderunt: Addit etiam nec amātes dumtaxat: amicos esse: quia sepe odio habētur: qui amant: Ubi concludit reciprocam beniuolentiam / amicitiam esse uocandam: Deinde hempedoclem reprehendit / qui quamlibet simpliciter similitudinem ad amicitiam sufficere uoluit: Quod falsum esse artium multarum similitudo declarat: que inuidiam et odium sepiusq amicitiam gignit: Accedit postmodum hesiodi heracliticq; opinio / q dissimilia sint amica: Idq; falsum esse ex eo constat: q odium et amor cum dissimilia sint / Amica non sunt: nec iustus uir et iniustus. et de aliis eodem pacto:

Quod siquid aliquando dissimile sui appetere
uideatur/ut aridum quod est /humorem/ calo
rem ue/quod frigidum: dicendum est non ama
re contrarium : sed sui ipsius restitutionem ex
contrario querere: Quod enĩ calore nimio pre
ter naturam suam uritur :per frigus ad tempe
riem naturalem reducitur. Quare non frigus
sed temperiem per frigus amat . Idem est de
ceteris contrariis iudicandum. His confutatis
opinionem quamdam ut suam quasi uaticinans
socrates infert. Ubi trifariam affectiones ani
mi diuidit/bonum animum/malum/neutrum:
Malum bono propter diuersitatem amicum es
se numq̃. Malum a malo propter iniustitiam
ledi. Ergo nec istos inuicem amicos esse. Neu
trum quoq; amare malum impossibile/ malum
enim cum obsit/suapte natura odio semper ha
betur. Restat ut amicitia sit inter bonũ ac bo
num: et neutrum atq; bonum : Et illa quidem
in gaudio: in desiderio ista consistit: Ex quibus
due quedam amicitie species orte sunt . Sed
insurgunt obiectiones quedam: que id turbare
uidentur: quas socrates palam infert : solutio
nes uero clam innuit. Prima quia bonus bo
no similis: similia uero non esse amica contra
empedoclem dictum fuit. Ubi intelligendum:
non dictum esse similia/ nullo modo amica fie
ri: immo negatum quod simpliciter quelibet si
militudo ad amicitiam procreandam sufficiat:
Item cum secundo obiicitur: bonus se ipõ suf
ficit: Ergo non desiderat alterum: unde non a
mat: quare nec boni amicus est: Exponendum
est q̃ hec absurditas non ex platonis mente
sequitur: sed ex empedoclis et heracliti dictis:
in quibus amoris desdierium ab amicitia non
distingunt. Quare una cum amicitia cupiditas
perpetua sit necesse est. Plato uero amicitiam
habitum quemdam esse uult ex amore diutur
no contractum. Quo fit ut amor sit exoriens a
micitia. Amicitia uero inueteratus amor: in q̃
multo plus uoluptatis q̃ desiderii restat : Ex
quo sequitur ut qui cupierat: iam delectetur .
Itaq; amicitie habitus non necessario desiderii
presentis ardorem: sed delectationem exigit.

Ergo si bonus bonum minus desiderat / non
tamẽ minus/bonus bono gaudet: quod ad ser
uandam amicitie rationem plurimum ualet .
Atq; hec una est amicitie species : inter bo
num uidelicet atq; bonum /in gaudio potiusq̃
in desiderio constituta. Est et altera que desi
derii plusq̃ uoluptatis includit/inter neutrum
bonumq; exoriens. Que quidem/ qua ratione
fiat et cuius gratia: et propter quid in textu sa
tis patet. Describit illam primo ut opinio por
rigit: deinde paulatim emendat : Nam cum di
xisset/neutrum propter malum inimicum/ama
re bonum amicum: boni amiciq; gratia/statim
dictis obiiciendo corrigit . Ubi primum do
cet: amicitias omnes que ad homines dirigun
tur / ĩperfectas esse: et imagines amicitie: que
ad ipsum primum bonum rerumq; omnium re
spicit auctorem: quod primo amatur : et causa
est ut amentur hec omnia. Et quisquis aliqd
amat / ipsum primum tamq̃ finem amoris ha
bet. Nam a primo bono bonum omnibus inest
a primo pulchro/gratia singulis adest: bonitas
uero trahit nos: allicit pulchritudo. Non ergo
ista nos inferiora mouent: sed primum illud ĩ
istis trahit et allicit. Illud itaq; in istis simul
atq; ex istis: non ista amamus. In quo Pla
tonis nostri pietas in deum : summaq; religio
mirifice fulget . Ostendit preterea non sem
per nos alterius gratia amicos esse . Neq;
enim primum bonum: boni alterius gratia ex
optamus: Item non propter malum: bonum
cuperes. Quia etiam omni malo e rerum na
tura sublato restaret bonum suapte natura gra
tum: et appetitus in eo quod minus bonum:
ad bonum maius consequendum traheret.
Non enim malum est: quod summi boni exci
tat appetitum : sed ipsius minus boni egestas
ad sui repletionem in summum bonum conuer
tit: que quidem non malum. quia numq̃ malũ
ad bonum: et contrarium ad contrarium : sed
inchoatio boni potius nuncupanda .
His ad emendationem illatis: principiũ quod
dam inducit amicitie perfectius inuestigande:
Inquit enim cognationem et nature conueniẽ

tiam amicitiam parere: de qua satis ĩ principio
diximus: Postremo iuuenes illos adolescentes
q; mordet/q̃ ignorent quid merito amandum
sit. que amicitia uera. quo pacto honeste : stabi
literq; confletur. Et ante q̃ hec discant / teme
re/procaciter/et petulanter amicitiam inire cõ
tendant. Sed ne illos infestos sibi redderet :
clam ista significauit: et se ipsum una cum illis
reprehendit: Hec de argumento satis :
Ad Lysidem ueniamus.

Finis argumenti in Lysidem

Platonis lysis de Amicitia e greeca lingua in
latinam traductus a Marsilio Ficino floren
tino: ad Petrum Medicẽ patrie patrem .

Socrates : Hippotales. Chri
sippus : Menexenus : Lysis .

Socrates

c Um ex academia liceum uersus
per ipsa suburbia proficiscerer :
pylidi ubi fons est epanopius / p
pinquaui: et ibi hippotalem hie
ronimi filium: et chrisippum pea
neum/aliosq; una cum his adolescentes offen
di: Cum me hippotales uenientem uideret : o
socrates inquit: Quo nam et unde? At ego ex
academia liceum uersus. Tum ille/ ades dum
neq; ulterius progrediaris. Ad hec equidem
decet inq̃: sed ubi nam: et apud quos uestrum
esse me uultis ? Ille uero e regione murorum
ostendens: gymnasium quoddam circunseptũ
et ianuam apertam hic ait. manere te uolumus
hic autem ipsi et alii multi : et quidem honesti
nos exercemus : socrates: Qua potissimum
in re est hec uestra exercitatio? hippotales :
In palestra que nuper est constituta: ac ut plu
rimum in sermonibus : quos tecum libenter
conmunicaremus: socrates: Recte agitis :
Sed quis ibi preceptor? hippotales: Socius
tuus et laudator miccus : socrates : Per io
uem non ignarus ille quidem/sed sophista pe
ritus: hippotales: Uis ne me intro sequi? ut
eos qui ibi sunt/uideas? socrates: Id impri
mis libenter audirem/ad quid ingrediar: et qs
honestior adsit: hippotales / Alius alii uide
tur o socrates: socrates: Tibi uero. quis ho
nestior o hippotales? Dic obsecro: at ille inter
rogatus obticuit. Tum ego o hieronimi fili hi
ppotales: utrum diligas quempiam nec ne/nil
opus est ut aperias. Noui enim q̃ uehementer
honestissimos quoq; diligere soleas . Et enim
ceteris in rebus/eabes et inutilis sum: Id au
tem unum mihi munus a deo datum: ut primo
aspectu amicos agnoscam: ad hec ille nihil res
pondit Uerum chtisippus q̃ urbanus es: in
quit hippotales /q̃ amici tui nomen socrati re
ferre nolis . Quod si paulisper tecũ iste uer
setur. audiet te de illo multa loquentem . No
bis iam o socrates aures impleuit nomine lysi
dis: Solum uero postq̃ bibit/paulum requies
cimus. Et e sonno exciti/illico nomen lysidis
audire uidentur. Et que soluta oratione iste p
nuntiat/apte quidem et concinne dicta: minus
tamen uehementia sunt : At quotiens nostra
poemata scriptaq; usurpare et effundere nititur
uehementius agit: et quod grauius est/alta ad
modum uoce in amicos quotidie cantat: quam
nos tollerare necesse est : modo uero a te roga
tus obticuit: iuuenis inq̃ lysis hic esse uidetur
nam audiens eius nomen: haud agnoui : tum
ille: raro nomen eius enuntiant : sed ex patris
nomine cum sit uir admodum nobilis : adhuc
iuuenis ipse significatur: id enim mihi persua
deo/per multum abesse : ut figuram eius igno
res: adeo namq; honesta indole preditus est .
ut uel ea sola notus omnibus esse possit: cuius
inq̃ filius est? dicite queso.
Democratis inquit exonei maior natu filius :
At ego . En o Hippotales : q̃ generosam :

constantemq; beniuolentiam nactus es ? Age
mihi quoq; : que et istis ostende : ut uideam
utrum scias : que de amicis amicum decet :
ad se et ad alios dicere: hippotales.
Quid ex iis que iste loquitur / perpendis o so
crates ? socrates : Utrum diligere te illū quē
dixit / neges ? hip: Nequaꝙ: sed nihil effinge
re aut scribere in illos aio: Ad hec chtisippus
haud sane mentis hic est: sed delirat atq; insa
nit: socrates: O hippotales nec carmina: nec
etiam cantilenam / siquam in amicos composu
isti: audire admodum curo: sed qua mente ī il
los sis / intelligere cupio: hip: chtisippus iste
tibi referet: nouit enim: meminitq;: siquidem :
ut ipse ait / quotidie audiens a me obtunditur :
chti: Et maxime quidem per deos: Nam ꝙ ri
diculum est / ut cum iste hūc pre ceteris diligat
nihil tamen ex ingenio suo: quod non etiam q
uis puer possit: afferre ualeat: Que autem ciui
tas uniuersa de democrate et lyside huius auo
deq; omnibus illorum maioribus predicat: ea
dem et ipse circumfert. Diuitias : equorum co
piam: uictorias in pytho: isthmo: et nemea : q̄
drigis: et equis: nec non istis antiquiora: Naz
pridem nobis hospitium conuiuiumq; / in poe
mate quodam retulit: quo quidam ex maiorib9
lysidis herculem quondam ob cognationez ex
cepit: quippe cum ille quoq; ex ioue et filia cu
iusdam principis populi natus esset: que anicu
le etiam cantant. Ceteraq; huiusmodi per mul
ta o socrates. Hec sunt que iste narrando : ca
nendoq; audire nos cogit . socrates O ridi
cule hippothales / āte ꝙ uiceris / laudationem ī
te ipsum effingis atq; decantas: hip: Non in
me ista o socrates predico: socrates: Non ut
putas: hip: Qui istuc dicis? so : Maxime
omnium inte unum ode iste redundant. Nam
si amicum talem apprehenderis / ornamento ti
bi erunt laudes eiusmodi : tamꝙ triumphato
ri cuidam: cum amicum huiusmodi nactus fu
eris: Sin autem fefellerit / quo maiores illi la
udes attribueris / eo maiorum expers bonoruz
magis quoq; ridiculus iudicaberis : Quicūq;
igitur in comparandis amicis sapiens est / non
prius quemꝙ eorum laudat ꝙ ipsorum famili

aritatem fuerit assecutus. futura namq; formi
dat: pleriq; enim cum laudari se et extolli sen
tiunt: fastu tumescunt: An non idem tibi uide
tur? hip: mihi uero? socrates: Non ne quo
superbiores sunt / eo difficilius capiuntur ?
hip. Uerisimile est: socrates : Qualis tibi ue
nator ille uideretur esse : siquis ita feras expel
leret / ut et tutiores fierent? et capi difficilius ī
posterum possent? hip : Iners uidelicet : so
crates : Atqui sermonibus / cantibusq; non de
mulcere / sed exacerbare potius homines / labor
est a musis admodum alienus: hip: Uidetur
socrates: Uide igitur o hippotales / ne iis om
nibus obnoxium reumq; te ob poesis studium
reddas. Arbitror sane nullum te bonum poetā
existimaturum / qui se ipsum poemate leserit:
hip: Nullum per iouem: que enim hec esset ab
surditas? Ob hanc profecto causam tecum o
socrates mentem meam communico: et siquid
habes aliud: consule: qua ratione quis : aut di
cendo aut agendo conciliare sibi quos diligit:
possit: socrates. Non facile dictu est. Uerum
si hunc mecum colloquio iungeres : tibi forte
ostenderem: que illi dicenda sint / pro his que
loqui te et canere erga illum isti narrarunt :
hippo: Nihil impedimento fuerit: Si eniz una
cum chtisippo hoc ingrediaris / et ibi sedens dis
putes: ipse tibi ut arbitror / adherebit. Nam au
diendi apprime auidus est. Ac etiam ibi mer
curialia celebrantes: iuuenes in unum conue
niunt. Ad te igitur aduentabit . et nisi id fece
rit: memento illum chtisippi familiarem esse p
pter menexenum huius nepotem / cuius ille so
cius est charissimus. accersat itaq; iste illum / si
minus ipse per se accesserit. Sic agendum est
inꝙ: et simul apprehenso chtisippo / in palestrā
prosecutus sū: et alii nos a tergo secuti sunt :
Ingressi autem inuenimus sacras cerimonias
ferme peractas : iuuenesq; comptos: calculis :
talisq; ludentes: Partim in ipso uestibulo ex
tra ludebant: Partim in gymnasii angulo pa
ris imparis ue iactu exercebantur: calculos e
calathis quibusdam extrahentes: Hos intuen
tes alii circumstabant e quibus lysis erat : qui
adstabat īt iuuenes coronatus: et oib9 īdole p

stanē: nec pulcher tantū / sed et honestus: et bo
nus existimandus. Nos autem e cōspectu ubi
quieti locus erat / consedimus inuicem disse
rentes . Conuersus lysis : frequenter in nos o
culos coniiciebat: utpote qui propius accedere
cuperet. sed solus accedere uerebatur .
Interim menexenus interludendum ex aula ī
gressus est: meq; et ctbisippuz conspicatus: con
sessuz ueit. Quē lysis intuitus secutus ē: et iu
xta eum assedit. Aduentarunt insuper alii: hip
potales autem postꝙ multos conuenisse perspe
xit / latere cupiens / ea se recepit / qua uideri nō
posse a lyside arbitrabat: ne forte illi molestus
foret: et sic adstans audiuit. Ego uero menexe
num inspiciens o fili demophontis inquam .
Uter uestrum natu maior? Ambigimus respō
dit ille: Cui insuper addidi: Numquid etiam
uter generosior sit / ambigitis ? Et istud: An ēt
uter honestior sit? Subriserūt ambo: Uter ue
strum ditior sit: haud quaꝙ interrogabo. Ami
ci namq; estis: non ne? Et maxime quidem: res
ponderunt. Amicoruz uero communia omnia.
quapropter hoc nihil differtis : siquidem id ue
re de amicitia dicitis : Consenserunt: Sed cuz
percontari uellem uter iustior et sapientior eēt
interrupit nos quidam qui menexenum accersi
uit: dicens illum a gymnasii magistro uocari .
Uisus enim mihi est sacrorum antistes. Abiit
igitur: et ego lysidem irterrogaui. Dic age o ly
sis uehementer te pater ac mater amant.
ly / Ualdeª: socrates. An non beatissimuz fore
te te cupiunt? ly. Quid ni? socrates: Uide
tur tibi beatus ille qui seruit: et cui nihil coruz
que concupiscit: agere licet? ly: Non per iouē
socrates: Ergo si te pater et mater amant / bea
tumq; fieri uolunt / id omni opera diligentiaq;
curabunt: ut beate uiuas / ly: Quid prohibet
socrates : permictent itaq; quodcunq; lubet ef
ficere : nec tuis cupiditatibus aduersabuntur
ly: Per iouem o socrates mihi in plurimis ob
stant: socrates. Qui istuc ais ? Dum te fore
beatum exoptant: te rmpediunt: quo minus uo
ti tui compos efficiaris: Responde ad hec: Si
cuperes aliquo patris tui curru peruehi : capi
ens habenas / quando pugnat / numquid permi

cteret? ly: Nihil minus: socrates / Quem er
go permicteret? ly: Est auriga quidam a pa
tre meo mercede conductus: socrates: Quid
ais ? Mercennario parentes tui concedent po
tius ꝙ tibi liberam equoruz administrationē?
et argentum preterea huius operis causa ero
gabunt? ly: Sed quid nam? socrates: Mu
los uero iugatos ducere: lorisq; cedere / tibi cō
cedent? ly: Cur mihi concesserint? socrates:
Nulli ne uerberare hos licet? ly Et ualde q
dem mulioni uidelicet: socrates: Seruo: an
libero? ly: seruo: socrates : Seruum itaq;
pluris faciunt ꝙ te filium: liberiusq; agendi ar
bitrium exhibent: Quin etiam ad hec mihi res
ponde. Te ne tibi ipsi dominari permictunt?
an non? ly: Neq; id ullo pacto: socrates :
Quis tibi dominatur? ly: Pedagogus: so
crates: Nunquid seruus? ly: seruus noster :
socrates : Quam oncrosissimuz est / ut liber ser
uo subiiciatur? Sed quid agendo / pedagogus
iste tibi imperat? ly: Dum ad magistros me
ducit: socrates: Et hi quoq; preceptores tibi
imperant ? ly : Omnino : socrates : Mul
tos igitur dominos principesq; tibi pater spon
te preposuit. Sed cum domum ad matrem re
dieris / te ne sinit quicquid placeat / agere? ut be
atus sis ? uel circa lanificium / uel circa telam /
quando texit? An gladium forcipesq; / radium /
ac pecten: ceteraq; lanificii instrumenta attrec
tare sinet: ly: Non uetaret solum: sed et cede
ret / si tangere auderem: socrates : Proh de
us / iniuriam ne patri uel matri aliquam intuli
sti? ly: Nullam prorsus: socrates: Quam
ob causam te beatum fore: et arbitratu tuo dis
ponere singula nolunt ? Et quotidie te sic edu
cant / ut semper alicui seruias / et ut breui com
plectar / nihil pro tua uoluntate agis ? Quo fit
ut nihil tibi prodesse tam ample diuitie uidean
tur : quando quidem quiuis magis ꝙ tu has
administrat. Et quod maius est / nec etiam cor
pus tam generosum: quippe cuz alius hoc alat
et colat : tu autem nullum habes imperium o
lysis . nec ullins uoti compos efficieris. ly:
Non dum per etatem licet o socrates: socra
tes. Uide ne minus id sit : Quod tibi impe

dimento est o democratis fili. Nam ista ut ar
bitror: et pater et mater tibi concedunt / nec eta
tem prouectiorem expectant: quotiens legi scri
bi ue sibi aliquid optant. Tibi enī pre ceteris
domesticis ista conmictunt: lysis: Maxime
socrates: In his tibi licet tam scribendo ꝙ
legendo: quem uis ordinem litterarum seruare
Et quando lyram summis: nihil prohibent: ut
opinor / parentes tui / quo minus intendas uel
remictas chordarum quamlibet: et frices: et
pulses plectro: ly / Non certe: socrates: quid in
causa est o lysis: ꝙ in iis permictunt / in superi
oribus prohibeant? ly: Quoniam ista quidem
scio: illa contra ignoro: so: En o optime lysis:
non etatem expectat pater ad licentiaƺ tibi exhi
bendam: sed profectum ingenii. Et enim cum
primum te senserit te ipso prudentiorem effec
tum / illico et tua omnia et te libere tibi conmi
ctet: ly: Spero equidem: so: Quid porro uici
ni: non ne eadem ratione se qua et parentes er
ga te gerent: Uicinum censes tibi sue domus:
conmissurum gubernationem / si te intellexerit
in re familiari peritiorem esse: an ipsum per se
ministraturum? ly: Mihi conmissurum puto.
so: athenienses quoqƺ dubitas quin rem. p. tibi
commendent / cum primum te ī his rebus pru
dentiorem aliis esse perceperint? ly: non dubi
to: so: Quid rex magnus? Utrum eius filium
natu maiorem / cuius asie regnum futurum est
permictet in elixarum carnium ius quicquid
uelit iniicere? potius ꝙ nos / si illi persuaserimꝰ
popine peritiores esse ꝙ filium? ly: Nos uide
licet: socrates: Et illum nihil prorsus / nos au
tem: etiam si salis multum capientes inmictere
uellemus / certe permicteret: ly: Quid ni? so:
Et si filius eius oculos egrotaret / numquid ꝑ
micteret eum sibi oculos attrectare / an probi
beret: cum medicum illum non existimaret?
Nos autem si modo putaret peritos medicos
esse / nil impediret / etiam si uellemus patefactis
palpebris: et cinere superinfusa curare: ly: ue
ra loqueris: socrates: Quin etiam cetera omīa
nobis conmicteret: potius ꝙ sibi uel filio: in q
bus sapientiores esse putaret? ly: Necesse est
o socrates: so: sic se res habet amice lysis: Si
gula in quibus prudentes sumus cuncti nobis
concedent: et greci et barbari: tam uiri ꝙ mu
lieres: et in iis arbitratu nostro agemus: nec
ullus sponte nobis obstabit: quo minus et nos
liberi simus et aliorum duces. Et cum nobis
ista conferant: nostra erunt. Que uero ignora
mus / nemo nos ut lubet / agere permictet: sed
omnes pro uiribus repugnabunt: non extranei
tantuƺ / uerum parentes etiam: et quod nobis
propinquius est: nos quoqƺ ipsi non nobis: sed
aliis ministrantibus: et ista cum nullo nobis e
molumento sint a nobis aliena existent. Consen
tis? ly: Consentio equidem: so: Alicui ne ho
minum amici erimus / amabitqƺ nos aliquis in
his rebus / in quibus inutiles sumus? ly: num
ꝙ: so: Ergo nec te pater: nec ullus alium quē
ꝙ diligit / quatenus est inutilis: ly: Non ut ui
detur: so: Si itaqƺ sapiens euaseris / omnes a
mici tibi et familiares erunt. Utilis eniƺ et bo
nus eris: Sin minus: nec alius quisꝙ tibi nec
parentes neqƺ propinqui amici erunt: potest ne
aliquis in his superbe sapere atqƺ gloriari: ī q
bus non dum quicꝙ sapit? ly: Quid istuc fie
ri potest? so: si tu preceptore indiges / non duƺ
sapis: ly: Non dum certe: socrates: Non ergo
superbe sapis: si nil sapis: ly: Non per iouem:
ut mihi uideor: socrates: Que cum audissem ī
hippotalem conuerti oculos: atqƺ parum abfuit
qui nata ducerem. O hippotales hoc pacto cū
adolescentibus disputandum: corripiendo illos
atqƺ deiiciendo: non blandiendo: ut ipse agis:
et efferendo: sed cum uidissem illum anxium:
turbatumqƺ ex antedictis recordatus sum: ꝙ
dudum presens: lysidem latere uolebat: Rece
pi ergo me ipsum: linguamqƺ cohibui. Interea
reuersus menexenus: iuxta lysidem: unde sur
rexerat: requieuit: tū lysis: gratiose admodum
et amice a menexeno seorsum mihi susurrauit
ad aures o socrates que mihi eadem obsecro:
menexeno quoqƺ edisseras:
Ipse inꝙ lysis illi referes: Nam attente nos
auscultasti: Attente sane respondit ille. Da igi
uocari existimo: so: Qui aũt cum recta opiniõe differentiã / qua quodq; a quocunq; seiungit̃ accipit / id ipũm deinde sciet / quod prius opinabatur: thee: Consentaneum est: so. Nunc demum o theetete cum primũ ad hanc quasi quãdam adumbrationem propius accesseriz / nihil omnino me in his intelligere animaduerto. Quousq; uero eminus prospiciebam dici mihi aliquid uidebatur: thee: Quamobrem? so: Dicam si potero. Rectam equidem de te opinionẽ habens / si tuam preterea definitionem accipio / te cognosco / alioquin dumtaxat opinor: thee: Ita est: so: Definitio autem differentie tue interpretatio erat: thee: erat certe: so: Quando igitur opinabar solum nihil eorum quibus es distinctus ab aliis cogitatione percipiebam thee: Nihil ut uidetur: so: Cõmunia ergo quedam attendebam: e quibus nihil tu magis ꝙ alius qui uis habes: thee: necessario sequitur: so: Dic age per Iouem: quo pacto tunc potius te ꝙ alium quemlibet opinabar? pone utiq; ita me cogitantem: theetetum esse illum / qui et homo est: et nares et os et oculos habet: similiterq; reliqua membra: Num cogitatio ista efficit: ut theetetum potiusꝙ theodorum animaduertam? uel uilissimorum hominum extremũ quempiam? thee: Quid nam? so: Si uero non soluz habẽtem nares et oculos cogitem: sed et simũ nasum et prominentes oculos: nihilo magis iterum te ꝙ me ipũm et alios quicunq; tales sunt opinabor: thee: Eque sane: so: At uero nõ prius theetetum ut arbitror / opinabor / ꝙ figuraz hanc simam / ab aliis quascunq; uidi / simis figuris per aliquod monumentum illius proprium / insitam mihi distinguam: aliaq; similiter: e quibus me cognosceres: Et si deiñ te offendõ ro / memorabis mihi: et recta de te opinari facies: thee: uera loqueris: so: Ergo circa differentiam propriam / recta de uno quoq; uersatur opinio: thee: apparet: so: Quid igitur ulterius erit / una cum recta opinione definitionem quoq; assummere? Si enim simul opinari dicat q̃ ratione ab aliis distinguatur / ridiculum erit pceptum: thee: Quo modo? so: Quorum opinionem rectam habemus / quatenus ab aliis differunt excogitamus. Atq; ita oratio tua scutice quodammodo similis / quasi quedam pistilli uel cuiusuis similis circumuolutio ut puerbio fertur / ad hoc preceptum nihil utiq; diceret. cecus namq; preceptum iure uocabitur: Quoniam iubere ut que habeũs / accipiamus / ad ea que opinamur / discensa / ceci hominis mandatũ ẽẽ uidetur: thee: Dic age quid modo querebas? so. Si rationem o puer accipere / nosse precipit non autem differentiã opinari / dulcis sane res esset ratio / pulcherrima omnium q̃ ad sciam ptinent: nosse. n. accipe sciaz ẽ. thee: est profecto so: Interrogatus itaq; quid scientia sit / respõdet eã esse opinionem rectam cum scia differẽtie. Rationis enim assumptio secundum illum hoc esset: thee: uidetur: so: Omnino factum ẽ / scientiam nobis querentibus / opinionẽ rectam cum scia dicere / siue differentie. siue cuiuscunq; alterius scia sit: Neq; sensus igit̃ o theetete neq; opinio uera: neq; cum opinione uera adsumpta ratio scia ẽ: thee: non ut uidet̃: so: nun quid fetus in nobis alius circa sciam o amice restat? an oĩa iam peperimus? thee: Per iouẽ plura ꝙ in me haberem / educente te protuli: so: Non ne cunta nobis hec ars obstitricia / uana educatõeq; indigna nata fuisse ostẽdit? thee Dio quidem: so: Si igitur aliorum deinceps plenum fecundumq; fieri te ꝯtendes pregnãsq; euades / melioribus plenus eris / ꝑ presentem discussionem: q si forte uacuus sterilisq; restabis / minus certe molestus familiaribus eris et cum temperantia mitior: que nescis nequaꝙ scire te putans. Tantum quidem ars mea / nec plus aliud potest: Nec ea noui que alii multi / quicunq; magni atq; mirandi uiri et sunt et fuerunt: Hanc uero obstitriciam facultatem ego ac mater mea a deo sortiti sumus. illa quidem circa feminas: ego autem circa adolescentes ingenuos atq; honestos. Sed nunc iam eũdum mihi est in regis porticum: nam melitus in iudicium me uocauit. Cras summo mane o theodore huc redibimus.

Theeteti de scientia Finis

Furor diuinus.
Insania

De furore poetico

Argumentum Marsilii Ficini Florentini in Platonis Iouẽ de furore poetico ad Laurentium medicem uirum magnanimum.

Plato noster optime Laurenti furorem in Phedro / mẽtis alienationem definit. Alienationis aũt duo genera tradit: Unam ab humanis morbis: Alteram a deo prouenientem. Insaniam illam Hanc diuinum furorem nuncupat. Insania / īfra hominis spẽz homo deicitur: et ex homine brutum quodãmodo redditur. diuino furore supra hominis naturam erigitur: et in deũ trãsit: Est aũt furor diuinus / illustratio rõalis aĩe p quam deus animam a superis delapsam ad ĩfera / ab inferis ad supera retrahit. Lapsus aĩe ab ipso uno rerum omnium principio ad corpora / per quatuor gradus efficitur: p mentẽ: rationem: opinionem: atq; naturam. Nam cum in omni rerum ordine sex gradus existant / quorũ summum tenet ipũz unum / infimum corpus / media uero sint quatuor que prediximus / necesse est / quicquid a primo ad ultimuz labit̃: quatuor p media cadere: Ipũm unum rex omniũ terminus et mẽsura infinitatis et multitudĩs expers. Mens multitudo quidem: sed stabilis et etherna: Ratio / multitudo mobilis / sed finita opinio / multitudo mobilis ĩfinita: sed substãtia puntisq; unita. Natura similiter / nisi ꝙ p corporis puncta diffundit̃. Corpus aũt infinita multitudo / subiiecta motui et substantia: puntis momentisq; diuisa. Hec omnia respicit anima nostra: per hec descendit: p hec et ascendit. Ut enim ab ipõ uno quod omniũ principium est / producitur / unitatem quãdam sortita est: que omnẽ essentiã eius: uires actionesq; unit: a qua et ad quam ita cetera que in anima sunt / se hẽnt: sicut a centro et ad centruz circuli linee. Unit uero non modo anime ptes inuicem et ad totam animam: sed animã totaz ad ipũm unuz / rex omnium cãm. Ut aũt a mẽte diuina dependet / rex omniũ ideas p mẽtem actu stabili contemplat̃: ut se ipãz respicit / rationes rex uniuersales cogitat: et a principiis ad conclusiones ratione discurrit: Ut corpus respicit particulares rex mobilium formas / opinione concipit: easq; pcurrit. Ut materiam attingit natura uelut instrumento utitur: q̃ unit materiam / mouet et format: unde generationes augmenta / coxq; contraria proficiscuntur: Cernis igit̃ ꝙ ab uno quod sup eternitatem / in eternam multitudinem labit̃: ab eternitate ĩ tempus: a tempore in locum atq; materiam. Quare sicut p quatuor descendit gradus: per quatuor ascendat necesse est. Furor aũt diuĩus est q ad supna conuertit: ut in eius definitione constitit. Quatuor ergo spẽs diuini furoris existunt. primus qdem poeticus furor. alter mysterialis. tertius uaticinium. q̃rtus amatorius affectus: Est aũt poesis a musis: mysterium a Dionysio: uaticinium ab Apolline: Amor a uenere: Redire quippe ad unum animus nequit: nisi et ipẽ unum efficiatur. Multa uero effcũs est lapsus in corpus in opationes uarias distributus. respiciensq; ad singula. Ex quo partes eius superiores pene obdormiunt: inferiores aliis dominãtur: ille torpore. iste pturbatõe afficiuntur. totus uero animus discordia et in cõcinnitate replet̃: Poetico ḡ furore in primis opus est / qui p musicos tonos que torpent / suscitet: p harmoniacã suauitatez que turbãtur / mulceat: p diuersox deniq; consonãtiã / dissonãtem pellat discordiã uariasq; partes animi tẽperet: neq; satis hoc est. Multitudo enim adhuc in animo restat: Accedit ergo mysterium quod expiationibus sacrisq; et omĩ deox cultu omnium partium intentionem / in mentem qua deus colit̃ / dirigit: Unde cum singule animi ptes ad unã mentem redacte sint / iã totuz quoddã unum ex pluribus factus est aĩus. Tertio uero adhuc opus est furore: qui mentem ad unitatem ipãm anime caput reducat. Hoc apollo per uaticinium efficit. Nã cum anima su p̃ mentem in unitatem surgit / futura presagit. Demum cum anima unum fcã est / unum inꝙ quod in ipã essentia anime inest: restat ut illico in unum / quod est sup essentiã / conuertatur. Hoc celestis ipã Uenus p amorem / hoc ẽ diuine pulchritudinis desiderium / boniq; ardorez explet: primus itaq; furor in concinna et dissonãtia temperat: secundus tempata / unum totũ

Quatuor spes diuini furoris.
Poeticus furor.
Mysterialis furor.
Vaticinalis furor.
Amatorius furor.

Lapsus anime in corpus.

ex partibus efficit. Tertius unum totum supra
partes. quartus in unum quod sup essentiam ⁊
totum est ducit. Primus bonum equum. i.
rationē opinionē q3 a malo equuo. i. a phātasia
confusa et natura distinguit. Secundus malū
equum bono/bonum aurige. i: menti subiicit.
Tertius aurigam in caput suum. i: in unitatē
mentis apicem dirigit. Postremus caput au
rige in caput rerum omnium uertit. Ubi auri
ga beatus est: et ad presepe. i. diuinam pulchri
tudinē sistens equuos: obiicit illis ambrosiā:
et sup ipā nectar potandum idest uisionē pul
chritudinis. et ex uisione letitiam: Hec quatu
or furor opera sunt: de quibus generatī ī phe
dro plato disputat: proprie uero de furore po
stremo idest amore in symposio: de primo/hoc
est furore poetico in presenti dialogo: qui Jon
inscribitur: Quem in phedro ita definit: poeti
cus furor est occupatio quedā a musis: q̄ sor
tita lenem et insuperabilem animam/exsuscitat
eam atq3 exagitat/ꝑ cātilenas aliaq3 poesim: ad
genus hominum instruendum. Occupatio si
gnificat raptum anime et cōuersionem in musa
rum numīa. Lenem dicit quasi agilem a musis
q3 formabilem: nisi enim preparata sit/nō occu
paẗ. Insuperabilem. qa postq̄ rapta est: supe
rat omnia: et a nullā rex inferiox īquinari uel
supari potest. Exsuscitat e somno corpora ad
uigiliā mentis: ex ignorātie tenebris ad lucem
ex morte ad uitam: ex obliuione lethea ad diui
nox reminiscentiā reuocat: exagitat stimulat et
inflāmat ad ea que contemplaẗ et presagit car
minibus exprimēda: post definitionem addit/
eum qui sine furore musarū poeticas ad fores
accedit inanem esse ipū atq3 eius poesim: q̄si
tāti sit poesis: ut absq3 summo dei fauore com
parari nequeat: Eadem in Jone hoc tradit: et
unde sit iste furor: et ꝑ quot descendat gradus
edocet: Inquit aūt in libro quarto de legibus
plato/deum fortunam et artem humana omīa
gubernare. Quo fit ut poesis uel dei donū sit
uel fortune sors: uel artis opus. Quid istorū
potissimum uerum sit/socrates cum Jone rap
sodo ꝑquirit. Rapsodus aūt hoc ī libro signifi
cat/recitatorē interpretemq3 et cātorē carmi
num. Interpretabaẗ ion homeri carmīa et co
ram populo ad lyrā canebat: atq3 ita erat affec
tus/ut alium poetā nullum preter homerū ex
poneret: et si eadem qua homerus facilitate re
ferret: homeri aūt omnia celeriter explicabat:
Unde sic argumentum est. Aut casu profert
Jon que scribit homerus: aut arte: aut afflatu
diuīo. Non casu: quia non oīa/sed pauca que
dam: et absq3 cōtinuatione ordineq3 interpreta
retur. Non arte: quisq3 artem integrā habet:
quicquid eidem arti subiiectum est/iudicat. Ei
dem uero studio poetico subiiecta sunt hesiodi
alioxq3 poemata/quibus homeri: presertimq3
de eisdem tractant: que tamen ion nō percipit
cum homerū ꝑfecte exponat: Ergo non arte in
dicat. Restat ut in spiratione diuina: Ex quo
patet q̄ īterpres poete ion et alii multi qui simi
liter affecti sunt/diuino instinctu alienam poe
sim interpretantur. Quod si ad ꝑcipiendā po
esim iam traditam humanū ingeniū non suffi
cit/multo minus ad inuentionē sufficiet: Qua
re nec homerus: nec alius quiuis reuera poe
ta absq3 celesti afflatu poesim consecuti sunt:
Quod et aliis modis socrates hic ostēdit: pri
mo sic: Omnes artes et scientias poete tradūt
sed omnes didicisse humano studio impossibile
est: cum unicam ex parte ꝑcipere sit difficilū.
Non igiẗ arte humana: sed diuina quadam in
fusione ꝓferunt: Cuius rei argumentum est:
q̄ plerīq3 uates postq̄ furoris remissus est im
petus/que scripserunt/nō satis ītelligunt: cū
tamen recte de singulis artibus ī furore tracta
uerint: quod singuli illarum opifices legendo
diiudicant: Preterea sepe uidemus rudem ho
minem et ineptum subito in poetam bonū eua
dere: et aliquid magnificum diuinumq3 cātare
Magna uero in momento assequi/non huma
ni ingenii est: sed diuinitus inspirati: Qua ī re
ꝑspicue deus ostendit/nutu suo ītelligentiā hāc
infundi. Utq3 ita esse demonstret sepe ineptos
quosdam potiusq̄ urbanos/insanos potius q̄
prudētes rapit: ne si acutis prudētibusq3 uiris
ad hec uterer/humana subtilitate et industria
fieri hec existimarentur. Cum ergo nō sit a for
tuna nec ab arte poesis/a deo et a musis tri
buitur. Cum deum dicit/apollinem significat:
cum/musas/sperarum mundi aniās. Juppiter
quidem mens dei est. ab hac apollo/mens aīe
mundi: et anima totius mundi: octoq3 sperarū
celestium anime: que nouem anime/nouem mu
se uocantur: quia duz celos harmonice mouēt
musicam pariunt melodiam: que in nouem di
stributa sonos/octo scilicet sperarum tonos et
unum omnium concentum/nouem syrenes deo
canentes producit. Quāobrem ab ioue Apol
lo et muse: ab apolline idest mente anime mun
di/chorus musarum ducitur: quia mens illa si
cut ab ioue illustratur: sic et animas mundi spe
rarumq3 illustrat. Gradus autem/quibus fu
ror ille descendit/hi sunt: Juppiter rapit apol
linem: Apollo illumiat musas: Muse suscitāt
et exagitāt lenes et insuperabiles uatum aniās
Uates inspirati interpretes suos inspirāt. In
terpretes autem auditores mouent. Ab aliis ue
ro musis alie anime rapiuntur: quia et aliis spe
ris syderibusq3/alie attribute sunt anime: ut in
timeo traditur. Calliope musa uox est ex om
nibus resultās sperax uocibus. Urania celi
stelliferi per dignitatem sic dicta. Polimnia sa
turni propter memoriā rerum antiq̄x quā saẗ
nus exhibet: et siccā frigidāq3 complexionem:
Terpsicore/Juppiter/salutifer enim choro ho
minum. Clio/Martis/propter glorie cupidita
tem. Melpomene solis: quia totius mun
di temperatio est. Erato/ueneris propter amo
rem. Euterpe Mercurii propter honestam in
grauibus rebus delectationem. Talia lune ꝑꝑ
uirididitatem eius humore rebus exhibitam.
Apollo item solis est anima: lyra eius solis cor
pus: nerui q̄tuor/motus eius q̄tuor āuus mē
struus diurnus/obliquus q̄tuor uoces neates
hypates: doriones gemini quatuor sunt signo
rum triplicitates: ex quibus quatuor qualita
tes temporum producuntur. Orpheum qui
dem afflauit calliope. Museū urania. Home
rum Clio: Polimnia Pindarū. Herato Sa
phon. Melpomene Thamirem. Thersicore
Hesiodum. Thalia Maronem. Nasonē Eu
terpe. Linum rapuit idem qui et te iam nunc
exagitat phebus optime Laurenti/Phebus in
q̄ qui auo tuo Cosmo uaticinium dedit: Pa
renti autem Petro arcum atq3 medelas: Tibi
deniq3 lyram et carmina:

Jon platonis liber de furore poetico. a Mar
silio Ficino translatus e greca lingua in latinā
ad Laurentium Medicem/Uirū magnanimū

Socrates Jon

so:
Onem saluere iubeo. Unde
ad nos accessisti? Nunquid e
pheso uenis? Jon: Nullo pac
to o socrates: sed epidauro ab
asclepiis: so/ Nunquid rapso
dorum idest eorum qui carmina recitant certa
men epidauri deo instituerunt: ion: non in his
solum: sed in alio quoq3 genere musice: so: con
tende ergo nobiscum: ion: Quamobrem tecū
ꝯtendā? primis o socrates premiis potiti su
mus: so: probe inquis. Age ut in palladis cele
bratione uictoriam consequamur: ion: fiēt ista
quidem si deus uoluerit: so: et enim o ion artē
uestram semper plurimi feci: Nam multifaciē
dum est/q̄ arti uestre conueniat ut ornetis cor
pus et q̄ pulcherrimi appareatis: q̄ ue oporte
at in plurimis atq3 bonis poetis: et precipue ī
homero poetarum omniū optimo diuinissimo
q3 uersari: neq3 carmina illius solum uerū etiā
sensa ꝑdiscere: Numq̄ enim aliquis in rhapso
dum euaderet: nisi ea que a poeta dicta sunt ī
tellexerit. Nam poete mentē interpretari rhap
sodum apud auditores oportet: fieri aūt neq̄
ut hoc ille efficiat/qui poete sententiam ignora
uerit: Quare hec omnia plurimi facienda ui
dentur: ion: uera dicis o socrates: at qui ī hoc
plurimum laboraui. preclarissima sane pre ce
teris de homero me explicaturum profiteor: ut
neq3 Metrodorus lampsacenus: neq3 stesim
brotus thasius: neq3 glaucon: neq3 aliquis ūq̄
ueterum tot tamq3 preclara homeri sensa quot
ego/exponere queat: so: recte o ion. Constat
autem q̄ nulla inuidia prohibebit/quin ista mi
hi aperias: ion: Auditu dignum est q̄ uehemē
ter/homerum exornando extulerim. Quadere
dignum esse me censeo ab illis qui homeri stu
diosi sunt/corona aurea decorari: so: ociū pro
fecto te audiendi quādoq3 nanciscar: Nūc aūt
ad hoc unum mihi responde: Utrum circa ho
merum solum: an etiam circa hesiodum et Ar

chilochum id possis: Jon: circa homerū solū
satis. n. mihi esse uidetur: so: sunt ne aliqua de
quibus homerus et hesiodus eadem referant:
Jon: multa esse arbitror: so: utrum melius ea
que dicit homerus: an que hesiodus explicares
ion: Eque de utrisq; o socrates in illis rebus /
in quibus eadem referunt: so: Quid aūt in his
de quibus non eadem dicunt? Utputa de uati
cinio hōerus atq; hesiodus uerba faciunt? ion:
Et maxime quidem: so: Et in quo poeta isti cō
sentiunt: aut discrepāt / quando de uaticinio lo
quuntur / utruz ipē meliusꝙ peritus uates aliqs
explicares. ion: Uates melius: so: Si aūt uates
esses / non illa tantum in qbus conueniunt: ue
rum etiam in quibus dissentiunt exponere pos
ses: ion: patet: so: Quid porro? num circa hōe
rum uehemens facundusq; es? circa uero hesi
odum aliosq; poetas minime. An homerus de
aliis rebus agit? ꝙ de iis que et alii poete trac
tant? Non ne multa que ad bellum ptinent: et
que ad consuetudines bonorum inuicem et ma
loꝝ / priuatoꝝ atq; opificum / attinent / enarrauit
Et de diis / quēadmodum secum inuicē et cum
hominibus uersantur: deq; celestibus passioni
bus ꝓgressibusq; ? Item que apud iferos sunt
deoꝝq; et heroum generatōes cecinit? Non ne
circa hec omnis homeri poesis uersatur? ion:
Uera o socrates loqueris: so: non ne eadem
ceteri poete decantant? ion: eadē certe: sed non
ita ceteri: ut homerus: so: an forte deterius?
ion: multo deterius so: melius ergo homerus
ion: melius certe: so: O ion lepidum caput: cū
multi de numero uerba faciunt. et eoꝝ aliquis
recte dicit: non ne potest qspiam ea in re bene
dicentem cognoscere? ion: potest: so: numqd il
le ipē qui male dicentē congnoscit / an alius?
ion: ipē idem: so: an nō hic est qui arithmetica
arte est preditus? ion: profecto: so: Cum multi
de cibis / quales salubres sint locuntur / et ali
quis recte ea de re loquitur / utrū alius quidaz
bene dicentem ꝙ recte / alius maledicentem ꝙ
male dicat / aīaduertet? An unus et idem? ion:
idem proculdubio: so: Quis iste? quod illi no
men? ion. medicus: so: Nō ne summatim dici
mus / cum plures eadem de re locunt / ꝙ unus
atq; idem tam illum q male / ꝙ illum qui bene
loquitur internoscet: et nisi eum qui in eadem
re aberrat / cognouerit / numꝙ cū qui recte sen
tit agnoscet: ion: profecto: so: An nō ipē idem
in utrisq; peritus est? ion: prorsus: so: Home
rum atq; alios poetas e quorum numero ē hesi
odus et archilochus / eadem referre asseris?
non tamen eodem modo / sed melius Home
rum? ion: et uera loquor: si illū qui bene dicit /
cognoscis / eos q male dicunt: ꝙ errent intelli
gis: ion: conuenit: so: Si ergo dicamus o uir
optime / ionem circa homerum aliosq; poetas
similiter peritum esse atq; uehementem / neqꝙ
errabimus: qn̄ quidem ipē iudicē eundē idone
um esse circa illos q eadem in re uersantur cō
fitetur: poetas uero pene omnes eadem effinge
re: ion: Quāobrem o socrates cum aliquis de
alio poeta disserit: neq; mentē adhibeo: neq; qc
ꝙ existimatōe dignum coniectare et conferre
ualeo: sed obscito ꝓtinus atq; torpeo: postꝙ
uero homeri quis mentionem fecerit / confestiz
excitor atq; mentem adhibeo: et facultas dicen
di suppeditare mihi uidetur: so: nequaꝙ ardu
um est o amice huius cām coniectare. Cōstat
enim ꝙ neq; arte neq; scientia de homero scire
loqueris. Nam si arte de aliis omnibus poetis
similiter loq ualeres: poesis. n. totuz ē / nō ne?
ion: est certe: so: non ne postꝙ aliqs aliā quā
uis artem integram comparauit / eque de omni
bus q̄ sub arte sunt iudicat? Eadem qppe ō ol
bus artibus consyderandi ratio ē: Uis tibi re
feram qua ratione id dicam? ion. ecto per iouē
o socrates: Nā quotiens uos sapientes audio
miro quodam gaudio statim afficior: so: uellem
o ion ueritatem diceres: Uerum sapientes uos
rhapsodi fictoresq; estis: et illi quoꝝ uos poe
mata decātatis: ego aūt nihil preter ueritatem
loquor / quēadmodum decet pinguis minerue
hominem: Nam id de quo paulo āte perconta
bar / intuere ꝙ leue sit et facile cognitu. Quilli
bet id quod narrabam / pcipere potest / eodem
uidelz pacto syngula consyderanda esse / siquis
artem sibi integram comparauerit: Exempli cā
Numquid pingendi ars totum quiddam ē? so
Non ne pictores multi / partim boni partiz ma
li et sunt et fuerunt? ion: certe: so: Uidisti ne a
liquē qui et ea que recte et que nō polygnotus

Aglaophontis filius pinxit: sufficienter ostēde
re possit: que uero pictores alii nequeat? Et si
quis aliorum pictorem opus ostenderit / obdor
miat: neq; facultas illi ad dicendum aliquid
coniiciendumq; suppetat. Cum uero de Poly
gnoto: uel de uno quo uis alio pictore sit iudi
candum / expergiscatur: et mentem adhibeat: et
facultatem dicendi habeat? ion: non per ionez
so: Quid in fabris statuariis? Uidisti quemꝙ
qui ea que dedalus metionius: aut epius pano
pei filius: aut theodorus samius: uel alius qs
piam statuarum faber / bene est machinatus ex
ponere ualeat: In aliorum uero sculptorum o
peribus torpeat atq; obmutescat? ion: per iouē
numꝙ uirum talem repperi: so: Atqui nec in
tibiarum flatu ut arbitror / nec in pulsu cithare
nec in cithareo cantu / neq; in rhapsodia uiruz ī
tuitus es / qui olympi opera uel thamiri uel or
phei aut ithacensis femii rhapsodi / exprimere pos
sit: in operibus uero ionis ephesii / deficiat / neq;
percipere conferreq; possit / que bene et que cō
tra modulatur: ion: quid in hoc tibi contradi
cam non habeo: sed tamen mihi ipsi conscius
sum / me pre ceteris hominibus pulcherrima de
homero referre: neq; deesse mihi dicendi copi
am. Alios uero omnes hac in re me laudare:
in ceteris uero nequaꝙ. Tu uero quid nā hoc
sit uide: so: conspicio ion: et quod mihi id esse
uidetur / tibi aperire incipiam. ut bene de home
ro loquaris ars tibi non prestat / ut modo dice
bam: sed diuina uis est que te mouet: sicut ī la
pide quem magnetem euripides nominauit / nō
nulli heracliam uocant. Qui lapis non solum
ferreos anulos trahit: sed uim etiam anulis ip
sis infundit / qua hoc idem efficere possint: ac
perinde ut lapis alios anulos trahere. Unde
longa plerumq; concatenatio ferri et anuloruz
inuicem pendet: et omnibus istis ex illo lapide
uis attrahitur: ita ipā musa poetas diuino istīc
tu concitat: poete conciti alios furore corripiūt
Quare ex his omnibus series ipsa contexitur:
Omnes itaq; carminum poete insignes / non ar
te: sed diuino afflatu omnia ista preclara poe
mata canunt: et ut corybantes non sana mente
saltant: ita neq; cantilenaruz modulatores egre
gii sana mente hos cātus effingunt: sed ubi in
harmoniam et rhythmum insurgūt: et occupa
ti bachantur: quēadmodum bachantes femine
mente non sana mel et lac ex fluminibus hauri
unt: sana aūt mente haurire nequeunt. idq; effi
cit illoꝝ aīus q cātus effingunt / quod ipsi refe
runt. Aiunt enim nobis poete ꝙ a fontibus q
bus mel scaturit / haurientes et a musaꝝ uirida
ris collibusq; decerpentes carmina ad nos trās
ferunt: quēadmodum mel ex floribus apes: et
instar apum uolare se asserunt. Qua in re uera
locunt: Res. n. leuis uolatilis atq; sacra poe
ta est: neq; poetica prius canere potest ꝙ deo
plenus et extra se positus: et a mente alienatus
sit: Nā ꝙ diu mente quis ualet: neq; fingere
carmina: neq; dare oracula potest. Quasi poete
non arte preclara hec canant: que tu de hoīro
refers: sed forte diuina id quisq; recte efficere
possit: ad quod musa quempiā incitauit: hic di
thyrambos canit: laudes alicuius iste: ille ypor
chimata choreasq;. alius carmina: alius iābos
In aliis uero illorum qsq; rudis et ineptus ē:
Nō. n. arte sed diuina ui ista dicunt / nā si de u
no quoꝙ istoꝝ ꝑ artē recte loq scirent: de cete
ris quoq; oībus idē possent. Ob hāc uero cāz
deus illis mentē subripiēs ipīs tāꝙ ministris
utit / oraculoꝝq; nūtiis et diuīs uatibus / ut nos
q audīus ꝑcipiamꝰ nō eos eē / q tā digna ī ferūt
cū sue mētis ɔpotes minīe sint: sed hec deū loq
et ꝑ istos nobis hec inclamare. huic aūt rei eui
dētissimo argumēto eē pōt tynichus calcideus q
ātea poema nullū mēoria dignū composuerat:
hymnū aūt ī apollinē quē oēs cātāt / oīuz ferme
cantilenarum pulcherrimū / musarum inspirati
one inuenisse se dicit: in hoc maxime deus ostē
disse uidetur nobis dubitādum non esse: quin
preclara ista poemata / diuina deoꝝq; potius ꝙ
humana hominuzq; sint opera: poete aūt nihil
aliud sunt / ꝙ deoꝝ interpretes: dum sunt furo
re correpti: a quo uis numine quis corripiat.
Quod quidez deus ostendere uolens / de indu
stria per ineptissimum poetam / pulcherrimam
cecinit melodiam. An non uera tibi referre ui
deor? Jon. Mihi certe. Atq; animum meuz
his sermonibus Socrates attingis et afficis.

Ac diuina quadam sorte a diis poete insignes
ista nobis interpretari uidentur: so: Nõ ne uos
rapsodi poetarum scripta interpretamini? Ion
Uera narras: so: An non interpretum interpre
tes estis? ion: sumus: so: animaduerte quid ue
lim et hoc mihi responde o ion: neq; id de quo
te interrogabo/mihi occultaueris. Cum apte
carmina refers / et stupore perculsos reddis
spectantes: siue dum Ulixem super pauimen
tum suo limine insaltantem cantas: et procis
palam se ostendentem: atq; sagiptas ãte pedes
effundentem: Siue Achillem /impetum ĩ hec
tora facientem: seu dum miserabile quiddam:
et querulum circa Andromachen. uel Eccu
bam: uel Priamum profers: Vtrum tunc men
tis es compos? an a mente alienatus? et rebus
gestis quas refers afflatus animus interesse il
lis se cogitat/siue in ithaca/siue apud troiã sint
gesta/seu quocumq; alio carmina rapiant: ion:
Perspicuam mihi coniecturam o socrates at
tulisti: Neq; id occultaturus tibi recensebo.
Quotiens enim miserabile quicq̃ dico/ lachri
mis sparguntur oculi. Cum aliquid terribile:
aut uehemens/arrecte propter terrorem come
erigent: atq; cor salit: so: Numquid mentis cõ
potem eum uirum tunc esse asserimus: qui in sa
crificiis et celebrationibus pulchra ueste aure
isq; coronis ornatus ploret: cum nihil horum
amiserit? aut formidat magis inter hostes quis
q̃ soleat cum sit inter multos amicos homĩes
constitutus: neq; ullus eum exuat/neq; iniuria
ulla afficiat: Ion: Non per iouem o socrates:
si uera fateri uelimus: so: Uidisti ne spectanti
um multitudinem iisdem iis rebus quas agi
tis commoueri? ion: Uidi equidem plurimum
Atq; aspicio semper/ superne ab ipso subgesto
et flentes et grauiter intuẽtes: atq; his que nar
rantur/stupefactos: Et oportet me ualde men
tem iis adhibere. Nam si illis lachrimas excu
tiam/ipse argentum suscipiens/ridebo. sin aũt
risum illis moueam / ipse argentum amictens
flebo: so: Uides ne spectatorem esse anulorum
extremum: illorum inq̃ quos sub magnete la
pide uim inuicem suscipere referebam: Me
dius autem es tu recitato et hystrio: primus
aũt est ipẽ poeta: deus uero p omnes istos ho
minum animum quocumq; uult/trahit / dum
inuicem uim suspendit: et traiicit: ex quo uelut
ex illo lapide series longa dependet: qua e laterẽ
gradatim nectuntur hi q in choro saltãt: et pre
ceptores atq; discipuli: huius ue catene a mu
sa anuli suspenduntur: Ex poetis aũt iste ex ali
a ille ex alia musa suspenditur. Uocamus aũt
id nos occupari: quod quidem illi proximum
est: tenetur enim. Ab his utiq; primis anulis
qui poete sunt: alii rursus ab aliis corripiunt/
diuiniq; fiunt: non nulli ab orpheo: a museo a
lii: nec pauci ab homero occupãtur. atq; tenen
tur: quorum o ion unus es: qui ab homero fu
rore correptus es: Et siquis scripta alterius
poete cecinerit/obdormiscis/atq; tibi dicendi
deest facultas/siquis uero huius poete decanta
uerit melodiam/confestim excitaris: animus sa
lit: et dicendi facultas sufficit. non. n. arte: nẽ
scia: sed diuina quadam sorte et mentis occu
patione: ea que de homero dicis/recenses: Et
queãdmodum corybantes illam dumtaxat me
lodiam acute sentiunt: que illius dei est/a quo
rapiuntur: ad eumq; concentum decẽtibus uer
bis et figuris abundant: alios uero contẽnunt
Ita et tu o ion/siquis homeri mentionem fece
rit/es in dicendo facundus: in aliis uero tibi
copia deest. Eius itaq; qd querebas quãobrẽ
circa homerum copiosus es/circa alios deficis
Hec est causa/quoniam non arte: sed diuina
sorte uehemens es homeri laudator: ion: rec
te dicis o socrates: Admirarer tamen si tam a
cute differeres ut mihi prorsus psuaderes ego
lymphatũ atq; furẽtẽ homerũ laudibus celebra
re. neq;. n. furẽs ut arbitror tibi uiderer: si me
de homero uerba facientem audires. so: atqui
audire uolo: neq; tñ prius q̃ mihi responderis
inter illa de quibus homerus agit: de qbus po
tissimũ bñ agit: non. n. de oĩbus? ion: Optime
nosti o socrates/ꝙ nihil est/de quo non agat:
so: Non tñ ea bene tractat: que tu quidẽ igno
ras/homerus autem scribit: ion. Que nam ista
sunt/que homerus quidem narrat/ ego autem
nescio? so: Non ne sepenumero multa de
artibus explicat? Ueluti de aurigaria
disciplina / si meminero illius carmina tibi re
citabo: Ion: at ego referam: memini enim: so:
Dic mihi que mandat Nestor Antilocho filio
cum illum monet ut in equestri cursu gratia
patrocli instituto currens caute flectat equos
Declina ad leuam paulum dextrumq; iugalem/
Urge plagis minitãs maĩbus quoq; lora remic
te/Cum metam attigeris/flectatẽ leuus in arc
tum. Donec ad extremum circli puenerit axis.
Ultimus ac medium uita/nec tangito saxum.
so: Sufficiunt hec o ion. Recte ne an contra ĩ
his carminibus homerus loquatur/utrum me
lius medicus/an auriga perciperet? ion: Auri
ga proculdubio: so: utrum arte hoc iudicium fi
at/an alio quopiam? ion: non alio certe q̃ ar
te: so: non ne cuiq; arti facultas a deo tribuitẽ/
certi cuiusdam operis iudicandi: neq; enim
ea que gubernatoria arte cognoscimus / medi
cina quoq; percipiemus: ion: non certe: so: ne
q; etiam que medicina perspicimus/architectu
ra animaduertemus: ion: non sane: so: an non
similiter in omnibus artibus que una quadam
arte comprehendimus/alia minime comprehẽ
demus? Sed hoc prius mihi responde: Aliam
et aliam artem esse asseris? ion: assero: so: num
quid eadem tu qua ego coniectura artes discer
nis? Nam ipẽ quidem cum hec aliarum / illa
aliarum rerum scientia est/hanc aliam/illam a
liam artem uoco. Tu uero? ion: Et ego: so: si
enim eisdem de rebus scientia esset: cur hanc
aliam: et illam aliam uocaremus? quando qui
dem eadem ab utrisq; cognoscerentur? Quem
admodũ a me pcipitur qnq; esse hos digitos: et
tu sicuti ego hoc idem animaduertis. Unde si
te rogarem utrum eadem arte arithmetica an
alia hec eadem cognoscamus? responderes uti
q; ꝙ eadem: ion: certe/so: Dic quod paulo ãte
interrogaturus fueram: utrum secundum oẽs
artes uideatur tibi dicendum/ꝙ eadem arte/e
adem cognosci necessarium sit: alia uero arte
non eadem: sed alia quedam quando quidem
ars alia ipã est: ion: ita mihi uidetur o socrates
so: Siquis artem aliquam assecutus nõ fuerit
dicta uel facta huius artis bene discernere ne
quaq̃ poterit/ion: uera narras: so: Ea carmĩa
que tu rettulisti/siue bene siue male ab homẽro
canãtur: utrum tu melius/an auriga percipet?
ion: auriga: so: recitator enim es non auriga:
ion: nempe: so: recitatoria uero facultas ab au
rigaria alia est: ion: uidelicet: so: ꝙ si alia ars ẽ
aliarum quoq; rerum scientia est: ion: aliarum
profecto: so: Quid uero cum homerus illud af
fert: ꝙ echamede nestoris pellex saucio machao
ni medele potionem porrigit: cui uinum pram
nium infundit: Insuper atterit caseum caprĩum
eneo quodam instrumento/farinam quoq; ca
seo miscet: Et ad hec cepe obsonii loco appoĩt
Recte ne an contra hec ab homero dicantur:
Utrum medicine artis an recitatorie iudicium
est? ion: medicine: so: Quid cũ homerus dicit
In mare se mersit retis thaummantias instar.
Quod trahit ad fundum plumbi subtexta gra
uedo: Muniti cornu sortem dans piscibus a
tram. Hec quid sibi uelint: et utrum recte an
contra dicantur/non ne ars piscatorum melius
q̃ recitatorum animaduertet? ion: ꝯstat ꝙ ars
piscatorum id iudicat: so: Si preterea me ita ro
gares: postq̃ o socrates in homeri carminibus
inuenisti que cuiq; istarum que dicte sunt arti
um iudicanda sunt/Age iam mihi reperias /
que nam a uate uaticinioq; iudicari conueniat/
recte ne an contra ab homero sint dicta? Ad
uerte q̃ facile ac uere tibi respondeam: Sepe
numero in odyssea scribit presertim ea que me
lampodorum uates deos theoclymenus aduer
sus procos fatur. O miseri quid nũc heu uobis
imminet atri. Dum mollem noctu capitis per
membra soporem. Cuncta fremunt luctu / re
sonat plangoribus aer. Scissaq; triste madẽt
lachrimis manantibus ora Uestibulum plenum
est simulachris omnis et aula. Sub tenebris
herebus riget/extinctoq; per orbem: Lumine
uelatur tristi caligine celum. Sepenumero
etiam in iliade. ut in murorum expugnatione /
que ad uatem pertinent tangit. Ibi enim sic in
quit: Certabant danai troie perrumpere mu
ros. Altiuolansq; Iouis pendebat desuper a
les. Vnguibus incuruis rubrum complexa
draconem. Pellebatq; acies in leuam tum fe
rus ille.

Respirans: et adhuc transfixo pectore luctās
Ore petens aquilaz perstrinxit uulnere guttur
Illa dolens anguem dimisit in agmina lapsuz
Sauciaqꝫ in uentos pennis sublata refugit.
Hec equidem dicam et alia huiusmodi a uate
consyderanda iudicandaqꝫ esse: ion: Et uera q
dem o socrates: so: et tu o ion uera narras.
Age quemadmodum ego tibi ex odyssea et ilia
de excerpsi que ad uatem / que ad medicum / q̄
ad piscatorem pertinere uidentur: sic et tu qui
maiorem in homeri scriptis peritiam habes eli
gas et adducas in medium / que sunt recitato
ris propria: que preter alios homines ipsi con
syderare iudicareqꝫ conuenit: ion: omnia o so
crates assero: so: Non omnia tu supra dicebas
o ion. Num ita obliuiosus es? At qui non de
cet recitatorem hominem obliuiosum esse: ion
Quid nam obliuiscor: so: non memoria tenes
artem recitandi aliā ab aurigaria te dixisse? ion
teneo: so: non ne cum alia sit / alia cognituraz
es confessus? ion: profecto: so: Non igitur om
nia percipiet secundum sermonem tuum ars re
citandi neqꝫ ipē etiam recitator: ion: immo om
nia preter talia quedaz: so: Cum preter talia q̄
dam dicis / preter ea que aliarum artium sunt
ferme significas. sed que naz cognoscet / postꝙ̄
non omnia noscit? ion: que decens est ut uir lo
quatur: que mulier: seruus: liber: subiectus:
princeps hec omnia noscet: so: quod decens ē
ut princeps in mari / nauicula tempestate opp̄s
sa afferat: recitator ne magisꝙ̄ gubernator / co
gnoscet: ion: non: sed gubernator melius hoc
percipiet: so: sed ea que decens est ut princeps
in morbo loquatur / recitator melius ꝙ̄ medi
cus intelliget? ion: neqꝫ hec. so: sed ea que ser
uo conueniunt / dicis: ion: certe: so: scilicet que
decens est ut dicat: seruus bubulcus / dum de
furentibus et efferatis bobus confabulatur / re
citator ipē / non bubulcus agnoscet: ion: nequa
ꝙ̄: so: Numquid ea que decens ē ut mulier de
lanificio textori referat: ion: non: so. ea que de
cens est ut uir dux exercitus dicat dum milites
hortatur / cognoscet? ion: talia profecto sunt / q̄
recitator agnoscit: so: Numquid ars recitatori
a eadem est que et imperatoris exercitus? ion:

Intelligerem equidem si opus esset / que impe
ratorem loqui decet: so: Forte et imperatorie
facultatis peritus es: ion: Nam si equestri et ci
theredica simul disciplina polleres / illos qui be
ne et qui male equitant / cognosceres: et si te in
terrogarem o ion Utrum arte equestri an arte
citharedi illos qui bene equitant / cognoscis?
quid mihi responderes? ion: Arte equestri: so:
ꝙ si eos qui bene pulsant citharam cognosceres
cōfitereris illos non equestri sed citheredica di
sciplina cognoscere: ion: proculdubio: so: cum
uero que ad imperatorem spectant intelligas /
utrum imperatoria: an recitatoria ista calles?
ion: nihil mihi referre uidet: so: quo modo ni
hil differre dicis? imperatoriam et recitatoriaz
artem unam ne an duas ponis? ion: una mihi
uidetur: so: quicumqꝫ igitur bonus ē recitator
etiam bonus imperator erit: ion: et maxime qui
dem o socrates: so: num et qui exercitus impe
rator est optimus: idez recitator est bonus: ion
nequaꝙ̄: so: illud tamen admictis ꝙ quisquis
recitator bonus est / bonus est imperator: ion:
ualde: so: Non ne grecorum optimus es recita
tor? ion: plane o socrates: so: Numquid greco
rum optimus es imperator? ion: certe o socra
tes: hec enim in homeri scriptis didici: so: cur
igitur per deos cum sis optimus grecorum om
nium dux exercitus / optimus qꝫ recitator / passiz
carmina modularis / militaris aūt nusꝙ̄? num
quid tibi uidetur recitator aurea corona deco
ratus plurimum usui esse grecis: imperator au
tem nullo pacto? ion: nostra o socrates ciuitas
uestre subest / a uobisqꝫ gubernatur: et iccirco
imperatore non indiget: Uestra autem et lace
demoniorum res. p. me numꝙ̄ in exercitus du
cem eligeret: Idoneos enim duces uos esse pu
tatis: so: o optime ion apollodorum cyzicenuz
non cognoscis? ion: Quem apollodorum? so:
Illum scilicet / quem sepe athenienses ꝙ̄uis ho
spes esset imperatorem delegerunt: et phano
sthenem andrium / et heraclidem clasomenium
Quos hec ciuitas lꝫ pegrinos / quia uiri prestā
tes habent / pretea et aliis magistratibus ornat
Ionē uero ephesiū impatorem non decernꝫ nꝫ
honore afficiciet / si uirtute prestare uisus fuerit

Quid uero. non ne uos ephesii prisca origine
athenienses estis: Ephesusqꝫ nulla ciuitate est
inferior? Sed tu o Ion siquidem uera predi
cas et scientia ārteqꝫ potes homerum laudare
iniuria me afficis: quippe qui professus multa
et pulchra homeri scire / teqꝫ ostensurum mihi
pollicitus / me nunc decipis: ac per multum ab
est ut ostendās sīqdē nec que sint ista quoꝝ pi
tus es. Nec qua sis facultate īstructus / aperi
re uis: me diu iam obsecrante. Ceterum tam
ꝙ̄ protheus uarius resultas / sursum deorsum
ue conuersus. adeo ut postremo me subterfugi
ens imperator euaseris: ne mihi ostendas quo
pacto tibi circa Homeri sapientiam facundia
competat: Si enim arte tibi hoc inest: quem
admodum nunc dixi / pollicitusqꝫ exponere / de
cipis certe: iniustu ses · me qꝫ iniuria afficis.
Sin autem cares arte: et forte quadam diuīa
ab homero raptus / cum nihil intelligas / multa
et pulchra circa poetam hunc dicis: Ut ego
de te iudicabam / non facis iniuriam. Elige u
trum mauis: iniustus homo: An diuinus poti
us apellari: Ion: Longe differt o socrates:
et multo pulchrius est iudicari diuinum: so:
Hoc itaqꝫ quod pulchrius est / tibi apud nos
inest o Ion / te scilicet diuinum potius ꝙ̄ artifi
ciosum homeri laudatorem esse.

Finis Ionis

Prefatio Platonis sophistam secundum pro
culum a Marsilio Ficino translata.

Ophistam Plato uocat / non
hominem quendam solum:
sed etiam amorem. Plutonem
Iouem: et artem sophisticam
preclarissimam dicit: ex qbus
subintelligimus ꝙ nobilius subiectum ꝙ̄ appa
reat hic dialogus respicit: Est enim intentio se
cundum magnum iamblicuz de sublunari opi
fice tractare. Nam est idolorum fictor: puri
ficator animarum a contrariis rationibus sem
per separans. transmutator: et iuuenum diui
tum mercennarius uenator. Dum animas su
scipit plenas rationibus a superis uenientes /
mercedem ab illis accipit / ipsam animalium fa
bricam: que fit secundum mortalium rationem
Hic ei quod non est incumbit: quia que sunt ī
materia gignit. Et quod reuera falsum est / dili
git / idest materiam: Simul autem in id quod
uerum reuera ē respicit. Est et multiceps: quo
niam sibi essentias uitasqꝫ multas uendicauit:
per quas uarietatem generationis ipse disponit
Idē quoqꝫ magus est generatōe / dū anīas na
turalibus rationibus mulcet et allicit / adeo ut
egre a generatione amoueantur. Quin etiam
et amor magus et natura maga a non nullis
dicitur: propter reciprocos actractus atqꝫ ille
cebras: que secundum naturam procedunt.
Nunc igitur omnifariam sophistam declarare
uult. Et enim philosophus sophista est / quippe
cum celestem opificem: et generationis opificē
imitetur: Et distinctiua facultas / progressum re
rum ab uno imitatur et generationis opifex / ce
lestem opificem: quare sophista est. At qui et
ipē homo sophista: quia magna imitatur sophi
sta dicitur: Et iccirco sophistam multicipitē a
pellauit. Eleates hospes representat patrez opi
ficum / supercelestem et absolutum. Auditores
autem / opificis intelligentias. Ille quidem Io
nis: hic nature angelice tanꝙ̄ interpretator ac
geometricus. Et quoniam opificium ab imper
fecto incipiens in perfectum desinit. hospes il
le primum cum Theodoro: Deinde per cōuer
sionem cum proprio Socrate uersatur.
Hactenus Proculi: Deinceps Marsilii. post
Theetetum de scientia / legendus est sophista
de ipso ente / quod scientie est obiectum. Dum
uero hic de ente disseritur / circa quod uersat
philosophus / tractatur / interim de non ente /
ad quod sophista declinat: Apud Pythagoraz
et Platonem sophos idest sapiens solus est de
us. Philosophus autem uerus imitator dei:
Sophista ambitiosus et fallax philosophi emu
lator. Sex Plato sophiste definitiones ad
ducit. Quoniam uero

definitio haberi absq; diuisione non potest/per
quam ab ipsa re definienda que ipsius non
sunt separentur/genusq; ipsius per differentias
diuidatur/ex quibus tandem simul et genere
componantur species atq; definiantur: iccirco
plato sophistam definiturus / exactissimas pri
mum partitiones excogitat: admonens nemině
omnino latentem rei cuiusq; naturaʒ discerne
re posse/nisi eam penitus ab aliena qualitate se
creuerit. Proinde entis atq; non entis de
scriptiones pro uiribus affert/atq; ens: quem
admodum ⁊ in parmenide subiicit uni. entis
quinq; numerat genera/essentiam/idem et alte
rum/statumq; et motum. docet uerā quidem es
sentiam rebus incorporeis conuenire: imagina
riam uero corporeis: Eos preterea qui icorpo
rea negant admodum detestatur. eos insuper q
uel omnia moueri solum: uel solum manere pu
tant. Item de scientia atq; de opinione et orōe
uera uel falsa/de uerbo et nomine disputat / q̄
tenus attentis ipsius disputationem pertinere ui
detur. Demum postq̄ de sophista simul ac phi
losopho disputauit/diuina quadā libruʒ cōclu
dit sententia: Uidelicet res naturales/opera es
se dei: siquid omnia nature opera a diuina qua
dam sapientia mundo infusa probauerat profi
cisci. Res aūt umbratiles et fallaces / ait hō
nicas esse prestigias. Ibidem et sophistam no
bis occultū esse inquit tamq̄ non entis.i. falsi
tenebris inuolutum: et philosophū pariter oc
cultuʒ esse/q̄uis alia ratione: quia uidelicet en
tis ipsius.i. diuine ueritatis splendore undiq;
circunfusus uulgarium intuituʒ animorū pror
sus exsuperet.

Platonis sophista de eo quod est: translatus a
Marsilio Ficino Florentino: Ad Laurentiū
Medicem uirum magnanimum.

Theodorus: Theetetus: Socrates: Ho
spes eleates qui forte mellissus est.

.theo:

Enimus o socrates oportune
quemadmoduʒ heri inter nos
conuenit: atq; hospitem hunc
nobiscum ducimus: qui elea
tes est ex familiaribus parme
nidis atq; zenonis: et uir apprime sapientie stu
diosus: so: Forte o theodore dum uirum hospi
tem tecum ducere credis / deum quendam du
cis. Inquit enim homerus: cum deos alios tū
maxime hospitalem deum/inter homines q iu
sti pudoris participes sunt/uersuri: et homini
contumelias iniuriasq; inspicere. Te forsitan
et hic e superis unus huc secutus est/ut nos q
a disputandi rationibus aberramus examinet
atq; corripiat. Atq; ipse redargutōis est deus:
theo: Haud mos iste o socrates huius hospitis
Sed modestior est illis qui controuersiis stu
dent. Mihiq; nullus hominum deus: sed di
uinus aliquis esse uidetur. Omnes equidem
philosophos/diuinos apello: so: Et recte qui
dem amice. Genus autem philosophorum
haud multo facilius ut ita dixerim q̄ deorum
discernitur. Omnes enim quicumq; non fic
te: sed uere philosophantur: propter aliorū in
scitiam omniformes apparent: dum ciuitates
circuunt: et quasi ab excelsa quadam specula
inferiorum uitam prospectant: Atq; hi a qui
busdam nullius estimantur/a non nullis sum
mopere honorantur. Et interdum quidem ci
uiles apparent/ alias sophiste non numq̄ ali
quorum opinione insani prorsus habentur.
Quapropter percontari hunc hospitem cupio
si modo gratum illi futurum sit/quid de his fa
miliares eius eleates sentiant/quid esse dicāt:
et quomodo nominent: theo: Que nam ista? so
Sophistam inq̄. Ciuilem. philosophum: theo
Quid potissimum et quale circa hec in dubita
tionem uenit: querendum ue existimas? so: hoc
Utrum unum hec omnia/an duo esse uelint:
An quemadmodum nomina tria/tria quoq; ge
nera distinguentes/singula nomina/generibus
singulis adscripserint. theo: Nulla inuidia ut
arbitror prohibebit: quo minus hec uobis ex
pomat. Tu uero quid ais hospes? ho: Quod
et tu nulla certe inuidia: neque dictu diffi
cile est / q̄ tria esse putauerint. Singulatim

uero distinguere/et quid unum quodq; sit de
finire/neq; paruum opus est/neq; facile: theo
In eādem forte questioneʒ o socrates incidisti
in quaʒ et nos anteq̄ huc accederemus. hic au
tem que tibi nunc: eadem tunc nobis respōdit
audisse se quidem et recordari: so: in eo igitur
quod primum rogauimus/gratificari nobis de
bes o hospes. Uerum nobis id in primis ōcla
ra: Vtrum per te ipē perpetua oratione quod
inferre uelles/exponere consueueris: An po
tius interrogando quemadmodum solebat par
menides. Quem ego adolescens audiui quon
dam ita disputantem admodum senem: ratōes
q; pulcherrimas afferentem: ho: Si facile qs
et apte respondeat / facilius est cum alio inter
rogando disserere: sin contra p se ipsum quisq;
facilius disputat: so: Licet igitur quemcum
q; uis ex istis eligere: Omnes enim libentissi
me obsequentur. Ego uero tibi consulo: ut iu
uenem quempiam eligas/uel hunc theetetum:
uel alium quicunq; tibi aptior uideatur: ho:
Pudor quidam o socrates me et uerecundia
detinet / cum nunc primum uobiscum loquar
non uicissim uerbum uerbo reddere/ sed proli
xum sermonem inceptare: siue solus ipē per me
siue cum alio respondente demonstrationis gra
tia disputem. Quod enim modo quesitum est /
nemo leuiter explicari posse confidat. Longa
namq; disputatione indiget. Contra uero si tibi
et istis presertim cum tam modeste rogaueris
non obtemperem: agreste quiddam et ab hospi
tis mansuetudine alienum mihi fore uidetur:
Quippe cum disputationis comitem theetetuʒ
hunc ex his que et ego dicebam et tu modo ius
sisti/siʒ habiturus: theo: ita certe o hospes quē
admodum inquit socrates: cunctis gratificabe
ris: ho: Nihil aduersus hec ulterius theetete
dicendum. Tecum deinceps agendum mihi:
q; si forte sermonis prolixitas tibi fastidiosa cō
tinget et labore grauaberis/non me obsecro /
sed hosce tuos familiares/qui in causa sunt ac
cusato: thee: Nihil molestum fore arbitror: nā
si forte me defatigari contigerit/hunc socrateʒ
adhibebimus/ socrati quidem in nomine simi
lem/mihi in exercitatione socium: et equalem:
qui mecum laboriosa multa peragere consue
uit: ho: Probe loqueris: et de his quidem pro
cedente sermone tecum ipē deliberabis. Com
muniter uero mecum tibi nunc consyderandū
Incipiendumq; ut mihi uidetur ab ipō sophi
sta: et quid est in primis definiendum. In pre
sentia porro tu simul ac ego huius commune
solum nomen habemus. Rem uero ipām/ que
nomine designatur/aliter forte uterq; nostrum
cogitat. Prestat autem in singulis rem ipsam
cum rationibus q̄ nomen solum absq; ratione
perspicere. Quod profecto nunc inquirimus
sophiste genus haud facile definiri potest. Ue
tus est omniumq; communis sententia/siquis
ea que magna sunt/recte transigere uelit/i par
uis quibusdam prius illa facilioribusq; q̄ in
maximis consyderare debere: Equidem sophi
ste genus arbitratus difficile posse comprehen
di/nobis o theetete consulo: ut āte in alio quo
dam faciliori progressum illius premeditemur
Nisi tu forte commodiorem uiā ostendas: thee
Nullam habeo commodiorem: ho: Uis ne e
xiguum quiddam et uile in medium adduca
mus: maioris ipius exemplum? thee: uolo: ho
An non proponendum totum quiddam atq;
exile: quod nihilominus ad maiorum intelligē
tiam conferat? qualis hamo piscator est: Leue
enim quiddam est et exile: thee: certe: ho: Ui
am tamen et rationem ad id quo de agimus ap
tam habere uidetur: thee: optime ita se res ha
beret: ho: Age hinc exordiamur. Dic utrum
ipsum tamq̄ artificiosum: an artis expertem:
alterius uero potentie cuiusdam participem po
nere debeamus: thee: Nullo modo artis exper
tem: ho: Artium ferme omnium species due
sunt: thee: Que: ho: Agricultura: et cuiuslibet
mortalis corporis cura: et facultas omnis que
circa compositum quodlibet fictum ue uersat:
que communiter supellectilia dicuntur: et que
hec imitat: uniuersa inq̄ facultas huiusmodi
uno quodam communi nomine nuncupari debʒ
the: Quo nam pacto? Et quo nomine? ho:
Quotiens quod ante non erat: inesse quis dei
de perducit: quod agit facere/quod agitur/ fie
ri dicimus: the: recte: ho: cuncta q̄ paulo ante
rettulimus/ad hoc uim habent: the: habēt cer
te: ho: Summatim itaq; illa effectricem faculta

pimbet ꝙ cunctis qui sue cure a deo commissi sunt uiuet. Recta enim gubernatio quēadmodum in libris de re p. disputatur / gubernatorē quidem eorum qui gubernātur grā non gubernatos grā gubernatoris instituit. Comparat preterea regem medico: monens ut medicoruꝫ more et oportune et si opus fuerit importune et uolentibus: et quādoqꝫ nolentibus imponat leges / remediaqꝫ afferat salutaria: Eiusmodi uero gubernatorem atqꝫ curatorem sepius ciuileꝫ uocat uirum ꝙ regē / significās adeo humanuꝫ ac si fieri possit mitem esse debere / ut īter ciues uideatur eē conciuis / prudētia / iustitia / cura potiusꝙ alio quo uis excessu superior. ꝙ siqs longissimo quodā interuallo prudētia et iustitia manifeste cunctos ex supet / hunc ēt si priuatus uixerit eē regē omnium a deo creatum absqꝫ cōtrouersia iudicat. Sin aūt inter aliquos ꝙtum ad hec spectat / parum admodum intersit illis quodāmodo redactis ad unum auctoritatē regiam tribuēdā. Multis uero nequaꝙ: Quippe cum multi nequeāt tāta auctoritate digni alicubi reperiri: Tradi uero auctoritatem regiaꝫ ut ex aliis eius libris coniectare licet uult a senioribus atqꝫ probatissimis. quorum senatus deinde sit collega regis / quasi quedā res publica optimatum. Rex aūt una cum senatu leges cōdat Quas non liceat: uel cuiꝙ priuato trāsgredi / uel uulgo mutare: liceat tñ regi senatuiqꝫ simł pro temporum oportunitate ꝗtenus expedit diligenti cum equitate et rebus ipis accommodare atqꝫ temporibus: et si oportuerit / pmutare. Regem ipūm in epistolis sacrum haberi cēset sacerdotemqꝫ egyptiorum more constitui / sacrorum mysteriorumqꝫ antistitem: et utpote sacruꝫ nequādo contaminetur non permictit / iudiciis ubi de cede exilio carcere agitur iteresse: Proinde in hoc ipō libro eiusmodi regiā dignitatē gubernationumomnium optimā esse probat ut diximus: pessimā uero tyrānidem: que neqꝫ lege neqꝫ mente legitima imperat / sed impetu potius atqꝫ libidine. Secundo loco laudat optīates pariterqꝫ uituperat potentiā paucorum. Tertio loco multorum laudat gubernationem scilicet popularem si lege gubernent: similiterqꝫ uituperat / si non lege. Post hec autem qo regium sit officium disputat: uidelicet ut quotcumqꝫ hominum generi necessaria sint prouideat: presertimqꝫ ad bene beateqꝫ uiuendum: Iudicetqꝫ prudēter quot artes et ꝗles ad hoc ipūm conferāt / siue in pace / siue in bello / seu in dicēdo / seu agēdo / uel publice uel priuatim: habeatqꝫ una cum senatu summum in omnes imperium. Precipue uero aīos omnium decētissima quadam fortitudinis tempantieqꝫ mixtione componat / musicos imitatus / qui acuta grauibus rite miscētes / concētus suauissimos modulantur. Demōstrat enim et id quidem diuine / non esse tutum animos uel fortitudinē uersus quasi in acutum supramodum intendere uel tēperantiam uersus / quasi in graue nimis remittere. Illinc: n. efferatos. hinc effeminatos tandē euadere: et illi quidem ciues et patriam uelut hostes inuadunt: hi uero neqꝫ se nꝫ patriam tuētur ab hostibus: Quamobrē optimam censet ex concinna uirtutis utriusqꝫ copula ingeniorum consonantiam ubiqꝫ conflari. Sed hactenus de libri ordine satis sit dictum: Que uero de sparum motu / prouidētiaqꝫ ⁊ fato disputat in theologia nostra satis exposuimus. in his certe nos allegorice docꝫ / non hēre nos ueruꝫ legitimumqꝫ regē / nisi uel in ipō celo: uel in terris eum quē uelut pastorē celi rex nobis ipse prefecerit: pastorē imꝙ non nomine soluꝫ / sed uite similitudine ipūm celi regē pro uiribus referētē. Commemorat ⁊ duo regna / iouis scilicet et saturni: regnumqꝫ saturni regno iouis tāꝙ felicius anteponit. Siquideꝫ sub ioue actio uitaqꝫ humana: sub saturno autē contemplatio diuinorum significatur. Saturnus enim greco nomine cronos / ut plato in cratylo docet / puritatem integritatemqꝫ mētis inuiolabilē cōprehēdit: Quod aūt ait saturno regnante beatos homines uiuere / ostēdit diuina quadam uiri mēte regnāte: que ⁊ actiones grā contēplationis instituat / humanum genus fore beatum. Ego autem finem mox argumēto faciā: si breuem prius allegoriaꝫ mysterii huius adduxero Ait enim Presentem mundi circuitum ab oriēte ad occidentem esse iouium atqꝫ fatalem: Uerum fore quandoqꝫ alterum huic oppositū sub saturno ab occidente uicissim ad orienteꝫ. In ꝗ sponte nascenł homines: atqꝫ a senio procedent in iuuentutem: alimentaqꝫ illis ultro etherno sub uere ad uotum suppeditabuntur: Iouem ut arbitror animam mundi uocat: cuius lege fatali manifestus hic manifesti mundi ordo disponitur. Preterea uitam animorum in corporibus elementalibus / iouiam esse uult sensibus actioniqꝫ deditam. Saturnuꝫ uero suppremum inter angelos intellectum / cuius radiis illustrentur ultra angelos anime accendanturqꝫ / et ad intellectualem uitam continue pro uiribus erigantur: que quotiens ad uitam eiusmodi conuertuntur / eatenus sub regno saturni dicuntur uiuere quatenus intelligentia uiuunt. Proinde in ea uita ideo sponte dicuntur regenerarii: quia electione propria in melius reformantur: Rursus in dies reiuuenescere: idest in dies si modo ibi dies dinumerantuꝛ magis / magisqꝫ florescere. Hoc illud apostoli Pauli homo interior renouatur in dies. Deniꝗ illis alimenta sponte affatim sub perpetuo uere suppeditari: quia non per sensus operosamqꝫ disciplinam: sed per lumen intimum / summaqꝫ cum uite trāquillitate atqꝫ uoluptate miris ueritatis ipius spectaculis perfruuntur.

Ciuilis Platonis liber de Regno translatus e greca lingua in latinam / a Marsilio Ficino Florentino. ad Federicum Urbini ducē semper inuictum.

Socrates maior. Theodorus. Hospes eleates: Socrates minor.

Magenteꝫ tibi o Theodore gratiam debeo: ꝙ Theetetum et Hospitem hunc eleatem notos mihi feceris: theo: Triplaꝫ forte mihi debebis o socrates. Postꝙ ciuilem tibi hominem et philosophum circumscripserint: so: An ita dicemus esse theodore / ꝙ ex eo audiuerimus qui in geometris conputationibusqꝫ precellit: theo: Quo pacto o socrates? so: ꝙ uidelicet unumquemqꝫ hominum eiusdem esse pretii posuerimus: qui tamē honore longius ꝙ secundum uestram comparationem inter se distant: theo: bene o socrates atqꝫ iuste per deum nostrum Ammonem loqueris. Ac memoriter admodum errorem in computando meum mihi nunc obiecisti. quare deinceps te pro istis adibo. Te uero nunc Hospes ne pigeat nobis gratificari. immo post hec seu ciuilem hominem hominē prius siue philosophum eligis / electum describe. ho: Sic agendum ut iubes theodore: postꝙ semel aggressi sumus. neqꝫ priusꝙ ad calcem peruenerimus / desistendum. Verum quid erga theetetuꝫ hūc agere decet? theo: Qua de re? ho: Numquid requiescere illum iam dimittemus? eiusqꝫ loco socratem istum consortem in exercitando suuꝫ accipiemus? Quid consulis? theo: Ut Socratem assummas. Nam cum iuuenes utriqꝫ sint omnes labores facile / presertim per intermissionem ferent: so: Atqui utriqꝫ hospes cognati quodammodo mihi esse uidentur. Theetetum quidem nos figura uultus mihi consimilem iudicatis. Socratis quoqꝫ istius nomen cum idem sit ac meum / cognationem quamdam nobis mutuam prebet. Decet autem nos natura quadam consimiles / uicissim sermonibus agnoscere. Cum theeteto quidem heri disputando conueni: et hodie hospiti huic respondentem audiui. Cum socrate uero neutrum adhuc actum est. Oportet autem et hunc examinare. Mihi sane alias. Tibi nunc respondeat: ho: Sic agemus o socrates. Audis socratem? so Audio: ho: Assentiris illi? so / Assentior: ho: Quantum igitur ad te attinet nihil prohibet: quo minus edisseramus. Multoqꝫ minus impedimento disputationi huic esse me decet. Quin immo post ipsum sophistam necessariuꝫ esse uidetur ut ciuilem uirum inuestigemus. Responde itaqꝫ utrum hunc in eorum qui sci

entes dicuntur/numerum referre deceat: so:
Decet: ho: Ergo scientias partiri debemus:
quemadmodum in sophista querendo fecimus
so: Forte: ho: Non tamen eadem partiendi ra
tio: so: non: ho: Sed alia: so: Alia: ho: Diuer
ticulum itaqꝫ ciuilis scientie/ ubi nam reperie
mus? Inuenire quippe oportet: et aliis omni
bus segregatis/ideam illi unam prefigere/ ali
isqꝫ aliam unam speciem: et quasi scientie cūc
te duabus speciebus concluse sint/cogitare:
so: Tua iam interest hospes id agere: Mea ue
ro nequaq̄: ho: Immo etiam tua: quando de
claratum id fuerit: so: Scite loqueris: ho:
Arithmetica porro alieqꝫ non nulle huius per
similes ab actione libere sunt: cognitionem ue
ro tantum exhibent: so: Ita certe dicēdum: ho
que uero ad architecturam: et manuum mini
sterium pertinent/scientiam innatam actionib9
sortiuntur: corporaqꝫ ab illis effecta / que ante
non erant perficiunt: so: Patet: ho: Ita cunc
tas scientias diuide. Agentem unam: alteraȝ
cognoscentem solummodo nomina: so:
Sint ergo scientie species due/ cum una sit sci
entia tota: ho Utrum ciuileȝ. Regem. Do
minum. Patrem familias: eundem esse uolu
mus? An totidem artes in his/quot et nomīa
ponimus? Immo hac sequere me: so: Qua?
ho: Hac imq̄: Siquis priuatus publico medi
co sufficienter consulere potest/non ne necesse
est eiusdem artis hunc nomine nūcupari/ quo
et ille cui consulit? so: Certe: ho: quid porro?
Siquis priuatus regem ciuitatis admonere
et instruere potest/non ne scientiam illaȝ habe
re dicetur/qua pollere qui regit debebat? so:
Dicetur: ho: Atqui ueri regis scientia/regia di
sciplina est: so: est: ho: Quisquis ea preditus
est/seu publico fungatur munere/siue priuatus
uiuat/omnino secundum hanc peritiam regius
merito nuncupabitur: so: merito: ho: Enim ue
ro pater familias et dominus idem: so: Idem
sane: ho: Numquid refert ampla ne/an āgusta
sit urbs ad imperium? so/nihil: ho: igitur una
quod paulo ante inquirebamus / horum omni
um scientia est/hanc seu regiam quis siue ciui
lem: seu familiarem nominet disciplinam: Ni
hil interesse putemus: so: nihil: ho: Hoc utiqꝫ
nemini dubium quin omnis rex parum quid
manibus ac reliquis membris ad regni salutē
possit. Intelligentia uero et animi robore plu
rimum: so: Constat: ho: Uis ergo regem dica
mus speculatrici scientie propinquiorem q̄ ac
tiue aut manuum ministerio? so: Uolo equideȝ
ho: Ciuilem ergo scientiam et ciuilem hominēȝ
regiam atqꝫ regium: ut unum idemqꝫ singula
componemus: so: Plane: ho. Atqui ordine
ad sequentia per genus maxime si speculatricē
scientiam distiguemus. so: Prorsus: ho: atten
de obsecro: num refugium aliquod in hac pro
spiciamus: so: dicas quale? ho: Tale im q̄: Ex
tat aliqua computandi facultas? so: extat: ho:
Ea ut arbitror ex illarum numero est que ī spe
culando uersantur: so: Ex illarum numero cer
te: ho: cognoscet profecto computandi facultas
differentiam numerorum. Num aliud huic o
pus attribuimus/ q̄ discernere iudicareqꝫ co
gnita? so: quid? ho: Et enim architectus nullus
manuum ministerio utitur: sed utentibus pre
sidet: so: Ita est: dum iudicium adhibet/nō mi
nisterium: so: Id quoqꝫ uerum: ho: Iure igit̄
speculandi scientie particeps est dicendus: so:
et maxime quidem: ho: Hoc ut arbitror ad iu
dicem hunc pertinet: ut non deserat opificium
quemadmodum computator: sed incumbat as
sidue. operariisqꝫ singulis operam propriaȝ mā
det et ordinet/quousqꝫ quod est imperatum ab
soluerint: so: probe: ho: Non ne speculatrices
omnes iste sunt/et quotcumqꝫ scientiam com
putandi secuntur: iudicio autem et imperio ge
nera hec inter se duo differunt? so: Apparent:
ho: quo circa si uniuersam contemplationem
in duo distribuamus/partemqꝫ unam iudicio/
imperio alteram assiguemus/ recte forsitan di
stribuisse putabimus: so: recte nimium ut mea
fert opinio: ho: Qui communiter tractant ali
quid/satisfactum sibi inuicem arbitrantur/ si
quando consenserint: so: Quid ni? ho: quousqꝫ
igitur in hoc concordes sumus alioꝝ opiniōes
pretermittende: so: penitus: ho: Dic age qua

in arte istarum/regiuȝ hominem ponere decet
Numquid in iudiciaria? tamq̄ spectatorem
quendam? An in imperatoria potius? quasi
dominum? so: In hac ipsa potius: ho: Viden
dum preterea siquam imperatoria distinctionē
admictit. Mihiqꝫ ita uidet̄. Quo differt cau
po ab illo qui proprium opus uendit/ eo rex a
precone: so: Quemadmodum? ho: Caupones
aliorum opera prius uendita suscipientes ipsi
rursus uendunt: so: Uerum: ho: Haud secus
preco sententiam alterius mandatam sibi/aliis
ipse mandat: so: Sic est: ho: An miscebimus
facultatem regiam interpretatorie: preceptorie
Uaticinio atqꝫ preconio aliisqꝫ permultis eius
dem generis artibus: que cuntis imperant?
An uis potius secundum superioreȝ compara
tionem: nomen quoqꝫ per comparationem ali
quam machinemur? quando quidem genus eo
rum qui sua ipsi precipiunt/ ferme nomine ca
ret: Atqꝫ ita hec partiamur. ut regiuȝ genus in
eorum numero qui sua mandant/ponamus:
obmissis aliis omnibus/ quibus alius quiuis
nomina ut lubet imponat: prīcipis quippe gra
tia non subditi sermo nobis est institutus: so:
Nempe: ho: postq̄ hoc satis ab illis est diuersi
tate distinctum ad proprietatem rursus idem
est diuidendum/siquam modo partitionē cedē
tem nobis in ipso comperimus: so: Valde: ho:
Atqui inueniri posse uidetur: Me igitur seque
re diuidendo: so. Quo sequar? ho: Quicunqꝫ
president imperando generationis cuiusdam
gratia imperant: so: proculdubio: ho: Et eniȝ
genita omnia bifariam partiri/ haud multum
difficile: so: Qua ratione? ho: Partim anima
ta sunt/partim inanimata: so: Constat: ho: Si
in membra hec secare speculatricis facultatis
partem imperatoriam uolumus/secemus: so:
In que? ho: Pars eius in generatione in ani
matorum ponatur: pars in generatione anima
torum. Atqꝫ ita totum in duo secabitur: so: Re
uera: ho: Partem unam mittamus: alteram re
summentes: eamqꝫ uniuersam in duo iterum di
uidamus: so: Utram illarum resummendam
censes? ho: Eam que circa animalia imperat.
Neqꝫ enim regia maiestas in inanimatis instar ar
chitecture presidet: sed generosius animanti
bus: eiusqꝫ potestas circa ista uersatur: so: Op
time: ho: Circa generationem nutritionemqꝫ
animalium cura duplex inuenitur. Animalis
cuiusdam una: Gregis totius altera: so: Rec
te: ho: Ciuilis autem non propriam curam ag
greditur: quemadmodum arator qui bouem a
gitat/uel minister qui sternit equum: sed illius
uicem gerit: qui equos aut boues pascit: so: ue
rum esse uidetur/quod nunc est dictum: ho:
Utrum ex animalium nutritione illam que gre
gatim ea nutrit/gregis nutritionem/an commu
nem nutritionem uocamus? so: Vtrumqꝫ in lo
quendo contingit: ho. Egregie socrates respon
disti: ac si uerborum curiositatem uitabis/ eua
des in senectute admodum sapientior. Itaqꝫ
in presentia ut iubes agendum. Sed numquid
uides quo pacto quis gregis nutritionem gemi
nam ostendens efficiat? ut quod in duplis ad
id quod nunc propositum est/inuestigabitur/
in dimidiis iterum perquiratur: so: Annitar
equidem: et iam mihi uidetur / Unam commu
nem hominum/Alteram brutorum esse custo
diam: ho: Prompte omnino ac fortiter discre
uisti. Cauendum pro uiribus tamen ne post
hac nobis id accidat/so: Quid cauendum mo
nes? ho: Ne exiguam unam particulam aduer
sus amplas et plurimas secernamus: Neqꝫ il
lam sine specie capiamus: Sed pars illa simul
speciem habeat: Pulcherrimum namqꝫ/quod
queritur ab aliis statim discernere. si modo rec
te id fiat: Quemadmodum ipse paulo ante de
diuidendo iudicans: Attamen diuidere prope
rasti: sermonem attendens ad homines decli
nantem. Ceterum haud satis amice tutum
est ad extremum quiddam et tenue protinus
aduentare. Prestat autem per media progredi
partiendo/sic enim facilius meliusqꝫ ideas inue
nimus. Hoc autem ad illa que perquiruntur
totum refert: so. Qua ratione id ais hospes?
ho: Conandum ob nature tue beniuolentiam
clarius explicare. In presentia quidem p hec a
deo quod est propositum declarare / ut nihil

De regno:

Animalium alia gregatim nutriuntur alia singulariter:

Rex pastori similis:

desit impossibile. Ulterius autem aliquamtu lum declarandi gratia producendum uidetur so: Quid tandem in nostra partitione culpas? ho: Tale quiddam: siquis humanum genus in duo secare contendens / perinde partiatur: ac multi eorum qui hic habitant partiuntur: hi sane grecorum genus tamq̃ unum a ceteris omnibus separant. Cunctos enim alios ho mines innumerabiles: et nulla inter se uite ser monisq; communione deuinctos / barbarico nomine signant: et ob hanc unam apellationẽ genus quoq; unum uniuersũ hoc arbitramur Simile esset preterea siquis numerum in duo diuidere uolens / decem milia seorsum ab aliis caperet: ut speciem unam / reliquos ĩsuper uno quodam imposito illis nomine / ut unum genus poneret. Rectius autem et per species magis ac per duo membra diuisio fieret / siquis nume rum quidem per par et impar: hominũ ue ge nus per marem feminamq; diuideret: lydos au tem et frygas aut alios quosdam tunc a cunc tis aliis segregaret / cum et spes et facultas sibi deesset generis inueniendi simul ac partis utro rumq; inter se diuisorum: so: Scite loqueris hospes. At illud qua ratione planius intelligi posset ostende / non idem sed aliud esse partem atq; genus: ho: O uirorum optime socrates / haud leue quid postulas. Longius modo q̃ decet ab instituto digressi sumus: Tu uero ul terius etiam peruagari iubes. Nunc porro ut decens est / illuc unde discessit reflectatur ora tio. Ad hec alias ocium nacti / quasi per que dam uestigia diuertemus. Uerumtamen dili genter ab hoc cauebis o socrates / nequando a perte distinctum hoc audisse ex me uidearis: so: Quid istud? ho: Inter se partam speciem q; differre: so: Cur nam? ho: Quicquid est a licuius species / eiusdem pars quoq; sit necesse est / cuius species esse dicitur. Partem uero es se speciem uel speciei partem / non est necessari um: hoc modo me potius q̃ illo dicere semper o socrates assere: so: fiet ut iubes: ho: post hec aũt mihi dicas: so: Quid? ho: Hoc imq̃ unde huc digressi sumus. Reor equidẽ eam ob cau sam hucusq; nos oberrasse / q̃ tu interrogatus que in membra gregis nutritio diuidereretur / subito nimium respondisti / duo quedam esse a nimantium genera. Alterum quidem hominũ Alterum uero brutorum simul omnium unũ: so: Uerum est: ho: tunc sane mihi uisus es par te quadam ablata / residuum omne genus unũ animalium ob id putauisse ponendum / q̃ uno quodã communi nomine apellare poteras om nia dum bruta uocabas: so: Sic est actum: ho: Hoc o fortissime socrates perinde uidetur esse / ac siquid aliud animal ut grus aut aliud tale esset prudentie particeps / similiterq; ut tu denominaret: et grues genus unum poneret. Cetera uero cuncta simul cum hominibus uno quodam altero genere complecteretur: suũ ge nus rationale uocans: reliqua uero omnia bru ta. Conemur itaq; nos ab omnibus huiusce modi erroribus declinare: so: Qua uia? ho: ne animalium genus omnium partiamur: ut mi nus in his delinquamus: Neq; enim oportet. Sic porro supra deliquĩus. so: qui? ho: pars illa contemplatricis scientie / que ad imperan dum spectat / eius generis esse constitit / quod a nimalia curat / animalia uidelicet gregabilia: Non ne ita? so: ita certe: ho: Quare tunc quo q; omne animalium genus inferum et mansue tum est distinctum. Que enim sic natura insti tuta sunt: ut mansuescere possint / domestica apellata sunt / cetera uero siluestria: so: Egre gie: ho: Scientia uero illa quam querimus / in domesticis est et erat: Et circa genus animali um sociabile querenda uidetur: so: Sane: ho: Ergo ne ad cuncta simul respiciendo uti tunc diuidamus: neq; in partiendo nimium propere mus / ut repente ciuilem scientiam compreben damus. Nam nimia festinatio fecit ut illud quod prouerbio fertur / nũc nobis contingeret so: Quid nam? ho: Ut cum nimis in diuisione properauerimus / tardius absoluamus: so: Et merito quidem hospes id egit: ho: De his qui dem ita. Rursus autem ab initio communẽ nutritionem animalium diuidamus. forte nam q; quod tu uehementer affectas sermo ipẽ gra datĩ ad finẽ suũ deductus clarius demonstra bit: respõde ad hoc: so: ad qd respõdã? ho: hoc

forsitan e multis audisti: Neq; enim arbitror interfuisse te his qui circa nilum pisces ipsos mansuefaciunt: aut circa regios lacus: Sed quod circa fontes fit / fortassis ipse uidisti: so: Et hec ipse uidi: et illa ex multis audiui: ho: Quin etiam q̃ quidam greges anserum: et gruum pascant: et si numq̃ in agris thessali cis es uersatus / audisti tamen et credis: so: pro cul dubio: ho: Hec ab ste ideo sciscitatus sum quia animalium communis custodia partim a quaticorum: partim terrenorum esse uidetur: so. Est profecto: ho: consentis gregis custodi am sic esse bifariam distinguendam: ut partim humida: partim sicca animalia nutriat? so: con sentio equidem: ho: Utram uero istarum regi a respiciat diligentia nullus queret. nam nemi ni dubium: so: nemini: ho: Unus quisq; enim precipue aridorum nutritionem distinguet: so: Que in membra? ho: In uolantium gradien tium ue custodiam: so: Sic ueritas habet: ho: q̃ ciuilis facultas circa illa que gradiuntur / dumtaxat uersetur: uel stolidissimus quisq; ut ita dixerim / animaduertet: so: Absq; contro uersia: ho: Gressibilis preterea generis alimo niam / paris instar numeri in duo quedam par tiri debemus: so: patet: ho: Illuc porro quo sermo noster tendit / gemini calles ducere nos posse uidentur. Alter quidem breui quodam tramite / dum angustam particulam ab ampla secernit. Alter uero longiori ambitu / duz pre ceptum illud seruat antea dictum / ut per medi a diuisio fiat. licet utrum uolumus ingredi: so An per utrumq; proficisci non licet? ho: Non simul o mirifice adolescens. diuersis tamen tẽ poribus licet: so: Utrumq; ergo alterum uide licet post alterum eligo: ho: Facile id quidem cum exiguum sit quod restat. Sane in princi pio medio ue itinere: durum hoc nobis precep tum esset. Hũc autem postq̃ ita uidetur: longi orem prius uiam ingrediamur. Nam cum re centes simus iter longum leuius peragemus: Distinctionem itaq; hanc uide: so: Dic modo: ho: Que gradiuntur et mansuescunt et congre gantur: in partes duas secundum naturam di uiduntur: so: Quas in partes? ho. Partim cor nibus munita sunt: partim carent: so: Appa ret: ho: Curam gradientium diuidens / utriusq; partis conditionem sermone describe. Nam si nominare ipsas uolueris / rem nimis circum plicabis: so: Quemadmodum ergo dicendum censes? ho: Ita cum gradientiũ cura bifariam distincta sit / pars una in cornifera gregis par te locata est / altera in mutilata parte relicta: so Sic penitus de his dictum est: nam ad suffici entiam ostensa sunt: ho: Constat utiq; regem gregis cuiusdam cornibus mutilati pastorem esse. so: constat sane: ho: Hanc itaq; discerpen tes quod mouetur exhibere illi conemur: so: Omnino: ho: Utrum placet ipsam in partem iunctis unguibus: et partem unguibus scissis diuidere? an potius in generationem propriã et communem? Intelligis? so: Quid? ho: q̃ e quorum et asinorum species inter se promiscue generat: so: Nempe: ho: Reliqua uero dome stica et socialibus generis animalia sine aliena commixtione propria tantum ex specie procre ant: so: Perspicuum cuiq;: ho: Ciuilis itaq; di sciplina numquid promiscue generationis ani malia: an simplicis curat? so: Immixte ac sim plicis proculdubio: ho: Hanc utiq; animanti um naturam / quemadmodum in superioribus hucusq; seruauimus / gemina per membra seca re debemus: so: Decet: ho. Enim uero animan tes ferme omnes domesticas conciliabilis q; nature quas cicures nominant / generibus duobus exceptis iam discreuimus. Genus porro nostrum inter gregabilia pecora nume rare non decet: so: Non certe / sed quo pacto? ho: Hoc imq̃ in duo distinguendum / quemad modum te ac theetetum discernere decet / quã do quidem in geometria uersati estis. Diame tro scilicet et diametri rursus diametro: so: Qui istuc ais? ho: Numquid aliter generis hu mani conditio ad progressum natura instituta est q̃ diameter potentia bipes: so: Haud aliter ho: Reliqui sane conditio generis rursus secũ dum potentiam nostre potentie est diameter: quippe cum bis duobus sit pedibus constituta so: Nihil obstat quo minus sit huiusmodi. Ac pene iam quod ostendere uis / intelligo: ho:

Cernimus quid insuper risu dignū o socrates nobis in superiori diuisione contigerit? so: Quid nam? ho: Genus hominum una commixtum concurrensq; cum genere generosissimo omnium atq; facilimo: so: Cerno et quidem clare quod sequitur: ho: An non conueniens est: que tardissima sunt/nouissima peruenire? so: Consentaneum: ho: Istud autem nequaq̃ aduertimus ꝙ adhuc ridiculosior rex apparet una cum grege discurrens/cursumq; cum illo peragens: qui optime hominum omnium est ad uite facilitatem exercitatus. so: Omnino quidem: ho: Nunc illud liquido patet o socrates quod in sophiste inquisitione est dictum: so: Quid istud? ho: ꝙ huiuscemodi processu sermonum de puriori magisq̃ impuriori curauit nihil/breuioremq; ante longiorem minime spreuit: Semper autem per illum quod est uerissimum transigit: so/Uidetur: ho: Post hoc ne me preuenias/de uia ad regis terminuz breuiori percontans/ego prior ingredior: so: Omnino: ho: Dico igitur oportuisse supra gressibile animal in bipes et quadrupes distribuere: Cum uero homo tunc cum solo uolatili restaret comprehensus/rursus genus ipsum bipes in nudum animal pennigerum ue diuidere: hac deinde distinctione subiuncta: arteq; hominum nutrice et conseruatrice monstrata/ciuilem iam et regium uirum ipsi instar aurige preficere: eiq; ciuitatis habenas gubernaculaq; tribuere: quasi scientia hec illius sit propria: so: Optime quidem: et tamq̃ debitum sermonem mihi reddidisti: digressione ipsa fenoris loco proposita: ac penitus adimpleta: ho: Age itaq; a principio ad finez sermonē de ciuilis artis nomine colligamus: so: Prorsus: ho: Scientie illius que in contemplando uersatur pars una erat imperandi peritia: huius pars facultas illa que per se suaq; imperat. Cuius membruz haud sane exiguum animaliuz enutritio: huius item gregis alimonia. Quaz animaliuz gradientium alimonia diuidit. Ab ea species illa selecta est: que animalia cornibus carentia pascit. Eius preterea partem nequaq̃ minorem triplicez complicare necesse est: siquis uno nomine comprehendere eam uelit scientiam appellans generationis circa mixtam pastoris custodiam. Cuius portio in grege bipedi homines dumtaxat pascens illa ipsa quam querimus imperatoria facultas est/quam regiaz et ciuilē pariter nominamus: so: Prorsus: ho: Num quid reuera ut ais o socrates a nobis actum est? so: Quo de re? ho: Utrum quod proposuimus/sufficienter sit absolutum? An in questione hoc maxime pretermissum: ꝙ descripsimus quodammodo/non dum tamen penitus definiuimus? so: Quamobrez istud ais? ho: Conabor quod sentio planius explicare: so: Dic iaz: ho: Cum multas pastoruz facultates esse constiterit/una quedam illarum uniusq; custodia gregis/ciuilis ipā disciplina uisa est: so: Profecto: ho. Hanc neq; equorum neq; aliorum etiam brutorum/sed hominum tantuz communē esse nutritionez ostendimus: so: Id quoq;: ho: Pastoruz itaq; omniuz et reguz differentiaz propriaz uideamus/so: quaz? ho: Siquis forte ex aliis alterius artis nomen habens/communez gregis nutritionem sibi uendicet/quid dicendum? so: qua ratione inquis? ho: Perinde imq̃ ac si mercatores/agricultores et coqui gymnastici insuper ac medici aduersus pastores quos politicos apellauimus. surgerent/asfererentq; se esse pastores hominuz/quippe cuz ipsi uictum non plebi solum uerum etiam regibus magistratibusq; suppeditent: so: an nō uera dicerē: ho: forte. et hoc utiq; consyderemus illud autem scimus. ꝙ cuz bubulco de his nemo certaret: sed ipse sine controuersia armenti pastor est/qui boues curat: Ipse medicus: ipse coniugioruz auctor: partusq; cuiuslibet adiutor et educator: Preterea nemo melius iocis et musica armentuz/quantuz natura horum capax est oblectat. trahit. et mulcet organis atq; ore gregis sui musicaz tractans: Eademq; est de ceteris pastoribus ratio. Non ne? so: Maxime: ho: quo pacto igitur sermo ille de rege rectus integerq; uidetur/quando pastorem illuz et nutritorez humani gregis ponimus: solum ipsum ab aliis secernentes/cū alii multi de hoc ipso cōtendāt? so: nullo mō: ho: an nō merito paulo ante dubitauimus quando suspicati sumus ne figuram quandam regis dumtaxat induceremus Non dum tamen ciuilem ipsum perfecte definiremus nisi prius illos qui cum eo sese implicant/et pastores esse ut ille profitentur/comprehendamus: et ab illis regem secernentes/purum illum penitus ostendamus: so: Recte nimium: ho: hoc igitur nobis o socrates agendum est: nisi uelimus in fine sermonis infamiā reportare: so: ab hoc prorsus est declinandum ho: rursus ab alio principio alia quadam uia procedendum est: so: Qua? ho: iocum quendā interserere his oportet: magnaq; pte prolixe fabule uti: et quod restat ut supra fecimus exsequi: partem semper partis subdiuidendo: atq; ita ad summum quod est quesitum deducere: so: oportet sane: ho: Sed iā fabule mee ut pueri solent/arrectis auribus adsta. neq;. n. a puerilibus annis procul abes: so: Dic amabo: ho: Erat olim et adhuc erit multa uetustarū rerum memoria: Et inter cetera memorabile monstrum: quod circa atrei thyestiq; litē refertur. Audisti namq; ac meministi quod tunc accidisse tradunt: so: numqd auree agne ostentū dicis: ho: nequaq̃: sed de ortus solis occasusq; et aliarum stellaz mutatione: Unde. n. nūc exoriuntur/tunc occidebāt: et contra exoriebātur. Tunc uero deus testimonium prebens atreo in hāc celum figurā mutauit: so: fertur et hoc: ho: Quin etiam e multis saturni regnum audiuimus: so: ex plurimis certe: ho: Quid uero? non ne priscos illos ex terra procreari/non ex se inuicem nasci? so: hoc quoq; in antiqs rebus cōmemoratur: ho: cuncta hec ab eadē passione proficiscunt: et alia preter hec per multa his longe mirabiliora. Uerum longitudine tēporis/partim memoria deleta sunt: parti absq; ordinis serie sparsim circumferunt: passionem uero illam que hoz oīum causa est nemo utiq; dixit: Nunc aūt dicenda est: Nam ad regis ostensionē cōferet: so: preclare loqueris. Referas ergo neq; aliquid pretermittas: ho: Audi iam Uniuersuz hoc alias deus ipē regit. agitat. atq; rotat. alias uero dimittit/cuz mundi circuitus competētia sibi curricula temporis expleuerūt Tunc sane mundus ultro ac libero motu contra reflectitur. Nam et uiuit et sapientiā ab eo qui ab initio construxit illum/est sortitus. Circuitus aūt necessario ipī hanc ob cām innatus est: so: quam ob causam inquis? ho: idem esse semp et secundum eadem et eodez se modo habere/solis omnium diuinissimis cōuenit. Corporis autem natura huius ordinis non est cōpos. Ceterum id omne quod celum mundumq; uocauimus: multa quidem et felicia munera a genitore suscepit. Corporis tamen particeps: Quo circa expers omnino mutationis cuiuslibet esse non potuit: Attamen quoad fieri potest/in eodem et secundum eadem et uno motu mouetur. Quapropter circuitum est adeptum/in quo minima agitationis sue fit permutatio. Se ipsūm autem conuertere semp ferme nihil potest: preter animam id quod rursus agitatis omnibus prestat. Mouere autem id alias aliter rursusq; contrario modo nefas est: Ex his omnibus dicendum est/mundum neq; se ipsum conuertere semper: neq; totum semper gemino contrarioq; circuitu ab ipso deo reflecti: Neq; rursus duos deos contrariis sententiis ipsum uertere. Solum uero quod nuper diximus/restat: alias ab alia quadam diuina causa duci/uitamq; rursus extrinsecus uenientem et immortalitatem ab opifice suo preparatam suscipere. Alias autem quando dimissus recurrit/Per se ipsum currere tali pro tempore missum adeo ut retrogradus multa reuolutionum milia peragat: quia et maximus est et undiq; penitus equilibris et minimo quodam cardine reuolutus: so: Uerisimilia ualde ista uidentur: ho: Ex his que dicta sunt/raciocinantes passionem illam consyderemus: quam omnium esse diximus mirabilium causam: Est autem huiusmodi quedam: so: Qualis? ho: ꝙ totius mundi machina tum ita ut nunc/tum contra reuoluitur. so: Quo pacto? ho: Mutationem hanc existimare oportet omnium celestium alternationum maximam/extremamq; esse: so: Uidetur: ho: Quamobrem consentaneum est tunc maximas circa nos intra mundum uiuentes mutationes

fieri: so: Uerisimile id quoqꝫ ho: neqꝫ uero nos
latet ꝙ egre et difficile tolleret animantium na
tura magnas multas et omnigenas mutatiões
so: constat: ho: Ergo animalia multa tunc inte
reunt/hominesqꝫ supersunt per pauci: hi uero
multis nouisqꝫ et mirabilibus passionibus tūc
afficiuntur: Id aūt contingit oīum maximuz:
Sequiturqꝫ continuo reuolutionem illā qua
celū contra quā nūc reflectitur: so: quid naz?
Principio in quacumqꝫ etate quod uis anīal
est constitutum/in eadem progredi cessat: neqꝫ
fit senius ultra mortalium aliquod. sed in figu
ram trāsit contrariā: iunioremqꝫ et molliorez ha
bitum induit. seniorqꝫ cani capilli nigrescunt:
Et quibus gene barbate prius erāt/ iā barba
deposita in priorem spēm restituunt. pubescen
tium quoqꝫ corpora pilis positis mollescunt/
sensimqꝫ singulis diebus et noctibus decrescē
tia in puelli naturā redeunt: atqꝫ in his tā aīe
ꝙ corpora habitum subeunt puerorum. Demū
tabescentia deficiunt et intereunt. Cadauera
preterea illorum qui celestis mutatōe uertigis
subito corruerunt: idez patiunt et simili retro
gressione clam ac breui putrescunt: so: que tūc
erat hospes animalium generatio? quo ue mo
do ex se inuicem generabātur? ho: constat o so
crates illis temporibus inuicem genus suū nō
propagasse. Quod aūt dicitur quādoqꝫ genus
ortuz ex terra fuisse/hoc ea tempestate fuit rur
sus ex terra conuersum: Tradiderunt hec no
bis primi ipsi nostri progenitores: qui statim
post primā reuolutionem orti sunt: hi sane hoꝝ
testes sermonum preconesqꝫ fuerūt: qui minie
uulgo creduntur: cum tamen credendi sint.
Quod uero hinc sequitur/animaduertēdū ar
bitror. Huic enim quod dicitur/senes in natu
ram regredi pueroꝝ/cōsonuz est ex mortuis ter
raqꝫ recōditis iterum ibi restitutos reuiuiscen
tesqꝫ sequi uertiginem: generatione in contra
rium reuoluta. Ac terrigenas hac ratōe neces
sario renascētes: sic nomine et sermone uocari
quotcumqꝫ deus ipōrum in aliam sortē nō trās
tulit uel exornauit: so: Hoc profecto e superio
ribus sequitur. Uerum uita quā sub saturni
regno esse dicis/utrum sub illis celi cōuersioni
bus/an sub his extitit? Mutationem quippe

solis reliquarumqꝫ stellarum in utrisqꝫ uolutio
nibus contingere certum est: ho: Optime ser
monem secutus es. Quod aūt q̄rebas/ sponte
omnia hominibus nasci/presenti cōuersioni mi
nime competit: sed superiori potius cōpetebat
Tunc sane totius circuitus prīceps curatorqꝫ
primum deus extitit: ut nunc per uarias mun
di plagas singule ipīus ptes a diis prīcipibus
distribute sunt: Animalium quoqꝫ genera gre
gatim distincta demones tamꝙ diuini pastores
sortiti sunt: quorum unusquisqꝫ sufficiens erat
ad omnia prebēda singulis: quibus preerat ip
se. Quāobrem nihil erat agreste: omnisqꝫ rapa
citas et uorago procul aberat: aberat bellū pe
nitus atqꝫ seditio. Cetera insuper q̄ conditio
nem illoꝝ temporum sequebātur/īnumerabili
a sunt. quod uero deuictus facilitate et liberta
te uite fertur/ob id est dictum/ꝙ deus eos pa
scebat: ipē illorum pastor et custos/ queādmo
dum homines nūc/quoꝝ natura diuinior/bru
torum pastores sunt. Deo itaqꝫ custodiēte ciui
tatum constitutōes nulle erāt neqꝫ marium fe
minarumqꝫ ad filios procreādos cōiugia. Oēs
enim ex terra reuiuiscebāt: rerum preteritaruz
immemores. Aberāt aūt eiuscemodi omnia.
Fructus uero illis et poma et fruges abūde ar
bores et fertile solum spōte sua absqꝫ agricul
ture opera suggerebāt. Nudi quin ēt et expe
diti et errabūdi ut plurimū pascebant. Naz tē
peries illis innoxia mollia quoqꝫ passim parata
cubilia ꝙ plurimis ex terra herbis repululāti
bus. Uitam o socrates hoīum sub saturno
uiuentiū audis: hanc uero quam iouis esse tra
dūt presens ipē nouisti: utra uero sit felicior/
iudicare ne uis ac potes? so: minime omnium:
ho: Uis ne igitur ego quodāmodo tibi diiudi
cem? so: et maxime quidez: ho/ si saturni quon
dam alumni in tāto ocio et libertate uite poten
tiaqꝫ non solum inter se: sed ēt cum bestiis col
loquēdi hisce omnibus ad philosophiaz utebā
tur inter se et cum bestiis uiuētes/sciscitātesqꝫ
ab omni natura quecumqꝫ propriam sentiendi
uim aliquam differētem ab aliis habet ad pru
dentiā acquirendā/facile iudicari potest/ illos
longo quodā internallo nos ad beate uiuendū
ex superasse. Sin aūt epulis affatim et poculis

saturni inter se et cum bestiis tales fabulas con
ferebāt/quales de illis nunc referunt/hoc q̄z
ita ut mea fert opinio facile admoduz iudicare
tur. Sed hec obmictamus donec aliqs horuz
idoneus appareat nūctius/qui nobis referat u
trum homines illi sciētiis et confabulatiōibus
operam dederint. cuius aūt gratia fabulā hāc
ingressi sumus/id iam dicendum ut sequentia
cum antecedētibus coniungamus. Cum omni
um illorum tempus esset expletuz/mutationēqꝫ
circuitus fore iam oporteret/terreno genere oī
consumpto: quippe cuz quelibet anima genera
tiones omnes implesset/quotqꝫ mādata erant
cuiqꝫ totidē una queqꝫ in terrā semina proiie
cisset: tūc uniuersi gubernator deus q̄si guber
naculoꝝ dimissis habenis in sui ipīus redit cir
cumspectum. Mūdum uero deinceps fatuz re
uoluit iterum et innata cupiditas. Omnes quī
etiam dii summi demonis collegę singulis pre
positi regionibus/quod contigerat aduertētes
mundi partes destituerunt. Mūdus deīn con
traria principii finisqꝫ sese agitatōe reflectēs ter
remotu ingēti interiora cōcutiēs animalia rur
sus cuiusqꝫ generis ut plurimum pdidit: At ue
ro certis temporum exactis curriculis/concus
sio pturbatioqꝫ cessauit: et mūdus a turbulēto
fragore desistēs olita sui ipīus progressiōe cu
currit: et in ordine debito cōstitutus auctorita
tem administrationēqꝫ et sui ipīus et eoꝝ que
in se sunt/suscepit. auctoris patrisqꝫ sui guber
nationem p uiribus memorit imitatus: Prin
cipio igit pfectius executus est: sed ab ea demū
imitatione longius degenerauit. Cuius quidē
defectus cā est natura corporea prisce nature
fomes. Nam quondam ualde deforme erat et
ordinis expers/anteꝙ presenti ornatu decora
retur. Ab eo sane qui ipūm cōstruxit/bona oīa
possidet: a priori aūt deformitate/ incommoda
et iniusta omnia q̄ intra celum nascūtur et mū
dus ipē substinet et uiuētibus inserit. Dū igit
animalia sua una cum gubernatore nutrit/ ma
la quidē parua/bona uero ingentia parit: cū au
tem seiūgitur in primo discessus tpōre per pul
chre omnia ducit. Ver pcedēte tempore obli
uione iam occupatur: quapp prioris deformita
tis passio uehemētius dominatur. Demum lon

go ex acto tempore deflorescit. Ac bona exigu
a pcreans/maloꝝ ū naturā his plīmā miscens
piculum subit ne et ipē et que in se sunt omnia
dissoluātur: Quāobrem deus ille quondaz hu
ius ordinis auctor/cernēs mundum tāto ī di
scrimine positum miseretur. Ac ne tumultu
a deo turbulento fluctuet dissoluaturqꝫ et ī lo
cum dissimilitudinis infinitum mergat/iteruz
adstat et presidet/ resumptisqꝫ habenis ptinus
gubernaculis/egrotātia omnia dissolutaqꝫ anti
qua sui agitatōe conuertit: ornat: et corrigit:
mortisqꝫ seruat illum et senectutis ignarum.
Hic ergo cunctoꝝ dictus ē finis. Sufficit aūt
hoc ad regis ipīus ostensionem si modo supra
dicta teneant. Conuerso iteꝝ mūdo ad presen
tis geniture progressum/etas rursus ultra pro
gredi destitit: et noua his cōtraria q̄ erāt tunc
reddidit. Animalia porro morti ob ipāz tenui
tatem prima aucta sunt. Que uero nup ex ter
ra cana surrexerant/iteꝝ in terram morientia
reciderunt. Cetera item omnia trāsmutata sunt
mūdi totius sequētia passionem. Generatōis
quippe et conceptōis et alimenti imitatio cunc
ta necessario secuta est. Neqꝫ enim dabat am
plius in terra p cās alias componentes/ anīal
fieri: Nam queādmodum institutuz fuit ut mū
dus motionis sue dominus esset/ita similiqua
dam ductōe factum/ut partes mundi p se ipās
quoad fieri potest/generēt et nascant et nutri
ant. Iam uero ad id puenīus/ad quod nostra
omnis respexit oratio: De reliquis enim animā
tibus multa et magna referri possent. ex qbus
queqꝫ et quas ob cās transmutata fuerunt.
Que uero circa homines contigerunt/ breuio
ra sunt et magis ad rem attinent. Cum hoies
pastoris presidisqꝫ ipōꝝ demonis essent puidē
tia destituti: et animalia multa que suapte natu
ra īmania fuerāt/efferata iterum essent/īermes
ipi imbecillesqꝫ et custodia derelicti/ab illis pas
sim dilaniabant. Accedebat inertia et impitia
superioꝝ temporuz. laboꝝ enim curaꝝqꝫ nescii
uixerant: Tellus haud ultra uictum spōte sup
peditabat: comparandi uero industria non duz
inuenta. quia nulla necessitas illos ante coege
rat. his de causis in summum discrimen atqꝫ
penuriam illoꝝ redacte res erant. Quapꝑter

munera illa que olim a diis tributa hominibus
memorantur/necessaria quadam disciplina eru
ditioneq; tributa fuerunt. A prometheo qui
dem ignis: Artes aũt a uulcano illiusq; cõsor
te. Semina quoq; et terre cultus ab aliis: om
nia summatim uite hominũ adminicula tunc
deorum opera sunt comparata: cum homines
deorum prouidentia deseruisset: oporteretq; ip
sosmet ꝓpagationis et alimonie sue curam ha
bere: mundi totius instar: quem imitantes om
ne per tempus sequẽtesq; alias aliter nascim
atq; degimus: Sed fabula iam finem habeat
Ea uero conducet nobis ad dinoscendum quã
tum supra in regis ciuilisq; definitione erraui
mus: so: Qua in re et quãtum errasse nos di
cis? ho: partim minus partim generosius ma
gisq; et plus ꝙ̃ tunc erratuz: so: Quo pacto?
ho: ꝙ enim dũ q̃reretur rex ciuilisq; uir ex pre
senti circuitu generatõeq; /pastorẽ ex cõtraria
conuersione adduximus: et pro mortali gregis
humane pastore deum commemorauimus/lon
gius trãsgressi sumus: ꝙ uero ciuitatis uniuer
se prĩcipem illum ostẽdimus: quo autem mo
do princeps esset non declarauimus: Uerum
quidem diximus non tamen ad integrum per
spicueq; descripsimus. Quo circa minus ĩ hoc
ꝙ̃ in illo deliquisse uidemur: so: Uera loq̃ris:
ho: Existimare ergo debemus tunc demũ nos
ciuilem uirum satis exposuisse/cum gubernan
de ciuitatis modum ad sufficientiã discreueri
mus: so: preclare: ho: Ob hanc utiq; causam /
eam fabulam inceptauimus ut de gregis nutri
tione certi aliquid ostenderemus / non solum
ostenderetur quod omnes aduersus regem
communem gregis nutritionem sibi uendi
cant: uerum illum clarius intueremur quem
solum sic apellare decet/cum instar ouium bo
umq; pastorum humani gregis pascendi curaz
habeat: so: Recte: ho: Reor equidem socrates
pastoris diuini figuram rege prestãtiorem eẽ:
Ciuiles autem hos uiros subiectis similes eẽ
magis/secundum naturas educationesq; et di
sciplinas: so: Omnino quidem: ho: neq; uero
ꝑscrutãdum est utrum magis minus ue fuerĩt
uel utrum ita sint an aliter nati: so: Cur enim?
ho: sic porro iterum resummamus. Artez sua

et se precipientem: circa animalia non priuatiz
sed publice prouidentem/supra statim gregis
nutritionem uocauimus. Recordaris? so: Re
cordor: ho: In hoc ab errauimus. Nam ciuilẽ
uirum neq; comprehẽdimus adhuc neq; deno
minauimus: sed nos eius denominatio fugit:
so: Quo pacto? ho: Greges singulos pascere
aliis omnibus pastoribus conuenit. Ciuili au
tem uiro competens nomen nõ dedimus: Cũ
deceret commune cunctis aliquid adhiberi: so
Uera narras/si modo licebat: ho: Immo uero
licebat/curationez cõmuniter attribuere/absq;
nutritionis aut alterius negocii distinctione: et
aliam quãdam apellationem inferre cõmunem
siue gregis ductionem siue curationem siue di
ligentiã apellãtes. Atq; ita ciuilem cum aliis u
na complecti postꝙ̃ sic oportere ratio significa
uerat: so: optime: Uez quo nam pacto postea
distinguẽdum erat? ho. Quẽadmodum gregis
nutritionem diuisimus secundum gressibilium
et uolatilium spẽs /ĩmistorũq; et mutilatorum
ita gregis ductionem: et secundum eadem par
tiri licebat: atq; ita regnum saturni ac presens
fuisset sermone comprehensum: so: Uidetur:
Sed quid tum? ho: si ita impositum facultati
illi nomen fuisset ut gregis ductionem uocauis
semus eam quam gregis nutritionem uocaui
mus/constat ꝙ nemo aduersum nos contẽdis
set quasi curatio omnino non esset: quẽadmo
dum tunc merito est decertatum / ꝙ ars in no
bis nulla sit nutritiua apellatione digna: Et si
aliqua sit / multis aliis prius magisq; ꝙ̃ regie
nomen id competat. so: Recte: ho: Nulla ue
ro ars alia de hoc contendit/quasi sit totius hu
mane cõmunionis curatio maior mitiorq;ꝙ̃ re
gia: so: Recte loqueris: ho: Post hec numq̇d
aduertimus socrates ꝙ̃ grauiter circa finez de
liquimus? so: ubi delictum dicis? ho. In hoc
imꝙ̃: ꝙ et si artem quãpiam bipedis gregis nu
tricem esse putauimus/non tamen illico regiã
illam atq; ciuilem tamꝙ̃ absolutam apellare
debuimus. so: Cur non? ho: primo quidem o
portebit quod dicebamus nomen ad curã ma
gis ꝙ̃ ad nutritionem accomodãtes postea di
uidenda cura fuit. Nam diuisiones insuper
non paruas suscipit: so: Quas? ho: in diuinuz

pastorem et humanum curatorẽ: so: scite: ho:
curationem itẽ humanã in duo: so: que? ho: in
eam que inuitis et eam que uolentibus im
perat: so: quid ergo? ho: in hoc sane peccãtes
ineptius ꝙ̃ decebat regem tyrannumq; in idez
conduximus: cum et ipi inter se dissimilimi sint
et gubernãdi his modi longe diuersi: so: uera
refers: ho: Nunc igitur iterum emendãtes ut
supra dicebam humanam curationem bifariã
partiamur inuiolentã et uoluntariã: so: Absq;
dubio: ho: uiolentã quidem tyrãnicam: uolun
tariam aũt uolẽtiumq; bipedum gregis ductio
nem ciuilem artem denominemus: atq; euz q
facultate hac est preditus/uirum reuera ciuilẽ
regemq; dicamus: so: Uidẽtur iam hospes ci
uilium demostrationes nobis ita demum peni
tus absolute: ho: bene nobiscũ esset o socrates
actum. Oportet aũt non tibi solũ id sed mihi
quoq; tecum una uideri: et nunc q̇dez rex mi
hi non dum ꝑfectã uidetur hẽre figuram: sed
quemadmoduz statuarii interduz importunius
festinãtes/plura et maiora ꝙ̃ oporteat singula
opera interponẽdo serius inde ꝑficiunt: sic et
nos ut ꝙ̃ primum atq; isuper magnifice prio
ris processus errata circa regem ostenderem /
putãtes magna illius exempla ponẽda ingẽtem
fabule molez exaggerauimus: maioriq;ꝙ̃ opor
tebat illius parte uti coacti sumus. Quaprop
ter proliriorem ostensionem induximus: et fa
bule finem haud penitus imposuimus. sed re
uera sermo nobis tamꝙ̃ animal exteriorem q
dem circunferẽtiam sufficiẽtem hẽre uidetur:
pigmẽtorum uero colorumq; cõmixtione ꝑspi
cua nõ dum decorari. picture aũt et uniuerse
manuum facultatis dictõe atq; sermone omne
animal demonstrare magis conuenit illis q as
sequi possunt: aliis autem per manuum mini
steria: so: de hoc quidem satis. Quaz uero ob
causam non dum sufficiẽter dictum esse ais/ o
stende: ho: arduum est o beate absq; exemplis
res magnas sufficiẽter ostendere: Uidetur. n.
unusquisq; nostrum tamꝙ̃ per somnium nos
se omnia: reuera aũt oĩa iterum ignorare: so:
Quo pacto: ho: absurde admodum o socrates
affectum et condictionem anime circa sciaz su
pra mouimus. Nempe in magnis arduisq; ice

pimus: quod in minimis et facilibus erat p or
dinem incohãdum: so: quorsum hec? ho: exem
plo rursus exemplum o felix ĩdiget: so: qua ra
tione? Dicas nihil mei cã ueritus: ho: dicendũ
postꝙ̃ ipẽ es audire paratus: aduertimus q̇d
agãt pueri: cuz primũ litteras discunt: so: quid
nam? ho: ꝙ elementa q̃libet in breuissimis fa
cilimisq; syllabis sufficienter ꝑsentiunt: ueraq;
de illis eloqui possunt: so: quid ni: ho: eadem
hec in aliis ambigẽtes opinione sermoneq; fal
luntur: so: prorsus: ho: an non ita facilime at
q; optime ad ignota perduci possunt? so: quo
pacto? ho: reducere illos primum ad ea opor
tet: in quibus hec eadem recte opinati fuerãt /
eisq; offerre que non dum noscunt: et ea inuicẽ
comparãdo/ostendere eamdem similitudinem
atq; naturã in utrisq; complexionibus esse:
donec cũ ignotis oĩbus que uera opinione cõ
cepta sunt/cõparata monstrentur. demõstrata
uero et illorũ exẽpla fcã demũ efficiãt ut ex oĩ
bus cuiuslibet syllabe elementis/id quod alte
rũ est/ab aliis alterum nuncupẽt/Quod uero
idẽ est/idem sp secundum eadem secũ ipõ: so:
sic oĩo: ho: Non ne satis hoc cõprehendimus
ꝙ uidelicet tunc exẽpli generatio est: cũ quod
idem est in alterutro seiuncto recta opinione
conceptum et utriq; accomodatum unam ãbo
rum cõmuniter opinionẽ parit. so: Videtur ho
Quid mirum? si idẽ natura patiẽs aĩa nostra
circa rerum omniuz elementa/alias ueritate ip
sa circa unuz quodq; in quibusdã constituit:
alias aũt circa omnia rursus in aliis fertur: et
ipã in quibusdam copulatõibus recte quodã
modo opinatur: trãslata uero in magnas ac dif
ficiles rerum syllabas: hec eadẽ rursus igno
rat: nihil utiq; miruz uideri debet: Nã qua ra
tione qs o amice posset ab opinione falsa incipi
ens/ad aliquã ueritatis uel minimã partem ꝑ
ueniendo sapiẽtiã adipisci? so: nulla ferme: ho
Si hec ita natura se hẽnt / nequaꝙ̃ ego ac tu
ab erraremus/si primo totius exempli naturaz
uidere anniteremur/in paruo quodã alio secũ
dum partẽ exẽplo. Deinde ad maximũ accessuri
regis exemplũ eandẽ spẽz alicunde a minorib
deferentes: per exẽplũ iterũ conaremur rerum
ciuiliũ curationẽ arte dinoscere: ut ipã pro sos

nio ueritas habeatur: so: recte admodum: ho:
Rursus superior oratio repetenda qua infere
batur: postq̄ pmulti cum regio genere de ciui
tatis gubernatione contendunt: sibiq̄ illā usur
pant: oportere eos omnes ab illo seiungere /
ipūmq̄ solum relinquere: atq̄ ad hoc exemplo
quodaz opus esse diximus: so: ualde: ho: quod
nam potissimum exemplum exiguum quidez et
candem ciuilem continēs facultatem adducēs
aliquis sufficienter quod inuestigatur ueniet?
Uis ne p iouem o socrates nisi quid aliud im
promptu habemus / texendi artē eligamus? nō
uniuersam quidem: sufficiet enim ut arbitror /
lanificium. Forte nāq̄ pars hec electa quod
cupimus indicabit: so: quid ni? ho: cur non ut
superius unumquodq̄ in partium partes diui
debamus / ita modo circa texendi artem fecim̄
et q̄ breuissime poteramus omnia trāsigentes
quod ad propositum conducit elegimus? so:
Quomō inqs? ho: efficiā ut discursus sermo
nis ipse tibi respondeat: so: preclare loqueris.
ho: Eorum que facimus et possidemus / q̄daz
grā aliquid agēdi parātur / quedā aduersus pas
siones sunt propugnacula. propugnaculoꝝ aūt
alia remedia sunt tam diuina q̄ humana. Alia
uero obstacula. Obstaculorum / alia militaris
armatura / alia circumuallatio. Circumualla
tionum uero alia uelamia / alia aduersus estum
frigusq̄ munitōes. Munitiorum alia tegmēta
et retinacula / alia operimenta: Operimentoꝝ
quedam suffulciunt / quedā circumābiunt: Eo
rumq̄ circumābiūt alia simplicia / alia uero du
plicia: atq̄ composita. Compositorum alia per
forata / alia sine perforatione connexa: horuz ue
ro quedā neruea sunt ex his que terra nascunt̄
quedā pilea / pilea uero partim aqua et terra cō
glutinata / ptim sibimet inuicem sunt connexa:
his profecto repugnaculis fulcimentisq̄ q̄ ex
eisdem colligatis confecta sunt / nomen uestes
īposuius: Artē uero que maxime circa uestes
Et medico quoq; similia adeo ut tunc improuidi fuisse uideantur: posset enim bonus aliquis malus fieri: quod alius poeta testatur dicens Uir bonus / alias prauus alias bonus est: Ut aũt malus efficiatur malus fieri non potest. Esse. n. semp necesse est. Vt aũt malus efficiatur malus fieri non potest. Esse. n. sp necesse est: Quãobrem quotiens casus inopinatus / prouidum hominem sapientemq; et bonũ inadit malus efficit. tu uero dicis o pictace difficile esse bonum manere: Res aũt ita se hẽt ut fieri bonum possibile sit difficile tamen / perdurare autem bonum penitus impossibile. Quilibet. n. bene agens / bonus / male / contra / malus. Que nam circa litteras bona est actio? que ue actio uirum ad illas bonum efficit? Constat ꝙ harũ pceptio: Que itez actio bona bonum efficit medicum? Morborũ uidelicet curãdorum pitia: Qui bene curat bonus medicus / qui male cõtra malus. quis ergo malus medicus non nunq̃ efficitur? Ille certe / cui primo hoc inest ut medicus sit / deide ut bonus medicus: Hic. n. malꝰ quãdoq; medicus effici potest: Nos autez medicine artis ignari numq̃ male agendo aut medici aut fabri efficeremur / aut aliud tale: Quisq; aũt non fit medicus male operatus: neq; ẽt malus medicus: Ita et bonus uir fieri potest aliquãdo malus uel ꝓ tempus: uel laborem: uel morbuz: uel alium casuz: Hec porro sola est actio praua / priuari sciã: Malus aũt uir / numq̃ malus fieret: est enim sp: Ac si malus fieri debet: oportet ut ante bonus efficiat: Ad hoc itaq; carmina illa tendunt / ut affirmetur impossibile esse uirum semper bonum perseuerare: fieri aũt bonum / eundẽq; rursus et malum possibile: Plurimuz aũt optimos esse illos quos dii diligunt: Hec itaq; oĩa aduersus pictacum sunt illata: quod et sequentia clarius patefaciunt: hac de cã inquit numq̃ ego quod fieri neqt requirens frustra spero perpetuo sine reprehẽsione uicturũ hominem aliquẽ ex his q fructibus terre uescunt: Deinde nobis queꝰ cõpta mihi sunt / predico: et cetera que secuntur: Ita passim in pictaci uerba uehementer iuehitur: Unumquemq; uero laudo / amoq; libens / qui turpe nihil patrat. Necessitati aũt neq; dii ipi repugnãt: Id aũt est ad hoc idem dictum: Neq; enim usq; adeo rerum inscius erat simonides / ut illum laudare se diceret: qui turpe nihil sponte cõmittit: quasi sint aliq qui sponte male agant. Arbitror equidem sapiẽtem nullum putare / esse hominem aliquẽ qui ultro aberret / malaq; et turpia sponte cõmittat. Sciunt eteñ sapientes oẽs q mala turpiaq; cõmittunt: preter uoluntatem peccare. Atqui et simonides nequaq̃ laudare se dicit illum / qui non spõte scelera patrat: Immo de se ipõ id quod sponte dicitur / predicat: putabat enim preclarũ bonũq; uirum sepe se ipũm impulsuruz: ut amicus laudatorq; alicuius efficiatur: amareq; et laudare pgat: Ut puta si illi morosi et iniq parentes cõtingant: aut patria / aut tale aliquid: Improbos quidem censuit homines / libenter in parentum patrieq; errata inuehi solere et passim illa omnibus diuulgare ut nemo illos ꝙ parentes et patria negligãt: corripere audeat: Quare et uituperare parentes patriamq; et ultra necessitatem uoluntariis quoq; odiis et inimicitiis agitare. probos aũt uiros occultare potius et ad laudãdum se ipõs cogere: Et siqua in re iure parentibus et patrie indignãtur / consolari se ipõs / seq; suis conciliare: ut etsi non libenti aĩo / laudent tamen et diligant: Sepe etiam simonidem ipũz arbitror non ex animi sui sententia / sed inuitũ ad tyrannum quendam aut alium talem laudãdum et extollendum se contulisse: Hec igit ad pictacum refert: Ego quidem o pictace non te ob id carpo ꝙ sim natura detractor: quando quidem mihi satisfacit et ille q non est malus / nimium ue ignauus: Sciens quidem iuuabit ciuitatem iustam uir sanus: Neq; tamen ipẽ derogabo: neq; enim derogandi sum studiosus. Stultoꝝ namq; est infinita progenies: Quapp siqs eos uituperare pgat defatigabit: Omnia porro honesta / quibus turpia non miscentur: haud hoc dicit peride ac si diceret omnia alba qbus nigra nulla miscentur: Ridiculuz nempe id esset: Sed quasi dicat media se accepturum neq; illa uitupaturum: Non quero inqt hoiem inreprehensibilem penitus inter eos quicumq; passim fructibus terre uescunt: deinde uobis quod mihi comptum est / nuntio. ꝙ uidelicet

huius causa neminem laudaturus sum. Ueruz mihi sufficit ille / qui medium tenet: neq; turpe quid agit: Quoniam ego omnes sic diligo atq; laudo: hic utiq; mitylenaeorum lingua est usus tamq̃ aduersus pictacum sic dicens: Omnem aũt laudo et diligo libens: hic oportet id quod libens dicitur / seorsum a sequentibus capere: addicere postmodum / quicumq; nihil turpe cõmittit Nam sunt et aliq quos ego non libens laudo et diligo: ꝙ si et tu mi pictace mediocrit consentanea ueraq; dixisses / numq̃ te reprehendissem. Nunc et uero cum et maxime et in maximis falsa proferas que uera multis apparẽt / reprehendere cogor. Hec mihi o prodice atq; protagora his in carminibus simonidis ipsius mens fuisse uidetur. Tum hippias: Bene inqt o socrates carmina hec exposuisse uideris. Est et mihi ratio illis accõmodata: quam uobis si uultis ostendam: Immo uero inquit alcibiades Sed postea: prius aũt peragere decet que iter socratem et protagoram conuenerunt: Et si ꝓtagoras interrogare ulterius uult / respondere socrates debet: Sin autem respondere uult ꝓtagoras interrogare socrates: Atq cõcedo iꝑ protagore quodcumq; horum ipĩ gratius est futurum: ꝙ si placet / uersus pretermittamus: ea uero que abs te primo querebam protagora libenter una tecum absoluerem: Uidetur enim mihi disputatio de rebus poeticis psimilis esse duiuiis imperitorum plebeorumq; hominum. Qui cum propter inscitiam nequeant inuicem propria uoce suisq; sermonibus conloqui / mercede exhibita tibicinas introducunt: et aliena uoce hoc est tibiarum flatu / duiuium transigũt Ubi aũt boni preclariq; et eruditi uiri conueniunt: ne. ꝑ tibicinas ibi neq; saltatrices neq; cantatrices ullas uidebis: sed eos propria uoce remotis his nugis iocisq; conuiuium celebrare: et alterius interrogationibus responsionibusq; modeste differere / etiam si uinum abunde biberint: Eodẽ modo si ad huiuscemodi disputationes uiri tales conueniunt / quales esse nos plurimi predicant / haud quaq̃ aliena uoce et poetarum uerbis indigent: quos percontari nõ datur de his que scribunt: et qui eorum testimonia in medium afferunt / partim hoc / partim illud sentire poetam interpretantur: neq; conuincere possunt / neq; rem ipãm de qua disserunt / expedire. Tales ergo confabulationes sapientes uiri dimittunt: ipiq; per se inuicem colloquntur uicissimq; ingenii periculum faciunt. Disputatores autem huiusmodi ut arbitror. Ego et tu nunc imitari debemus et poetis posthabitis / nostris rationibus rem ipãm discutere / facereq; tam ingenii nostri q̃ ueritatis examen. Si ergo ultra querere cupis / respondere tibi paratus sum. sin aliter mauis te mihi prebe et adiuua ad ea que intermisimus peragenda. Cum hec aliaq; huiusmodi intulissem / protagoras quid potissimum agendum eligeret nequaq̃ aperuit. Tunc alcibiades ad calliam conuersus o Callia inquit: Uidetur ne tibi nunc recte protagoras facere / cum declarare nolit utrum rationem reddere placeat nec ne. Mihi quidem non uidetur. Sed iam uel disputet / uel disputare nolle se dicat: ut huic quidem hec adscribamus: Socrates aũt cum alio quo uis dixerat uel alius quicumq; uult cum alio quopiam: Protagoras tunc ut uisus est mihi uerecũdia motus propter alcibiadis orationem / calliesq; et aliorum presentium preces / uix tandem ad differendum descendit: iussitq; socratem ipũm interrogare / se respondere pollicitus O protagora inq̃ ne me tecum ob aliud differere putes / nisi quia que passim dubito / discutere uelĩz Arbitror enim aut ab re illud ab Homero dictum fuisse: Si duo simul congrediantur / alter altero magis intellexerit. Sagaciores namq; sumus cuncti ad quodlibet opus / uerbum et sensum inuestigandum. Siquis autem solus. quippiam cogitat mox passim perquirit aliquez qui cum communicet: approbetq; / quoad inueniat. Quamobrem ipẽ nunc tecum libentius q̃ cum alio quo uis disputo / existimans te optime omnium diiudicaturum: et de aliis omnibus que ad probi uiri iudicium spectant: et de his maxime que ipẽ querebam / uidelicet de uirtute Nam quem melius q̃ te id facturum sperẽ? Nempe plerique alii / probi quidez ipi sunt / sed alios tales efficere nequeunt. Tu autem non modo uirtute preditum esse te ducis / uerum etiam ceteros homines eadem ornaturum te

polliceris. Atqꝫ ideo tuo ingenio cõfisus es / ut ceteris omnibus dissimulantibus solus ipse artem hanc profitearis / teqꝫ palam per oẽs grecos sophistam quasi publico quodam preconio predices: doctrine morumqꝫ magistrum: et primus mercedem artificii istius exposcas. Quid igitur obstat / quid ipẽ pre ceteris ad harum rerum iudicium sis aduocandus? interrogãdusqꝫ: et tecum cõmunicanda sint omnia? nihil penitus obstat: Atq et ipẽ nunc illa de quib' primo interrogaui cupio rursus / partiz abs te mihi in mentem reduci / partiz cõmuni iudicio discuti: erat aũt talis / ut arbitror / questio. utrũ sapiã tẽpantia: fortitudo. iustitia. sanctitas: quinqꝫ nomina eiusdem rei sint: an unicuiqꝫ horuz nominum subsit propria quedam essentia: et res quedam uim propriam habens: adeo ut nõ sit unuz quale est aliud: Dixisti tunc nequaꝙ unius rei esse hec nomina: sed singula nomĩa reb' singulis adhiberi. Quin ẽt partes omnes has esse uirtutis / haud sane perinde ut auri partes inter se totiusqꝫ consimiles: sed ut uultus ptes inuicem totiusqꝫ dissimiles: propriisqꝫ discretas potentiis. Si hec iterum ut supra confirmas / exprime: Sin aliter modo sentis hoc discerne Equidem tibi nihil in sermonibus imputabo: si nunc aliter dicas: Neqꝫ enim mirarer / si illa tunc socratis tentandi gratia dixeris: pro: Hec omnia partes uirtutis esse dico: ex quibus quatuor satis inuicem ↄsimiles sunt: Fortitudo aũt longe ab aliis differt: ꝙ aũt uere loquar hunc in modum cognosces. Reperies non nullos homines iniustissimos. prophanissimos: intemperatissimos: impitissimos: q tamen ceteris fortitudine prestant: so: Attende ãmabo: cõsyderandum est quod dicis: Utrũ fortes / audentes uocas / an alios quosdã? pro: Imo ẽt ad ea precipites / a quibus plurimi deterrent: so. age itaqꝫ. uirtutem honestum quiddã et pulchrum asseris: eamqꝫ ut pulchrum aliquid doces? pro pulcherrimuz equidem nisi forte insanio: so: Utrum huius quiddam turpe est / quiddaz pulchrum? an pulchrum totum? pro: totum ꝙ maxime esse potest pulchrum: so: Scis ne qui audacter in puteis natant? pro: Immo uero: Natatores enim: so: Utrum quia natare sciunt / an ob aliud? pro: Quia natare sciunt: so: qui nam ex equis maxime pugnare audent? utrum equites / an equestris industrie rudes? pro: Equites: so: Qui nam clippeis audacter pugnãt? Clippiferi ne? an alii? Pro: Isti quidem et in ceteris omnibus si istud queris audaciores sunt qui sciunt ꝙ qui nesciunt: iidemqꝫ homines postꝙ didicerunt / audent uehementius ꝙ cum ignorabant: so: Uidisti umꝙ aliquos horum ignaros omnium: ad hec omnia tamen audentes? pro: Vidi equidem et audaces maxime: so: Nunquid audaces isti fortes sunt? pro Turpe quiddam esset fortitudo: quando quidẽ audaces isti furiosi sunt: so: an nõ dicis fortes audaces ipõs esse? pro: dixi equidem et dico: so non ne isti qui sic audent: fortes quidem minime sed furentes apparent? Et supra rursus sapientissimi illi audentissimi nobis apparuerunt: Et quia audentissimi ideo et fortissimi. Atqꝫ ita secundum hanc rationẽ sapiã ipã fortitudo esset: pro: haud satis recordaris o socrates que dixi supra tibiqꝫ respondi. Equidem interrogatus abs te / Utrum fortes uiri audentes essent / consensi: Utrum uero et audentes fortes essent / non quesiuisti. Quod si tunc interrogasses / respondissem utiqꝫ non omnes: ꝙ uero fortes audentes non sint a me concessum numꝙ monstrasses quia non recte concessissem. Proinde scientes homines ostendis ignorantibus se ipsis et aliis audaciores esse: et iccirco idem esse sapientiam et fortitudinem arbitraris. Eadem ratione procedens / robur quoqꝫ sapientiam esse duceres. Nam si a me similiter in hunc modum quesisses / utrum robusti homines potẽtes sint / asseruissem utiqꝫ: Deinde utrum palestre periti ad certandum potentiores sint ꝙ ignari et ipi postꝙ didicerunt se ipĩs dum ignorabãt Hoc iterum admisissem: Hec me confitente licuisset tibi argumentis iisdem conficienti dicere: per concessionem meam sapientiam robur existere. Ego autem nusꝙ in presentia potentes homines robustos esse confiteor: Robustos tamen potentes esse autumo. Non idem esse robur et potentiam arbitror: Nam et a scientia et ab insania et ab ira potest potentia prouenire. Robur autem a natura dumtaxat: Et debita corporum nutritõe procedit. Similiter et in illis: nequaꝙ idem esse censendum: fortitudinem et audaciã. Quapp cõtingit / fortes quidem audentes eẽ: non tamen audentes omnes esse fortes: Audacia enim ab arte hoĩbus ab ira / ab insania datur / quemadmodum de potentia diximus. Fortitudo aũt a natura debitaqꝫ educatione ꝓuenit animorum: so: Dicis ne o protagora / alios homines bene / male alios uiuere? pro: dico equidẽ: so: Numquid bene uiuere homo tibi uidet' / si cum molestia / doloreqꝫ uiuat? pro: minime: so: Sin aũt usqꝫ ad uite finem iocunde qs uixerit / bene uixisse dicendus? pro: certe: so: Ergo iocunde uiuere bonum / moleste malum: pro: Si modo honestis fuerit delectatus: so: Numquid ipẽ protagora quemadmoduz alii multi iocunda quedã mala uocas tristia bona? Sic aũt interrogo / utruz in quantũ iocunda sunt / in tantũ nõ bona non siquid ab illis prouenit aliud rursusqꝫ utrũ similiter tristia non ex eo ꝙ tristia mala: pro: Ignoro socrates utrum ita simpliciter ut interrogas / respondere me deceat / iocunda omnia bona esse / tristia mala. Sed tutius mihi fore uidetur non solum ad presentem questionem: uerum etiam ad omnem uite mee ratõem ut respõdeam esse iocunda quedam / non bona et tristia quedam non mala: Esse rursus et neutra: que neqꝫ bona sint neqꝫ mala: so: num iocunda uocas ea que uel uoluptatis participia sunt / uel efficiunt uoluptatẽ? pro: prorsus: so: Quero igit' hoc utrum ex eo ꝙ iocunda sunt / nõ bona sint Utrum uidelicet ipã uoluptas sit non bonum: pro: ut ipẽ ubiqꝫ dicis o socrates istud consyderemus: et si ad rem conducere hec consyderatio uideatur / idemqꝫ iocundum bonumqꝫ appareat concedemus. Sin minus? tunc iam dubitantes obiciemus: so: Utrum igitur ipẽ disputationis dux eẽ uis? an me ducere iubes? pro: Equum est te esse ducem Tu namqꝫ cepisti: so Hoc modo forsitan quod querimus patefiet: Quemadmodum siqs ad dinoscendam homĩs sanitatem uel alium corporis habitũ atqꝫ opus uultum eius et manus extremas contẽplatus addiciat / age iam pectus mihi dorsumqꝫ nuda / ut clarius inspiciam: Ita nunc ego idẽ ad iudicium id requiro. Nam cum affectum tuũ erga bonum et uoluptatem ex tuis uerbis agnouerim tale aliquid mihi expedit dicere: Age protagora et in hoc tuã mentẽ aperias: quid de scientia sentis? numquid idem tibi quod aliis / an aliud placet? plurimi sane hoc de scientia iudicant / ꝙ neqꝫ robustum aliquid sit: neqꝫ ducat neqꝫ etiam dominet'. Neqꝫ enim de ipã ut de duce et principe cogitant: ĩmo sepe homini presente scientia / non ipãm dominari existimant: sed aliud aliquid / tum iram / tum uoluptatem / alias dolorem alias et amorem: et sepe formidinem: Atqꝫ ita de scientia cogitant / quasi de mãcipio quodam ab aliis omnibus undiqꝫ tracto: numquid et tu idem sentis? an potius preclarũ qddam scientiam et hominis principem arbitraris ita ut siquis bona mala ue discernat / numꝙ ab alio inducatur ad aliud ꝙ scientia iubet agendum: sed sufficiens sit hominis adiutrix presidiumqꝫ prudentia: pro: Videtur mihi quod dicis o socrates. Nã si cuiꝙ hominum turpe est negare sapientiam sciamqꝫ omnium rerum humanarum esse potentissimum / mihi certe turpissimum: so: preclare nimiũ ureqꝫ loqueris: sed enim nosti multos mihi et tibi non credere? Aiunt porro plerosqꝫ bonorum conscios / cuz bona agere illa nolle / sed alia Et quotcumqꝫ rogaui que huius rei sit cã / ferunt homines uoluptate uel dolore uel aliquo alio illorum que supra rettulĩus superatos / hec agere: pro: alia quoqꝫ multa sunt o socrates in quibus homĩes errãt so: age itaqꝫ una mecum conare hominibus psuadere: docereqꝫ illos que nã hec sit passio / ꝙ aiunt se a uoluptatibus superari: et hanc ob cãz q̇ cognoscunt bona / non facere: Forte namqꝫ dicentibus nobis illos errare / statim obiicerẽt / o protagora atqꝫ socrates / si non est passio hec uinci a uoluptatibus: que nam est alia? quaz dicitis uos? exponite: pro: qd uero nos ad mltorũ opinionẽ attẽdere decz: q utcũqꝫ ↄtingit locũtur? so: conductuꝫ uobis hoc arbitror ad inueniẽdũ quomodo ad ceteras uirtutis partes fortitudo se habeat: quare si in superiori ↄuentõe stãdũ censes / ut uidelicet ego ducam / q̄ maxĩe inueniri posse quod querimus arbitror / sequere: Sin minus hoc / et dimicti manis / Victo

Pro: probe loqueris: perge igitur ut cepisti: so: Si iterum a nobis sciscitarentur/ qd istud uos esse dicitis/quod nos uinci a uoluptatib; dicebamus? sic ego ad illos. Audite iam: ego et protagoras uobis istud declarare cõabimur Numquid perinde hoc fieri dicitis/ ut sepe cõtingit homines ciborum poculorumq; et uenereorum uoluptate pellectos uictosq; adsciscere illa/ ẽt si mala esse cognoscant? assentirentur illi Tunc uos ita. Mala uero illa cur dicitis? Utrum qa uoluptatem hãc presentem prebẽt/ et suauitate deliniunt? An quia in posterum morbos/inopiam/et alia multa generis huius adducunt? An ẽt si nihil tale in posterum iferũt/ tantumq; delectant/nihilominus mala sunt/ ex eo quod cognoscentem hominem delectãt? putamus ne eos o protagora aliter respõsuros q̄ q; non ꝑ presentem uoluptatis ipsius illationem mala sunt: sed ꝑ morbos et alia q̃ secuntur: pro: sic uulgus arbitror responsurum: so: Non ne dum morbos adducunt/ dolores inferunt? dum egestatem dolorẽ? Assentirent̃ ut arbitror: pro. ĩmo certe: so: hec ergo o uiri non ob aliud ut ego et ꝓtagoras arbitramur/mala uobis apparent/q̄ q; in dolores desinunt ceterisq; uoluptatibus priuãt: ꝯfiterent̃: pro: ꝓcul dubio: so: Si ꝯtra rursus interrogaremus o uiri qui bona iterum tristia esse fatemini: non ne eiusmodi quedã dicitis? ceu exercitationes corporum: labores militie: medicorum curatões: q̃ uel secãdo fiunt uel urendo: uel pharmacis uel inedia/bona dicitis/sed molesta: consentirent: pro: Et hoc: so: Utrum hec ex eo bona uocatis q; presentibus doloribus cruciatibusq; ꝯficiũt: An ob id potius q; in posterum ex his sanitas et bona corporis habitudo patrie salus/potentie/diuitieq; secuntur. Ob id ipsũm dicerent ut existimo: pro: ego quoq; id iudico: so: an ob aliud hec bona sunt/q̄ q; in uoluptates desinunt et molestias pellunt? Alium ne finem assignare potestis/ad quẽ respicientes hec bona uocetis q̄ uoluptates atq; dolores? Nõ possumus ut arbitror responderent: pro: Sic equidẽ puto: so: an non uoluptatem ut bonum seqmini? dolorẽ ut malum fugitis? concederẽt: pro: profecto: so: Ergo id malum existimatis/dolorem scilicet: bonum uoluptatem. quãdoqdem et ipsam oblectatõez tunc sane malã dicitis eẽ/ qñ maioribus uoluptatibus priuat/q̄ prebet: uel quãdo uehementiores dolores infert illis quas continet uoluptatibus. Quoniam si ob aliud delectationem ipãm/malam apellaretis ad aliũ finem respicientes/nobis quoq; monstrare possetis. Sed nequaq̄ poteritis: pro: Neq; mihi posse uidetur: so: Similiter quoq; dolorẽ ipsũm tunc dumtaxat bonum dicitis/cum maiores fugat dolores q̄ infert/aut uoluptates molestiis uehementiores inducit: quandoquidem si ad alium finem respicientes/dolorem bonum indicaretis/nobis aperire possetis: sed non poteritis: Pro: Uera narras o socrates: so: Si me contra interrogaretis o uiri: quamobrẽ ubiq; multa de hoc loquar? ignoscite mihi protinus responderem: primo namq; haud facile demõstrari hoc potest/quid est quod dicitis a uoluptatibus superari: Deinde demonstrationes omnes in hoc ipõ consistunt: Et nũc etiam retractare licet/ siquo modo habetis aliud quod bonum dicatis q̄ uoluptatem: et quod malum aliud q̄ dolorem. An sufficit uobis uitam iocunde absq; tristitia ducere. Quod si sufficit neq; dicere potestis aliud bonum uel malum/ quod non ad hec tendat/audite quod sequitur Alio equidem his ita se habentibus/ridiculum uobis esse sermonem/quando dicitis hominem mala cognoscentem esse mala/illa nihilominus agere/cum liceat non agere/uoluptatibus tractum atq; perculsum: Atq; iterum quando dicitis/hominem bonorum conscium/ agere nolle presenti uoluptate detentum: Hec autem ridicula esse patebit: nisi multis utamur nominibus: Jocundo: Tristi: bono ac malo. Sed post q̄ duo hec eẽ apparuerũt/duob; ipã nos appellabĩus. primũ qdẽ bono ac malo: postea iocũdo ac tristi: his positis ita dicamus: cognoscẽtẽ hoĩez mala eẽ mala/illa nihiloĩus agere: Siqs aũt q̃rat quãobrẽ? qa uz uictus respondebĩus: A quo? q̃ret ille: nobis aũt nõ licebit ulterius a uoluptate uictũ dicere: Aliud. n. nomen uoluptatis loco suscepit: bonum: Ideo respondebimus illi uictum a bono: Tunc si ille qui nos interrogat contumeliosus forte uir fuerit ridebit nos atq; dicet/q̄ absurdum est qd dicitis? Si facit quis mala: sciens mala esse cuz nõ oporteat facere uictus a bonis: an bona hec digna sunt/ut mala uincant uel non digna? Nõ digna dicemus: neq;. n. aberrasset ille quẽ dicĩus a uoluptatibus superatũ. Ad hec ille quãobrẽ bona indigna sunt ut mala uincãt/uel mala ut bona? nunqd ob aliud/q̄ cũ hec maiora sunt/illa minora: uel plura hec/ illa pauciora: Non habebimus preter hanc cãm aliquam Addet ille. Constat iã q; supari hoc dicit̃/loco exiguorum bonorum/maiora mala suscipe: Hec ita q; sic se habeant. Mutemus igit̃ hec nomina accipiamusq; ad eadẽ iocundũ ac triste/ dicentes hominẽ agere/tunc diximus mala/dicamus nunc tristia/scientẽ tristia esse a uoluptariis superatũ: talibus. s. ut uictoria sint idigna: Que uero alia inest ad dolorẽ indignitas uoluptati q̄ excessus inter se atq; defectus? hoc est cũ inter se hec maiora minora ue fiunt: plura itez et pauciora/uehementioraq; et remissiora. Siqs aũt dixerit: At multuz differt o socrates uoluptas presens a futura uoluptate atq; molestia: dicam equidẽ/num alio quopiã q̄ uoluptate atq; molestia? haud sane alio potest: Sed ꝑinde ẽ ac si uir peritus põderũ collectis uoluptariis collectisq; tristib;/eminusq; et cominus/lancibus supponere/diceretq; utra sint plura. Si enim uoluptaria cũ uoluptariis libres/maiora semp et plura sunt eligenda: sin aũt tristibus/tristia cõpares/pauciora atq; minora: sin iocunda cum tristibus: et tristia a uoluptariis excedant̃/siue ꝓpinqua/remotis/siue remota ꝓpinquis/ratio illa est eligenda in qua hec insunt. q; si iocunda a tristibus excedant̃/minime. an aliter se res habet o uiri? scio eqdẽ nihil afferre eos aliud posse: pro: Idem et ipẽ arbitror: so: Postq̄ uero ita se id hẽt/illos hunc in moduz interrogabo. Apparent oculis uestris eedẽ moles/cominus maiores minores eminus? ita respondebunt. Et crassa et multa similiter? et eq̃les uoces/prope maiores/longe uero miores? Consentient: si in hoc bene agere et felicitas nostra consisteret/hoc est in magnis molibus fabricandis accipiendisq;/paruisq; uitandis/ q̃ nã nobis potissima uite salus esset? num ars dimetiendi? an apparentis potentia? Immo potentia hec nos deciperet et errore confundens sepe nos cogeret eadem ãlias aliter iudicare: atq; adsciscere: In actionibusq; et electionib; magnorum ac paruorum sepius penitere. Dimetiendi uero facultas apparens hoc abrogaret refelleretq;: ueritatemq; aperiens animo qetem daret in ueritate manenti: atq; ita uitaz seruare. Consentirent ne homines ad hec dimetientem artem seruare nos/an aliam? pro: hanc ipãm: so: quid porro? si in ipã paris imparis ue electione salus uite consisteret: quãdo quod plus est recte eligi oporteret: et quando quod minus/uel ipsum ad se ipsum/ uel aliud forte ad aliud/siue prope seu procul sit/ quid potissimum nostram uitam seruaret? non ne scientia? Et non metiendi quidem cum excessus: atq; defectus ars ista sit. Cum uero paris et imparis habenda ratio sit/non alia q̄ numerandi scientia. Concederent homines hec? An non? pro: Absq; controuersia cõsentirent: so: Postq̄ uero salus uite apparuit in recta uoluptatis et doloris electione consistere quoad plura et pauciora/maiora et minora/propinquiora et remotiora pertinet: non ne dimetiendi primo facultas excessus atq; defectus/equalitatisq; mutue considératrix: pro: Necesse est: so: Quoniaz uero metiendi facultas est/necesse est ut ars et scientia sit: pro: Admittent: so: Que uero potissimum hec scientia sit/alias consyderabimus: Sufficit in presentia scientiam esse quantum ad eam spectat responsionem: quam ego et protagoras uestre eramus questioni daturi. Hec si recordamini erat questio. Nos quidem consensimus nihil scientia potẽtius esse: immo semper ubicumq; adest uoluptati cunctisq; aliis dominari: Tunc uos obiecistis uoluptatem sepe numero scienti homini dominari: Quod cum uobis nequaq̄ daremus: statim uos ita rogastis o protagora atq; socrates: si hoc non est a uoluptatibus superari/sed aliud quiddam/ declarate uos quid istud. Si illico uobis respondissemus inscitiam esse/nos protinus risissetis Nunc autem si nos deridetis: uos quoq; ipsõs irridebitis. Ipsi enim uos paulo ante confessi estis defectu sciẽ aberrare illos: qui in uolup

tatum et dolorum electione delinquunt. Ea uero bona sunt et mala: neq; defectu scientie tantum dixistis / sed ulterius addidistis / defectu scilz scīe metiendi. Actio aūt aberrans absq; scia ut et uos non latet / ab inscitia prouenit. q̄ pp qō dici solet a uoluptatibꝫ supari extrema īscitia ē. Quā ueluti morbū ꝓtagoras hic et ꝓdicus et hippias curaturos se quasi medicos ꝓfitentur. Uos aūt quia aliud quiddā esse hoc q̄ꝫ inscitiam opinamini: neq; uos ipōs neq; filios uestros hisce sophistis rerum harum doctoribus curandos traditis / quasi uirtus doceri non possit. Sed cuz pecuniis indulgeatis nimium neq; mercedez his preceptoribus offeratis priuatim publiceq; delinquitis: Hec plane uulgo respondissemus: Nunc autem uos etiam o prodice atq; hippia una cum protagora hoc ꝑcontor / cōmunis enim nobis hic sermo / num quid uera nobis loqui uidear an falsa? Uere admodum dicta esse superiora / uisum ē omnibus. Conceditis igitur imq̄ꝫ / quod iocundum est / esse bonum / quod triste / malum. Distinctionem uero illam nominum / quā prodicus hic īducere solet / reicio eiusq; requiro iudicium. Siue enim uoluptariū / siue delectabile: seu letum: seu quomodocumq; aliter nomines optie prodice. hoc mihi nunc ad quod uolo / respondeas: Subridens prodicus assensus est: et alii pariter consenserunt. Tum ego quid ad hoc o uiri? actiones omnes que adiocunde et sine molestia uiuendum tendunt non ne honeste et utiles? honestumq; opus / bonum et utile? Adnuerunt: Si ergo iocundum ipūm / bonum est / nemo uel sciens uel existimans alia meliora esse his que fecit / ac potest. deinde hec agit: dū meliora potest. Quod uero dicit̄ ab affectibus superari / nihil est aliud q̄ꝫ inscitia: Et quod affectibus dominari / sapientia: placuit oībus: quid uero inscitiam non ne tale quiddā dicitis: qn̄ quis falsa opinione decipitur circa res plurimi faciendas? hoc quoq; dederunt: Nemo uero libens ad mala descendit / uel ad illa que mala existimat. Neq; hoc ut uidet̄ nature hominis inest / ut ad ea q̄ censet mala loco bonorum declinare uelit: Et cum e duobus malis alterum eligere cogitur nemo quod peius eligit / dum licet quod est minus malum eligere. Hec omnis cunctis nobis rata habenda uisa sunt: Quid imq̄ꝫ timorem ac terrorem uocatis? Numquid quod ego erga te dico prodice? expectationem porro quandam mali / siue timorem: seu terrorem dicatis ipē uoco: Uisum est protagore atq; hippie timorem ac terrorem hoc esse: prodico aūt timorem quidem esse hoc / terrorem uero minime: Nihil id refert imq̄ꝫ o prodice sed istud si uera sunt supradicta: Uolet ne aliquis ad illa ꝓfisci que metuit / dum licebit ad ea que minime timet? An fieri neq̄t secundūz ea que iam concessimus? nam que quis metuit / cōstitit q̄ꝫ male esse putat: q̄ꝫ q; nullus sponte ad illa descendit et accipit que mala existimat: hec quoq; omnibus placuerunt: His ita suppositis o prodice imq̄ꝫ et hippias / primam eius responsionem protagoras coram uobis tamq̄ꝫ ueram defendat: Immo uero nunc non primam. Inquit enim primo ex quinq; uirtutis partibus / nullam talem esse / qualis est alia: et unāquāq; propriam habere potentiā / non hoc exigo nūc: sed quod postea dixit. Inquit enim in sequentibus quatuor uirtutis partes satis inuicem propinquas esse. Vnam uero illarum scilicet fortitudinem a reliquis longe differre. Quod inde conici posse dicebat / q̄ꝫ pleriq; inuenirētur fortissimi uiri: qui tamen profanissimi: iniustissimi itēperatissimi: et īsipiētissimi essent. ex quo patere uolebat fortitudinē ab omnibus aliis uirtutis partibus plurimum differre: Cuius ego responsum statim uehementer sum admiratus: multoq; etiam magis postq̄ꝫ uobiscum hec tractaui: Quare ab illo sciscitatus sum utrum fortes audaces uocaret. Ille uero precipites insuper addidit: Recordaris protagora hec te respōdisse. pro. Recordor: so: Dic obsecro nobis ad quid precipites homines / fortes nuncupas? An ea / que timidi aggrediuntur? pro: Non: so: ergo ad alia: pro: nempe. so: utrum timidi audenda aggrediuntur. Metuenda fortes? pro: ita fertur o socrates: so: Uera narras Uerum non istud requiro: īmo uero tu ad qd precipites fortes apellas? num ad mala scienter esse mala pernitiosaq;: uel ad ea que talia non sunt? pro: Impossibile hoa esse

absq; superioribus rationibus est ostensum: So: Et in hoc quoq; uere loqueris: Quāobrem si hoc recte est demonstratū / ea que mala pnitiosaq; iudicat nullus aggredit̄: quādoq̄dē constitit inscitiam esse quod dicit̄ ab affectibus superari: pro: plane: so: enimuero oēs inuadūt illa que audent / tam timidi q̄ꝫ fortes. Atq; hac ratione eadē et timidi et fortes aggrediuntur: pro: Immo cōtraria oīo sunt o socrates ea ad que fortes et timidi profisciscunt̄: Naz ad bellum q̄dem ire hi uolunt / illi uero nolunt: so: Utrum ire honestum: an turpe? pro: Honestū so: Non ne si honestū / etiam bonum esse supra consensimus? Omnes enim actōes honestas et pulchras / etiā bonas esse conuenimus: pro: Uera loqueris: et mihi quidem sp ita uidetur: so: probe / Uerum quos nā dicis in prelium ire nolle / cum iter id pulchrum bonumq; sit? pro: Timidos: so: Non ne si pulchrum et bonum / etiam est iocundum? pro: concessum est: so: nū quid cognoscentes timidi ad pulchruz / melius et iocundius profisciscі nolunt? pro: At uero si istud admittimus superiores ꝯuentiones peruertimus: so: Quid porro? Uir fortis non ne ad id quod pulchrum melius iocundiusq; est tendit? pro: necesse est confiteri: so: omnino igitur fortes uiri Neq; turpiter metuunt / siquādo metuunt / neq; turpiter audent: pro: ita ē: so: Si nō turpiter / honeste et pulchre: pro: certe: so: Sin honeste etiā bene: pro: utiq;: so: nō ne et timidi et feroces et furiosi cōtra turpiter audent et metuunt turpiter? pro: Et istud: so: Cur aūt turpiter et male audēt / nisi ꝓpter ignorantiam et inscitiā? pro: Ob hanc ipām causaz so: Quid uocas hoc / quo timidi ipsi timidi sūt: Timiditatem ne? an fortitudinem? pro: timiditatem: so: timidi aūt non ne propter metuendorum inscitiam apparuerunt? pro: sane: so: propter hanc ergo inscitiā timidi sunt: pro: nempe: so: Illud aūt quo timidi sunt: timiditatem esse asseruisti: pro: asserui: so: non ne igit̄ metuēdorum et non metuendoꝝ inscitia / timiditas erit pro: erit: so: Enimuero contraria est fortitudo timiditati? pro: absq; dubio: so: an non sapiētia metuendorum et non metuendoꝝ / eorundem inscitie ꝯtraria est? pro: prorsus: so: horum uero inscitia timiditas: pro: et maxime quidem: Sapiētia igitur metuendorum et non metuēdorū fortitudo est / eorumdē inscitie contraria existēs Haud ulterius annuit protagoras / sed siluit: Tum ego: Quid taces protagora? cur nō aut annuis aut renuis? ipē met perage inquit: Cōcludam protinus imq̄ꝫ / si unum hoc dumtaxat interrogauero: Utrum tibi nunc etiam ut et supra insipientissimi quidaz esse uideantur qui tamen fortissimi sint. Contedere nimis inquit ūideris o socrates ut ipē respondeam. ergo morem tibi geram. Impossibile dico uideri ex his que supra concessimus: non ob aliam cām im q̄ꝫ de his omnibus te percontor q̄ꝫ q̄ꝫ nosse cupiam qualia sint que ad uirtutem ꝑtinent / q̄d ue ipā sit uirtus. Scio equidem hoc declarato statim notum fore et illud / quo de ego et tu tot iam uerba consumpsimus: dum ego quidez uirtutem doceri posse negarem / tu uero posse asseuerares. Atqui arbitror nostre disputatōis exitum / si hominis instar uocem nancisceretur derisurum nos et his atq; huiusmodi correptionibus reprehensurum: q̄ꝫ absurdi estis o Socrates atq; protagora: Tu quidē ab initio dicebas o socrates doceri non posse uirtutem / nūc repugnare tibi ipī studes / dum ostendere niteris omnia hec esse scientiam / iustitiam scilicet / temperantiam / fortitudinem: Qua ratione maxime uirtutem doceri posse constaret: Si enim aliud quiddam esset scientia q̄ꝫ uirtus / quod protagoras asserere supra tentabat / plane doceri non posset. Nunc autem si uniuersum scientia apparebit: quod ipse inferre conaris o Socrates / mirum erit / si per doctrinam uirtus cōparari non possit. Protagoras autem primo quidem doceri uirtutem uoluit: nunc contra / adniti uidetur: ut quoduis aliud potius q̄ꝫ scientia uirtus appareat. Quo pacto minime omnium doceretur: Equidem o Protagora uidens hec omnia sursum / deorsumq; grauiter perturbata ut in lucem ueniant / uehementer affecto. Uelim autem his inter nos enarratis / quid uirtus est ostenderemus: rursusq; utrum doceri possit nec ne mōstraremus: Ne sepe nos epimetheus ille fallat in consyderatione decipiens / quemadmodum in distributione

neglexit ut tu narrabas: prometheus .n: ea in
fabula mihi magis ꝙ epimetheus placuit: quo
utens et uniuerse uite mee prouidens / hec oïa
tracto. Atqui si ipē uelles / ut ab initio dixi / li
bentissime de his rebus tecum deliberarē. Tū
protagoras / studium hoc tuū inquit o socrates
sermonisq; discursum laudo. Etenim cum cete
ra nisi me fallit opinio a me absint uitia / inuidi
a certe omnium remotissima: Et de te quidem
multis iam dixi me oïum quos conueneriz ma
xime me te admirari: equaliū certe ꝙ maxime.
Addo quin ēt nil mirum mihi fore / si sapientie
studio clarus euaseris. Ac de his alias quādo
cumq; uoles edisseremus. Nunc iam hora est
ut me ad alia conferā. Ita imꝙ agendum est /
si tibi uidet̃. quādoquidem et ipē iam pridem
alio abire cogebar ut dixi: ueruntamen ut Cal
lie honesto adolescenti morem gererez / perstiti
His dictis atq; auditis abiuimus.

Protagore Finis

Argumentum Marsilii Ficini in Euthydemū

P Lato insignis charitate uir in
Euthydemo quemadmodum
et sepe alibi studet animos ad
seria natos a uanis sophistaꝝ
nugis auertere: ostendens eos
uel ubi de rebus grauissimis agitur / ludere:
spemq; audientium ubiq; deludere. Hos aūt
et alibi aliter et hic ita describit / curiosos et ua
nos in uerborum altercatione certatores / ꝓmp
tosq; ad quod uis dictum: seu uerum / siue fal
sum sit / refellendum. Primo quidē ostendit ꝙ
auarū sit ingeniū sophistarum: cum euthydem̃
Dionysodorusq; fratres sophiste / artem milita
rem / qua gloriant̃ / parati sint mercede docere /
quam nullus umꝙ uendidit: Deinde ꝙ ābitio
sum: Quippe cum iudicialem pitiam una cum
militari et utramq; / una cum sophistica / que lō
gissime inter se discrepant simul profiteantur.
Tertio ꝙ uanum. nempe iam senes a rebus ad
uerba / a ueritatis studio ad mendacia sese cōfe
runt. Quarto ꝙ contēpnēduz: Breui .n. et ad
summā biennio qlibet cauillatoriam hāc asse
quit̃ facultatem. Quinto ꝙ periculosum. Nā
cui mirum uideri debet simplices adolescentes
fucatis sophistarū argutiis facile irretiri / falsis
q; inde opinionibus ꝑnitiosisq; moribus ibui.
Quādoquidem et socrates ipē senex sapientissi
musq; fingitur eadem esca illaqueatus / admira
bundusq; ad sophistaꝝ gymnasia propare. Ad
de ꝙ et socraticus ille demon q a nullo decipi
posse uidet̃ / a sophisticis horum nebulonum
prestigiis fingitur esse deceptus. Interea socra
tes etiā in senectute scolas puerorum et ludos
musice / uerborumq; rudimenta frequentans /
nos admonet: primo quidem neqd ad discipli
narum ꝑfectionem uel minimū contemnamus
deinde ne ut sepe accidit sub rustico quodam
uerecundie rubore a discipline studiis arceam̃
Tertio ut solonis more tam diu discendum no
bis esse censeamus ꝙ diu uiuendum. Proin
de ꝙ sophiste socraticam aduersus eos ironiā
numꝙ animaduertunt: imo uero nihil tam ma
gnificuz in eoꝝ laudes adducit̃ / quin facilime
credāt palāq; recipiant: duo nobis declarat pre
cipue: alterum quidem nihil uanius his nebu
lonibus reperiri posse: alterū uero eos q ad ali
os fallendos impensius student: nimirum sua
ipōrum fallacia facilime falli. Preterea ꝙ pre
stigiatores eiusmodi uirtutē quā pollicent̃ neq;
prestant umꝙ: neq; ad ipām alicubi exhortant̃
sed ad ꝯsuetas uerboruz cauillatōes ubiq; refu
giunt: easq; quasi res serias studiis aliis quasi
ludis ꝓculdubio anteponunt tria potissimum
nobis significat. Primum eos q uirtute ipi or
nati non sunt / eam numꝙ uel rōe uel exemplo
posse docere. Secundum homines uerborum
nimium curiosos / res bonas numꝙ uel cōseq
uel afferre. Tertium eos q facilime plurima
pollicentur / minime oīuz promissa seruare: Ac
cedit ad hec ꝙ socrates sophistas ad docendā
uirtutem allicit discipulorum diuitū plurimoꝝ
q; turba tamꝙ ambitiosos nimiuz et auaros.
Sed ibi sub ꝑsona critonis āmonemur / ne te
mere cuilibet curandū aīuz ꝯmittamus. Quod
uero socrates sophistas dum uirtutem ꝓmittūt

interim quasi deos obsecrat apte declarat: ab
ipō deo / uirtutez esse petendā: hominesq; uirtu
te preditos quasi diuinos habendos esse. Itez
ꝙ illos ob uirtutis studiū regibus beatiores exi
stimat / plane significat uirum uirtute predituz
primo quidem sui ipīus / deinde ⁊ regum eē re
gem. Docet preterea socrates in clinia curādo
quāta cum charitate quātam curāde iuuentuti
adhibere diligentiā debeamus: Mox uero sub
insolentissimoꝝ sophistarū pollicitationib; par
turiunt montes / nascetur ridiculus mus. Sed
et notāda est ibi hyperbolica quedā ad uanos
homines deridēdos Socratis ironia. Deinde
in comparabilis uanitas nebulonū pro rebus
uerba et illa quidē ineptissima ubiq; prestātiuz
cumq; exhortationem ad sapientiā promiserint
ad pueriles ineptias relabentiū: tum socrates
uniuersum sophistarū gymnasium / ait luduz eē
uerborum / eosq; rerum naturam oīo latere:
atq; artificiosas illorum telas / sola uerborū ex
positione significationisq; distinctione posse dis
solui. Obsecrat deinde facetissima quadaz iro
nia sophistas / ut post ludos ad seria ueniant / ꝓ
ponitq; formulam quandā ad cuius exemplar
exhortationem ad philosophiam ab illis exoptz
In eiusmodi formula felicitatē primo quidem
ꝯmuni notione describit bñ uiuere: Deinō hoc
ipūm bene uiuere uel in ipā rerum ad uotū cō
secutione / uel in recto rerū ipāꝝ usu probat cō
sistere. Atq; utrinq; ꝑ inductōes concludit sa
pientiam / cum sola et ꝯsequat̃ res ad uotū et u
tat̃ recte solam beatos efficere. Ibiq; talis in
ductionibus ordo conspicit̃ / ut si ꝑ singulas ui
te partes sapīa tum ad uotū conseqt̃: tum recte
utitur consequentez in uniuersa uita finez uite
ꝯmunem summūq; bonum sapīa eadem affert ī
consecutione ꝓspera rectoq; usu consistens. In
ter argumentandum uero preclara fulget sentē
tia secte stoice fundamentum externa uidelicet
et corporea eē in differētia potius et communia
ꝙ aut bona aut mala dicenda. Proprie uero
bonam esse sapientiā / malā uero in sipientiam:
Siquidē ꝑ illā bona omnia / ꝑ hāc omnia mala
nobis euadunt: ideoq; sapientiā solā beatos fa
cere posse. ꝙ uero in sciētia potestas ad felici
tatem tota consistat: tria ipā felicitatis nomina
a priscis grecorum auctoribus instituta decla
rāt .s. eudemonia: eutychia: eupragia. Primū
significat cognitionem boni: secundū consecuti
onem / tertium uero usum / que oīa scientia no
bis ꝑficit: Quā boni sciam plato et hic et alibi
dicit quodāmodo omnem esse uirtutē. Sapien
tiā quidem esse absoluti diuiniq; boni sciam:
Prudentiam uero scientiam bonorū maloruz
q; proprie ad hominem ꝑtinentiū. iustitiā quo
q; sciaz bonorū malorumq; pro meritis distri
buendorum fortitudinem aūt sciaz circa bona
et mala audendi atq; metuendi. Temꝑantiā de
niq; sciaz circa bona malaq; similiter ad sciscē
di atq; fugiendi. Meminisse pre ceteris hic o
portet platonem et hic et sepe alibi inuere sapiē
tiā non tam humano studio comparari ꝙ pur
gatis mētibus diuinitus infundi solere. Quip
pe cum aīus huic ꝯiunctus corpori / ad res pe
nitus a corpore separatas reddatur ineptus et
quasi noctua sub nimio diuinoꝝ splendore cali
get: Qua propter socratica ad sapientiā adhor
tatio / non tam ad speculationez ꝑtinet ꝙ ad mo
res: Quibus tandem purgatus aīus sapientiā
ā deo et scientiā prudentiāq; consequit̃. Per
hec socrates dum a sophistis exhortationez ad
philosophiam que est sapīe studium exposcere
simulat / ipē interim aptissima quadam dissimu
latione ad philosophandū mirabiliter adhorta
tur. Uerumtñ nō dū sophiste exhortationē uel
pro se ipis uel pro aliis saltem accipiunt. Sed
ꝑ solitas iterum ineptias reuoluunt̃: Ubi appa
ret ꝙ ꝑtinax uel in uitiis uel in nugis semꝑ sit ī
genium uel iniq; natum uel perperam educatū
Inter hec animaduerte diligētissime diuinam
platonis sententiā: qua iubemur uirtutis sapiē
tieq; consequēde grā / perpeti non solum in cōm
moda: iacturas: labores: et seruitutem: uerū ēt
si speremus ex ipā dissolutōe nostri meliores de
niq; euasuros / permittere nos illi qui hoc ipūz
ꝓmiserit excoriādos liquefaciendosq; ac peni
tus dissoluēdos: Ubi apparet quantum animi
bonum rebus prestet corporeis: et quātuz pro
bādi sint ueteres illi fortissimi martires christi
anorum: huic illud simile qui animā amat suaz
in hoc mundo ꝑdet eam: q uero hic eam perdi

derit/eandem in etberna uita recipiet. Pro
inde socrates sopbistarum captiunculas confu
tans demonstrat contra sopbistas facilime pos
se sopbismata retorqueri: presertim quia cogit
eos et sibimet repugnare et absurdissima confi
teri. Dis actis rursus simile superiori formu
lam simulando/declarat nibil boni auditores a
sopbistis accipe/sopbistasq̃ ipõs ueluti p ditis
simos ad bonam frugem reuocari non posse.
Quoniam uero tria bec nomina inter disputā
dum sapientiam/sciam/prudentiā/sepe repetit
animaduertendum est/ubi obseruātius loquit̃
sapiētiam definire diuinorum cognitionē sciaz
naturalium/prudentiā bumanoruz: Ubi uero
minus obseruanter/scīe nomine ad tria bec si
gnificanda uti solere. Sed ubi liberius singul̃
pariter pro omnibus uti. Preterea duo addu
cit artium genera/earum scilicet que efficiant
opera: et earum que factis utant̃. Et quoniam
ars que utitur alterius artis opere/ tum finem
illi fabricādi prescribit: tum exemplar adbibet
operis absoluendi/non iniuria utentem artem
facienti dignitate preponimus. Attende bic pla
tonem tam paruifacere facientem artē/tam ma
gnifacere utentem/ut aptissime uelit siquis uel
materias omnes in aurū pro arbitrio possit cō
uertere: imo et īmortalitatem ipām inter boīes
comparare/nibil sibi uel tantā auri molem uel
īmortalitatē nisi uti sciuerit profuturaz: Atten
de iterum ɔmunem bic oratorie artis abusum
sopbistice similem prorsus uituperari tamq̃ fa
scinationis malefice spēm ubiq̃ ad inficiēdos
pturbationibus animos uenefice contendentē
Simili quadam rōe ɔmunem poesis abusum a
libi detestatur: Sed quia bic in artibus nume
randis nominat dialecticā: ne quorundā more
dixerim dialecticem: nam dialectica mibi latini
us sonat/meminisse oportet logicā apud plato
nem significare artem regulas nominū oratio
num argumentationūq̃ disponentez: dialecti
cam uero sagacē pbilosopbātis indaginē regul̃
bis utentē ad rationes rerum inuestigandas.
Diuinarum presertim/a quibus rerum quoq̃
sequentium summe rōes accipiunt̃. Ideoq̃ di
alecticā plerumq̃ apud platonē tbeologiam no
biq̃ significare: Nominat ibidē artem regiam

atq̃ ciuilem. s. prudentiā bumani generis felici
ter gubernādi: Que quidē siue in psona priua
ta siue publica sit/uel una uel multis/ eque ab
ipō tam ciuilis q̃ regia nuncupat̃: buic profec
to tamq̃ regine oēs subigit facultates: que in
agendo faciendoq̃ uersantur: quibus ipā dat
leges: ac tamq̃ instrumentis utitur et ancillis
Subicit similiter tbeologie scias omnes q̄ uer
santur in speculando: ad quā be ita se babeāt/
quemadmodum priuate artes ad regiam. quā
obrez socrates dum in ipā formula supiori for
mule rursus continuata/facultatē querit ad fe
licitatem potissimū ɔducentē/merito dimissis a
liis ad regiam tbeologiamq̃ confugit: Preser
tim cum felicitas in optimo rerum usu ɔsistat:
be uero rectissimū tum speculandi tum agendi
et faciendi usum afferre oībus per omnia stuō
ant. Idem tradidit in pbilebo: idem in ultimo
legum: idem in libris de re p. ubi ad generis
bumani felicitatem futurū gubernatorē in tbe
ologia primū/deinde in ciuili instruit disciplia
asserens diuinā ipāz boni ideam: uix tādez a so
lo legitimo tbeologo pcipi. Ac nisi pcepta fue
rit/non posse quicq̃/uel priuatim uel publice
recte agi feliciterq̃ disponi: quamuis autez ita
sit: Socrates tamen bic inter adolescentes atq̃
sopbistas/mysteria bec reuelanda non censet:
Mos. n. socraticus adolescentes exbortatur
solum. sopbistas solum confutat/uiros deniq̃
legitimos docet: Dic ergo sub ironia atq̃ dissi
mulatōe eiusmodi tangit mysteria/seq̃ simulat
besitare: et quasi inter sopbistas uertiginosos
pati uertiginem. Forte uero ambigere propte
rea simulat utrum tbeologia ciuilisq̃ prestet fe
licitatem/quia neq̃ tbeologie: neq̃ ciuilis di
scipline absolutā perfectionem bumana quadā
uia/sed diuina potius inspiratōe baberi posse
sepe confirmat. Quapꝑter non iniuria buma
nis diffisus uiribus/ felicitatē in diuinā refert
munificentiā/in quam et tbeologie sapīam: et
ciuilis prudentiā procul dubio rettulit: Eo de
niq̃ pacto bec omnia nobis accipiēda sunt: ut
bumana quidem officia mentes ad felicitatem
preparent/precipue sub tbeologica ciuiliq̃ di
sciplina rectissime gubernata: dei uero ipsius
clementissima bonitas/summū bominis bonuz

per bec quasi media ad ipūm conuersis deniq̃
largiatur. Statueram bic satis bonestum ar
gumento īmo uero cōmentario finem impone
re: Uerum detinet me adbuc necessaria questi
o: ad quid conducat frequens socratis ironia/
que quidē semp socratis bona dissimulat: sepe
ů bona simulat superborū: et quātum semp so
crati derogat tantum/sepe superbis arrogat: at
q̃ id quidem iocis facetiisq̃ frequētibus effi
cit: et sepius ultra fidem: Ut in se quidē depri
mendo audientes reddat modestiores: in sup
bis uero supra fidei modum extollendis/super
biam reddat omnibus deridendam: Profecto
qui preter modum laudātur a socrate si nō om
nino pditi sunt/rubore confusi se ipōs emēdāt
sin uero iam pditissimi/non ipi iam/sed presen
tes correptionis eius exemplo tā ridiculā super
bie uanitatem cautissime uitant. Est aūt socra
tica ironia/res admodum artificiosa: urbana:
faceta: uenusta: Tutius ueritati adstipulat̃ odi
umq̃ declinat: dū et professionē apte dissimul̃at
et prius sibi derogat manifeste q̃ uel clam de
rogare alteri deprebendat̃: et quod maximū ē
in uitiis corrigendis fugit maledici notā. Per
banc utiq̃ prope buius dialogi finem sopbisti
ce cauillatōis uitupationem in tria colligit ca
pita: primum q̃ probatissimi quiq̃ nugas eius
modi aspnantur. Secundum q̃ sopbismata se
ipā confundunt. Tertium qđ uel pueri bec tā
q̃ leuissima biduo assecunt̃/mox a sopbista de
scendit ad rbetorē: Uterq̃ enī ciuilē uirtutez
falso profitetur/ut scribitur in gorgia: et sopbi
sta quidē pbilosopbi speculationem: rbetor au
tem moralē pbilosopbi disciplinā simulat pcul
a uero: oñdit aūt rbetores atq̃ oratores dū se
et pbilosopbos et ciuiles simul ꝓfitent̃ eē ad u
trūq̃ ꝓrsus inutiles. Cōcludit postremo dialo
gū gemina optīaq̃ sentētia: Altera q̃ ē curādū
magis eē/ut bñ sint filii q̃ ut sint: atq̃ ut illos
relinquas bonos/potiusq̃ illis relinquas bona
Altera uero oīo esse pbilosopbādum qñqdem
pbilosopbia ipā res est diuīa: neq̃ uel ob falsos
eius ꝓfessores: uel ob mendaces calūniatores
dimittēdam esse possessionem adeo pretiosam.

Argumenti Finis.

Euthydemus siue litigiosus/translatus e greca
lingua in latinam a Marsilio Ficino Florenti
no/ad Petrum Medicem Uirū clarissimum.

Criton Socrates Euthydemus Dionysodo
rus Clinias Chtisippus

q

Uis nam ille erat o socrates:
qui cum beri in lycio disputa
bas? Nempe turba frequens
circumstabat. Quare licet ꝓ
pius accederem audiendi aui
dus/nibil tamen aperte pcipere potueram. cuz
uero in pedes erectus inspicerem/ mibi uisus
est bospes qdā esse/qui cum disserebas. Quis
ille? so: de quo interrogas crito/ Non enim u
nus tantum/sed duo aderant: cri: tertius ad de
xteram tuā sedebat is/cuius nomen audire pcu
pio: Medius aūt adolescentulus ille Axioci fi
lius: qui mibi uisus est satis admodum profe
cisse: Critobuli qdem nostri ferme equalis est
Uerum ille aridiori quodā corporis babitu:
Iste grādioris spēm pre se ferre uidet̃: bōesta
sane īdole atq̃ egregia: so. Euthydemus iste ē
quem queris o crito: Qui uero ad sinistraz se
debat/dionysodorus eius frater. q disputatōis
particeps simul extitit: cri: neutrum cognosco o
socrates: so: Noui quidem bi ut uident̃ sopbi
ste: cri: Que nam boꝝ patria est? que sapiētia?
so: Cbii sunt ut arbitror patria: thurios popu
los petiere: Unđ digressi multos iam ānos bis
ī locis uersantur. Sapientia uero illorum mi
rabilis est o crito. In omnibus certe sapientis
simi: et bactenus ignorabam eqdem pfectos a
tbletas esse: bi. n. ad omne certādi genus potē
tes sunt: non quēadmodum acarnani fratres a
tblete: Illi namq̃ corpore tantuz ualent/ bi ue
ro corpore primum pugnare maxime possunt:
et eo genere pugne/quo omnia supantur: sane
ad rem militarem instructi sunt plurimum: et
quem uis alium modo mercedem exponat/ad e
am rem strenuum uirum reddere possunt: De
inde iudicialem pugnam et ipi tractare expedi
req̃: et unumquemq̃ instruere possunt ad scri

bendas cās et orandas. Hactenus quidem ha rum rerum dumtaxat periti erant. Nunc autem pfecte athletarum facultati finem imposuerunt Quod enim deerat certandi genus/nuper assecu ti sunt: ut nemo illis valeat reluctari usq; adeo in uerborum altercatōe fortes euaserunt/prōp tiq; ad quoduis dictum seu uerum siue falsum sit/refellendum: Quapropter o crito his me uiris tradere cogito: pollicentur enim quemuis ali um breui se eorundē cōpotem reddituros: cri: An non te grādior etas absterret o socrates? so: Minime crito: Est enim quod me soleṫ: ne q; diffidere sinat. Nempe et hi iam senes ut ita dixerim/huic se facultati quam ego nunc exop to/cōtentiose uidelicet dediderūt. Naz ante bi ennium eam non dum callebant: Unum uero hoc tantū uereor/ne his dedecori sim quemad modum conno metrobii filio cithariste/qui me etiā nunc fidibus docet: pueri igitur condisci puli me quotidie rident et connum ipūm senū magistrum nuncupant: Ne ergo hoc idē aliqs hospitibus his obiciat/et illi hoc detenti/me recusent/alios quoq; non nullos o crito natu grandes mecū illuc discēdi grā ꝓficisci sum ex hortatus: hic item aliis persuadere conabor. Sed cur non et tu uenis? filios tecū ducens? porro cum uiderint/quia spabunt filioꝝ quoq; tuorum concursum his quasi illecebris adduc ti libentius nos erudiendos excipient. cri: nihil prohibet socrates/si tibi uideṫ. Uerum prius que illorum sapientia sit enarra/ut quid ꝑcep turi simus cognoscā: so: haud quaq; nunc an te obiciā ꝙ non satis recorder: qa minus attē derim: imo et incubui diligēter et memini: tibi q; a principio cūcta referre conabor. Eqdem diuina quadā sorte in gymnasio solus ubi me uidisti/sedebā: Iamq; inde discedere cogitabā Sed statim surgenti mihi solitū illud demoni cum signuz obstitit. Restiti itaq; ac paulo post ingressi sunt hi Euthydemus Dionysodorusq; et alii multi cum illis. qui illorum mihi discipu li uidebanṫ: Ingressi aūt/in ipō adopto cursu deambulabāt: Neq; dum bis aut ter iter illud e egerāt cum aduentauit clinias ille/quem ꝓfe cisse dicis et uere loqueris: Eum secuti sunt a mici et alii multi: et adolescens qdam chtisip

pus peaneus ingenio qdem bonus et pulcher/ sed ipā iuuentute lasciuior: Intuitus me ab in gressu clinias sedentē soluz contra uenit: et ad dexterā meam sedit ut et ipē ais: Cū uero cum dionysiodorus euthydemusq; uidissent primuz qdem nouis adstātes inuicem disserebāt: hinc atq; illinc i nos oculos conuertētes: Ego. n. illos diligētissime obseruabā. Deinde propius accedētes/consederunt: Euthydemus qdem iuxta ipūm adolescētem: Dionysodorus autem iuxta me ad sinistram: Alii uero utrumq; cōti git: his igiṫ congratulatus sum/utpote qui diu illos non uideram. Post hec ad cliniā cōuer sus imq̃/Isti qdez o clinia uiri Euthydemus Dionysodorusq; non in rebus paruis sunt/sed maximis sapientes. Nā que ad rem militarem ꝑtinent/sciunt oīa: quot nosse debet quicumq; strenuus dux exercitus est futurus: circa acies ordinesq; et exercitus instructiones: et prelia possunt quin etiā causidicum quemuis efficere accusatoremq; acerrimum eorum q iniurias i tulerunt: illi me ita locutum contempserunt: se q; inuicem inspicientes subrisere: Atqui inqt eu thydemus/haud amplius hec serio tractamus o socrates: sed his itermittendi studii grā uti mur. Quod ego admiratus imq̃/ꝙ preclara studia uestra sunt/si res tāte quasi intermissio nes quedam iociq; a uobis habenṫ? Dicite per deos obsecro/quid hoc uestrum tam egregium opus? Euthy: Uirtutem o socrates arbitramur facilime atq; optime omnium docere posse: so: prob iupiter/ꝙ pretiosam rem pollicemini? Qua sorte potissimum lucrum istud uobis ob tigit? Equidē ita ō uobis cogitabam hactenus ut modo dicebam: quasi ō uiris in re militari prestātibus: idq; ō uobis predicabam. Memi ni enim cum huc primum uenistis/hoc solum modo fuisse professos. ꝙ si nunc re uera scien tiam hāc adepti estis/estote propitii profecto uos perinde ac deos aduoco: obsecrans ut su periora errata mihi nunc ignoscatis: Ueruz ui dete o euthydeme dionysodoreq; utrum uera loquamini: Neq; mirum uideri debet siqs rei istius quā pollicemini magnitudinē estimans difficile credat. Eu: Certe scito ita esse o socra tes: so: beatiores equidem uos ob cuius rei pos

sessionem ꝙ ob regnum suum magnum regem existimo. Uerum dicite queso/utrū ostendere hanc sapientiaz cogitetis: an aliter uobis sit cō sultum: Eu: ad hoc ipūm o socrates uenimus tamq̃ demonstraturi atq; docturi/siqs discere cupiat: so: Atq ꝙ uolent oēs quicumq; carent/ ipē uobis quasi sponsor affirmo: Ego quidem prio: deinde ēt clinias iste: preterea chtesippus ipē: aliiq; presentes: Ostendi. n. illis clinie ip sius amicos: q nos iam circumstabāt. Chtesip pus forte procul a clinia sedebat: Cum uero Euthydemus inter disputādum ad āteriora ꝓ cedens clinie inter nos medio sese opponeret: et chtesippo eius īpediret aspectū: surrexit chte sippus et primus e conspectu nostrum stetit: ut et uideret amicum et disputātes audiret: Simi liter et alii hunc secuti nobis protinus adstite rūt: tam clinie amici ꝙ Euthydemi et Dionyso dori comites: hos ego oēs digito signans Eu thydemo pollicitus sum illius fore discipulos Chtesippus igiṫ uehementer ē assensus: nec nō alii: iusseruntq; sapientie uim ostendere. Tuz ego o euthydeme atq; dionysodore/his ꝓrsus gratificari uelitis: et mei grā demōstrare: pluri ma qdem talia sunt ut ostendere illa opus pro lixum sit futurū. Id aūt mihi dicite: utrum ho minem dumtaxat iam ꝑsuasum ꝙ discere a uo bis oporteat/bonum efficere uirum potestis? An illum preterea q non dū fuerit persuasus: quia nullo pacto doceri posse uirtutem putaue rit/uel forte uos illius non esse magistros: Nū quid artis eiusdem opus est homini sic affecto ꝑsuadere ꝙ et doceri uirtus potest: et ipi uos e stis a quibus optime quilibet discat: sic ne an aliter? Huius eiusdem inquit dionysodorus artis est opus o socrates: Vos itaq; pre ceteris inq̃ hominibus optime ad philosophie uirtu tisq; curam exhortaremini. Sic arbitramur o socrates: Cetera imq̃ postea ostendetis: hoc uero nunc ostendite. ꝑsuadete queso huic ado lescētulo ꝙ philosophie uirtutisq; studio totis sit uiribus incumbendum. Mihiq; et his oib; morem gerite. Porro adolescentulus hic usq; adeo mihi: et his omnibus cure est: ut eum in optimum uirum euadere summopere studeanṫ Est autem axioci filius ex maiore alcibiade na

ti. minoris aūt alcibiadis qui nūc est patruelis Nomen eius ē clinias. Cui cū in tenera etate sit/ut decet/timemus nequis forte ueniens ali o eius animum flectat atq; inqnet. Quare uos peroportune uenistis: Et nisi quid prohibet/ pueri huius piculum facite/uobisq; presentib; cum illo disserite: Cum hec ferme dixissez Eu thydemus fortiter nimiū et audacter nihil ait o socrates prohibet/si modo uelit nobis adole scentulus respondere. Haud insuetum imq̃ illi hoc est. frequenter enim presentes hi cuz eo disputant/deq; multis interrogant. Quo circa consentaneum est ut respondere nunc audeat Que secuntur o crito: utinam pro dignitate re censere ualerem. Neq; enim exiguum opus pu tandum. ut ualeat quis inextimabilem illam sa pientiam enarrare: Quare mihi nunc ut et poe tis opus esse uidetur musarum: memorieq; suf fragium inuocare priusq̃ tante rei narrationē exordiar. Euthydemus hūc in modum ut arbi tror est exorsus: Utri sunt o clinia homines: q aliquid discunt? sapientes ne? an ignorantes? puer autem propter questionis illius pondus erubuit: et esitans: oculos in me cōuertit. Ego uero perturbationem illius animaduertēs inq̃ Bono animo esto clinia: et que tibi uidentur/ uiriliter isti responde. Forte enim maxime te iuuabit: ita loquenti mihi dionysodorus inclia tus ad aurem ac ridens ait: predico tibi o socra tes quicqd puer responderit/confutatum iri. Interim responderat clinias/itaq; puerum mi hi admonere non licuit. Responderat autem sapientes esse qui discunt. Ad quem euthyde mus. Uocas preceptores aliquos an non? Assen sus est. An non preceptores/discentium precep tores sunt? quemadmodū citharista atq; gram maticus et tui et ceterorum puerorum precep tores fuerunt/uos aūt discipuli. Consensit. Cū discebatis/non dum sciebatis hec eadez que dis cebatis. Non dum. Nunqd eratis sapientes: quando hec ignorabatis? Nequaq̃. Si non sapientes: ignorantes igitur: Omnino? Uos er go dum discebatis que ignorabatis/ignorantes discebatis. Annuit adolescens. Ex hoc sequiṫ: ut ignorantes discant o clinia: nos sapientes: ut ipse putabas. Cū hec ille dixisset/tanq̃ chorus

significante magistro/summo applausu concla
marunt riseruntq; illi euthydemi et dionysodo
ri sectatores. Ac priusq̃ respiraret puer/ bene
atq; preclare excipiens sermonẽ dionysodorus
ait: Quid porro o clinia? Quando aliqua reci
tat grãmaticus/qui nam pueri illa perdiscunt
sapientes ne an ignorantes? Sapientes inquit
clinias. Ergo sapientes discunt nõ ignorantes
Quare non recte euthydemo paulo ante respõ
disti. Hic altius exclamarunt riseruntq; illoꝝ
astipulatores/euthydemi dionysodoriq; sapien
tiam admirati. Nos aũt quasi stupidi conticui
mus: Cum ergo nos euthydemus ad hec stupi
dos redditos esse cognosceret/ ut in maiorem
quoq; sui admirationem traheret: non dum di
misit puerum/sed ulterius eum ĩterrogauit.
Atq; illoꝝ more qui in choro sunt ad saltandũ
promptissimi/duplicem circa rem eamdẽ que
stionem inuertit: dicens: Utrũ discentes: que
sciunt/discunt an que nesciunt? Tunc dionyso
dorus iterum mihi susurrans ad aures. Tale ĩ
quit o socrates est et hoc/quale quod supra fu
it illatum. prob: Juppiter inq̃ ꝙ preclara: ẽt
superior nobis uisa est questio? Ita semp ait ĩ
euitabiles questiones proponimus. Ideoq; ui
demini inq̃ apud discipulos uestros auctorita
tem habere non mediocrem. Interi clinias eu
thydemo respondit/eos qui discunt/ que igno
rant perdiscere: Statim ille eũ queãdmodum
et ante ĩterrogauit. Scis ne ipse litteras? scio
Non ne oẽs? et omnes. Quando aliquis reci
tat: non ne litteras recitat? Concessit. Ergo il
la que scis recitat: quando qdẽ ipse omnes scis
litteras. Admisit et istud. Non ne discis: que
quis recenset. Assensus est. An uero ignorãs
litteras discis? Minime. Immo sciens disco:
Non ne igiẽ que scis/discis/siquidẽ oẽs scis li
teras? Annuit. Non recte itaq; respondisti.
Uix autem dixerat hec euthydemus/cum dio
nysodorus tamq̃ spherã sermonem assummẽs
aduersus adolescentulum hec intulit. Decipit
te euthydemus o clinia. Dic mihi. An nõ di
scere est/scientiam illius accipero: quod quis
discit? Admisit clinias. Scire autẽ nunquid
aliud ẽ ꝙ scientiam ipsam iam habere? Conce
ssit. Nescire igiẽ est/non dum habere scientiã

Dedit et istud. Utri rem aliquam capiunt? qui
habent? An qui non habent: Qui non habẽt.
An non confessus es/nescientes homines ex
illorum numero esse/qui non habẽt? Annuit
Discentes igiẽ ex illoꝝ numero sunt qui capiũt
non ex eorum qui habent: probauit. Ergo qui
nesciunt o clinia discũt: non qui sciunt. Post
hec uero tertio iam certamine opugnare euthy
demus adolescentulum properabat. Ego autẽ
succumbentem miseratus ut eum paulũ recre
arem/ne forte nimium expauesceret/ hunc in
modum consolari cepi. Ne mireris o clinia/si
insueti tibi sermones isti uidentur: forte nãq;
non percipis qd erga te hospites isti faciant.
Idem profecto faciunt isti quod furentes sa
cerdotes illi qui corybantes uocanẽ/in myste
riis agunt: quando ĩ solio collocant illũ quẽ
sacris initiaturi sunt/uariisq; iocis applaudũt:
et coreas ducunt. Intelligere hec te arbitror
si modo et ipse initiatus es/ludunt similiter isti
nũc et circa te choreas ducunt ac saltant: qua
si nunc expiantes te et postea sacris initiaturi:
Itaq; in presentia existima primas quasdã sa
crorum sophisticoꝝ cerimonias celebrari. nã
primum qdẽ ut iubet prodicus proprias nomi
num significationes oportet accipere. Quod et
tibi hospites ostenderunt: circa id quod disce
re nominatur: cuius proprietatem minime no
sti. Utuntur enim uerbo hoc homines ad eũ
actum significandum/quando aliquis ab initio
rei alicuius scientiam nullam habẽs/ deinde il
lius scientiam accipit. Utuntur qn etiã uerbo
eodem ad animaduersionem illius significan
dam q scientiam habẽs/hac ipsa scientia rem
eãdẽ quotiẽs fit uel dicitur: agnoscit. Magis
aũt ꝓprie cogitare ꝛ aĩaduertere hoc ꝙ discere
uocãt ĩterdũ ẽt discere. id ũ te latuit ut isti mõ
strarunt/idem uidelicet nomen contrariis ab
hominibus attributum: scienti quidem et nesci
enti. Simile aũt huius est et illud/quod ĩ secũ
da questione proposuerunt: ĩterrogantes utra
discant homines/an que sciunt/an que nesciũt
Hec omnia ludi quidam ĩ disciplinis sunt. qua
propter ludere tecum istos existimo. Ludum
autem hac de causa nuncupo: Quia et siquis
multa generis huius uel omnia nouerit/ rerũ

quidem naturas nihilominus intelliget/ludere
tñ ex ipsa nominũ differentia aduersus hoĩes
poterit quasi ĩteriecto crure ꝓsternẽs eoꝝ more
qui sedere uolentib; furtĩ subsellia subtrahunt
et effusius rident: cũ uident aliquẽ cecidisse su
pinũ. Hec igiẽ et tu ꝓ ludis qbusdã ab istis ac
cipe. Deinceps aũt seria tibi isti tractabũt. Egoq;
ab illis que ꝓmiserũt exposcã: ꝓmiserũt porro
se ex hortatoriã sapiẽtiam ostensuros. Nunc aũt
mihi uidenẽ putasse prius tecũ esse iocãdũ: Sa
tis ergo hactenus: o: euthydeme dionysodore
q; nobis sit lusum. Ostendite iam qd seqtur.
Restat nempe ut ad uirtutis ꝛ sapiẽ studium:
hunc adolescentulũ exhortemini. Uerũ primo
ipse exemplar quoddã et formulã exhortatioĩs
illius quam postulo nobis ꝑfiniã. Quod si ru
stice et absurde ꝑscribere uideor: ne deridẽatis
obsecro: Nam sapiẽ uestre audiende auiditate
ꝑcitus ineptias nũc meas oñdere uobis audeo
Audite igitur sine risu uos et discipuli.
Tu aũt mihi axioci fili responde/ Utrum om
nes bene agere: hoc est bene uiuere cupiamus
An forte questio hec ut formidabam ex eorum
numero est que ridicula sunt. Dementis enĩ ho
minis est hec talia in controuersiam trahere.
Nam quis est hominum q bene uiuere non cu
piat? clinias: Nemo. so: Age postq̃ bñ uiuere
uolumus/quo pacto hoc assequi possumus?
Numqd si bona multa nobis adsint? an inepti
or est qui de hoc ambigit: Constat enim ita eẽ:
cli: constat sane: so: Bona uero ex omni rerum
genere que nam sunt? An forte neq; id arduũ
est inuentu. neq; ab eleganti ingenio dubitãdũ
Quilibet aũt dicere esse bonum/diuitem esse:
Nõ ne? cli: Maxime: so: an nõ et sanum esse et
pulchrum? ceterisq; corporis dotibus frui: cli
certe: so: quin ẽt nobilitas generis et potentie ꝛ
honores ĩ sua cuiq; ciuitate sunt bona: cli: Et
ista: so: Que preterea bona restãt? Si dixerims
temperãtiam iustitiam. fortitudiẽm esse bona/
numqd recte? cli: Dubitaret forte quispiam: so
Tu uero qd ais? cli: bona ꝑfecto dicẽda: so: sa
piẽtiam uero quo ĩ genere locabimus? bonorũ
ne? an aliter? cli: In bonorum genere: so: uide
ne quid bonorum ratione aliqua dignũ preter
mittamus: cli: Mihi sane nullum pretermisisse

uidemur: Tunc recordatus imq̃ uidemur o cli
nia maximũ bonorum omnium postposuisse: qd
hoc petit ille. felicitatem imq̃ hoc est rerũ cõ
secutionem ad uotum/ quam uel imperitissimi
homines summum bonum nuncupãt: Uera lo
queris ait. Tũc ego rursus penitentia motus/
ferme imq̃ risum o clinia hospitibus concitaui
mus: quamobrem? so: Quoniam cum felicita
tem in superioribus posuerimus: mõ iterũ eas
de re loquebamur: Quid istud? ridiculum por
ro quod ante positũ est rursus proponere/ bis
q; eadem recensere: Qua rõe id ais? Sapientia
imq̃ ipã felicitas est: quod quidem uel puer q
uis intelligat. Quod ille tamen ob puerilem ru
ditatem admiratus est: sed ego affectũ eius co
gnoscens/hunc ĩmodum interrogaui: Non ne
o clinia nosti ꝙ periti tibicines optime omniũ
quicquid ad tibiarum usum ꝑtinet cõsecũtur?
Assensus est: et eruditi grãmatici quod ad lit
teras tum scribendas tum legẽdas attinet: ꝑr
sus: sapientes quoq; gubernatores optatum na
uigationis portum pre ceteris assecunẽ: ita est:
Nec non belli dux sapiẽs/quod ad militiã spec
tat/securius expedit: et cum illo tutius q̃ cum
ignorante militabis absq; dubio: Et sapiens me
dicus ad optatam corporis ualitudinẽ melius
q̃ insipiens te ꝑducet: tuq; te ipũm libentius
illi committes: Certe: An ideo ꝙ putares feli
cius et ad uotum sapientie cum illo magis tibi
res successuras? Consensit: Sapiã igiẽ omni
bus humanis in rebus/felices nos idest uoti
compotes efficit: Neq; enim aberrat umq̃ nec
fallitur sapientia ulla/sed recte opus peragit at
q; assequiẽ: alioquin sapiã nulla esset. Cõueni
mus tandem nescio quomodo ita summatim es
se dicendum/presente sapiã/haud ulterius feli
citatem desiderari. His uero concessis rursus
illum percontatus sum quid de his que supra
concessa fuerant/sentiremus: Confessi: n. sumẽ
si multa nobis sunt bona/bene beateq; nos uiue
re: admisit: Nũ beate uiuimus ꝑ presentia bo
na/si nihil prosunt nobis/an si prosunt? Si ꝓ
sunt ait: An uero conferũt quicq̃/si habemus
illa duntaxat/nec tamen utimur? Ueluti si epu
las multas poculaq; habemus/nec uescimur/nũ
quid iuuãt? nihil: preterea si artificib; exposita

Lingiosul.

sint preparataqꝫ singula ad ipsum opus perficiē
dum/ipsi uero non utantur/nū bene agent prop
ter ipsam dumtaxat possessionem eorum que ad
perfectionem operis requiruntur? Ceu si fabro
preparata sint instrumenta omnia lignaqꝫ suffi
cienter exposita/ipē uero nihil fabricetur/num
qd ipā possessione iuuabitur? nullo pacto inqt
Quid uero? siquis diuitias et bona que diximus
oīa nactus nequaq̄ utatur/numqd erit ipā bo
norum possessione beatus? Minime o socrates
Oportet itaqꝫ illum imq̄ q beatus futurus est
non solum bona huiusmodi possidere sed uti:
Nihil enim sola possessio iuuat: Uera loqueris
Num possessio ususqꝫ bonorum o clinia ad bea
te uiuendum sufficit? Mihi quidem uidetur:
Utrum ita dicis/si modo qs recte utat̄/an etiā
si non recte? si recte: Probe loqueris. Longe
namqꝫ a beatitudine ut arbitror/alienior est q
aliquib; abutit̄/q̄ qui dimittit. Illi siquidem
mala sunt/isti nec bona sunt neqꝫ mala. Nō ne
ita dicendum? probauit: Numquid in effectōe
et usu circa ligna aliud preter fabrilem sciam/
recte uti singulis efficit? Non aliud: Quin etiā
circa uasa conficienda/rectum usum scia pre
stat: annuit: Non ne et circa usum bonorum q̄
supra rettulimus/diuitiarum sanitatis et forme
scia ipā dux erat docens recte his uti/actioneꝫ
qꝫ dirigens: prorsus: Non solum igitur prospe
ram rerum consecutionem/sed et bonam actio
nem ut uidetur in omni possessione actioneqꝫ
hominibus scientia prebet. Assensus est: an est
ulla per deos ex possessionibus aliis absqꝫ pru
dentia sapientiaqꝫ utilitas? Uter horuꝫ maiorē
reportat utilitatem. An qui mente captus est/
Multis tamen rebus abundat/multaqꝫ facit?
An qui pauca facit et possidet mentis cōpos?
Sic aūt consydera: Non ne qui pauciora agit
rarius errat/minus errans/minus agit male.
Minus male agens/minus est miser: oīo inqt
Quo auteꝫ modo quis pauciora facit: numqd
si paup est: an si diues? si pauper/ Utrum si de
bilis/an si robustus: Si debilis: Utrum si ho
noratus/an si abiectus? Si abiectus Utrū si
fortis et temperans agit pauciora. an si tīdus? si
tīdus Non ne et piger mīus efficit q̄ꝫ pmptior
ad agēdū: Admisit. Et tardus q̄ꝫ uelox. hebes
ad uisum atqꝫ auditū. q̄ꝫ acutus. oīa hec inter
nos conuenerunt: Tunc uero hunc in modum
sermonem superiorem conclusi. Nulla ex his
o clinia que bona nuncupabamus/se ipis bona
esse uidentur. Immo sic dicendum constat/ si
illis inscitia presit/eo deteriora esse q̄ illorū cō
traria/quo uberius improbo duci adminicula
scelerum suppeditare possunt/ Sin aūt pruden
tia et sapientia his presideat tuꝫ deniqꝫ meliora
Ipā uero suapte natura nec bona sunt nec ma
la existimatione aliqua digna: Videt̄ inqt ita
esse ut dicis. Quid aliud imq̄ ex antedictis cō
cluditur/q̄ꝫ nullum alioꝝ bonum esse uel malū
E duobus autem ipis/sapiam quidem bonum
insipientiam uero malum: probauit: Que secū
tur insuper consyderemus: postq̄ beati esse af
fectamus omnes/beati aūt efficimur ut appa
ruit ex eo q̄ rebus utimur et recte utimur/ rec
titudinem uero usus et consecutionis prosperi
tatem scia prebet: ceteris omnibus pretermissis
omni studio niti qsqꝫ debet ut q̄ꝫ sapientissimus
fiat: non ne? Certe: Existimare igit̄ debet qsqꝫ
hoc potius expetendum a parentibus q̄ꝫ multa
rum pecuniarum hereditatem a tutoribus pre
terea et amicis tum aliis tum uel maxime ab il
lis qui in amore ardentiores esse se predicant:
siue hospites sint seu ciues. Quos oportet sup
pliciter exorare/ut sapiam suam impertiant: neqꝫ
turpe est neqꝫ abhorrēdum o clinia consequēde
sapie grā seruire cuilibet/et honestis obseqis
unicuiqꝫ morem gerere. Idem ne et tu sentis?
Idem omnino: probe enim loq uideris: si mo
do imq̄ꝫ doceri sapia potest/neqꝫ forte homib;
aduenit. Hoc enim insup restat inuestigādum
Neqꝫ duꝫ inter nos id constitit: Tū ille doce
ri mihi quidem posse uidet̄ o socrates: hac ego
responsione delectatus imq̄ꝫ: O q̄ꝫ belle loque
ris uirorum optime/Maximo quodam me be
neficio affecisti/longa meum indagatione aīuꝫ
liberās. Ambigebam sane utrum doceri posset
nec ne sapia. Nunc uero postq̄ꝫ tibi doctrina
comparari posse uidetur/solaqꝫ hec ex omnib;
beatum et felicem efficit hominem/quid nam a
liud dixeris agendum nunc q̄ꝫ philosophādū:
Numqd et ipē hoc agere cogitas? q̄ꝫ maxime
inqt fieri potest o socrates. Hec cum libēter
audisseꝫ exemplar imq̄ o dionysodore et euthy
deme exhortationis quā expeto/tale est rudib;
prolixisqꝫ uerbis uix a me coaggeratum: Uter
aūt uestrū mauult idē hoc artificiose contexēs
nobis ostendat. Si hoc nō uultis/saltē qd ora
tioni mee deest/deinceps adolescentulo demō
strate: utrum necesse sit oēm sciaꝫ adipisci: uel
una q̄dam potius scia sit/quā compare debet
quisquis uir bonus est beatusqꝫ futurus: Que
ue hec scia sit declarate: nam ut in principio
disputationis dixi uehementer desideram; hūc
adolescentulum sapientē bonuꝫ q̄ euadere. hec
eqdem tunc edixi o crito: Ac me ad sequentia
attentione animi preparaui/obseruaturus
quale dicendi exordium facerent: qua ue potis
simum rōe cliniam ad sapientie et uirtutis stu
dium exhortarent̄: Statim uero q natu grādi
or est dionysodorus primus effari cepit: ī quē
nos oculos oēs ꝯuertimus: tamq̄ mirificā quā
dam orōem ptinus audituri. Quod et nobis
contigit. Mirū namqꝫ sermonem inceptauit o
crito qui sane dignus est qui abste audiat̄/q̄
belle prouocet ad uirrutē. Dic mihi ait o socra
tes uosqꝫ alii/quicūqꝫ adolescentē istum fieri
sapientem curatis/utrū iocamini an serio dici
tis: atqꝫ id reuera desideratis. Ego igitur ar
bitratus illos putasse nos ab initio secum fuis
se iocatos cū iussimus eos cū adolescentulo di
sputare/atqꝫ iccirco lusisse et illos nobiscū hac
tenus neqꝫ seria tractauisse/confestim dixi q̄
maxime nos et studiosissime exoptare. Tunc
ita dionysodorus. Uide o socrates ne que nūc
asseris aliquādo neges: Scio numq̄ me nega
turum: Quid utiqꝫ dicitis? Uultis ne ipsum fie
ri sapientē? uolumus/quid ni? Utrum sapiens
nunc est clinias an non? non dū ait imq̄. Est e
nim minime iactabundus. Uos aūt inqt sapiē
tē ne fieri uultis/ignorantē uero esse nequaq̄?
Admisimus: Ergo quod non est fieri ipsum cu
pitis/quod uero nunc est/haud amplius esse.
Quod cum audissem turbatus sum: et ille me
turbatum aīaduertens: qm̄ inqt uultis qd nūc
non est/non amplius esse uultis ut uidet̄/ hūc
interire: At uero q̄ chari hūdi sūt huius gene
ris uel amici uel amatores/qui amatos oī cura
pdere student? Hec audiēs chtesippus amati
grā grauiter tulit et indignatus: O hospes iqt
thurie/nisi dictu rusticius esset/dixissem utiqꝫ
tibi in caput/q̄ aduersus me et alios mentiris
hac in re: quam uel dictu nefariam duco: q̄
ego hunc perire uelim. Hic euthydem; ad chte
sippum conuersus ait: uidetur ne tibi fieri pos
se ut aliquis mentiatur? per iouem inquit/ nisi
forte insanio: Qui uero mentitur/utrum rē ip
saꝫ de qua sermo est/dicit/an non dicit? dicit/
an non dicit? dicit ait: Si rem ipāꝫ dicit/haud
aliud quicq̄ dicit/preter id quod dicit: Quo
nam pacto aliter fieri posset/chtesippus ait?
Numquid una quedam res est quam dicit ab
aliis rebus diuersa: prorsus: Non ne qui illaꝫ
dicit/id quod est profert: Ita: Enim uero qui
cumqꝫ quod est que ue sunt dicit/uera loquit̄.
Quamobrē dionysodorus/si que sunt dicit/ue
ra predicat. neqꝫ quicq̄ aduersus te mentitur
Ita inquit chtesippus: Uerum qui hec loquit̄
o euthideme non ea que sunt/dicit: ad queꝫ eu
thydemus/non existentia non sunt: nō ait: nus
q̄ uero que non sunt/existentia sunt: Nusq̄.
Fieri ne potest ut aliquis circa ea que non sūt
quicq̄ agat: ut illa faciat aliquis/existentia nus
q̄? nequaq̄ mihi uidetur/chtesippus ait. cum
rhetores ad populum concionantur/nihil ne a
gunt? agunt aliquid: Si agunt ergo et faciunt
Sequitur: Ergo ipsum dicere/agere est et face
re: consensit: nullus igitur/non existentia dicit
Faceret namqꝫ aliquid. Tu uero confessus es
impossibile esse ut aliquis non existentia faciat
Quapropter secundum orationem tuam falsa
nullus loquitur. Immo uero si loquitur diony
sodorus/uera et existentia loquitur. Sic est
euthydeme chtesippus ait. Nam existentia qui
dem quodammodo dicit/ non tamen ita ut se
habent dicit: Qui uero istuc ais chtesippe dio
nysodorus inquit? Sūt ne qui res ipās ut ha
bent se dicant? Sunt certe respondit ille uiri
boni preclari atqꝫ ueridici: Quid porro inter
rogauit alter/bona non ne bene se habent?
Mala contra male? probauit. Bonos autem
et preclaros homines confiteris/res ipsas ita
ut se habent/eloqui?

Cōfiteor: Ergo boni uiri o chtesippe male ma
la dicunt/siquidem ut sunt enuntiant: Maxie
p ioue: Et malos hoies/male/ex quoꝝ nūero
ne sis ipē cauebis/si mihi credes ne boni uiri
male de te loquant: Tunc euthydemus adiie
cit. Numqd illi et magnos uiros magne: et ca
lidos calide dicunt? Sūmope respondit chte
sippus: Et frigidos frigide dicunt: aiuntq; dis
serere frigide: Tunc dionysodorus: Cōuitiaris
chtesippe ait/conuitiaris? Non p ioue dionyso
dore: nā te diligo: imo uero amice te moneo:
et psuadere ɔtendo/nūq̄ me corā usq; adeo
mordere ut dicas uelle me hos pdi quos caris
simos habeo. Ego aūt cū illos irritari iam iui
cem acriter psentirem: cū chtesippo iocatus in
q̄/decet nos chtesippe ut mihi uidet ab his ho
spitib; que dant accipere/si mō īptire qcq̄ ue
lint: Neq; noibus altercari. nam si ita pdere sci
unt hoies/ut ex malis et imprudētibus/pbos
prudentesq; efficiant/siue ipi pditionis talis i
uentores extiterint/seu ab alio quodam didice
rint: ut p malo hoie bonum restituāt/ patz aūt
eos scire: Dixerunt enim artē nup sibi cōptam
qua bonos ex malis hoies faciāt: si hoc inquaz
sciunt/pmittamus utiq; ut sic adolescentulum
perdāt/modo efficiant sapientē: īmo ēt nos ip
sos illis ita curandos tradamus. Quod si uos
iuniores reformidatis/ego certe uelut homū
cul'ꝰ qdā ex caria discrimen hoc subeam: leui
us. n. in me utpote seniore discrimen. Me igi
tur dionysodoro huic dedo quasi medee ex col
chis/ut me dissoluat. et si uelit elixet: uel qō
cumq; aliud mauult in me moliat/ modo opti
mum uirum efficiat: chtesippus quoq; inquit:
Ego itē o socrates me ipūm hospitum uolunta
ti ɔmitto. et si me magis ēt q̄ nūc excoriare ue
lint/excorient/si modo pellis mihi mea non in
utrem conuertatur ut marsie/sed in uirtutem.
Atq putat dionysodorus hic ipi me succēsere
Ego aūt non succenseo qdem: sed aduersus il
la dico/que in me non recte is loquit. Tu ue
ro dionysodore contradictōem ipām ne conui
tium nomines. Aliud namq; ē contradicere/a
liud uero conuitiari: Ad hec coniecit dionyso
dorus: Ita ne tu de contradicendo loqueris/
quasi sit aliquid ɔtradicere: Maxie quidē chte
sippus ait. Tu uero non putas esse aliquid cō
tradicere? Neq; tu respondit Dionysodorus i
stud ostenderes/cum numq̄ alterum alteri cō
tradicentem audiueris: Uera loqueris ait.
Sed audiamus in presentia si tibi demonstro
chtesippum dionysodoro contradicentez: num
quid sermonem huius uis polliceri? Prorsus
ait: Sunt ne inquit unicuiq; rerum sermones
rationesq;? sunt. Ut est unaqueq; res? an ut nō
est? ut est: Si recordaris chtesippe ait/ paulo
ante monstrauimus neminem quod non est/di
cere: Quod eniz non est/nullus dicere nobis
apparuit: Quid tum? chtesippus ait: Quid p
hibet hoc/ quo minus ego et tu ɔtradicamus?
Tum alter: Utrum contradiceremus/si utriq;
eiusdem rei sermonem rationem ue cogitarem
An potius sic eadem loqueremur? consensit:
An forte cum neuter rei rōem profert/inuicē
contradicimus? uel sic neuter rei ipius menti
onem faceret? Id quoq; admisit. Num inquit
cum ego rei rationem pronūptio/tu uero alteri
us cuiusdam/tunc demum contradicimus? ut
potius ego tunc rem dico/tu aūt omnino non
dicis. Non dicens autem dicenti quomodo cō
tradiceret? Ad hec chtesippus obmutuit: Ego
autem admiratus que dicebantur. Qua inquā
ratione istud ais dionysodore: Equidem cum
sermonez huiusmodi sepenumero ex multis au
diuerim/semper admirari soleo: hunc siquidē
protagore sectatores eisq; ēt antiqores frequē
ter usurpare consueuerunt. Mihi uero semper
mirabilis uisus est/talisq; esse ut et alios et se
ipūm puertat. Reor aūt ueritatē ipius me nūc
abs te potissimū auditurū. num sibi id uult smo
ut falsa dicere īpossibile sit: oporteatq; illū q lo
quit uera pferre: uel oīo non loqui? asseruit:
Utrum falsa loq quidem impossibile est/ opi
nari uero falsa possibile. Neq; opinari inquit:
Ergo nulla est inquam falsa opinio: Nulla pr
sus: Neq; inscitia īsuper: neq; homines inscii:
An non inscitia esset/si modo esset istud/ de re
bus scilicet falsa sentire? Omnino: Istud
autem non est inquam. Non certe respondit
ille. Confabulandi ne gratia o Dionysodo
re hec inducis/ ut mirum aliquid inferas?
An reuera tibi uidetur nullus hominū īscius
esse: At ipē inquit refellet an refelli quicq̄ pōt
cum nemo ut asseris mentiatur? Nō potest eu
thydemus ait. Tum dionysodorus: non iussi i
gitur ut refelleres/nam quo pacto quis quod
non est iubeat? O euthydeme inquaz scita hec
atq; preclara haud multum edisco/ sed quasi
cursiz attingo. forsitan ergo onerosum quid ro
gabo: Sed ignosce obsecro: Uide āmabo. Si
neq; mentiri quisq̄ potest. neq; opinari falsa/ne
q; inscius esse: nemo etiam duz agit quicq̄ ab
errare potest. Nullus enim ab eo q̄ agit aber
rat. Non ne ita dicitis? ita plane: hec est inquā
onerosa illa questio. Si eni non erramus um
q̄: neq; agendo: neq; loquendo: neq; ēt cogitā
do/quid nam uos hec docturi uenistis? an nō
supra predicabatis uos pre ceteris omnibus op
time uirtutem uolenti cuiq; tradituros. Usq;
adeo uanus o socrates inquit dionysodorus/
ut que a principio diximus reminiscaris nunc
Et siquid superiori anno dixerim/nunc quoq;
sis recordaturus: his aūt que in presentia dic
ta sunt quomodo utaris non habeas? difficiles
admodum sermones sunt inquā: neq; iniuria
Nam a uiris sapientibus predicantur. Quan
doquidem et eo quod nouissime dictum est uti
est difficilimum: Cum enim dicis non habere
me quomodo utar dionysodore quid potissimū
uis inferre? an uz quod non habeam/ qua rōe
presentem sermonem conuincā? nā mihi dicas
quid aliud tibi uerbum istud intelligit/ q̄ non
habeo quomodo sermonibus utar? Aliud ipse
ais inquit hoc q̄ ualde difficile sit hoc uti: nē
pe responde: Anteq̄ tu responde is inq̄ diony
sodore? quid non respondis ait? An par ē inq̄
Par: Tum ego qua precipue ratione? an for
te ex eo q̄ ipē ad nos in disserendo sapientissim
aduenisti. Ac nosti qñ respondendū sit/ qñ nō
respondendum? ideoq; nunc respondes nihil
q̄ respondendū nihil esse cognoscis? Ad hec il
le: Nugaris o socrates atq; respōdere negligis
Sed o bone uir crede mihi: atq; responde:
postq̄ sapientem esse me confiteris: parendum
omnino sic enim decet cum tu presideas. iter
roga igitur: Utrum inquit animaz habent que
cumq; intelligunt aliqd? an et anima carent?
Habent animam: Nosti ne uerbum aliquod a
nimam habenš? nullum equidem: Cur itaq; nu
per interrogabas quid mihi uerbum illud itel
ligeret? Non ob aliud inquā/nisi ob ignauiam
meam/que me errare coegit: Uel forsitan non
erraui: imo recte locutus sum cum dicerem q̄
uerba intelligunt. Tu uero errasse me dicis/
nec ne? si enim non erraui/neq; tu nunc redar
gues/sis licet sapiens/neq; quo modo sermone
utaris habebis. Sin aūt erraui/neq; sic quidē
recte tu loqueris/qñ dicis errare posse neminē
Atq; hec quidem non aduersus illa que anno
supiori dicebas nunc adduco. Uidet aūt mihi
o dionysodore euthydemeq; sermo hic eodē re
uolui/ et nunc etiam ut et quondam solebat
fieri cuz deiiecerit cadere: Quod quidē ne ipsi
accidat ab arte uestra licet circa acriorē sermo
num diligentiam admirabili non dum uidetur
esse prouisum. Hic chtesippus. Mirabilia di
citis o uiri thurii siue chii/ seu quotcūq; aliud a
gnomen uendicare lubet. Vobis enim delira
menta et nuge nihil sunt cure. Ego aūt ueritus
ne ad ɔtumelias deueniret chtesippū rursus sic
mitigaui: O chtesippe eadē tibi nunc dico: que
clinie quoq; dicebā. q̄ nescis q̄ mirabil' sit ho
rū hospitū sapīa. Uerū noluerunt serio agētes
nobis illā oñdere: sed imitātes pteū egyptiū so
phistā prestigiis qbusdā nos fallūt. Nos ḡ me
nelaū imitemur. neq; hos uiros añ mittamus q̄
studia sua nobis apiant: Arbitror eniz pulcher
rimū qddā uisuz iri hoꝝ opus/ cū seria tracta
re cepint. Quapp exhortatōibus atq; uotis sup
plices exoremus/ut suū nobis studiū patefaci
ant. Exponendū aūt rursus mihi uidet/qualē
studioꝝ ab illis figurā reqro: Conabor ḡ inde
deinceps continuare sermonē ubi supra destiti
mus. Siquo pacto eos puocare possiz/ut mei
misereantur circa grauia ɔtendētis: ipiq; deiñ
rē studiose tractēt. Tu uero clinia mihi memo
ra ubi nā orōez ī supioribꝫ intmisimus. nā ut e
go arbitror hic orōez abrupimus: cū iā ɔclusuz
fuisset a nobis philosophādū eē: nō ne? cli: pro
fcō: so: philosophia uero scie acqsitio: cli: certe
so: quā itaq; potissimū adipisci sciaz decz? non
ne ut summatī dicam/illā que nobis prodest?
Cli: Illam ipsam: so: An scientia illa maxime
nobis prodesse/si sciremus/quibus in ter

ris aurum multum effoditur: cli: Utiq; : so:
Uerumtamen supra id confutauimus: quia ni
hilo magis prodesset nobis scia ista ēt si absq;
labore/tellurisq; effossione/aurum omne cōpe
riremus: uel ēt si lapides efficeremus aureos
dum uti auro ignoraremus: non recordaris?
cli: recordor et maxime quidem. so: neq; ulla
alterius cuiusq; scie est utilitas/siue numulari
e/seu medicine/siue cuius uis alterius/ quecū
q; facere quicq; docet/uti aūt eo quod factū ē/
minime: Non ne ita? cli: Ita prorsus: so: imo
ēt siqua scia esset/que hoies imortales effice
ret/uti uero īmortalitate ipā nequaq; doceret/
inutilis esset prorsus/siqua fides ē supioribus
adhibenda. Sic nobis hec oia uidebant: so:
Ea igitur scia opus est ingenue puer/in qua⁊
operis effectio et operis usus conueniāt: cli:
Apparet: so: Permultum igitur abest ut lyra
rum fabros esse nos oporteat/talemq; sciētiaȝ
asseq. In his enim ars efficiens/ab arte que
utitur circa idem distinguitur. Nam ars q̄ fa
bricat lyram et que lyraȝ pulsat longe inter se
differunt: an non? cli: Sic est. so: Neq; rursus
tibiaꝝ effectrice egemus. Ea siquidem ab illa q̄
utitur/discrepat: cli: Sane: so: num forte ꝯpo
nende orationis exqrenda facultas/siquis bea
tus esse desiderat? cli: non arbitror: so: Que
nā te ratio mouet? cli: noui egō quosdam orati
onum auctores: q orationibus hisce quas con
diderunt/uti perinde nesciunt/ac lyris fabri
ipī lyrarum: qui ad aliorum usum lyras ꝯstru
xerunt: quas et qui illis utuntur facere nesciūt
Constat similiter et circa orationes aliam esse
artem que condit/aliā que conditis utitur: so.
Euidentissimo quodam argumento ostendisse
uideris/artem illoꝝ q componunt orōes/ ad
beatitudinem nequaq; sufficere: quamq; ego
putabam hoc in genere nos eā sciam/quam iā
diu querimus/inuenturos. Etenim uiri huius
modi clinia orationum auctores quotiens eos
alloquor supra ceteros homines sapientes mi
hi uidentur: ipāq; eorum ars diuina penitus
atq; excelsa. Neq; id mirum: Est enim artis
in cantandi particula paulo illa inferior. Incā
tationum porro facultas/uiperarum/araneaꝝ/
scorpionum/ceterarumq; ferarum atq; morbo
rum illectio et mitigatio est: Oratoria uero iu
dicum/concionatoꝝ/aliarumq; turbarū/oblec
tamentum quoddam et delinitio. An uero tu a
liter sentis? cli: non aliter: sed ita prorsus ut a
is? so: Quo ergo nos uertemus? ad quā uȝ ar
tem? cli: Ambigo. so: At ego inuenisse arbi
tror: cli: Quam? so: Prefectura exercitus ea
potissimum eē mihi uidet: que beatū adeptione
sua quēlibet efficit: cli: Mihi uero non uidet:
so: Quamobrem? cli: Quia uenatoria quedaȝ
ars hominum hec esse uidet: so: Quid tū? cli:
Nullus sane uenationis opus ulterius porrigi
tur/q; ad inuestigandum capiendumq;. postq;
aūt uenatores/quod insecuti sunt/comprehen
derunt/eo uti nequeunt. Sed et qui uenantur
canibus et qui piscantur/predam coquis exhi
bent. Geometre item: astronobii: ꝯputatores:
uenatores qdā sunt: neq; .n. figuras descripti
onesq; hi faciunt: sed existentia hec adinueniūt
Cum itaq; uti illis ipī nesciant: uenari aūt solū
ualeant/qcumq; illoꝝ mente capti non sunt/
sua inuenta dialecticis prebent/ut illi illis utā
tur/so: Ehia pulcherrime et sapiētissime clinia
est ita? cli: ita prorsus: Atq; eadem ratōe du
ces exercitus/postq; uel urbē/uel exercitū oc
cuparunt uiris ciuilibus predā et spolia tradūt
Nā ipī his que comprehenderunt uti nesciūt
quēadmodum aucupes q postq; ceperūt coturni
ces/nutritoribus tribuūt. Si igit ea arte in
digemus que comparata/seu in efficiendo: siue
in uenādo uersetur sciat et uti: ideoq; beatos ef
ficiat possidentes/aliā quādam preter militarē
oportet inquirere: cri: Quid ais o socrates?
Numquid adolescentulus ille talia dixit? so:
Non putas crito? cri: Non per iouem. nam re
or illū si talia dixit. neq; euthydemi neq; alteri
us cuiuslibet hominis disciplina ulterius indi
gere: so: forte uero chtesippus hec dixit: ego ue
ro non memini: cri: Quis chtesippus? so: saltē
hoc memini: neq; euthydemum attulisse hec:
neq; dionysodorū. Sed o beate crito suspicor
prestantiorem quempiam uirum presentē hec
dixisse: Nam hec me audiuisse non dubito: cri
Per iouem o socrates excellentior aliquis ista
protulisse uidet. Uerū post hec quā artē psecu
tati estis? Inuenistis ne artē quaȝ querebatis?

Liniosus:

an non? cri: Queris an īuenerimus? Risu qd
dam dignum nobis accidit. Etenim puerorum
more qui galeritas siue alaudas īsecuntur: ue
hementi quodam affectu singulas scias perse
quebamur: et illa semp quam capturos nos e
uestigio putabamus/fallebat nos et repēte sub
terfugiebat. Quid tibi multas referam? Regi
am certe artem ingressi sumus: eam contem
plati utrum hec ea esset que beatos efficiat.
Sed uelut in labyrinthuȝ delapsi/ dum prope
finem esse iam sperabamus/retrogradi rursus
ad principium reuertebamur: eodem modo af
fecti/quo in questionis initio fueramus: cri:
Quo pacto uobis hoc accidit? so: dicam: Uisa
nobis est regia facultas eadem esse atq; ciuilis
Et cum res militaris ac omnes relique faculta
tes/operum suorum imperium ciuili arti cōce
dere uiderentur/utpote que sola uti sciat/nihil
nobis impedimento fore putauimus/quo minus
hec esset quam querebamus: causaq; recte in ci
uitate agendi. Et secundum illud eschyli/ sola
puppi presidens ciuitatis/totiusq; gubernacula
regens dominaret omnibus: singulaq; utilia
redderet: cri: An non recte uisum est uobis o
socrates? so: Ipē iudicabis crito si audire uo
lueris/que nobis deinceps contigerint. nā rur
sus hunc in modum quesiuimus. Age ars re
gia omnibus presidens/opus ne nobis aliquod
efficit an nullum? Omnino aliquod exhibere:
inuicem omnes consensimus/Non ne et tu hec
crito concederes? cri: absq; dubio: so: Quod
ergo illius opus esse diceres? quemadmodū si
te rogarem. Medicina dum dominatur oībus
quorum domina est/quod nam opus exhibet?
an non sanitatem protius responderes: cri: uti
q;/Ars item uestra agricultura dum dominat
omnibus quoꝝ ē domina/quod opus implet?
Non ne alimoniam ex terra nobis porrigere di
ceres? cri: Equidem: so: Regia ergo facultas/
cum omnibus quorum est domina/dominetur
quod opus explet? Forte id in promptu nō ha
bes: cri: non per iouem o socrates: so: neq; nos
o crito: sed hoc saltem nosti/si hec ea est quam
exoptamus utilem esse hanc oportere: cri: Sū
mopere: so: Nō ne igit boni aliquid afferre no
bis eam necesse est: cri. necesse omnino: so: Bo
num aūt nihil esse aliud q; sciam quandaȝ ego
et clinias una cōsensimus: cri: ita certe dicebas
so. opa quidē ciuilis gubernationis hec esse plu
rimū qsq; diceret: diuites facere ciues: liberos
et concordes. Hec aūt oia neq; bona neq; ma
la apparuerunt. Oportet aūt eā ut constitit/ sa
pientes efficere sciamq; tribuere/si modo ea fu
tura sit/que prosit: et beatos efficiat: cri: uera
narras. Sic enim tunc inter uos constitit / ut
ipē recensuisti: so: Numquid regia disciplina
sapientes facit homines atq; bonos? cri. Quid
prohibet socrates? so: num et oēs? et in oībus
bonos? oēmq; sciam ipā prebet? coriariaȝ fabri
lem et reliquas uniuersas? cri: haud eqdē arbi
tror o socrates: so: at quā sciam? et qua in re iu
uabimur: Opum qdem illoꝝ q̄ neq; bona sunt
neq; mala/opificē esse ipām haud oportet. Sci
entiā uero aliam prebere nullā/q; ipām se ipāȝ
ꝯuenit: dicamus igit que nam hec sit? et quo iu
uemur: Uis ne eam dicamus o crito? /qua bo
nos alios faciemus? cri: Uolo equidem: so:
Quo boni nobis erunt? quo ue utiles? an dice
mus iterū q; alios bonos facient? aliiq; illi ali
os iterum? quo aūt boni sint nusq; apparent:
postq; illa que ciuilis artis opera predicantur/
neglex imus: et quod prouerbio fertur/ cū aiūt
iouis corinthus nobis accidit: atq; ut supra di
xerā equo interuallo īmo ēt lōgiori q; antea ab
eius artis inuentōe distamus/ q̄ prestare nobis
beatitudinem ualeat: cri: p iouē o socrates i am
biguitatē plurimā incidisse uidemī: so: ego qde
o crito cum in hanc dubitatōeȝ mersus essem/
quā alta potui uoce ꝓtinus exclamaui. hospites
illos tamq; castorē et pollucē iouis filios sup
pliciter obsecrans: ut nos me. s. et adolescentu
lum ipūȝ ex turbulenta fluctuatōe sermonū eri
perent. Iocisq; obmissis seria disputandi ratōe
nobis ostenderent/que potissimum scientia sit/
quam adepti/quod uite superest feliciter transi
gamus. Numquid monstrare uobis Euthy
demus uoluit? so: Quid ni? Magnifice nimi
um o amice hunc in modum effari cepit.
Utrum te o socrates hanc quam iam pridem
queritis scientiam doceam? An habere te ipāȝ
ostendam? So: O beate uir/tanta ne apud te
est auctoritas?

Eu: Ualde. so: Ostende ꝙ me hēre: faciliuſ e
nim mihi iſtud/ꝙ̄ denuo hac in etate diſcere:
Eu: dic age/ſcis ne qcꝙ̄? so: ſcio eqdē multa:
ſed pua: eu: ſufficit: putas ne aliqd eoꝝ ꝙ̄ ſunt
id ipſūm quod eſt/non eſſe: so: nullo pacto: Eu
An non ſcire te aliquid aſſeris? so: profecto:
Eu: an non es ſciens/ſi modo ſcis? so: ſum eq
dem/ſed illius ipſius/quod ſcio: eu: nihil refert
Non neceſſe eſt ſcire te omnia: ſiqua eoꝝ que
ſunt ſcis? so: non ꝑ iouē: qn̄quidem et alia mul
ta minime ſcio: eu: ſiquid neſcis es neſcius?
so: Illius ipſius o amice quod neſcio: eu: nihi
lominus neſcius es: et paulo an̄ ſciū eē te predica
bas. Atqꝫ ita fit ut ille ipē ſis q et es: et rurſuſ
non ſis/ſimul et ſecundū eadē: so: En euthydē
me/ut ꝓuerbio fert/ꝙ̄ belle loqueris. Qua ꝗ
rōe/ſciam illā quā querimuſ habeo? qa uꝫ im
poſſibile ē/eē idem atqꝫ non eſſe: Unde ſi unuꝫ
qddā ſcio/cuncta ſcio. neqꝫ .n. eē poſſum ſciuſ
ſimul et neſcius. ꝙ ſi oīa ſcio/illā quoqꝫ ſciaꝫ
hēo. An n̄ ita loq̄ris? et hoc ē ipūꝫ ſapiēſ? Eu
Ipē te redarguis ſocrates: so: Quid uero eu
thydeme tibi non ne idem ꝯtigit? nam mihi q
dem non multū moleſtū ē/quod tecū una ⁊ cu
dionyſodoro hoc lepido capite patiar. Dic mi
hi non ne et uos quedā ſcitis/quedā neſcitiſ?
Dio: Minime qdem o ſocrates: so: qd dicitis
An nihil ſcitis? dio: imo ſcimus: so: oīa itaqꝫ
ſcitis ſi aliquid ſcitis: dio: omnia certe: et tu q̊ꝫ
ſcis omnia/ſi unum aliqd ſcis: so: Proh iupi
ter ꝙ̄ mirabile dictu/ꝙ̄ ue ingens hoc bonuꝫ
Num et ceteri oēs ſciunt oīa? uel nihil? Non e
nim dicendum uidet̄/ſcire eos aliqua/ neſcire
alia. Atqꝫ ita ſcientes eſſe ſimul et neſcientes.
Quid ergo dicemus? dio: Omnes plane ſcire
omnia/ſiquid unum ſciunt. so: dii boni / nunc
demū dionyſodore ſerio loq mihi uidemini: ⁊
uix tandem ut ſtudioſe ageretis nunc īpetraui/
Ipſi reuera ſcitis omnia? et fabrilē uꝫ arteꝫ ⁊
coriariam? dio: oīa prorſus: so: numqd et ner
uis ſuere ſcitis? dio: Certe et calceos qdē: so:
An et ſtellarum numerū et harene? dio: et iſta
so: Putas nos iſta concedere? chte: Coniectu
ram nobis aliquā talē adducite: qua uera uos
loq coniiciamus. dio: qualem? chte: Scis ne
quot dentes euthydemus hēt? Atqꝫ euthydēuſ
quot habes ipē congnoſcit? dio: non tibi ſat ē/
ꝙ omnia ſcimus/audiſſe? chte: minime. ſed u
num hoc tantum nobis oſtēdite ꝙ uere loqua
mini. Nam ſi dixeritis quot hēt dentes uterqꝫ
nobis ꝙ poſtea numerātibus uera dixiſſe appa
rueritis/alia quoqꝫ uobis credemuſ: Illi uero
cum mordere chteſippum exiſtimarent/reſpon
dere aliud noluerunt/niſi ꝙ ſcirent omnia/ de
ſingulis a chteſippo interrogati: chteſippus ſiq
dem apte de unaquaqꝫ re uel de minimis qui
buſqꝫ ſciſcitatus eſt: Illi aūt forti aīo pariter
ꝯtra reſponderunt ſe oīa intelligere: īſtar apro
rum qui ſimul contra ictum innituntur. Quaꝫ
obrem ipē quoqꝫ o crito deniqꝫ ꝓꝑ incredulita
tem coactus ſum euthydemum interrogare/
an ēt ſaltare dionyſodorus ſciret: ille uero con
ſenſit. Non tn̄ inquā ſuꝑ enſes humi inclinato
capite tranſilire: et ſuꝑ rotam uolui/tam gran
dis natu: Uſqꝫ adeo ſapiā ſuperexcellens: Ni
hil eſt inquit quod neſciat: Tum ego: Nū oīa
nunc dumtaxat cognoſcitis? an et ſemper? Et
ſemper: Num a tenera etate ſtatimqꝫ nati om
nia cognouiſtis? Omnia reſponderunt ſimul
utriqꝫ. Nobis utiqꝫ res incredibilis uiſa eſt:
Tunc euthydemus: non credis o ſocrates? ex
cepto hoc inquā ꝙ ueriſimile eſt uos ſapientes
eſſe: At ſi mihi uoles reſpondere ait/oſtendaꝫ
te quoqꝫ hec mirabilia confitentem. Grata mi
hi inquā hec redargutio erit: ꝙ ſiqua in re me
mea ſapientia latuit/haud quaqꝫ̄ oſtendes me
omnia ſcire: ac ſemper: quod enim maius lu
crum in uita nanciſcerer? Reſponde iam inqt
Tamquam reſponſurum interroga: Nunquid
alicuius ſcius es o ſocrates: an nullius? Ali
cuius. An eodem ſcis quo ſcius es: an alio
quopiam? Quo ſcius ſum. Arbitror enim
te animam dicere. Hanc ne intelligis? Non
ne te pudet o ſocrates/ dum interrogaris ui
ciſſim interrogare: At quid faciam inquam?
Faciam equidem utcumqꝫ iuſſeris: quando
quod queris ignorem. Iubes autem ut reſpō
deam quidem/non īterrogem: Cogitaſ ne quo
modo inqt id quod quero? Equidem. Ad i
ſtud ergo reſponde quod cogitas: Quod in
quā ſi tu alia mēte īterrogeſ/alia ego reſponde
am/cum aliud ꝙ̄ tu conceperim: ſatis ne tibi

factū putabis/ſi nihil ad rē ipām reſpondero?
Mihi quidem ſat erit inqt/tibi nō/ut arbitror
Tum ego: ꝑ iouem non prius reſpondebo ꝙ̄
quo modo reſpondendum ſit/intellexero: Non
reſpondes inqt ad ea ſemꝑ que mente concipiſ
Quoniā nugaris ſocrates et uanior es admo
dum ꝙ̄ oportet: Agnoui tunc illum mihi iam
ſubiratum/ꝙ uerba qbus me irretiri ſtudebat
diſꝑgerem. Uenit mihi preterea in menteꝫ con
nus: qui aduerſus me ſepenumero indignatur
quotiens illi nō pareo: deinde me ſpernit ut ru
dem. Poſtꝙ̄ igit̄ cogitaui horum doctrine me
tradere/arbitratus ſum obſeq oportere/ne qs
eorum me ut ineptum et indocilem reſpuat.
Quo circa et illi inꝙ̄: ſi tibi ita euthydeme uide
tur agendum ita agat̄. Tu namqꝫ me multo me
lius diſputandi rationem intelligis: cum tu ar
tem hanc teneas/ego uero ſim rudis: Ideo ꝓ
interroga iterum ab initio: Reſponde rurſus
inquit: Utrum ſcis aliquo que ſcis/an nullo?
Anima inꝙ̄: hic ait ille rem anticipat: et plus
ꝙ̄ rogatus ſit/reſpondet: Non interrogo quo
ſcias/ſed utrum ſcias aliquo nec ne: Ego ad
hec: pluſꝙ̄ decebat propter imperitiam meam
reſpondi: Sed ignoſce mihi obſecro. Reſpon
debo iam nunc ſimpliciter/ꝙ ſcio aliquo ſemꝑ
quecumqꝫ ſcio. Utrum ait hoc eodem ſemper/
an tum hoc/tum alio? Semꝑ inꝙ̄ quando ſcio
hoc ſcio: Hic ille: Non dum preuaricari deſi
nis? ne forte inꝙ̄/id quod ſemper dicitur/nos
falleret/ita reſpondi: Non nos inquit dicas/
ſed te. Sed reſponde: Utruꝫ ſemper hoc ſcias
Semper inꝙ̄/poſtq̄ꝫ ipūm quando oportet ſub
trahere. Non ne ſemper hoc ſcis? ſemper autē
ſciens utrum aliqua hoc ſcias quo ſcis aliqua
alio? uel hoc ipō omnia? hoc inq̄ꝫ cuncta q̄cun
qꝫ ſcio: hic rurſus tranſgrederis ſocrates: exci
piatur inq̄ꝫ quod dictum eſt/quecumqꝫ ſcio: ut
excipias nihil poſtulo/immo reſponde/ poſſes
ne omnia ſcire/niſi ſcires omnia? Monſtrū eēt
hoc inq̄ꝫ: Addice nunc iam ait quicquid lubet
Cuncta namqꝫ ſcire fateris: Sic uideor inq̄ꝫ:
Poſtq̄ꝫ nullius momenti eſt quod dicitur que
cumqꝫ ſcio/oīa aūt ſcio: Non ne et ſemꝑ cōfeſ
ſus es ſcire hoc quo ſcis? ſiue quādo ſcis/ ſeu
quomodocumqꝫ placet. Semꝑ enim ſcire eſ cō
feſſus: ac oīa ſimul: Conſtat ergo ꝙ puer ſcie
bas: et quando genitus es et qn̄ natus: immo
et ante q̄ꝫ naſcereris. et ante celi terreqꝫ ortuꝫ
ſciſti omnia/ſi modo ſēꝑ ſcis. Ac ꝑ iouem ſem
per ſcies et oīa ſi uoluero. At uoles inq̄ꝫ hono
rande nimiuꝫ euthydeme ſi omnino uera dicis
Sed poſſe te non multum confido/niſi ideꝫ te
cum uelit frater iſte tuus dionyſodorus. ſic e
niꝫ forte ualebis. Dicite porro: Cetera quemo
do uobis non concedam neſcio tam mirabili:
atqꝫ noua ſapientia prediti eſtis. quo minus e
go omnia ſciā: qn̄quidem uos aſſeritis. Talia q̄
dam qua rōe ſcire me dicam euthydeme? ꝙ ui
delicet boni uiri iniuſti ſint. Dic ſcio ne iſtud/
an neſcio? ſcis utiqꝫ: Quid? ꝙ uiri boni īiuſti
non ſunt: Iam pridē ſciebam hoc inq̄ꝫ: Ueruꝫ
non iſtud quero/ſed ꝙ iniuſti ſunt uiri boni/
quādo didici? Nuſq̄ꝫ dionyſodorus ait: Non
ergo inq̄ꝫ hoc ſcio. Tunc euthydemus ad dio
nyſodorum conuerſus ait. ſermonem deſtrius
apparebitqꝫ iſte ſi neſciat/ſciens ſimul et neſci
ens: Dionyſodorus quidem erubuit. ſed ego:
Tu uero quid aiſ euthydeme? non uidetur tibi
frater tuus uera loqui/cum nouerit omnia?
Frater ego ſum euthydemi dionyſodorus ait:
Mitte inꝙ̄ o bone uir quoad me euthydemuſ
doceat ꝙ ſciam uiros bonos/iniuſtos eſſe: Ne
qꝫ hanc mihi doctrinam inuideas: Fugis o ſo
crates ait dionyſodorus/ neqꝫ uis reſpondere:
Non iniuria inꝙ̄ fugio: nā cū alterutro ſiꝫ im
becillior/cur nō ābos fugiā? hercule qdē mul
to ſum ibecillior: q pugnare ſimul non ualuit
aduerſus hydrā ſophiſticā: cui ꝓꝑ ſapiam pro
uno ſermonis capite āputato m̄ta repullulabāt
ac ēt aduerſuſ cācrū ſophiſtā quēdā ex mari ad
uētantē et nuꝑ ut arbitror aduectū naui. a quo
cū hercules ad ſiniſtrā angeret̄/uerbiſqꝫ acrit̄
morderet̄/nepotis ſui iolai auxiliū īplorauit.
q ſūmope illi ſuccurrit. meus aūt iolaus patro
cles ſi uenerit/lōge aliter faciet. Reſpōde ergo
inqt dionyſodorus/poſtꝙ̄ ipē hec ꝑdicaſ/utrū
iolaus herculis magis nepos ꝙ̄ tuus fuerit:
siue melius id sit siue deterius. Mihi quidem o callicles uidentur esse tales alique facultates uniuersumq; id ministerium adulationẽ esse du co tam circa animaꝫ ꝙ circa corpus: ⁊ oĩo cir/ca aliud qȯlibet cuius uoluptatẽ quis affectet: nulla prorsus melioris deterioris ue adhibita ratione. Tu uero utrum in eandem nobiscũ sniaꝫ conuenis? an dissentis. cal. Minime quidez: i mo consentio ut tibi quoq; disputatio concludat ⁊ huic gorgie gratificer. so: Nunqd hoc circa unam quidẽ ẽ aiaꝫ. Circa uero duas uel plures non est? cal. Non ita: sed ⁊ circa duas ⁊ circa multas. so: Nonne ⁊ multis in unum cõuenientibus gratificari quis põt absq; ulla eius qȯ est optimum rõe? cal. Sic arbitror. so: Potes ne dicere que studia sint que hoc efficiant? Immo si uis me querente eam quidẽ que talis tibi uidetur: cõcedo esse talẽ. Que uero non talis nega. Principio tybicinariã consideremus. an non tibi hec o callicles uidetẽe talis ut aliud nihil curet ꝙ aures delectare. cal: Mihi quidem. so. Num ⁊ alie omnes eiusmõi: qualis citharistica qua in certaminibus utunẽ. cal: Certe. so: Qui doctrina chori dithyrãborumq; poesis / nonne talis tibi ꝗdam esse uidetur. An putas Cinesiam meletis filium curare ut tale aliquid dicat / unde audientes meliores reddantur? Uel potius unȯ theatrali turbe placere possit? cal: Manifestũ quidem hoc ẽ o socrates de Cinesia. so: Pater uero eius Meles? an ad id qȯ optimuꝫ esset prospicere uidebatẽ cuꝫ ad citharã caneret Uel ipse profecto ne ad uoluptatem quidẽ nam molestus audientibus erat. Uerum considera nonne citharedica facultas oĩs dithyrãborũq; poesis oblectandi gratia tibi uidetur inuenta? cal: Mihi quidem. so: Quid autẽ preclara hec tragedie mirabilisq; poesis contendit. Nunqd studium eius conatusq; ad audientiũ uoluptatẽ solum tendit? Uel siquid uoluptariuꝫ quidem atq; gratum sit: sed tamen maluꝫ: id cauebit ne unq; dicat. Contra uero siquid molestũ attamẽ utile fuerit id et dicet et canet / siue oblectentur siue non audientes. Quonã modo tragedorum poesis se habere tibi uidetur. cal. Constat o socrateȯ eam ad uoluptatẽ gratiãq; spectatorũ potius declinare. so: Hoc uero tale o callicles paulo ante adulationem esse dicimus. cal. Plane. so: Age utiq; siquis auferat ex tota poesi cõtentum ⁊ rhythmũ atq; mensuram / aliud ne qc ꝙ preter sermones quosdam superit. cal: Idipsum. so. Profecto ad turbam populũq; hi sermones habentur. cal: Proculdubio. so: Popularis ergo oratio quedam ẽ poesis. cal: Apparet. so: Nonne rhetorica quoq; popularis est oratiõ an non rhetorica in theatris uti poete tibi uidẽtur. cal. Mihi quidem. so: Nunc ergo nos inuenimus rhetoricam quãdam ad populũ talem qualis est puerorum simul et mulierum uiroꝝq; ⁊ seruorũ atq; liberoruꝫ. Quã quidez haud ualde probamus. Quippe cum adulatoriã eaꝫ ẽe confessi simus. cal: Sic ẽ profecto. so: Age dũ quid de ea dicemus rhetorica qua ad athenien sem populuꝫ aliarũq; ciuitatũ populos liberoꝝ uirorum utunẽ. Qualis hec rhetorica est? Utꝝ tibi uidentur oratores ad id semper qȯ optimũ sit uerba dirigere: id dũtaxat conietantes: qua ratione ciues ꝙ optimi per eorum orationes euadant. an potius hi quoq; gratiã auditoꝝ aucupantur boni dũtaxat proprii gratia / bonuꝫ publicum negligentes: ⁊ quasi pueris utentes populis intenti dũtaxat ad gratiã. Nihil uero curãtes utrũ ob hoc meliores aut deteriores euadant. cal: Haud simplex id est qȯ interrogas. Sunt eĩm qui in orando utilitatẽ ciuiuꝫ consulunt. Sunt ⁊ alii tales quales ipse narras. so: Satis est. Si eĩm et hoc est duplex alterũ quidem eius mẽbruꝫ adulatio erit / turpisq; concionatio. Alterũ uero pulchrum: studere uidelicet ut animi ciuium ꝙ optimi fiãt: semꝑ pro audientium utilitate certando siue placeant siue displiceant que dicuntur. Uerum tu certe oratoriam eiusmodi uidisti nunq;. Quod si inter oratores talem quẽpiaꝫ habes cur non mihi quoq; hunc ostendisti? cal. Per iouẽ ex oratoribus qui nũc sunt talem habeo nullum. so: Quid autẽ inter ueteres potes ne aliquem assignare? per quem athenienses facti aliquãdo sint meliores: postq; ille orare ceperit cum deteriores antea fuerint

Ego eĩm quis sit talis ignoro. cal: Quid uero Themistoclẽ non audis uirum bonuꝫ fuisse? ⁊ Cimoneꝫ ⁊ Milciadem atq; Periclem hunc nuper uita functum? Quẽ ipse quoq; orantem audisti. so: Siquidem ẽ o callicles uera uirtus quam in superioribus ipse dicebas cupiditates uidelicet suas aliorũq; explere. At si id non ẽ: sed quẽadmoduꝫ postea in disputando fateri cõpulsi sumus cupiditates illas que melioreꝫ efficiunt uirum oꝫ implere / alias uero minime atq; huius rei ars quedaꝫ extat: potes ne dicere istorum aliquem extitisse talem. cal: Non habeo equidem quo pacto dicam. so: At uero si rite q̃sieris inuenies. Uideamus iam sic plane cõsiderantes num aliquis horum talis extiterit. dic age bonus uir atq; ad id qȯ optimũ sit uerba faciens / non temere dicet: sed ad aliquid certe ꝓspiciet: quẽadmodũ ⁊ alii oẽs artifices: quoruꝫ ad suum quisq; opus aspicit: nec casu eligit qȯ ad suum opus conferat: sed quẽadmoduꝫ ad ꝓpositũ sibi exẽplar opus spẽm aliquã consequatur: Ueluti si intueri placet pictores ⁊ architectos ⁊ fabros nauiuꝫ / aliosq; oẽs artifices. Quiuis eorum in ordinẽ quẽdam singula ubiq; dis/ponit. cogitq; alia aliis conuenire atq; congruere donec totum constituatẽ quodã ordine exornatũ. Id ergo oẽs agunt artifices: atq; hi quos in superioribus dicebamus / pedotribe ⁊ medici similiter faciunt circa corpus. Ornant enim ipm atq; componunt. Confitemur id ita se hr̃e nec ne? cal. Sit ita: so: Domus igiẽ ornatum ⁊ ordineꝫ assecuta bona erit / siminus mala. cal: Assentior. so: Et nauigiuꝫ eodẽ pacto. cal: Eodeꝫ. so: Atq; ⁊ corpora nostra similiter. cal: Similiter. so: Quid uero animus si ordinis fuerit expers / num bonus erit? an potius si ordinis ornamentiq; compos. cal: Necessariũ ẽ ex superioribus hoc quoq; fateri. so: Qȯ ergo nomen est ei qȯ in corpore ex ordiñe ornatuq; efficiẽ? cal: Sanitatẽ et uires fortasse dicis? so: Dico eqdẽ qȯ uero nomen ei qȯ in aĩo ex ordine fit atq; ornatu / conare / inuenire atq; exprimere / huius quẽadmodum ⁊ illius. cal. Cur non ipse dicis o socrates. so: At si tibi placet ego dicam: tu uero si tibi uera loqui uidebor concedito. siminus reprobato. Nec ullo mõ ꝑmittito. Mihi quidẽ uidetur ordinationi corporis nomen esse sanuꝫ Ex quo in ipso fit sanitas aliaq; corporis ỽtus Ita ne ẽ an aliter? cal: Ita. so: Animi uero or/dinationi atq; ornatui legittimũ lexq; esse nomẽ Unde legittimi fiunt homines atq; decori. hec uero sunt iustitia atq; tem̃pantia. assentiris nec ne? cal. Esto. so: An non igitur ad hec artifi/ciosus ille rhetor bonus respiciẽs uerba sua hominũ animis adhibebit: actiõesq; oẽs ⁊ quicqd uel concedet aliquãdo uel negabit / ad id semꝑ intendet: ut ciuium animis iustitia quidem insit: iniustitia uero absit: rursus adsit tem̃pantia: intem̃pantia uero eiciatur. Cetereq; uirtutes habeantur: prauitas expellatur. Cõcedis nec ne? cal: Concedo equidem. so: Quidnam confert o callicles corpori egrotãti maleq; affecto / cibos multos suauissimosq; prebere / aut potum / aut aliud quicq; qȯ non sit profuturum. Hoc ẽ plus uel minus uel cõtrariũ ꝙ iusta dictat rõ. Sũt hec uel non. cal: Sint. so: Non enim prodesse arbitror homini cum afflicto corpore uiuere. Sic eĩm necesse est uiuere male. nõne ita? cal: Ita. so: Nonne cupiditates explere ueluti esurientem cõmedere ꝗtum uult: uel sitientẽ bibere quatenus placet / sanum quidem hominẽ medici plerũq; ꝑmittunt. egrotantẽ uero nunq;: ut ita dixeriꝫ: cupiditates suas implere ꝑmittunt. Concedis hoc ⁊ ipse? cal: Concedo. so: Circa uero animuꝫ o amice an non eadeꝫ rõ? Quatenus enim prauis sit ⁊ demens atq; intẽperãs iniustusq; ⁊ impius cohercendus nimiꝝ ẽ a cupiditatibus: neq; permittẽdus alia facere ꝙ illa ex quibus euadat melior. consentis nec ne? cal: Consentio. so: Ita eĩm ipsi animo expedit. cal: Prorsus. so: Nonne cohercere est ab his que cupit continere? cal: Est. so: Continentia igitur melior est aĩo ꝙ incontinẽtia: quẽadmo/dum tu modo putabas. cal: Nescio quid dicas o socrates. itaq; aliũ quẽ uis interroga. so: Hic uir non substinet ut sibi afferatur utilitas / atq; eam de qua nunc sermo habetur continentiam cõsequatur. cal: Nulla oĩo mihi cura ẽ uerbo

rum tuorum o socrates. atq; hactenus gorgie
gratia tibi respondi. so: En quid ergo agemus
nunquid sermonem mediuz abrumpemus. cal.
Ipse uideris. so: At nefas esse aiunt mancas
dimittere fabulas. Immo caput īponendū ē
ne absq; capite oberrēt: responde ergo ad reliq̃
ut sermo hic noster caput accipiat. cal. ꝙ uiolē
tus es o socrates? Profecto si mihi credis hāc
disputationem iam dimittes: uel cum alio dis/
putabis. so: Quisnaz alter uult? ne imperfectū
relinquamus sermonē? cal: An non ipse potes
sermonē percurrere uel enarrando uel tibimet
respondendo. so: Me mihi Epicharmi illud ac
cidat: que prius narrabant duo/nunc unus ad
illa sufficio. Uerūtamen uidetur sic oīo necessa
rium esse. Si tamen id faciemus/puto equidez
oportere nos oēs certatim ad id contendere: ut
quid in his que dicimus uerum quid ue falsuz
sit/cognoscatur. Cōe enim est hoc oibus bonuz
ut hic unicuiq; constet. prosequor igitur ego ip
se sermonē: quo pacto se habere uidetur. qō si
cui uestrum forte mecū ipse que uera non sunt
uideboꝛ concedere/ uestrum erit obiicere atq;
redarguere. neq; eīm ego tamꝙ sciens dico illa
q̃ dico sz uobiscū cōiter indagans. Quapꝓ siqd
recte dicere uidebitur qui mihi contradixerit e
go primus assentiar. Hec tamen ea mente dico
si modo uos sermonē perficiendū esse putatis.
Sin minus obmittamus iam atq; habeamus.
gor: At uero nonduz mihi uidet̃ o socrates ab
eundum/imo disputationē a te esse pficiendam
Puto aūt ceteris idem quoq; uideri: ⁊ ipse per
cupio reliqua ex te ipso audire. so: Atqui o gor
gia libenter adhuc cum hoc callicle disputarem
donec Amphionis dictū pro çeti dicto sibi red
derem. Sed quādo tu o callicles disputationez
una mecū non uis perficere/saltē ausculta atq;
reprehende: siquid minus recte dicere tibi ui/
deor: qō si me conuiceris haud infestus tibi e/
ro quēadmoduz ipse mihi. Sz pro maximo be
neficio id adscribam. cal. Dic tu ipse bone uir
⁊ perfice. so: Audi me igitur disputationem ab
initio repetentē: an idem est uoluptas atq; bonū
certe non idem ut ego et callicles cōfessi sumus
an uoluptatem boni gratia uel bonuz gratia uo

luptatis sequi debemus/uoluptatē certe gratia
boni. Est autem uoluptas qua pñte gaudemus
Bonū uero quo presente boni sumus. prorsus
boni uero sumus et nos ⁊ quecumq; alia bona
sunt ob uirtutem quādam que adsit. Sic enim
o callicles necessariū esse mihi uidetur. at uirtus
cuiusq; siue instrumenti siue corporis siue aie:
non temere utiq; adest sed ordine rectitudineq;
et arte que horum cuiq; tradita sit. Nunquid
hec ita se habent? Mihi quidem sic se habere
uidentur. Quāobrem ordine ordinatum orna/
tumq; esse est cuiusq; uirtus. Nempe sic ego fa
terer. itaq; ornatus quidam proprius unicuiq;
insitus/quelibet efficit bonum. Mihi quidez sic
apparet. Quapꝓ aīa que propriū habet ornatū
melior est illa que ornatus ē expers. Necesse ē.
Iam uero que habet ornatū ornata est atq; mo
desta. Quid ni? talis uero est et tēperans necel
se est oīo. que uero temperans est ⁊ bona? Eq
dem o amice callicles quo pacto aliter dicam:
non inuenio. Tu uero siquid habes aliud doce
cal: Dic tu o bone uir. so: Dico igit̃. si tempera
tus animus bonus est/sequi ut qui contra atq;
temperatus affectus est/sit malus. Est uero ta
lis intemperatus animus ⁊ incontinens. Sic ē
oīo. Temperatus autē agit decentia erga deos
atq; homines. Non eīm temperatus esset nisi d
corum seruaret. Necesse ē sic esse. Proinde de
centia circa hoīes agens iuste agit: et agens si/
militer erga deos agit pie. Eum uero qui iusta
piaq; agit/necesse est esse iustum atq; pium. Sic
ueritas habet. preterea fortē hunc esse necesse ē
Non eīm temperati uiri est uel psequi uel fuge
re aliter ꝙ decet. īmo oz et res singulas ⁊ ho/
mines ipsos et uoluptates atq; molestias tuz fu
gere: tum prosequi: tuz ēt tollerare ubi sit opus
Quāobrem oīo necessarium ē o callicles tempe
ratum uirū: cuz ut diximus: iustus et fortis sit
et pius/esse pfecte bonum. Bonum uero bñ ho
nesteq; agere quicqd agat. Eum aūt qui bene
agit felicē esse atq; beatū. Improbum uero ac
male agentē esse miserum. Talis aūt est qui cō
tra se habet ꝙ temperatus uidelicet q intempe
ratus est: quē ipse laudabas: Ego igitur hec ita
pono: dicoq; esse uera. Si aūt uera sunt qcūq;

cupiat beatus fore/tēperantiaz sequi exercereq;
debet: intēperantiaz uero fugere: q̄ntum cuiusq;
nostrū pedes ualēt/atq; ita se se cōparare ut nō
indigeat castigatione atq; pena: si uero indigeat
uel ipe uel alius quis familiariū siue priuatus
siue ciuitas/adhibita pena cohercēdus ē: si mō
futurus sit beatus. Hoc mihi uidet̃ esse signuz
ad quod pspiciētes dirigere uitā debemus: oīa
tam publica ꝙ priuata ad hoc referentes: ut iu
stitia ⁊ tēperātia illi assit q futurus sit felix. nō
aūt cupiditatibus oīa permittenda sunt. Quas
explere conari inexplebile malū ē latronisq; mo
re uitam agere. Neq; eiz cuiꝙ hominū his qui
eiusmodi ē/amicus esse pōt: neq; deo. Quippe
cuz societas huic cū aliis nulla esse possit: Cui
uero non sit societas amicitia animi hoc nūꝙ e
rit. Tradūt uero sapientes o callicles/celū
⁊ terrā deosq; ⁊ hoīes societate quadaz ⁊ ami
citia modestoq; ornatu: et tēperantia et iustitia
contineri: Atq; id uniuersum preterea munduz
ornatūq; o amice nomināt/nō īmunditiaz neq;
intēperantiam. Tu uero mihi uideris ꝙuis sa/
piens/hec aīaduertisse nunꝙ: pfecto te latuit:
geometricā equalitatez in deis atq; hoībus ua
lere ꝙ plurimuz. At uero tu excessuz exercēdū
putas. Geometriā namq; contēnis: age itaq; uel
refellēdus ē sermo ille noster/quasi non iustitie
tēperantieq; possessione beati fiant qcūq; beati:
prauitas uero miseri: uel si uerus ē cōsiderādū
ē qd sequat̃. Nempe priora illa o callicles se/
cuntur oīa: in quibus tu a me querebas: an se
rio loquerer: ubi dicebam accusandū esse ⁊ se
ipsuz ⁊ filiū ⁊ amicū: siquid iniuste fuerit ppe/
tratuz: atq; ad id utendū esse rhetorica. Et que
tu poluz uerecundia adductū putabas cōcessis
se: uera utiq; erant uidelicet iniuriaz facere quā
to turpius est ꝙ pati: tāto esse deterius: atq; eū
qui rectus futurus sit orator: oportere iustum
esse: ⁊ que iusta sunt scire. Quod quidē rursus
gorgiam ob uerecundiā cōcessisse polus ait. Cū
uero hec ita se habeant: cōsideremus que sunt
illa in quibus me ipse uituperas: nūm recte di/
catur nec ne? me uidelicet nō posse uel mihi uel
amicis atq; domesticis opem ferre: neq; ex ma
ximis periculis liberare. at esse me in potestate li

bidineq; cuiusq; quēadmoduz adulescentes quilz
solent: siue pulsare uelit q̄s: ut tu iactabundus
dicebas super genā siue pecunias rapere: siue
urbe expellere: siue ultimo supplicio afficere.
Ita uero affectuz esse turpissimuz omnium esse
dicebas. Mea uero sententia iam sepius dicta
atq; rursus nihilo prohibente dicenda: contra
se habet: uidelicet non esse turpissimum o calli/
cles iniuste genam percuti: uel corpus marsupi
uz ue cedi: sed percutere iniuste atqz cedere mi
hi meisqz turpius atqz deterius. Item furari ⁊
in seruitutē adducere murosqz subfodere. atqz
summatiz quālibet iniuriam facere esse ei qui
facit deterius simul ⁊ turpius ꝙ accipere. Hec
superius a nobis concessa: ut ego assero ꝯtinen
tur atqz uinciuntur: et si dictu rusticus est fer
reis adamantinisqz rationibus: quibus ut ita
sentiam: adducor. Quas nisi tu aut aliquis te
robustior dissoluat/fieri non pōt ut aliter dicen
do: ꝙ ut nunc ipe dico: recte dicat̃. Nā mihi q
dez semꝑ idē pmanet sermo. me uidelicz hec ne
scire: quo pacto se habeāt: attamē nullū eoꝛ q
cuz hactenus loqutus suz: quēadmodū mō uo/
biscuz: potuisse unꝙ aliter dicendo nō ridiculū
apparere. Quāobrem hec iterū pono ita se ha/
bere. Qō si ita se habeāt atqz iniuria maximum
qui eam facit ē malorū: cūqz hoc sit maximū: il
lud insuper maius est iudicandum: uidelicet ip
sum qui fecerit nunq̄z dare penas: qō tandem
auxiliuz erit illud qō quisq; sibimet afferre nō
possit/reuera sit contēnendus: Nonne hoc qui
dem maximuz a nobis amoueat detrimentum?
Profecto necesse est hoc esse turpissimum: non
posse auxiliū eiusmōi prestare sibi ipi amicisqz
ac ppinquis. Secundū uero auxiliū aduersus
malū secundū: tertiū cōtra tertiū: ceteraqz simi
liter: put cuiusqz mali magnitudo se habet. ita
⁊ pulchrū est opem afferre posse: ⁊ turpe non
posse. Nunquid aliter q̄z sic se res habet o cal
licles? Certe non aliter. Cum igitur hec duo
sint facere iniuriam ac pati: maius utiqz maluz
esse dicimus inferre/minus autem pati. Quod
nam igitur auxilium sibi comparans aliquis:
utrumq; potissimuz consequetur: ut neqz inferat
iniuriaz/neqz accipiat? utrū potētiā an uoluntatē

Sic aūt dico. utrū si nolit pati iniuriaz non pa
tietur: an si potentiā sibi comparauerit/ita dūta
xat non patieꝛ. Cōstat certe si potentiaz. Quid
aūt in inferendo? utrum siquis iniuriari nolit/
satis erit remedii? Neq3 eīm iniuriam inferet.
An ad hoc insuper potentia quedā ⁊ ars ē cō
paranda? quā nisi qs didicerit atq3 exercuerit: ī
iuriā faciet. Cur nō mihi ad id saltē rūdes o cal
licles? utru3 ego atq3 polus tibi uidemur/recte
supioribus coacti rōibus fuisse nec ne? qn con
fessi sumus: neminē uolentē iniuriā facere: s3 in
uitos hanc inferre quicūq3 inferant. cal. Esto ti
bi id ita o socrates: ut disputationē hanc cōclu
das. so: Ad hoc itaq3 potentia quedā ⁊ ars cō
paranda uideꝛ necui faciamus iniuriā. Oīo q
de3. Quenā igiꝛ ars ē ad facultatē cōpandā: p
quā uel nullā: qs uel minimā iniuriaz patiaꝛ?
Cōsidera utrū tibi idē uideatur qd ⁊ mihi. Mi
hi qdē ita uidetur: uel oportere principatū ī re
pu. obtinere: uel usurpare tyrānide3: uel cū pre
senti gubernatiōe habere cōmertiū. cal: Vides
o socrates q̄ paratus si3 siquis recte dixeris cō
pbare. Profecto id mihi recte nimiū abste dic
tu3 fuisse uideꝛ. so: Cōsidera preterea hoc si re
cte dicere tibi uideor. Amicus mihi uideꝛ q sq3
esse cuiq3 maxīe: quēadmodū antiqui sapiētesq3
tradūt: ut maxīe similis ē. nōne et tibi? cal: Mi
hi qdē. so: Nōne ubi tyrānus ferus rudisq3 do
minaꝛ/siqs ea in urbe multo melior sit: tyram
nus hunc formidabit: atq3 huic nunq̄ tota mē
te amicus ēe poterit. cal: Sic accidit. so: Neq3
si multo sit deterior/contēnet eīm eū tyrānus:
neq3 unq̄ tamq̄ erga amic affícieꝛ. cal: Uera
narras. so: Solus ergo amicus huic esse pote/
rit apud eū existimatione dignus: qui cum mo
ribus similis sit eadēq3 laudet atq3 uituperet:
subesse uelit dño ⁊ parere. Hic nimiru3 magnā
in ea ciuitate habebit potentiam. hūc iniuria ī/
pune nullus afficiet. nōne ita se res habet? cal:
Ita: so: Siquis ergo in hac urbe ex ipsa iuuen
tute cogitet qua potissimu3 rōe magna3 cōpara
re potentiā ualeat: adeo ut nullus iniuriā sibi q̄
at inferre. hec ipsa ut uideꝛ: illi uia est: stati3 ab
adolescentia seipm assuefacere: ut iisdē gaudeat
atq3 doleat/quibus ⁊ dñs: atq3 ita se cōpare ut
illi sit q̄maxīe simil'. nōne ita? cal: Ita. so: Hic

ergo ut pñs sermo significat assequeꝛ: ut iuria
īferri sibi non possit magnāq3 habeat in ciuita
te potētia3. cal: Prorsus. so: Nunqd ēt assequeꝛ
tur ut iniuriā īferat nemini? an potius multum
abest siqde3 iiusto prīcipi similis erit: magneq3
auctoritatis apd eū. Uerq puto eiusmōi uite sta
tū huic ad id accōmodatissimū esse: ut q̄maxie
facere iiurias possit: penasq3 iiuriaꝛ penitus de
uitare. nōne ita? cal: Appet. so: An nō hic ma/
lo occupabiꝛ maxīo cu3 flagitiosus sit animūq3
īfectu3 hēat ob imitationē dñi similēq3 potenti
am. cal: Nescio quomodo sermonē o socrates
sursu3 deorsumq3 uertas: an nescis eū q sic imi
tatur/posse eū qui nō imitaꝛ/occidere mō uelit:
patrīonioq3 expoliare. so: Scio equidē o bone
callicles/nisi surdus su3: cū nō solū abste uerū
ēt a polo nup: ⁊ a ceteris ferme oībus ī ciuitate
ide3 frequēter audiueri3. at ipse me audi. pfec/
to interficiet/mō uelit: s3 malus honestū atq3 bo
nu3. cal: At hoc ipm grauiter ē ferēdū. so: Nō
certe uiro mēte3 habēti: ut ⁊ tuus sermo signifi
cat. An putas in hoc ipo multū ab hoīe laborā
du3: ut q̄3diutissime uiuat: easq3 artes mediteꝛ
que nos seruare semp a piculis possint: qualis
rhetorica ē ad quā tu me capescendā exhortaris
ī iudiciis nos sepe seruantē. cal: Per iouē tibi
recte cōsulo. so: Quid uero uir optie? Nādi pe
tia preclara tibi uideꝛ? cal: Nō p iouē. so: Attn
ēuat hec hoīes ab īteritu: quotiēs illuc īciderit
ubi eiusmodi sit opus scia. Qd si hec tibi uide
tur exigua: ego maiorē hac adducā/ guberna to
riā. s. que nō solū uitā: uerq ēt corpa ⁊ pecuias
ab extremis seruat piculis: nō secus q̄3 rhetori
ca. atq3 hec tamē humilis ē atq3 modesta: nō iac
tabunda: neq3 ampullosa: quasi mirabile aliqd
cōsequta. S3 cū eadē efficiat que rhetorica si
ab egina huc usq3 nos seruet/duos dūtaxat ex
git n imos: Si uero ex egypto uel ponto salua
reduxerit que modo dicebam: nos et filios uxo
resq3 ⁊ diuitias: duas drachmas expostulat: at
q3 ipe hac arte preditus qui ue hec perfecerit d
scendēs: ī littoreq3 secus mare nauemq3 deam/
bulans nequaq̄3 se effert: neq3 inflatur. Ani/
maduertit enim: ut arbitror: incertum esse
utrū profuit uel obfuit illis quos seruauit ne
fluctibus mergerentur. intelligens se nihilo

De Rhetorica

uel corpore uel animo meliores reduxisse illos
q̄ accepit ab initio nauē īgrediētes. Cogitat ḡ
siqs magnis insanabilibusq3 morbis corpis pssus
in mari nō pereat/hunc iō miserum esse q non
periit: nec ullā ab ipo suscepisse utilitatē. Siqs
aūt ī aīo q corpe ptiosior ē multos īsanabilesq3
hēat morbos nūqd huic uiuendū ē? Eiq3 utili
tatē afferet/siue ex mari siue ex iudicio/siue ali
unde qs ip3 ēuet? S3 pfecto nouit flagitioso
hoī ut uiuat non expedire. Necesse est enim ut
male uiuat. Quāobre3 nulla extat lex p quā gu
bernator q̄uis nos seruet gloriari possit/atq3 in
honore haberi: neq3 o'uir mirifice ipe machīaꝝ
faber: qui nedum gubernatore: sed etiam exer
citus duce/uel quouis alio nō minus interdū
seruare pōt. Quippe cū ciuitatibus interdū to
tis salutē prestet: adeo ne causidicū huic possis
equiperare. Atqui si uellet hic o callicles que3
admodū uos facitis rem suā extollere/nimiru3
uos uerbis obrueret/exortans oēs ut fabri ma
chinarū efficianꝛ: quasi nullius momēti sint ce
tera. Non eīm sibi deesset materia Uerumtañ
hunc ipe artēq3 eius nihilominus contemneres
ac uelut pcontumeliam machinarū uocitares:
nec eius filio tradere filiā tuā uelles/neq3 etiā
tu filiam eius acciperes. Quamuis ex quibus
rōibus facultatem tuā laudas: quona3 pacto uel
machinarū uel alios quos pauloante cōmemo
raui/iuste poteris aspernari? Dictuꝝ esse te ar
bitror meliorē te esse: atq3 ex melioribus ortū.
Ipsu3 uero qd melius dicitur si nō ē id qd ego
dico: sed hoc ipsum uirtus ē/seruare se ipsum
qualiscunq3 sit/atq3 sua/certe ridicula tibi uitu
patio ē aduersus machinarium uel medicū ali
as ue artes/quotcunq3 salutis gr̄a sunt īuēte.
Ceterū o beate uide ne aliud sit generosu3 atq3
bonū q̄ seruare atq3 seruari. Neq3 eīm uiuere
hic quantūcunq3 tēpus optandu3 est uiro q ue
re sit uir: neq3 uita hec amanda ē: sed hanc deo
curam relinq̄re deb3: mulieribusq3 fide adhibi
ta/dicentibus neminem uitare posse fatū: id in
primis considerare qua rōe in hoc ipso tempor̄
quo uita fungitur q̄ optime uiuat. Nunquid
ciuibus quibus cum uiuit persimilē se prestan
do? et nunqd oporteat te nunc similimū euade
re atheniensiu3 populo si amicus huic sis futu

rus/magneq3 auctoritatis in populo. Cōsidera
igitur utrū id tibi mihiq3 expediat nec ne? Ne
ue id nobis o beate uir eueniat: qd thessalicis
mulieribus deducentibus lunā euenire tradūt
cum amicissimis optio nobis sit huius potētie.
Si aūt ipse putas quempiā hominu3 artē quan
dam eiusmodi traditu3 p quā in ciuitate hac
potens efficiaris: q̄uis gubernatōi publice sis
dissimilis siue melior: siue deterior: haud qua
q̄ recte ut mihi uidetur o callicles cogitas.
Non enim imitatorem uerum ipsa natura per
similem esse iis oportet si magnum aliquid asse
quuturus sis: ad beniuolentiā atheniensis popu
li comparandā: ac p iouem insuper pyrilampi.
Quisqs te his efficiet similem: is faciet que3
admodum cupis ut ciuilis sis: atq3 rhetoricus:
Nempe oēs his uerbis que suis moribus con
sentanea sunt: delectantur: diuersisq3 turbanꝛ
Nisi tu forte o lepidum caput aliud afferas.
Dicemus ne aliquid ad hec o callicles? cal: ne
scio quomodo bene dicere mihi uideris o So
crates: Euenit mihi tamen: quod multis acci
dere aliis ɔsueuit: na3 haud magnā tibi habeo
fidem: so: Amor populi o callicles tuo insitus
aīo resistit mihi: Uerq si sepius meliusq3 hec ea
dem considerauerimus/tibi forte probabilis ui
debiꝛ: Recordare igiꝛ duas a nobis narratas
esse pparatōes tā ad corpus q̄ ad aīu3 ptinētes
Quarum altera qdem tendat ad uoluptatē. al
tera uero ad id quod melius est nō gratificans
sed repugnans: Nō ne hec in superioribus de
finiuimus? cal: Prorsus: so: Et que declinat
ad uoluptatem/seruilis: neq3 qcq̄ aliud est q̄
adulatio: non ne ita? cal. Esto qdem si tibi pla
cet: so: Altera uero studet ut q̄primum sit qd
curamus: siue anima siue corpus: cal: Oīo: so
Igitur sic rei p. ciuiūq3 capessenda nobis ē cu
ra: ut ciues ipsos bonos efficiamus. Alioqn
quēadmodum supius inuenimus/nihil prodest
beneficiu3 aliud ɔferre: nisi honesta et bona sit
mens eorū q accepturi sunt uel pecunias mul
tas: uel īperium: uel aliā quālibet potestatē: po
nimus sic eē nec ne? cal: prorsus si tibi placet:
so: si ḡ nos īuicē o callicles cohortaremur pu
blice ciuilia ptractātes ad muroꝝ uel naualiu3
uel tēploꝝ īgētia edificia/utrū oporter3 cōside

rare nos ipsos atq; agnoscere/primu3 qd an e
ius artis scia3 habeamus nec ne: et a quo didice
remus: oporteret id fieri nec ne? cal: prorsus:
so: Secundo vero si qn priuati3 p nobis uel p ami
cis aliqd construximus edificiu: et nunquid eius
modi machina pulchra sit uel turpis. Qd si inue
nerimus magistros nobis bonos prestantesq;
fuisse/multaq; edificia atq; preclara/tu una cu
magistris/tu a nobis ipsis edificata/tunc demu
roi consentaneu esset ad publica nos conferre.
At vero si neq; magistru nostru possimus ondere
edificia q3 aut nulla: aut non bene constructa
stultu certe foret/opa aggredi publica nosq; ad
ipa inuice cohortari. Fatemur recte hec dici
nec ne? cal. Prorsus. so: Nonne similiter & i ce
teris omib;: atq; si ciuilia ptractantes inuicem
cohortarem/qsi idonei simus medici considerare
inuice ego te tuq; me huc imodu debem. Age
per deos / ipse uero socrates/ quo nam pacto
affectu ad sanita e corpus h3? uel qsna alius so
cratis opa euasit amorbo siue liber siue seruus
Ego q; de te eadem roe cosiderare deberem: at
q; nisi iuenirem aliquez p nos factu fuisse sanu
uel pegrinorum uel ciuium/siue uiru siue muli
erem p iouez o callicles ualde ridiculu3 foret i
tantu amentie pcessisse ut priusq; priuati3 multa
tentauerimus / multaq; pfecerimus et abunde
arte exercuerimus/figularia ut dici solet/i ipo
uase discere aggrediamur/ & ipsi ad rep. accede
tes et ad eam alios puocantes: Nonne id tetare
stulti hois ee putares? cal. Nimis. so. At uero o
uirorum optime cu tu nup administrare repu. cepis
ac me insup exhorteris: qd ue id non faciam re
prehendas/nonne ita iuice cosiderare debemus
Age du callicles quena suorum ciuiu reddidit m
liore? Est ne qsq q cu antea imp bus & iniustus
et icotines atq; inprudes eet: tandem per callicli
opa honestus bonusq; euaserit/siue pegrinus si
ue ciuis. siue seruus seu liber. Dic mihi siqs id
abste exigat qdna rnobis o callicles? Que ad
duces aliqn factu tua cosuetudine meliore? an
rndere te piget si aliqd eiusmoi est opus tuu fac
tu3 prius abste priuati3/q ad repu. te coferres
cal. Contentiosus es o socrates. so. At no coten
tionis ca id requiro/s3 reuera cupiditate disced i
quemadmodu admistrada nobis publica cetera

an alia habenda sit circa repu. abeuntib; q at
optimi ciues efficiant/an no sepius ia3 confessi
sumus id ee ciuili hoi faciedu? Nu3 confessi sum
Rnde queso. pfecto cofessi sumus: ut ego pro
rndeam. Si igit ad id i sua ciuitate uir bonus
incumbere debet/nunc in memoria3 reuocans
mihi dicas uelis/nunqd illi quos i supioribus
comemorasti adhuc tibi uiri boni fuisse uideat
Pericles. Cimon. Milciades. Themistocles
cal: Mihi quidem. so. Nonne si uiri fuere boni
unusquisq; illoru ciues ex deteriorib; reddidit
meliores. Nonne ita? cal. Ita. so. Si ita est. q
qn pericles primo orare cepit ad populum de
teriores erant athenienses q cu postremam ad
eos habuit orationem. cal. Forsitan. so. Non li3
o uir optime dicere forsitan. Nam ex his q co
cessimus necessario sequit: si mo bonus erat il
le ciuis. cal Quid tu? so: Nihil uerum ad hec id
mihi dicas: nuncqd dicant athenienses pericli s o
pera meliores ee facti: aut oio cotra ab illo cor
rupti. Sane piclem audio athenienses fecisse pi
gros / timidos /loquaces /auaros. priusq; mer
cenaria stipendia iduxisse: cal. Ab his q fractas
hnt aures hec audis o socrates. so. Ad hec no
amplius audio/sed aptissime scio: ego quidem
atq; tu uidelic3 picle ab initio magno in pretio
fuisse habitu: neq; turpe sma3 aduersus eu ulla
tulisse athenienses/du3 praui erat/postq; uero
honesti & boni ab ipo facti sut in extremo eius
uite furti ipm codenauisse: parumq; abfuisse qn
ultimo supplicio quasi malu uiru afficeret. cal/
Quid ergo? malusne ppterea picles uir extitit? so
Talis qdem asinorum curator et equorum atq; bo
minus malus uidet: si cu eos accepit: neq; calci
trosos neq; cornupetetes/ neq; mordaces effece
rit ut hec ob feritate3 habeat uitia: an non tibi
uidetur ille cuiusuis animalis malus esse cura
tor. Qui cum acceperit mansuetum / magis
ferum reddiderit q accepit? Uidetur tibi nec
ne? cal. Concedo equidem ut tibi gratu facia3:
so. Inhoc preterea gratificare mihi rndens utru
homo unu sit animalium nec ne? cal. Quid ro
gas? so. Nonne hominu cura picles hebat? cal.
Hebat. so. Quid ergo? an non oporteat ipsos
quemadmodu mo consensimus iustiores ex iustioribus
ab illo fuisse factos: siquidem ille qui curabat

eos in rebus ciuilib; peritus erat. cal: Prorsus.
so: Nonne iusti mansueti sunt/ut ait homerus. tu
uero qd ais? Nonne similiter? cal: Aio. so: Ue
runtamen feros magis ipos reddidit q3 accepe
rat: idq; aduersus se ipm: qd quide3 minime uo
luisset. cal. Uis ne tibi assentiar? so: Si uideor
tibi uera loqui. cal. Sint ista. so: Proinde si
magis feros/ergo iniustiores atq; deteriores.
cal: Esto. so: Quaobrem non bonus ad repu.
administranda ciuis picles erat: ut ro hec oste
dit. cal: No ut ipse ais. so: per Iouem neq; ut
tu inquis per ea que confiteris. Rursus aute3
mihi de Cimone dicas non ne releganerunt eu
illi quos ipse curauerat: ut uocem eius decenio
non audirent. preterea aduersus Themistocle3
idem fece unt: atq; exilio insup danauere. Mil
ciade3 uero qui in marathone pugnauit in car
ceris baratru detrudere decreuerut: ac nisi ob
stitisset magistratus pculdubio icidisset. At ue
ro si boni ut tu ais hi fuissent uiri: talia nunq3 p
pessi fuissent. Et eim aurige boni no ab initio q
dem no excidunt: postq3 uero equos curauerit
ipsiq; meliores facti fuerint aurige tuc excidunt
pfecto no est ita ut in aurigaria uel in alio quo
uis ope. an tibi uidet? cal. Minime. so: Uera
igit erant que a nobis in superioribus diceban
tur: nullu uidelicet in hac ciuitate nos uiru sci
re in ciuitate hac extitisse: q in repu. bonus ci
uis esset habedus. Tu uero cofessus es nullu3
ex his qui nunc sunt esse tale: ex his aut qui pre
cesserunt extitisse nonullos. atq; iter eos qde3
hos uiros preceteris elegisti. Hi uero non ali
ter se habere hac in re q3 q nunc sunt apparue
runt. Quapp si hi oratores fuerut/neq; uera rhe
torica usi sunt. alioqn nunq3 cecidisset: neq; adu
latoria. cal: Multu3 tamen abest o socrates ut
qsqua eorum q nuc sunt talia gesserit: qualia isto
rum quis gessit. so: O beate nec ego quantum
ad ciuitatis aministratione pertinet: istos uitu
pero. imo uero hac i re mihi uident diligentio
res q3 hi nostri fuisse: aptioresq; ad illa cofi cie
da/q ciuitas cupiebat: Uerum i eo q castigare ci
uiu cupiditates oporteat: neq; illis obsecudare
s3 & psuadedo & cogedo ad hoc ipm perducere
unde meliores futuri sint ciues: nihil/ut ita lo
quar/iter hos atq; illos iterest. Qd quide so

lu e boni ciuis officiu. Attn tibi cofiteor illos
his aptiores fuisse ad naues naualia: menia: a
liaq; eiusmoi multa reipu. copanda. In re g ri
dicula ego ac tu disputado reuoluimur. siqde3
i oi hac disputatioe i ide assidue circuferimur:
qd dicamus iuice ignorates. Ego ei3 te sepius
cocessisse arbitror: atq; cognouisse gemina hac
esse facultate circa corpus et circa aia3 curatri
ce3. Et altera qde mistra p qua q corpus cupi
at/coparent: ueluti si famescat cibi: si sitiat po
tus: si frigeat uestes/strameta/calcei/ceteraq; q
ad usu3 corpis exiguntur. Et pfecto dedita opa
eade p imagines tibi loquor: ut facilius itelli
gas: horum ee paratore uel caupone/uel mercatore
aut opifice alicuius istorum: uidel3 pistore aut co
quu/aut textore3/aut calceorum sutore/ifectoreq;
coriorum: nec miru e eu3 qui talis sit/uideri corpis
curatore/tam sibi q aliis ignoratibus/esse pre
terea arte quada3 gymnastica atq; medicina: in
quibus curatio corpis reuera cosistit. Qua de
cet huiusmodi artibus iperare: earumq; opib; uti
ppterea q scientia habeat boni atq; mali quan
tu3 ad corpis ptinet alimenta atq; ualitudine.
Quod quide ab his aliis oibus ignorat. Qua
ob ca3 dico3 e: has qde seruiles ministrasq; & illi
berales esse circa corpis cultu: gymnastica uero &
medicina his merito dnari. Hec igit eade ee et
circa animu uideris mihi interdu cognoscere:
mihiq; concedis tamq quid dica intelliges. ue
ru3 paulopost adducis i mediu uiros preclaros
& bonos in hac ciuitate quoda3 fuisse. atq; me
querente quina isti fuerint uideris mihi simil
mos proferre hoies circa rempu. ac si me pco
tante quinam fuerint aut sint boni circa gym
nasticam corporum curatores/responderes mi
hi et ualde qde serio Thearion pistor: & Mi
thecus qui de siculorum arte coquinaria scripsit:
& Sarambus caupo: quasi hi mirabiles corpo
rum cultores extiterint: quoru3 hic suaues pa
nes: ille epulas: ille uinu preparabat. Forrasse
igit idigne ferres si tibi dicerem: nihil o bone
uir de gymnastica itelligis. Quippe cu mistros
mihi mediu afferas / cupiditatuq; assertores:
qd honestu bonu ue sit/i his nequaq diiudica
tes: s3 utrunq; cotingit ipletes corpa hoium eaq;
saginates: Qui & laudant ab ipsis/ cu tame ob

]201
Dr Rhetorica: --

nimiā implectionē carnes illis ueteres dissipa/
uerint. posteaq; aduentāte morbo qui ita nutriti
sunt: eos quidem qui postea consuluerunt ob
ignorantiā accusant: eos ꝟ q ad libidinem nu
triuere nequaꝙ. Cum inꝙ replectio talis tāꝙ
īmoderata tandē infert morbū/tunc presentes
consultorē criminant̄ ⁊ improbant: atq; iniu
ria insuper si queant afficiunt. priores uero il/
los qui cām morbi dedere laudibus efferunt.
Et tu nunc o callicles simillimū quiddā facis
laudans hoīes qui hos nutriuere atq; his re/
bus quarū cupido incesserat: īpleuerūt quos a/
iunt magnam effecisse ciuitatē. Qȯ aūt tumens
⁊ intus male sana iam sit ob antiquos illos nō
sentiūt. Absq; eiꝫ tēperantia ⁊ iustitia portibus
naualibus/menibus/tributis/uectigalibus/ et
huiusmodi nugis ciuitatē hanc īpleuerūt. Qn̄
igitur morbus erumpit: tūc illi q ī presentia gu
bernant rempu. īprobantur. Themistocles ue
ro ipse et Cimon ⁊ Pericles q malorū cā fue/
re laudantur. Tu uero forsitā nisi caueas capie
ris ⁊ amicus meus Alcibiades/qn̄ preter illa
que acquisita erant uetera quoq; erunt amissa
ꝙuis malorū causa uos non sitis sꝫ una cū ce
teris cā. Atq ego rem stultā ⁊ nunc cerno ⁊ d̄
antiquis illis audio. Sentio eīm qn̄ ciuitas ali
quem ex his qui in repu. uersantur iniustitie dā
nare aggreditur/grauiter eos̄ ferre atq; se af/
flictare quasi iniqua patiant̄ qui beneficia ī rē
publicā multa contulerint. Nēpe aiunt iniuste
se ab illa damnari. Qȯ oīo falsum est. Nunꝙ
eīm reipublice gubernator iniuste dānatur ab
ea cui preest ciuitate. Videtur aūt idem euenī
his qui in repu. uersant̄/atq; sophistis. Sophi
ste eīm ꝙuis in ceteris sapientes in hoc tamen
uno absurde se gerunt. Qȯ cū se docere uirtu/
tes affirment: sepe tamen discipulos uelut igra
tos accusant/atq; iniustos: qui bona ab eis re/
portarint/mercedem tamē nullā aut grām refe
rant. Quo quidē sermone nihil a ratione ē alie
nius: ꝙ uidelicet uiri boni iustiq; facti ⁊ ab in
iustitia preceptoris opera remoti atq; iustitia ꝑ/
diti: iniurias ea ipsa iniustitia quā non habent
preceptoribus inferant. an non uidet̄ tibi o ami
ce id absurdū? Reuera concionari me o calli/
cles coegisti respondere nolens. cal: Tu uero
per te ipsum dicere non potes nisi quis tibi re/
spondeat. so: Uideor equidem ⁊ nūc frequētes
iam extēdo sermones dū ipse mihi nō uis respō
dere. sꝫ o bone uir per Iouē amicabilē mihi di
cas. An non preter rōem tibi uidet̄ ut his q
dicat se bonum aliquē reddidisse de eodē conq
ratur quasi qui bonus ab ipso factus est: sit et
malus. cal. Mihi quidem uidet̄. so: Nōne au
dis illos qui docere uirtutē profitētur talia con
queri. cal. Equidē: sꝫ quidnā de hoibus nulli/
us pretii potes dicere. so: Quid uero de illis di
ceres q reipu. preesse se aiūt/atq; ut illa ꝙopti
ma sit diligenter excogitare: rursusq; ipam accu
sant prout accidit/tamꝙ pessimā. putas ne hos
ab illis differre? Idem ꝑfecto est o uir beate so
phista ac rhetor/uel propinquū aliqd atq; simi
le: quēadmodū ad polū ego dicebam. Tu autē
ꝑꝑ ignorantiā preclarꝫ qddam putas esse rheto
ricā: sophisticā uero contēnis. Sed reuera pul
chrior ē sophistica ꝙ rhetorica. quo et pulchri/
or est conditrix legū ꝙ iudiciaria: ⁊ gymnasti
ca ꝙ medicina. Solis aūt cōcionatoribus ⁊ so
phistis minime arbitror concedendū: ut de eo
qȯ ipsi docent quasi sibi sit malū conquerantur
Alioqn in eadē ipsa accusatione seipsos pari/
ter criminentur/quasi nihil hiis prefecerint qui
bus utilitatē attulisse se dicunt: nōne ita se res
habet? cal: Ita prorsus. so: Et contulisse bene/
ficiū absq; mercede/ut cōsentaneū ē: solis istis
conueniebat siquidē uera dicerent. Nā alia q/
dem bñficia cū quis acceperit ueluti p gymna
sii magistrū celer factus/forte utiq; grām non
referret/nisi caueret ut mercedē solueret ꝙpri
mū celer satis euaserit. Non eīm tarditate: ut
arbitror hoīes sꝫ iniustitia iniuriā faciunt. Nō
ne? cal. Ita. so: Siqs igit̄ hoc ipm auferat. s.
iniustitiā discrimē iā iniurie deuitauerit. Uerū
per id solū in tuto collocari beneficiū pōt/ siqs
eos quibus cōfert bonos reuera possit efficere
Nonne? cal: Consentio. so: Propterea ut uide
tur in aliis cōtractibus turpe non est sibi caue/
re ueluti ꝓ edificiis ceterisq; artificiis. cal. Ap
paret. so: Pro hac aūt facultate. s. ut bonus qs
fiat/optimeq; familiā suā gubernet atq; rēp.
turpe existimat̄ nihil prius uelle docere ꝙ ȯ pe
cunia caueat̄. Nōne? cal: Certe. so: Cōstat eis

hanc esse cām q2 solū hoc ex aliis beneficiis eū
qui acceperit/facit referende gratie cupidum:
Quapꝑ preclarū uidet̄ esse argumentū si is q
officiū eiusmodi prestiterit uicissiꝫ ipse recipiat.
Cōtra uero nequaꝙ. Num hec ita se habent?
cal. Ita. so: Ad utrā igitur me cohortaris ciui
tatis curam? age mihi diffinias: ad eā ne ꝑ quā
athenienfibus repugnē/contendāq; ut ꝙoptimi
fiant tamꝙ medicus? an ad eā per quā tamꝙ
minister uoluptatis illor̄ gratia studeā. Et mi
hi uera dic o callicles: decet eīꝫ te quēadmodū
incepisti audacter prosequi mihi libere exꝑmē
do que sentis. Et nunc ergo bene generoseq; re
sponde. cal. Ad ministeriū ꝑfecto te exhortor
so: Ad adulationē ergo me o uir generosissime
prouocas. cal. Si mauis o socrates Mysiom
uocari uocaberis utiq;/nisi mihi credideris. so:
Ne obiicias mihi nunc qȯ iam sepius obiecisti
uidelicet īterficiet te o socrates qcūq; uoluerit
ne ego iterū ita respondeā: at malus bonū neq;
iterum dicas auferet tibi o socrates quilibet si
quid habes: ne ego quoq; respondeā/ at uero
q auferet/nesciet illis tamꝙ sibi utilibus uti: sꝫ
quēadmodū iniuste a me abstulerit/sic ipe ute
tur iniuste. Qȯ si iniuste ergo et turpiter. deni
q; si turpiter male. cal. Uideris mihi o socrates
opinari nihil eiusmodi te passurū: ꝑinde ac si ꝓ
cul hinc habites: neq; deduci posse in iudiciū
putas ab ignauissimo quoq; nulliusq; pretii ho/
mine. so: Amens certe forem o callicles nisi pu
tarem in hac ciuitate unūquēq; qȯlibet eiusmo
di pati posse. Hoc tamē certo scio si ī iudiciū ue
nero piclitans ob ea q̄ tu affers īprobū fore qui
me accusauerit. Nullus eīm bonus hoīē accu
sat insontē. Profecto nihil mirū foret si morte
dānarer: uis tibi dicā quā ob cām hec expectē.
cal. Uolo equidem. so: Arbitror eqdē me una
cum paucis athenienfibus ne dicā solum ciui/
lem disciplinā reuera tractare: meq; solū ex om
nibus qui nunc sunt ciuilia exercere: utpote igi
tur q non ad gratiā uerba facio: que ⁊ frequē
tissime facio sed ad id potius qȯ optimū sit ꝙ
qȯ dulcissimū: neq; ea ad que quasi preclara q̄
dam tu nunc monendo exhortaris/recipio me
facturum: nimirum quid potissimum in iudicio
dicam non habeo. Et nunc quidē recurrit mi
hi rursus in mentē qȯ ad polum dixeram. Ita
eīm de me iudicaretur quēadmodū inter pue/
ros de medico quem accusauerit Cocus. Con
sidera eīm qua se rōe defenderet medicus/ die
sibi apud pueros dicta: siquis cum his uerbis
accuset. Uir iste o pueri multa uobis ītulit ma
la. Nam et uos et minores etiam uestros secan
do urendoq; cōtorquet: ⁊ adtenuās suffocāsq;
afflictat. preterea amarissimos prebet potus: ⁊
ad famē sitimq; uos urget. Ego uero contra
multa et uaria suauiaq; uobis paro. Si hec in
ꝙ cocus deferat accusator: quidnā censes hoc
circūuentum malo medico responsurū. an forte
uera fatebitur: dicens hec equidē o pueri sani
tatis uestre gratia feci. At uero ꝙ uehementer
putas iudices eiusmodi reclamaturos esse? cal:
Uehementer fortasse putandū ē. so: Nonne igi
tur putas in maxima eū ambiguitate inopiaq;
sue defensionis tūc detineri? cal: Prorsus. so:
Idem mihi scio si in iudiciū trahere eueniret:
neq; eīm uoluptates ullas a me ad eor̄ libidinē
inuentas cōmemorare possem: quas ipsi benefi
cii utilitatisq; loco existimant: ego uero nequaꝙ
Nec ministros quidē earum probo: neq; eos ob
id quibus prebentur feliciores existimo: Pre/
terea siquis me dicat uel corrūpere iuuentutem
in ambiguitatē inopiāq; deducēdo: uel īproba/
re seniores mordacibus quibusdā uerbis uel
priuate uel publice: non dabitur mihi ueri dicē
di facultas: me uidelicet iuste hec oīa dicere eo
rumq; ipsor̄ dūtaxat utilitati consulere neq; a
liud quicꝙ afferre facile potero. Quāobrē for
sitan nihil ē qȯ aduersus me nō decerneretur.
cal. Uidetur ergo tibi o socrates bene se habe
re qui in ciuitate talis sit: ut sibi ipsi nequeat ꝓ
sidio fore. so: Modo hoc sit in ipso o callicles:
qȯ tu sepius consensisti ut sibimet id auxilii pre
stare possit: quo neq; aduersus homines neq; ad
uersus deos iniuste aliquid fecerit aut dixerit.
Hoc eīm auxilii genus prestare sibi sepius iam
consensimus optimū esse. Siquis igit̄ me con/
uincat eiusmodi auxilium mihi uel aliis afferre
non posse: ꝓculdubio erubescerē siue īter mul
tos/siue inter paucos/siue solus a solo fuerī re
dargutus. Itaq; si ꝑꝑ hanc impotentiam more
rer grauiter ferrē. Sin aūt ob adulatorie rheto

rice ɔ̄fectū ultimo supplicio aficerer. certo scio
te inspecturū me mortē pfacile perferentē. Naz
mori quidem nullus formidat nisi oīo rationis
exps atq; ignauus. Iniuste autez se gerere for
midat. Multis eīm peccatis refertā aīam ad ī
feros descendere/extremū omniuz est malorūz
Proinde si uis id ita se habere rōnem reddere
uolo. cal: Immo uero cū cetera perfeceris hoc
etiam perfice. so: Audi igitur ut aiunt pulcheri
muz sermonē: quē te arbitror fabulam putatur
Ego uero nō fabulaz sed sermonem. Nā tamq̄
uera que dicturus sū tibi narrabo: pfecto quē
admodū ait homerus: Jupiter/ Neptunus/et
Pluto regnum qđ acceperunt a patre inter se
diuiserunt. Extabat aūt lex de hoībus sub Sa
turno ⁊ semper ⁊ nunc ēt extat apud deos: ut q̄
cumq; hoīes iuste pieq; uitam egissent cum e ui
ta migraret ad beatorum insulas profecti ī om
ni felicitate uiuerent/a malis longe seiuncti. q̄
uero iniuste īpieq; uiuissent/īpunitionis iustiq;
supplicii carcerem quod apellant tartaruz irēt.
Horum uero iudices sub Saturno atq; ēt sub
ipso Ioue regnare nuper incipiente uiuentes e/
rant atq; uiuentiū: atq; eadē die qua mortē q̄s
obiturus fuerat/iudicabāt. Quapp iniuste iu/
dicabatur. Igitur pluto atq; beatarū curatores
insularū Iouē adeuntes retulerunt/ indignos
ad eos utrinq; hoīes deuenire. Ad quos sic in
quit Juppiter: at ego remediū adhibebo: Nūc
eīm ppea iudicatur inique q̄ uestiti atq; circū
dati singuli iudicantur: qn̄ ante obituz iudican
tur. Itaq; multi prauas habentes animas cir
cundati sunt corporis forma ⁊ genere atq; diui
tiis. Preterea qn̄ iudicium īminet cōfluit mul
titudo testium asserentiū eos iuste uixisse: Quo
fit ut iudices ob hec obstupescant. Accedit q̄
et ipsi uestiti atq; circūdati iudicāt oculos ⁊ au
res ⁊ totum corpus quasi aīe uelamen habētes
Hec eīm oīa illis obstacula sunt uidelicet tam
sui quidam q̄ eor qui iudicant amictus. prin/
cipio puidendū est inquit ne homines mortē su
am presentiant: nūc eīm preuident: ⁊ mandatū
est pmetheo ne eos presentire pmittat. Deinde
nudi his oībus sunt iudicandi. Sunt eīm iudi
candi post obitum. Iudicē quoq; ipum oz esse
nudum/mortuū uidelicet: ⁊ ipso dūtaxat aīo: a

nimuz ipm inspicientē: statim post īsperatus cu
iusq; obituz: animū inq̄ a suis oībus desertuz
omnēq; ornatū exteriorē relinquentē in terras
ut iudicium iuste procedat. Ego igitur utpote
qui ante uos hec preuiderē/constitui iam meos
filios iudices: duos quidem ex asia Minoez ui
delicet: ⁊ Rhadamanthū. Unū uero ex europa
Eacum. Hi ergo postq̄ mortui fuerint/iudica/
bunt in prato quodaz ibiq; in triuio: ex quo ge
mine portant uie: altera quidem ad tartar: alte
ra uero ad insulas beator. Et asiaticos quidez
Rhadamanthus. Eos uero qui ab europa ue/
nient Eacus iudicabit. Minoi uero id munus
iniungā ut ipse diiudicet siquid aliis ambiguuz
fuerit: ut iustissime pcedat iudicium recteq; fiat
transmissio aīoruz. Hec sunt o callicles que au
diui ueraq; esse credo. atq; ex his sermonib ad
ductus ita mecū reputo. Mors quidē est ut mi
hi uidet nihil aliud q̄ rer duarū aīe. s. atq; cor
poris inuicem dissolutio. Cum uero duo hec di
siuncta sunt inuicē nō multū abest quin utrūq;
ipsorum habitū seruet eundē: quē uiuente hoīe
possidebat. principio corpus tam naturā suā q̄
culturam passionesq; prefert. Ueluti si magnuz
erat alicui corpus uel natura uel alimonia/ uel
utrisq; dum uiuebat: mortuo etiam homine erit
magnū. Item si crassum fuerat erit et crassum
ceteraq; similiter. Preterea si comandi studio/
sus homo fuerat seruabit comā. Rursus siquis
erat uerbero multaq; plagaruz uestigia corpori
habebat impressa uel a uerberib/uel a uulneri
bus dū uiueret: huius quoq; mortui corpus ea
dem retinere uidemus. Et siqua ī parte fractū
erat aut distortū eo quoq; mortuo eadē hec ap/
parent. atq; ut summatiz dicam qualecūq; ui/
uentis erat corpus talia ipius mortui oīa uel
plurima ad tempus apparent. Idē quoq; mihi
uidet o callicles circa aīam: cūcta eīm apparēt
in aīa cū corpus exuerit tamq̄ ex natura q̄ que
ex affectibus inerant: que ob rei cuiusq; studiuz
homo contraxit in aīam. Cū igitur ad iudicem
puenerunt asiatici quidem ad Rhadamanthuz
rhadamanthus eos sistens unius cuiusq; aīam
intuet: cuius tamen aīa illa fuerit non attēdēs
Sz pleruq; magni persarū regis aut alterius re
gis siue potentis obuiū animū contemplatus nē

hil in eo inspicit sanū: sed piuriis atq; iniustitia
quasi quibusdam uerberibus cicatricibusque
infectum qualia cuiusq; accio ɔtraxit impssitq;
aīmū omniaq; obtorta mendacies atq; uanitate
nihilq; recti habentemq; sine ueritate fuerat
educatus preterea obpeccandi licentiā et petu
lantiam mollemq; lasciuiaz et in actionibus sui
gulis intempātiam: incompositum penitus atq;
turpe. Animū igit contemplatus sic affectuz
statim ignominiose extra custodiam illuc trans
mittit ubi meritas subire penas oz. Conuenit
autem omnem q̄ ab aliquo recte punit uel ipm
fieri meliorē utilitatēq; pcipere uel ceteris exem
pla dare: ut alii penas eius conspicientes meli
ores ob timorem efficiantur: Qui uero apud
deos et hoīes ita dant penas ut utilitatez inde
aliquā referant: hi sunt q̄ peccata sanabilia cō
miserunt: quibus dolor cruciatusq; pdest et a
pud homines et apud inferos. Non eim aliter
q̄s potest ab iniustitia liberari. Qui aūt extrēa
iniustitia detinent: ac pp eiusmōi delicta sunt ī
sanabiles ex his exempla summūt. Ipsiq; nul
laz āplius utilitatē iñ reportant utpote q̄ sana
ri non possint: sz prosunt dūtaxat aliis p exēplū
q̄ eos intuet pp peccata maximis acerbissimis
q; et terribilissimis penis omni tempore crucia
tos tanq̄ exemplum monimentūq; et expecta
culū apud inferos in carcere prebente iniustis
oībus qui ad ea loca descendūt. Quor unum
dico fore Archelauz si uera narrat Polus: et
alium q̄cunq; tyrānus talis extiterit. Arbitror
aūt in eorum numero q̄ solū exempla tradunt
plurimos esse tyrannos/reges/potentes/ciuita
tum gubernatores. Quippe cum hi ob ipsam
peccandi licentiam grauissima prophanissimaq;
peccata cōmittant. Attestat aūt nobis Home
rus qui reges et potentes inducit apud inferos
omni tempore cruciatos: ceu Tantalum Sisy
phuz et Tytium: Thersitez uero et siquis alius
priuatim fuit malus/nullus unq̄ uelut insana
bilem magnis fecit penis torqueri. Quippe cū
licentiā: ut arbitror non habuerit: quāobrē fe
licior erat illis: quibus scientia sceleris ppetrā
di dabatur. Profecto o callicles ex his qui po
tentiā licentiamq; habent sunt qui nimiū praui
fuerunt. Nihil tamē phibet iter hos ēt bonos

quosdam esse uiros: et certe qui talis fuerit mi
rifice ē colendus. Nāpe arduū est o callicles ī
gentiq; laude dignū ut quis in magna peccādi
licentia constitutus iusta transigat uitā: paucíq;
tales reperiuntur. Fuere tamen et hic et alibi
atq; ut arbitror/erunt nonnulli preclari boniq;
uiri hac uidelicet uirtute prediti/p quā ea quo
ruz sibi concessa est auctoritas iuste tractarent
Unus aūt grecor oium probatissimus Aristi
des Lysimachi filius extitit. Plures aūt o uir
optime potentum improbi sunt. Quāobrem ut
dicebā qn̄ rhadamanthus aliquem eiusmōi de
prehendit aliud circa ipsuz nouit neq; quisnā
sit: neq; ex quibus ortus: Sed utrū sit malus
cūq; id cōpererit: dimittit in tartarū/obsignās
utrū sanabilis uel insanabilis uideat. Ille ue
ro illuc trāsmissus meritas subit penas: Inter
dū uero aliū ītuitus aīuz uel priuati/ uel alicu
ius alterius qui pie atq; integre uixerit: qđ q̄đ
dū. In gymnastica etiā exercitatione inuesti
gandum: qui corporis habitus: quos exercen
di modos: quos gestus amet / ⁊ postulet. In a
gricultura / qd solum / que semina: qualē ue
culturā exigat: quis ue colendi modus a sin
gulis arboribꝰ diligatur. Idem in musica ob
seruatur: cuiꝰ artifices / q numeri / quos nume
ros. aut magis aut minus diligāt / inuestigāt
Hi iter unū ac duo / atqꝫ unū ⁊ septē minimū
amorē iueniūt. Inter unū uero tria quatuor
quiqꝫ / sex. amorē uehemētiorē repiunt. In
ter unum ⁊ octo uehemētissimū. Hi uoces acu
tas / ⁊ graues natura diuersas certis interual
lis ⁊ modulis sibi inuicē magis amicas faciūt
Ex quo harmonie ꝯpositō ⁊ suauitas nascitur /
Tardiores etiā motus ⁊ ueloiores ita inuicē
tempant / ut amici potissimū fiāt / ⁊ rhythmū ꝯ
cinitatēqꝫ exhibeant. Musicae aūt melodiae
genera duo tradūtur / Est eni graue / quoddā
⁊ ꝯstans. Est ⁊ aliud molle atqꝫ lasciuū. Illō
utentibus utile: hoc noxiū in libris de re. p.
et legibꝰ Plato indicat: Illi i ꝯuiuio uraniaꝫ
musā / huic polymniā prefecit. Alii primū illō

C de Amore:

genus / Alii secundum amant. Illorū amori
obtemperandū adhibēdiqꝫ soni sunt: quos ex
petunt. Istorum appetitui obsistendum / Illo
rum namque amor celstis est. Istoꝝ uero uul
garis. Inest syderibus ⁊ elementis quatuor:
amicitia quedam: quam astronomia cōsiderat
In iis duo illi quodamodo amores repeiūtur
Est. n. iis moderatus amor: quando inuicem
mutuis uiribus temperatissime ꝯsonant. Est
et amor inmoderatus quando unum aliquid il
lorum se ipsum amat / nimiū / alia quodamodo
derelinquit / Ex illo aeris grata temperies.
aque trāquillitas / Terrarum fertilitas / ani
malium sanitas / Ex hoc contraria profici
scūtur. Uatum postremo / Sacerdotum qꝫ
facultas in hoc potissimum uersari uidetur.
Ut que hominū officia deo amica sint: qua ra
tione homines deo amici fiant / nos doceat
Quis amoris / charitatisqꝫ modus ad deū / ad
patriam: ad parentes / ad alios tam ad uiuos:
quam ad defunctos sit adhibendus. Idem i ce
teris artibꝰ ꝯiecttari licet atque summatim ꝯ
cludere Amore i omnibꝰ ad omnia esse omni
um auctorē / seruatorem que existere / ⁊ artiū
uniuersarum dominum: ⁊ magistrūꝫ. hunc me
rito diuus Orpheus appellauit.

Solertem bigenium / omnium claues habentē
Quomodo eni gemine nature sit a Pausania
primū: deīde ab Eriximaco audiuistis. Qua
etiam ratione claues mundi tenere dicatur
ab Orpheo ex superioribus satis ꝯprehēdere
possumus: quippe sicut ostendimus desideriū
hoc perfectionis proprie propagāde cunctis
ingenitum. Latentem ⁊ implicatam cuiusque
fecunditatem explicat. Dum semina inger /
men pullulare compellit / ⁊ uires cuiusqꝫ eius
educit sinu: fetusque concipit: ⁊ quasi claui
bus quibusdam conceptus aperiēdo producit
in lucem: quamobrem omnes mundi partes:
quia unius artificis opera sunt eiusdem machi
ne membra inter se in essendo / ⁊ uiuendo simi
lia mutua quadam charitate sibi inuicem uici
untur. Ut merito dici possit amor nodus per
petuus: ⁊ copula mundi: partiumque eius im
mobile substentaculum: ac firmum totius ma
chine fundamentum.

Nullum mundi
menbrum odit aliud mēbrū. Cap. iiii.

Uod si ita est nulla operis huius men
bra inimica esse inter se ullo pacto pos
sunt. Non enim ignis aquam / aque odio fu
git: sed sui ipsius amore: ne ab aque frigore
extinguatur. Neque ignem aqua odio ignis
extinguit. Sed quodam amplificādi proprii
frigoris appetitu trahitur ad aquam sibi si
milem ex ignis corpore ꝓcreandam. Nam cū
omnis appetitio naturalis ad bonum / nullaqꝫ
ad malum tendat / Aque propositū est / non i
gnem extinguere: quod est malum. Sed aquā
sui similem: quod bonum est generare. Quod
si absqꝫ ignis interitu explere posset / ignē uti
que non consumeret. Eadē de ceteris que cō
traria ⁊ inimica uidentur ratio assignatur.
Porro agnus lupi uitam / figuramqꝫ nō odit
sed sui pernitieꝫ: que a lupo infertur exhorret
neque lupus agni odio / sed amore sui cum lace
rat atqꝫ deuorat. Neqꝫ homo hominem / sed
uitia hominis horret / neque potentioribꝰ aut
acutioribꝰ dotes suas illoꝝ odio / Sꝫ nri beni
uolentia inuidemus metuentes ne illis peni
tus succumbamus. Qua propter nihil obstat
quin amor i omnibus sit / perque omnia pene
tret. Hunc igitur tantum deum / quia ubique
est / omnium insidet penetralibus / tamquam
potentem dominum: cuius imperium effuge
re non ualemus tamquam sapientissimum iu
dicem. quem cogitationes nostre latere non
possunt / ꝓculdubio metuamus hūc. quia cre
ator est omnium atque seruator / tāquam pa
trem ueneremur / tamquam tutorem / presidi
umque colamus / hūc quia artes singulas edo
cet tamquam preceptorem sequamur / quo au
ctore sumus ⁊ uiuimus / quo seruatore perpe
tui ꝑmanemus. Quo preside ⁊ iudice guber
namur. Quo preceptore ad bene beateque ui
uendum instruimur: ⁊ formamur.

Narratur textꝰ platonis de ātiqua hoīnū na
tura. Oratio quarta. Cap. .i.

Is dictis familiaris nr uerbis finē ipo
suit. Cū Cristophorus Lādinꝰ vir do
ctrina excellens: quē potissimū cognouimus
nostris tēporibus orphicū platonicūqꝫ poetā

Secutus est in hunc modum/ obscuram ⁊ im
plicatam Aristophanis sentētiam explicatu
rus. Quamquam Johannes caualcantes sua
nos diligentia longis disputationum ambagi
bus liberauit. Aristophanis tamen sentētia
uerbis obscurissimis inuoluta enodationem
adhuc aliquam lucemque requirit. Est iquit
Aristophanes amor preceteris diis summope
re generi humano beneficus. curator ⁊ tutor
hominum/ atque medicus. Opportet primum
qualis hominum quondam fuerit natura: que
ue illius passiones animaduertere. Neqꝫ. n.
qualis nūc est oli erat: sꝫ lōge diuersa. Prin
cipio tria hominum erant genera: nō solum q̄
nunc duo mas ⁊ femina. Uerum etiam tertiū
quoddam aderat ex utrisqꝫ compositum. Pre
terea integra erat cuisqꝫ hominis species/ atqꝫ
rotunda/ dorsum ⁊ latera/ circulo his manus
quattuor: ⁊ paria manibus crura. Uultus itē
duos tereti ceruice connexos ⁊ omnino cōsi
miles. Masculinum genus sole genitum erat
Femininum terra. Luna pmiscuum. Unde
elato erant aio robustoqꝫ corpore: quare cū
diis pugnare tentabant/ ⁊ in celum adscen/
dere. Ideo Juppiter singulos in longū secu
it: duosqꝫ fecit ex uno: instar eorū: qui oua
in longum capillo secāt/ atqꝫ iterum si fastu
in deos isanire uideātur minatus est eos rur
sus se similiter partiturū. Postquā natura ho
minū ita diuisa fuit quisqꝫ sui dimidiū cupie
bat. Igitur ocurrebāt/ iactisqꝫ circū bracchi
is se inuicē cplectebantur redigi i priorem ha
bitum affectantes/ propterea fame/ ⁊ torpore
defecissent/ nisi deus cgressui modum imposu
isset. Hinc utiqꝫ mutuus hominibus inatus ē
amor prisce nature cciliator/ amictens unum
ex duob⁹ efficere/ hominūqꝫ nature mederi:
Est eni quisqꝫ nostrum dimidium hominis ut
pote sectus/ quem admoduꝫ pisciculi, qui psec
te ⁊ aurate uocātur/ scissi ex uno duo efficiū
tur: querit autem sui quisqꝫ dimidium. Quo
tiens itaque dimidiū suuꝫ alicui: cuiuscumqꝫ
sexus auid⁹ sit: occurrit/ uehemētissime ccita
tur ardenti inheret amore/ neque momentū
quidem ab illo patiatur seiungi. Totius ita
que reficiendi cupido/ nixus amoris nomē ac
cepit. Qui nos presenti i tempore summope
re iuuat dum in sui dimidium olim amicissimū
quemqꝫ cōducit/ ⁊ inposterū spem summam in
iicit nobis deum pie colentibus in ueterem
figuram restituendo medendoqꝫ se nos beatis
simos effecturū. Cap. ii.

Exponitur oppinio Platonis De antiqua ho
minum figura.

Hec aristophanes ⁊ alia narrat per mul
ta/ monstris portentisqꝫ similia: sub
quibus/ quasi uelaminibus quibusdam diuina
mysteria latere putādum. Mos enim erat ue
terum theologorū sacra ipsorū puraqꝫ arcana
ne a prophanis ⁊ impuris polluerētur figura
rum umbraculis tegere. Nos aūt que in figu
ris superiorum: ⁊ aliis describuntur singula
exacte ad sensum pertinere non arbitramur.
Nam aurelius augustinus nō omnia inquit:
que i figuris finguntur significare aliquid pu
tāda sunt. Multa. n. propter illa/ que signi
ficāt ordinis ⁊ connexionis gratia sunt adiū
cta. Solo uomere terra proscinditur. Sed
ut hoc fieri possit/ cetera quoqꝫ huic aratri
membra iungūtur. Que igitur nobis exponē
da proponitur hec summa. Homines quondā
tres sexus habebāt Masculinum Femininum
Promiscuum. Solis. terre. luneque filios.
erant ⁊ integri. Sed propter superbiam cū
deo equare se uellent scissi in duo sunt Ite
rum si superbiant/ bifariam discindendi. Se
ctione facta/ dimidium amore ad dimidium
trahitur/ ut integritatis restitutio fiat/ qua
completa beatum genus hominū est futurum
Summa uero nostre interpretationis erit
huiusmodi. Homines. i. hominum anime cō
dam. i. quando a deo creātur. Integre sunt
duobus sunt exornate luminibus. Ingeni/
to ⁊ infuso. ut ingenito/ equalia ⁊ inferiora.
Infuso superiora conspicerent. Deo equare
se uoluerunt ad unicum lumen ingenitum se
reflexerunt. Hic diuise sunt. Splendorem
infusum amiserunt: quando ad solum inge
nitum sunt conuerse statimque in corpora
cecidere. Superbiores facte iterum diuidē
tur. i. si naturali nimium confidant igenio

lumen illud ingenitum/ ⁊ naturale: quod re/
stitit quodāmodo extiguetur. Tres sexus/ hē
bāt/ mares sole/ femine terra/ Promiscue lu
na genite. Dei fulgorem alie secundum forti
tudinem: que mascula est. alie secundum tem
perantiā: que femina. Alie secundum iustitiā
que pmiscua susceperunt. Hee tres in nobis
uirtutes aliarū triuꝫ: quas deus habet/ sunt fi
lie. Sꝫ i deo tres ille Sol. Luna. Terra In
nobis mas/ femina/ pmiscuū nūcupātur. Sec
tiōe facta dimidium amore ad dimidium tra
hitur. Anime iā diuise ⁊ inmerse corporib⁹/
cū primum ad annos adolescētie uenerint na
turali/ ⁊ ingenito lumine: quod seruarunt:
ceu sui quodā dimidio excitantur ad infusum
illud diuinūqꝫ lumē/ olim ipsarū dimidium:
quod cadentes amisere studio ueritatis recipi
endum. Quo recepto iā integre erunt: ⁊ dei
uisione beate. Hoc igitur erit interpetratio
nis nostre cpendium.

Hō est ipsa aia ⁊ aia est imortalis :ca. iii:

Orpus cū ex materia cstet/ ⁊ quātita
te/ ⁊ ad materiā suscipe/ ad quātitatē
diuidi solum extendique pertineat: atque ip
sa susceptio: ⁊ diuisio passiones sint/ Conse
quens est/ ut suapte natura passioni tantū sit
⁊ corruptioni subiectum. Siqua uero actio
corpori competere uideatur/ non inquantū
corpus est agit/ Sed inquātum illi uis quedā
quodammodo in corporea ⁊ qualitas inest/ ut
in ignis mole caliditas. In aqua materia fri/
gus. In corpore nostro complexio: Ex qui
bus certe qualitatib⁹ operationes corporū p
ficiscuntur. Non enim quia longus/ aut lat⁹
aut profundus est ignis/ Sed quia calidus/ ca
lefacit. Neque qui extēsior ignis/ calefacit
magis: immo propter dispersionem minus:
Sed q calidior. Cum igitur uiriū: ⁊ qualita
tū benefitio operationes proueniant: ac ui
res ipse ⁊ qualitates ex materia ⁊ quantitate
non constent/ licet in materia quātitateque
sint/ Sequitur ut pati ad corp⁹/ agere ad ali
quid i corporale pertineat. Vires utique iste
instrumēta/ quidem sunt operandi. Ipse ue
ro per se nequaquā sufficiunt ad operandum
quia non sufficiūt ad existendum. Quod eni
in alio iacet/ se que ipsum substentare non po
test/ ab alio certe dependet. Quo fit ut qua
litates/ quia a corpore necessario substinētur
ab aliqua superiori substantia: que neque cor
pus sit neque i corpore iaceat/ fiant atque re
gantur. Huiusmodi aia est: q̄ corporibus pre
sens ⁊ insidens ipsa se substinet: ⁊ qualitatem
uimque cplexionis corpibus tribuit/ per que
tamquā instrumenta in corpore/ ⁊ per corpus
narias operationes exercet. Hinc genera/
re/ nutrire/ augere/ currere/ stare/ sedere/
loqui/ artis opera fabricare/ sentire/ intel/
ligere: homo asseritur. Omnia uero hec ani
ma ipsa facit. Ideoque anima erit homo. Si
generare/ augere/ nutrire hominem dicimus
Anima tāquā pater ⁊ artifex corporis/ ipsuꝫ
gignit auget/ atque nutrit. Si stare. sedere
loqui/ anima corpis mēbra sustinet. flectit/
⁊ uibrat. Si fabricare: currere aia man⁹ por
rigit ⁊ p/ arbitrio torquet/ pedes agitat.
Si sentire anima per sensuum instrumenta/
quasi fenestras: ⁊ foramina exteriora corpo
ra percipit. Si intelligere anima p se ipsam
sine aliquo corporis instrumēto ueritatem as
sequitur. Omnia igitur quecūque homo face
re dicitur Aiūs ipse facit. corpus patitur:
Qua propter homo solus est animus. corpus
autem hominis opus ⁊ instrumentum. Eo ma
xime quod animus operationem eius potissi/
mam/ intelligentiam. s. sine ullo corporis
instrumento exercet cum res per illam in
corporales intelligat. Per corpus uero so/
la corporalia cognoscātur. Itaque si animus
per se agit quicquam/ per se certe ē. ⁊ uiuit.
Uiuit antē sine corpore: quod sine corpore
operatur/ Si per se est/ esse sibi Quiddā pro
prium conuenit corpori non commune/ prop
terea potest proprium sibi seorsum a corpo/
ris mole sortiri hominis cognomentum.
Quod sane nomen quia de uno quoque no/
strum per omnem uitam dicitur. Quisque
enim in omni etate uocatur homo/ ideo ali/
quid significare uidetur: quod stabile perma
net. Corpus iugiter fluit. Crescendo decre
scēdo. resolutione ctinua/ liquefactione co
lere uicissiꝫ/ ⁊ frigore pmutatū/ Aia semper

C. de Amore:

eadem permanet, quod liquido nobis osten/
dit ueritatis inquisitio: bonique uoluntas sē
per eadē ⁊ firma memorie conseruatio. Quis
ergo usque adeo demens erit/ut hominis ap
pellationem in nobis firmissimam corpori flu
enti semper ⁊ undique permutato potiusquā
animo stabilissimo tribuat. Ex his perspicuū
ēe potest. Cū hoīs Aristophanes nominauit
more platonico aias nostras significasse.

Quod aīa ē duobus ornata luminibus/⁊ qua
re in corpus descendit creatio anime cū duo
bus luminibus. Cap. .iiii.

Porro aīa stati ex deo nata naturali quo
dā instinctu ī eum parentē suum ꝯuerti
tur: quemadmodum ignis in terra superiorꝫ
ui genitus confestim nature impetu ad supe
riora dirigitur. Conuersa in eum eius radiis
illustratur. Sed primus hic fulgor in anime
substātia perse prius informi receptus fit ob
scurior/atque ad illius tractus capacitatem
ꝓprius ipsi ⁊ naturalis euadit. Ideoque per
eū ut pote sibi equalē se ipsam: ⁊ que infra se
sunt. i. corpora omnia anima uidet quidem:
Deū uero ⁊ alia superiora nō uidet. Sed. n.
per primam hanc scintillam deo facta propi
quior aliud iterꝫ claris accipit lumē: quo eti
am superna cognoscat. Lumen igitur habet
geminum. Naturale alterꝫ/siue ingenitum.
Diuinū alterꝫ ⁊ infusum: quibus una ꝯiunctis
ceu duabus alis per sublimem peruolare uale
at regionem. Ac si diuino illo semper utere
tur/semper diuinis hereret: Terra rationa
libus esset animalibus uacua. Ceterꝫ diuina
prouidentia decretum est ut anima sui ipsius
sit domina/possitque tū utroque simul lumi
ne uti/tum altero: Hinc fit ut natura duce
ad proprium sui lumen conuersa pretermisso
diuino se ipsam/uiresque suas que ad fabricā
corporis spectant animaduertat: cupiatque ui
res huiusmodi/in fabricandis corporibus exe
qui: hac ut aiunt cupiditate grauata/descen
dit in corpus. ubi generandi/mouēdi: et sen
tiendi uires exercet: suaque presentia terrā
infimam mundi sedem exornat: que ideo rati
one carere nō debuit/ne qua pars mūdi esset
rationalium uiuētiū presentia destituta: quē
admodum ⁊ illius auctor ad cuius similitudi/
nem mundus factus est totus: est ratio:. Ce
cidit aūt animus noster ī corpus: cum preter
misso diuino/solo suo usus ē lumine: ac se ip
so cepit esse ꝯtentus: Solus deus. cui deest
nihil/supra quē nihil/seipso ꝯtētus ꝑmanet/
sibi sufficiens: qua propter deo se parem fe/
cit: tunc animus/cum se solo uoluit esse ꝯtē
tus/quasi nō minus quam deus sibi ipse suffi
ceret.

Quot uiis aīa ad deum rediit. cap. v.

Hanc plane supbiā causam fuisse Aristo
phanes ait/ut anim9 q nat9 est iteger
secaretur. i. ex geminis luminib9 altero post
haberetur. Altero uero negligeret. Hic
ī corporis baratrū ceu lethēū flumē inmers9:
suique met ad tēpus oblitus/sensibus ⁊ libidi
ne/quasi satellitib9 ⁊ tyrāno/raptatur: De
rum adulto corpore/purgatis sensuum istru
mentis/conferēte doctrina/paululum resipi
scit. ubi naturalis emicat fulgor/naturalium
que rerum ordinem indagat: qua inuestigati
one architectum ingētis huius macchine ali
quem esse psentit/eum ⁊ uidere cupit/⁊ possi
dere. Ille solo diuino splendore cōspicitur
Ideo mens proprie lucis indagine ad diui/
nā lucem recuperandam uehemētissime insti
gatur. Instigatio uero/appetitio que huius
modi uerus est amor: quo duce dimidiū hoīs
alterum: Alterum eiusdem dimidium con/
cupiscit. quia naturale lumē: quod animi di
midium est: lumen illud diuinum: quod alte
rum eiusdem dimidium dicitur/olim neglec
tum accendere rursus ī animo nititur/atque
id ē: quod in epistola ad dionisiū inquit Pla
to. Human9 aīus affectat qualia diuina sint
itelligere/aspiciēs ī ea: q sibi cognata sunt
Verum cum deus lucem suam infundit in ani
mum ad id potissimum eam accomodauit/ut
homines ad beatitudinem: que in ipsius posse
ssione ꝯsistit perduceret: Ad hanc quatuor
uirtutibus producimur. Prudentia. fortitu
dine. Iustitia. Tēperantia. Prudentia pri
mo beatudinem nobis ostēdit. Tres ille uir
tutes relique: quasi uie tres ad beatitudinē
ducūt/Scintillā itaque suā ī uariis aīs deus

ad finem huiusmodi uarie tēperat. Ita ut pru
dentia duce/alii per fortitudinis/alii per iu
stitie/alii per temperātie officia suuz repetāt
auctorem. Nempe alii huius muneris gratia/
pro dei cultu/pro honesto/ꝓ patria pericula
mortemque forti animo subeunt. Alii sic ui
tam iuste instituunt/ut nec iniuriam cuiquam
inferant/neqꝫ inferri pro uiribus sināt. Alii
uigilia/inedia labore/libidines domāt Hi tri
bus quidem procedūt callibus. Sed ad eundeꝫ
beatitudinis finem prudentia hunc illis mon/
strante ꝑuenire conantur/proide tres iste uir
tutes in dei quoqꝫ ipsius prudentia ꝯtinētur.
Harꝫ desiderio accensi hominum animi per ea
rum officia ad eas cupiūt ꝑuenire/illis herere
ꝑpetuoqꝫ potiri. Fortitudinē hominū masculā
robur ⁊ audaciam nuncupamus. Tempantiā fe
minam propter remissuz quendam ⁊ frigidiorē
desiderii habitum miteqꝫ ingeniū. Iustitiā ꝓ
miscuam/feminā quidem prout innocentia sua
iniuriam infert nemini/Masculam uero prout
aliis inferri non sinit/⁊ seueriori censura
in hoīes iniquos aīaduertit: Quia uero maris
dare/femine suscipe ꝓpriū est. Idcirco solē/
q lumē a nullo accipiēs exhibet oib9/marē uoca
mus. Lunā q accipiēs a sole dat elemētis/a dā
do ⁊ accipiēdo ꝓmiscuā. Terrā cū accipiat q
dē ab omnibus tribuat nulli/feminam nūcupa
mus/Quamobrem/Sol. Luna. Terra. For
titudo/Iustititia/Temperantia/merito ma
ris promiscui femine signātur cognomine/at
que ut excellentiorem deo appellationem ex
hibeamus uirtutes istas i illo/Solem/Lunā/
Terrā. In nobis masculinum sexum dicim9
promiscuum. femininum. Quibus autem lux
illa diuina a dei sole/cum fortitudinis affec/
tu in sui ortu fuit infusa/his masculam dicim9
lucem fuisse concessam. Quibus a dei luna cū
affectu iustitie/ꝓmiscuā. Quib9 a dei terra/
cum affectu temperātie/feminam/Lucem il
lam infusam/atque diuinam statim ad natura
lem reflexi neglexiMus. Altera ergo post ha
bita seruauimus alteram/ubi dimidium nostri
tenemus dimidium pretermisimus. Certo ue
ro etatis tēpore a naturali lumine ducti diui
num affectamus quidē omnes/sed diuerso mō
diuersi ad ei9 adeptionē ꝓcedim9 ꝑ fortitudi
nē/q a dei fortudinē illud oli cū affectu forti
tudinis accepūt/ꝑ iustitiā alii tēpantiā ue si
militer. Deniqꝫ suū illud dimidiū qsqꝫ ut acce
ꝑat querit/⁊ alii ꝑ masculā qdeꝫ dei lucē amis
saꝫ oli: iam recupatā/dei uolunt mascula for/
titudine perfrui. Alii per promiscuam lucem
similiter uirtute promiscua Alii per feminā
eodem pacto: Munus profecto tantum hi ꝯse
quuntur/q postquam adulta etate scintilla in
ipsis naturalis eluxit/eam non esse ad diuina
iudicanda sufficientem existimant/ne scintil/
le naturalis inditio/aut animarꝫ/aut corporꝫ
affectus diuine tribuant maiestati/putentqꝫ
illam non esse corporibus animis ue prestantio
rem: In quo sane plerique errasse tradūtur.
Qui in diuinorꝫ inuestigatione ingenio natu
rali ꝯfisi/aut deum non esse dixerunt ut Dia/
goras/aut dubitauerunt ut Protagoras. aut
corpus iudicauerūt/ut epycurei/Stoici/Ci
renaici aliique ꝑmulti/aut aīam quandam/ut
Marcus Varro Marcus Manilius/aliique nō
nulli. Hi tamēꝫ impii non modo diuinū lumē
olim neglectum non recuperauerunt/sed ⁊ na
turalem propter ei9 abusū deprauauere quod
deprauatum est/fractum nō iniuria scissumqꝫ
putatur. Ideo illorꝫ animi. qui tamquā super
bi ⁊ fastu tumidi suis confidunt uiribus/secan
tur/ut ait Aristophanes iterum: Cum etiam
naturale lumen/quod illis erat reliquum opi
nionibus falsis obscurant/⁊ moribus iniquis
extigūt. Itaqꝫ naturali lumie recte utuntur
qcūqꝫ mancū illud/⁊ mutilatum esse recogno
scentes ad naturalia iudicanda satisfacere quo
dammodo arbitrantur. Ad ea uero/que supra
naturam sunt sublimiori lumine opus esse pu/
tantes exactissima quadam animi purgatione
ita se preparant/ut diuina lux iterum illis
effulgeat/cuius radiis recte de deo sentient ⁊
in pristinam illam integritatem restituētur.

Amor aīas reducit ī celū/beatitudinis distri
buit gradus/gaudiū largitur eternū. C. vi.

Hunc nos conuiue prestantissimi deum
quē preceteris diis generi humano bū
ficū esse aristophanes ait/Omni sacrificiorꝫ

genere uobiſ propitium facite. Hunc piiſ pre
cibus inuocate. Hunc toto corde capeſſite.
Hic animos ſua beneficentia primū ad celeſtē
ducit menſam/ambroſia ⁊ nectare abūdantē/
Deinde ſingulos ſingulis accomodat ſedib9.
poſtremo ſuauiter detinet ineternum. Nulli
enim celum repetunt/niſi q celoꝝ regi placue
runt: placent illi qui euz ſummopere diligūt.
Cognoſcere quidem illum/uere omnino pn̄ti
in tempore impoſſibile eſt/ Uere autem amare
quomodo cognitum ⁊ poſſibile eſt/⁊ facile/qui
deum cognoſcunt/non dum illi placent niſi
cognituz diligant/qui cognoſcunt: ⁊ diligūt
non quia cognoſcunt. Sed quia diligunt amā
tur a deo: Nos enim non eos: qui nouerit/ſʒ
qui nos amauerit charitate complectimur.
Multos namqʒ q nos cognoſcunt hoſtes habe/
mus. Quod ergo nos celo reſtituit non dei co
gnitio eſt/ſed amor. Diſcumbentiuz preterea
ordo in menſa celeſti diuerſos ſeqtur gradus
amantium Nam qui deū excellentius dilexe/
runt/dapibus excellentioribus ibi ueſcūtur.
Nempe qui ꝑ opera fortitudinis dei fortitu/
dinē coluerūt/ea ipſa fruuntur. Qui iuſtitiā
uero/Juſtitiam/Temperantiam/ſimiliter/q
tempantiā/atqʒ ita uariis diuine mētis ideis
et rationib9 varii animi pro uario amoris rap
tu fruuntur. Toto autem deo fruūtur oīs/
quia totus in ſingulis eſt ideis. Sed deum to
tum preſtātius poſſident/q eum in preſtātiori
idea ꝯſpiciunt. Quiſqʒ uero ea dei uirtute po
titur/quam dilexit/ideo liuor ut Plato inqt
in phedro abeſt a diuino choro. Cum enim om
nium iocundiſſimum ſit/re amata potiri, quili
bet in eo potiundo quod amat ꝯtentus plenuſ
que uiuit. Quippe ſi amatores duo delitiaꝝ
ſuaꝝ compotes fiant/uterqʒ i amata ſui poſſeſ
ſione quieſcit/neqʒ curā quidem ullā hēbit/ni
alter pulchriori potiatur amato/quapropter
amoris beneficio factū eſt/ ut in diuerſis feli
citatis gradibus portione ſua qlibet ſine ulla
inuidia ſit ꝯtentuſ. Fit etiam ut ſine ulla ſaci
etate animi iiſdem ueſcantur dapibus in eter
num. Ut enim oblectentur conuiue/nō epule
nō uina ſufficiunt niſi fames/ſitiſqʒ adueſcen
dum alliciant: ac tamdiu oblectatio: quā diu
⁊ auiditas pmanet. Auditatez uero qs amo
rē quēdā eſſe negauerit. Etern9 igitur amor
quo ſemper in deū afficitur animus/efficit ut
deo ſemp tamquā nouo ſpectaculo gaudeat.
Amorem hunc eadē dei bonitas ſemp accēdit
in aīo: q̄ ⁊ beatuz facit amātē. Tria igitur ut
breui ꝯplectar amoris bn̄ficia collaudabimus
q nos olim diuiſos in integrū reſtituendo/re
ducit i celuz/quod ſuis quēqʒ collocat ſedibus
facitqʒ oēs in illa diſtributione quietos qō om
ni expulſo faſtidio ſuo quodā ardore oblecta/
mtum quaſi nouū ingiter accendit in aīo/red
ditqʒ illuz blanda ⁊ dulci fruitione beatū.

Oratio Quinta. Amor eſt beatiſſimus quia pulcher eſt ⁊ bonus. Capitulum. Primum.

Carolus Marſupinus/muſarum dulcis
alumnus Landinum Poetam ſecutus.
Agathonis oratiōem ſic aggreditur. Amorē
deū noſter Agathon beatiſſimū/quia pulcher
rimus ſit ⁊ optim9 arbitratur. Que ad hoc ut
ſit pulcherrimus/que itē ut optimus exigun
tur. diligenter enumerat: in quib9 enumerā
dis amorem ipm̄ effingit. Poſtremo poſtquā
qualis eſt enarrauit/beneficia ab eo generi hu
mano tributa ꝯnumerat/atqʒ hec diſputatio/
nis illius eſt ſumma. Noſtra intereſt in primis
inquirere quam ob cauſam ut beatum oſtenderet
pulchrum ualde eſſe dixit ⁊ bonum. Quod ue
ſit inter bonitatē/pulchritudinemqʒ diſcrim
Beatū in philebo Plato uult eſſe/cui nihil de
eſt/Idqʒ eſſe illud quod ſit ab oī parte pfectū
Eſt aūt perfectio interior quedā. Eſt ⁊ exteri
or: Interiorē/bōitatē/exteriorē/pulchritu
dinē dicimus. propterea qō bonū penitus ē ⁊
pulchrū. Id tāquā ab omni parte pfectuz/bea
tiſſimū nūcupam9. Hāc utiqʒ differētiā oīb9
in rebus animaduertimus: Nempe in lapillis
ut phyſici uolunt tempatiſſima quatuor/ele
mentoꝝ pmixtio quedam interior/nitorem
parit exteriorē. Herbas preterea ⁊ arbores
innata radicibus: medulliſqʒ fecūditas. Flo
rum ⁊ folioꝝ gratiſſima ueſtit uarietate. In
animalibus autem ſalubris humoꝝ cōplexio
iocundam lineamentoꝝ ⁊ coloꝝ ſpeciem pro
creat Uirtus etiam animi decorem quemdam
pre ſe ferre uidetur i uerbis: geſtibus: opibus

honeſtiſſimum celos quoqʒ ſublimis eoꝝ ſubſtā
tia clariſſimo lumine circunfundit. In iis om
nibus interna perfectio producit externam.
Illam bonitatem/hanc pulchritudinē poſſu/
mus apellare/quo circa bonitatis florez qndā
eſſe pulchritudinem uolumus: cuius floris ille
cebris/quaſi eſca quadam latens interius boni
tas allicit intuentes. Quoniā uero noſtre mē
tis cognitio a ſenſibus ducit originem bonita/
tem ipſam rerum penetralibus inſitam/nec in
telligeremus umqʒ/neqʒ appeteremus/niſi ad
eā ſpeciei exterioris indiciis manifeſtis proue
heremur. Qua in re mirabilis admodum for/
me huis/comitiſqʒ ipſi9 apparet utilitaſ. Per
hec ſatis oſtenſum arbitror tantum inter boni
tatē ⁊ ſpeciem/quantum inter ſemen ⁊ floſculū
intereſſe/atqʒ ut flores arboꝝ ſeminibus orti
ſemina ipſi quoqʒ producunt. Ita speciez hāc
bonitatis florem ut ex bono pululat/ſic ⁊ ad bo
nū amātes pducere/quod qdez noſter hic heroſ
abunde in ſuperiorbus demonſtrauit.

Quomodo pigitur amor/⁊ qbus aīe partibus
pulchritudo cognoſcitur/⁊ generatur amor.
Capitulum. Secundum.

Oſt hec diffuſius enumerat Agathon
quot ad eius dei formoſam ſpeciē requi
runtur. Juuenis inquit ē/tener/agilis/cōci
nus/⁊ nitidus. Nobis aūt primo querendum
quid hec ad pulchritudinē ꝯferant. Deinde cū
deo, huic attribuuntur quo pacto intelligi de
beant. Rationem hoīes hn̄t ⁊ ſenſum. Ratio
per ſe ipſam rationes reꝝ oīum i corporeas cō
prehendit. Senſus per quinque ſui corporis i
ſtrumenta corporuz imagines: ⁊ qualitates at
tingit: Colores ꝑ oculos. Per aures uoces/
Odores ꝑ nares/ꝑ linguam ſapores/ꝑ neruos
qualitates ſimplices elemētoꝝ. Calorem uide
licet. Frigusqʒ ⁊ reliqua Propterea ſex ad cō
gnitionē ptinentes/quantum ad ꝓpoſitā atti
net queſtionem uires animi numerantur. Ra
tio/Uiſus/Auditus/Olfatus/Guſtus ⁊ Tac
tus. Ratio numini ſummo. Uiſus igni. Aeri
auditus. Uapoꝝ odori/Olfatus. aque guſt9.
Tactus terre tribuitur. Ratio ſiqdem cele/
ſtia indagat nec propriam in membro corporiſ
aliquo ſedem hēt/quēadmodū neqʒ certā hēt
ſedem i ulla mundi parte diuinitas. Uiſus in
ſublimi parte corporis uelut ignis i ſupprema
mundi regione locatur/⁊ lumen natura ſua pci
pit qō ignis eſt ꝓpriū. Audit9 uiſuz nō aliter
quā purus aer ignē ſecutus uoces haurit: que
⁊ in aere fracto gignūtur ⁊ ꝑ aeris interuallū
aures illabuntur. Olfatus caliginoſo aeri: ua
poribuſqʒ ex aere/⁊ aqua mixtis omnino aſſi
gnatur. Quia inter aures ⁊ liguā: quaſi aerē
⁊ aquā poſitus uapores eos apprehendit facile
⁊ diligit maxime: qui ex aeris ⁊ aque mixtiōe
ꝓueniūt. Quales ſunt herbaꝝ/floꝝ/Pomo
rū odores/naribus ſuauiſſimi. Quis dubitet
guſtū aque liquoribus ꝯparare? qui olfatui/tā
quā aeri craſſiori ſuccedit ⁊ iugi ſaliue liquore
pfuſus potu uehementiſſime delectatur: humi
diſqʒ ſaporibus: Quis itē ābigat terre tactū
aſcribere. Cū ꝑ oīs terreni corporis partes
fiat/In neruis q terreni maxime ſunt explea
tur/facilime tangat que ſoliditatem habent
et pondus/quod terra corporib9 tribuit. Hic
etiam accidit ut Tactus/Guſtus/Olfat9/ſo
lum proxime ipſis appoſita ſentiant/⁊ patian
tur admodum ſentiendo/licet Olfatus remo
tiora/q̄ʒ Guſtus/⁊ Tactus apprehendere ui/
deatur. Auditus autem remotiora cognoſcit
neqʒ ita offenditur/quo etiam longius proſpi
cit uiſus/⁊ momento facit/quod aures tempo
re/prius enim corruſcatio cernitur q̄ʒ tōitruſ
audiatur. Ratio remotiſſima capit/neque enī
que in mūdo ſunt ſolū/⁊ que pn̄tia/ut ſenſus
Sed etiam: que ſupra celū/⁊ que fuerūt/aut
futura ſunt percipit/Ex his patere cuique po
teſt/ſex illarum aīe uirium. Tres ad corp9 ⁊
materiā potius Tactū. s. ⁊ Guſtū/⁊ Odora
tum. Tres autē alias/rationē vʒ ⁊ Uiſum ⁊
Auditū ad ſpiritū ptinere. Ideo tres ille ad
corpus potius declinantes corpori magiſquam
aīo ꝯgruūt/⁊ ea que ab illis percipiuntur/Cū
corpus ſibi cōgruū moueāt. Uix ad aiam uſqʒ
perueniūt/minimeqʒ illi tāquam minime ſimi
lia placent. Tres uero ſuperiores a materia
remotiſſime anime multo magis conueniunt/
reſque eas capiunt: que corpus quidem parum
admodum/animum uero uehemētiſſime moue
ant. Quippe odores/Sapores/Calor/atque

similia corpori/aut nocēt plurimū/aut ꝓsunt paulū qd ad animi/aut admiratione/aut iudicium ꝯferūt/ ac modice ab illo desiderantur. Ratio i corporee ueritatis/ colores figureq; et uoces: corpus aut nihil/aut uix/ & minimū mouēt. Animi uero aciē ad indagandum potissimū acuūt/atq; eius ad se desideriū rapiunt Animi cibus est ueritas. Ad eam inueniendā oculi/ad discendā aures magnopere ꝯferunt/ Igitur que ad rationē uisum/auditū ꝑtinēt/ gratia sui ipsius affectat/ quasi ꝓprium alimētum. Que uero sensus tres alios mouent/ corpori/uel nutriendo/uel fouendo/ uel generando magis necessaria sunt/Ea itaq; animus/nō sui/s; alterius. i. corporis causa querit. Amare aūt ea dicimur/ q̄ propter nosmetipsos desideramus/que aūt ꝓpter aliud quiddam cupimus/minime. Merito igitur amorē ad sciētias figuras/ & uoces dumtaxat uolumus ꝑtinere/ atque iccirco gratia illa solum/que in tribus hiis repitur animi uirtute/ figura/ uoce/quia maxime animū ꝓuocat a   quod uoco significat   . i. ꝓuocatio nominatur   uero grece pulchritudinem latine significat. Gratus qdem nobis ē mos uerus. et optimus animi. Grata corporis speciosi figura. Grata uocum ꝯcinnitas/cumq; tria hec animus utpote sibi cognata/ & quodāmodo incorporea pluris admodū q̄; tria reliqua faciat/ ꝯsentaneum est/ut auidius asciscat/ardentius ꝯplectatur/uehemētius admiretur/atq; hec ipsa seu uirtutis/seu figure/ siue uocum gratia/ que animū ꝑ rationem uel uisum uel auditum ad se uocat & rapit/ pulchritudo rectissime dicitur atq; he tres ille gratie sunt/ de q̄bus sic Orpheus.

Splēdor/Viriditas/Letitia q; uberrima/Splendorem qdem uocat gratiā illam/ & pulchritudinem animi q̄ in ueritatis/ et uirtutis claritate ꝯsistit. Viriditatē uero figure/colorisq; suauitatē/hec enim summope in Iuuētutis uiriditate florescit. Letitiā denique sincerā illud & salubre/ & perpetuū/quod i musica sentimus oblectamentum.

Pulchritudo est aliquid i corporeū. Cap. iii.

Vm hec ita se hēant/necessarium est pulchritudinem esse aliquid uirtuti figure: uocibusq; commune. Non eni quodlibet istorū trium pulchrū similiter uocaremus/ nisi una his tribus inesset pulchritudinis definitō. Quo fit ut ipsa pulchritudinis ratio corpus esse nō possit/qm̄ uirtutibus animi q̄ incorporee sunt pulchritudo si esset corporea/minime conueniret. Atqui tantum abest ut corpus sit pulchritudo/ ut nō modo que uirtutibus animi. S; etiā que corporibus/ & uocibus inē nequeat esse corporea. Quāuis enim corpora quedā speciosa dicamus/non tam sunt ex ipsa sui materia speciosa. Siqdem corpus hois unum atque idem hodie formosum/Cras aūt casu aliquo secundāte deforme/ quasi aliud sit esse corpus/aliud esse formosum. Neq; etiā sunt ex ipsa quantitate formosa/ quandoqdem grandia non nulla/ atq; item breuia quedam formosa uidentur. Ac sepe magna deformia parua/formosa/ & contra parua turpa. Magna gratissima/ Nonnunquā etiam accidit/ ut similis sit in magnis quibusdā & paruis corporib9 pulchritudo. Si ita que stante sepenumero eadem quantitate casu quodā pulchritudo mutatur/ & mutata aliquādo quantitate ꝑmanet pulchritudo/ac similis in magnis/paruisque uidetur. Certe duo hec pulcbritudo: & quātitas omnino debent esse diuersa. Quin etiā si corporis cuiusque formositas i ea ipsa sui corporis crassitudine quodammodo corporea esset/ Non tam ut corporalis esset/intuenti placeret. Placet aio ꝑsone alicuius species non ꝓut in exteriori iacet materia Sed prout eius imago ꝑ uisum ab aio capitur uel ꝯcipitur. Imago illa in uisu & aio/cum isti sint incorporei corpus esse nō potest. Quo enī pacto, celum ut ita loquar totum parua oculi pupilla caperetur? Si modo corporali reciperet. Nullo ꝓfecto. Sed enim spiritus in puncto omnem corporis amplitudinem spiritali modo/ & i corporea imagine suscipit. placet utique animo ea dumtaxat species: que ab illo suscipitur. Hec autem licet exterioris corporis simulachrum sit in eo tamē ē/ in corporea Ergo species in corporea placet. Quod placet/idcuique gratum. Quod gratum hoc deniq; pulchrum/quo efficitur/ut amor ad incorporeum aliquid referatur. Atq; ipsa pulchritudo spiritale quoddam potius rei simulachrū sit/quam corporea species. Sunt autem non nulli/qui certam mēbrorū omnium positionem/ siue/ut eorū uerbis utamur/ cōmēsurationem et ꝓportionem cum quadam colorū suauitate esse pulchritudinem opinētur. Quorū nos opinionem ꝓpterea nō admictimus/quia cū huiusmodi partium dispositio in solis sit rebus ꝯpositis/nulla essent simplicia speciosa. Nunc autem puros colores/ lumina. Vocē unam/ Fulgorem auri & argenti/candorem/sciētiam/animam/que oīa simplicia sunt pulchra uocamus/ nosque ista mirifice tamq̄; reuera sint pulchra delectāt. Accedit ad hec quod proportio illa cuncta includit corporis cōposita membra/ neque est in singulis, sed in cunctis/singula itaq; membra per se pulchra non erunt/Ex singulis aūt particulis totius compositi propositio nascitur. Vnde non nihil sequitur absurdissimū ut que suapte natura speciosa nō sunt/pulchritudinē pariant. Sepenumero etiam accidit ut manēte/eadē mēbrorum proportione/atq; mensura/corpus eque/ut ante nō placeat. Eadem porro hodie/ que anno superiori corporis uestri figura/gratia uero non eadē. Nihil tardius q̄; figura/ Nihil citi9 senescit q̄; gratia/ Ex quo liquido cōstat non idem esse pulchritudinem & figuram. Sepe quoque uidemus rectiorem in uno quodam q̄; in alio dispositionem partium mensuramq; membrorū. Alius tamen nescimus qua de causa nobis formosior iudicatus amatur ardentius/quo satis admoneri uidemur/ ut aliud quiddam formositate/q̄; dispositionem partium cēseamus. Eadem nos ratio admonet ne formam suspicemur esse colorum suauitatem. Plerumq; ēim color in senibus fit/nō nunq̄; ut qui colore superat alterū clarior/ In iuniore gratia maior/Et ineq; gratia tamen ab illo: & pulchritudine superetur. Neq; tamen audeat quispiā mixtionem quandam/ex figura coloribusq; pulchritudinē affirmare/Sic enim neq; sciētie/ neq; uoces que colore & figura carent/neq; colores/ & lumina: que certam nullam figuram habent amore digna iudicarentur. Preterea cuiusque cupiditas eo habito: qō uolebat/ expletur. Nempe fames & sitis/cibo potuq; sedātur. amor nullo impletur aspectu corporis uel amplexu. Nullam igitur naturā corporis ardet/pulchritudinē certe sectatur. Quo fit ut ea corporeum aliquid esse non possit. Ex omnibus iis colligitur eos: qui amore accensi pulchritudinē sitiunt/Si modo uelint liquore hoc hausto ardentissimā sitim extinguere alibi quam in materie fluuio/aut quātitatis/aut figure/aut colorū quorumlibet riuulis dulcissimum pulchritudinis huius humorem/quo sitis eorū accenditur querere oportere. Quo uos tādem miseri uertetis amantes? Quis uestri cordis flāmas accendet acerrimas? Quis tantum sedabit incēdium? hoc opus. hic labor. Dicam protinus/Sed attendite.

Pulchritudo est splendor diuini uultus.

Capitulum. Quartum.

Iuina potestas omnia supereminens statim a se natis angelis/atq; animis suū illum radium/inquo fecūda uis inest omnium creandorum: tamquam filiis clementer infundit. Hic in eis ut pote sibi propiquioribus totius mundi dispositionem: & ordinem multo pingit exactius/ q̄; in mundi materia. Quāobrem hec mundi pictura: quam cernimus uniuersa in angelis/ & animis lucet expressior. In illis enim spere cuiusque figura solis lune et syderum/reliquorum/elementorū quoq; lapidūm/arborum/animalium/ singulorum picture huiusmodi in angelis exemplaria & idee. In animis rationes/ & notiones. In orbis materia/ forme atque imagines a Platonicis nominantur. Clare quidem in orbe. Clariores i animo. In angeli mente clarissime. Vnus igitur dei uult9 tribus deceps per ordinē positis lucet in speculis. Angelo/ Animo/Corpore/ Mundi. In illo tamquam propinquiore clarissime. In isto remotiore obscurius. In hoc remotissimo si ad cetera compares obscurissime Proinde sancta mens angeli nullo impedita corporis ministerio in seipsam refletitur. Vbi dei uultum illum sinu suo insculptum introspicit. Inspectum illico admiratur. Auidissime illi semper inheret. Vultus illius diuini gra/

tiam pulchritudinem dicimus. Auiditatē an
geli dei uultui penitus inherentem uocamus
amorem: O utinam nobis idem/ contigeret.
Sȝ enim aius noster ea ꝯditione genit⁹ ut ter
reno corpore circundetur ad officium generā
di declinat. Qua inclinatione grauatus thesa
uꝝ penetralibus suis absconditum negligit.
Dein de terreno corpore inuolutus diutissime
seruit corporis usui/ ad hoc opus sensum quidē
semper/ rationem quoque diutius quam decet
accomodat. Hic efficitur/ ut diuini uultus il
lius cādorem in se perpetuo enitētē/ nō prius
animaduertat: quam adulto iam corpore/ ⁊ ra
tione expꝛefacta dei uultū in dei machina re
fulgentem: ⁊ oculis manifestum cogitatione
cōsyderet. Qua quidem cōsyderatione ꝓuchi
tur ad eū/ qui intus emicat intuendum. Qm̄
uero parētis uultus gratus est filiis/ necesse ē
animis dei patris uultum esse gratissimum.
Uultus huius ut idem sepius repetam/ nitor ⁊
gratia/ siue in angelo/ siue in animo/ siue in
mūdi materia pulchritudo uniuersalis est apel
landa. Impetusque ad illam uniuersalis dicen
dus est amor. Ubique incorpoream esse hanc
pulchritudinem non ambigimus. In angelo.
.n. ⁊ aio eam corpus aliquod non esse nemini
dubiū. In corporibus etiam eam esse incorpo
ralē/ ⁊ supra monstrauimus ⁊ ad presens ex eo
potissimū intelligimus. quod oculus nil aliud
nisi solis aspicit lum̄. Figure nāqȝ ⁊ colores
corpoꝝ nūquā nisi lumie illustrata ꝑspiciūtur
neque ipsa cum materia sua ad oculos ueniunt
Necessarium tamen esse uidetur ea i oculis es
se ut ab oculis uideantur. Unū itaqȝ solis lum̄
corpoꝝ omniū/ ab eo illustratoꝝ coloribus fi
gurisqȝ depictum se se oculis offert. Sic affec
tum lumen oculi suo quodam radio adiuuante
ꝑcipiunt perceptum ipm̄/ ⁊ que in eo sunt oia
uident. Quare totus hic mundi/ qui ꝯspicitur
ordo/ non eo modo quo in materia corpoꝝ. Sȝ
quo i luce oculis ifusa ē/ cernitur. In eā luce
cum a materia secretus sit/ necessario est cor
poris expers. Quod ex hoc etiā euidenter ap
paret/ quod lumē ipm̄ corpus esse non pōt/ cū
momento ab oriente in occidens totum ferme
impleat orbem. Aeris ⁊ aque corpus sine ulla
offensione undiqȝ penetret/ sordibusqȝ in mi
xtū nusqȝ inficiatur. Hec uero corpoꝝ natu
re nullo modo ꝯueniunt. Corpus siquidem nō
momento mouetur/ sed tempore. Neque alte
rum absqȝ sui uel alterius/ aut utriusque offen
sione penetrat alterum. Ac duo inuicem cor
pora mixta mutua se contagione inficiunt.
Quod in aque ⁊ uini/ Ignis/ ⁊ Terre confusi
one conspicimus/ Cum igitur solis lumē i cor
poreum sit/ quicquid suscipit/ nature sue susci
pit modo. Propterea colores ⁊ figuras corpo
rum modo suscipit spiritali. Eodemque pacto
ipsum ab oculis susceptum inspicitur/ quo fac
tum est/ ut totus hic mundi decor/ qui tertius
est dei uultus per incorpoream solis lucem in
corporeum sese oculis offerat.

Quomodo nascitur amor ⁊ odiū/ quod ue pul
chritudo est incorporea. Cap. .v.

Ex hiis omnibus sequitur ut omnis diui
ni uult⁹ gratia: que uniuersalis dicitur
pulchritudo. Non in angelo solum ⁊ animo in
corporea sit/ Sed in aspectu etiam oculoꝝ.
Neque faciem hanc simul totam solummodo.
Uerum etiam partes eius admiratione conmo
ti diligimus. Ubi particularis amor ad parti
cularem pulchritudinē nascitur. Sic ⁊ ad ho
minem aliquem ordinis mundani membrum af
ficimur. Presertim cum in illo perspicue diui
ni decoris scintilla refulget. Affectus huius
modi duabus ex causis nascitur Tum quia pa
terni uultus nobis placet imago. Tum etiam
quia hominis apte compositi species/ ⁊ figura
cum ea humani generis ratione/ quam animus
noster ab omniū auctore suscipit ⁊ retinet ap
tissime ꝯgruit. Unde hominis exterioris ima
go ꝑ sensus accepta/ transiensqȝ in animum si
hominis figure/ quam possidet animus dissonat
e uestigio displicet/ ⁊ odio tamquam deformis
habetur. Si cōsonat/ illico placet/ ⁊ tamquā
formosa diligitur. Quo fit/ ut non nulli nobis
obuii continuo placeāt uel displiceant. nosqȝ
affectus huiusmodi causam nesciamus. Quip
pe cū aius corporis ministerio ipeditus itimas
illas sui formas nequaquā respiciat. Uerꝰ na
turali ⁊ occulta quadā in cōgruitate uel ꝯgrui
tate fit/ ut forma rei exterior imagine sua

eiusdē rei formam i aio pictā pulsans dissonet
aut consonet/ atqȝ occulta hac offensione uel
blanditie motus anim⁹/ rē ipsam/ aut oderit/
aut amet. Integram sane creandi hominis ꝯfi
gurationem uis illa diuina/ i angelo animoqȝ
ingenuit. In mundi uero materia/ utpote ab
illo opifice remotissima hoīs constitutio/ ab in
tegra illa sui figura degenerat. In materia
tamen melius affecta similior. In alia dissimi
lior ꝓuenit. Que similior ꝓuenit/ ut dei ui/
angeliqȝ ideae/ sic animi rationi quadrat ⁊ cō
gruit. Animus hanc ꝓbat congruitatem. In
ipsa ꝑfecto ꝯgruitate pulchritudo. In ea ꝓ
batione amoris ꝯsistit affect⁹. Qm̄ uero idea
⁊ ratiō sunt a materia corporis aliena/ hominis
constitutio illis non ex materia uel quātitate
sed ex aliquo potius incorporeo similis indica
tur/ ut similis illis ꝯgruit. Ut ꝯgruit pulchra
est. Idcirco diuersa sunt corpus ⁊ pulchritu
do. Quod siquis quesierit quo nam pacto cor
poris forma/ Anime/ Mentiqȝ/ Forme/ ⁊ rati
oni similis esse queat. Is oro consyderet edifi
cium architecti. Principio architectus edifi
cii rationem ⁊ quasi ideam aio concipit. Dein
de qualem excogitauit domū/ talem pro uiri
bus fabricat. Quis neget domū corpus existe
re/ eamqȝ idee artificiis i corporeae. Ad cu
ius similitudinem effecta est/ esse ꝑ similem?
Porro propter i corporalem ⁊ ordinē quendā/
potiusqȝ propter materiā est architecto simi
lis iudicanda. Age igitur materiam subtrahe
si potes/ potes aūt cogitatione subtrahere/ or
dinem uero relinque. Nil tibi restabit corpo/
ris/ nihil materie. Immo uero idem erit peni
tus/ qui ab opifice ꝓuenit ordo/ ⁊ qui remanet
in opifice. Idem i quouis hoīs corpore facias/
Repies illius formā animi rationi quadrātē/
simplicem esse/ materieqȝ exptem.

Quot reqrūtur ut res pulchra sit/ ⁊ quod pul
chritudo est spiritale donum. Cap. vi.

Uid tandem est corporis pulchritudo?
Actus. Uiuacitas: ⁊ gratia quedā Idee
ui influxu in ipso refulgens. Fulgor huiusmo
di in materiam non prius qȝ aptissime sit prepa
rata descendit. His uero trib⁹. Ordine/ Mo
do/ Specie/ ꝯstat uiuētis corporis preparatio
ordo/ partiū interualla. Modus/ quātitatē/
Spēs liniamenta/ colorēqȝ significat. In pri
mis eni oportet ut mēbra queqȝ corporis natu
ralē situm hēant. Quo aures loco sint/ oculi ꝗ
et nares/ ⁊ cetera/ ac paribus interuallis/ ocu
li/ naso sint proximi/ parib⁹ item aures utreqȝ
distent ab oculis. Neqȝ hec interualloꝝ ad or
dinem ꝑtinens parilitas sufficit/ nisi partium
mod⁹ accedat/ q mediocrē debita toti⁹ corpo
ris ꝓportione seruata/ m̄bris singulis tribuat
magnitudinē. Ut nasi tres i longum dispositi
uultus unius impleant lōgitudinem. Aurium
utrarumqȝ semicirculi una ꝯiuncti oris aperti
circulum faciant. Idem quoqȝ ꝯiunctio super
lioꝝ efficiat. longitudo nasi/ lōgitudinē labii
ꝯpleant aurisqȝ similiter. Gemini oculoꝝ or
bes unū equent oris hiatum. Capita octo ꝓce
ritatē corporis ꝯprehendāt. Eandē quoqȝ mō
stret bracchioꝝ in latus extensio/ crurūqȝ si
militer atqȝ pedū. Necessariā preterea speciē
ducimus ut lineaꝝ attractus artificiosi/ ruge
qȝ ⁊ oculoꝝ splendor/ ordinem illū modūqȝ ꝑ
tium decorent. Atq tria hec licet in materia
sint/ pars ulla corporis esse nō possunt/ ordo m̄
broꝝ/ m̄brū qdem ē nullū. Ordo eni m̄bris oi
bus inest: Nullum uero m̄brum in mēbris om
nibus reꝑitur. Accedit quod ordo nihil ē ali
ud/ q̄ȝ decens partium interuallum. Interual
lum uero qd aliud dicemus q̄ȝ distantiam parti
um? Distantia deniqȝ/ aut nihil ē/ ⁊ uacuū ꝓr
sus inane/ aut tractus aliquis lineaꝝ. Lineas
aūt que latitudine ꝓfunditateqȝ carēt/ q cor
pori necessaria sint/ qs corpora dixerit? Modꝰ
itē nō quātitas. Sȝ termin⁹ quātitatis: Ter
mini uero supficies sūt lineeqȝ ⁊ pūcta/ q cū ꝓ
fūditatis crassitudine careāt corpora nō putā
tur: Speciē quoqȝ i luminū/ ūbraꝝ/ Lineaꝝ/
iocunda ꝯcordia non in materia collocamus.
Ex his omnibus patet pulchritudinē usque a
deo esse a mole corporis alienā/ ut nunquam ip
si materie se cōmunicet/ nisi tribus illis in cor
poralib⁹ preparationibus/ quas narrauimus/ sit
affecta. Haꝝ uero fundamētum est elemento
rum quatuor temperata ꝯplexio/ ut corpus no
strūȝ celo/ cui⁹ est temperata substantia/ sit si
milimū/ neqȝ aliquo humoꝝ excessu ab animi

formatiōe desciscat. Sic eni⁊ celestis fulgor facile lucebit in corpore celo persimili ⁊ forma hoīs illa pfecta quā hēt animus in pacatam obedientemqꝫ materiā / resultabit expressior Ad pulchritudinē preterea suam accipiēdā / uoces ferme similiter disponuntur. Ordo nāqꝫ illaꝝ est a graui uoce ad octauam adscensus atqꝫ inde descēsus. Modus debita p tertias. quartas / ⁊ quintas / ⁊ sextas uoces. tonos itē ⁊ semitonos pgressio. Species canora clare uocis intensio. His utiqꝫ tribus ceu quibusdā elementis corpora ex mēbris multis cōposita ⁊ arbores ⁊ animalia / ac uocum plurium ꝯgregatio ad suscipiendam pulchritudinem disponuntur. Corpora uero simpliciora / ut elementa quatuor. Lapides ⁊ metalla. Itemqꝫ uoces singule interiori quadam nature sue temperie fecunditate ⁊ claritate / ad eandem sufficiēter aptantur. Animus aūt eo potissimum ad illam est natura sua accomodatus / quod ⁊ spūs ē / ⁊ quasi speculum deo proximū. In quo quemadmodū in superioribus diximus diuini uultus elucet imago. Igitur quemadmodum auro / ut appareat speciosum nihil ꝓsus addendum. Sꝫ terre sordes sique inheserint secernende. Ita nullis adiunctionibus indiget animus ut formosus appareat. Sꝫ deponenda corporis cura et sollicitudo tā anxia / cupiditatis ⁊ timoris pturbatio depellenda. Confesti naturalis animi species emicabit. Ceterum ne lōgius digrediatur oratio / ex supradictis breuiter ꝯcludamus / pulchritudinē esse grām quandaꝫ uiuacē et spiritalem dei radio / illustrante angelo primum infusam. Inde ⁊ animis hominum / corporumqꝫ figuris ⁊ uocibus / que p ratione / visuꝫ / auditum / animos nostros mouet atqꝫ delectat delectando rapit. rapiēdo ardenti inflammat amore.

De amoris pictura. Capitulum Septimū.

Gathon uero poeta ueterum poetarum more deum istum humana uestit imagine / pingitqꝫ ipsum hominum instar formosuꝫ. Iuuenem / tenerum / flexibilem / siue agilem / apte ꝯpositum atque nitidum. Quorsum hec ꝑ preparationes he quidem sunt ad formosam indolē potiusqꝫ formositas. Nā ex quinque iis partibꝰ tres prime complexionem corporis tēperatam / quod primū est fundamentum significant / due relique ordinem / modum ⁊ speciem indicant. physici temperate corporationis inditium tenere carnis lenem ⁊ firmam equalitatem demonstrauere. Ubi calor excedit nimium aridū ⁊ hirsutum corpus. Ubi frigus rigidum. Ubi siccitas durū ⁊ aspeꝝ. Ubi humiditas / fluxum / lapsum / inequale / contortum. Equalis igitur ⁊ firma corporis teneritudo / affectionem eius indicat in quatuor humoribus moderatam. Hanc ob causam Agathon. Mollē / delicatū / ⁊ teneꝝ apellauit. cur Iuuenē? Quia nō solum nature / sꝫ etatis etiam bñficio temperies hec habetur / Temporis eni diuturnitate partibus humoꝝ subtilioribꝰ resolutis partes restant admodum crassiores igneqꝫ ⁊ ā / re exhalatio aꝫ / ⁊ terre regnat excessus / At cur agilem ⁊ flexibilem? Ut aptuꝫ ad motꝰ ōs promptumqꝫ intelligas / ne forte putes cū mollem diceret / aque mollitiem muliebreꝫ languidam ⁊ ineptaꝫ dicere uoluisse. Ea siquidem est moderate complexioni contraria / post hec adiecit. Apte compositum. i. ordine ⁊ modo partium honestissime figuratum. Adiecit ⁊ nitidū i. suaui colorum specie refulgentem. preparationibus his prepositis / quod reliquum erat retinuit Agathon: Nostrum est enim post hec aduentum gratie subintelligere. He quinque partes in hominis figura ita ut diximus. In amoris autem potentia aliter intelligende uidentur. Eius enim uim ⁊ qualitatem ostendunt. Iuuenis ideo dicitur / quia iuuenes ut plurimum amore inretiuntur / eiusque insidiis irretiti etatem appetunt iuuenilem. Mollis. quia mitia ingenia facilius capiuntur / ⁊ qui capti sunt licet ante feroces mansueti redduntur. Agilis / ⁊ flexibilis. Quia ⁊ influit clam / ⁊ similiter effluit. Concinnus atque cōpositus: Quoniaꝫ formosa ⁊ ordinata desiderat / fugitque contraria. Nitidus / quoniam in florida et nitente etate hominis aspirat ingenio ⁊ florida concupiscit. Hec quoniam copiosissime exequitur Agathon breuiter perstrinxisse sufficiat.

De Amoris uirtute. Capitulum Octauum.

At etiam / que de quatuor uirtutibus ab Agathone dicuntur ad amoris bonitatem significandam / sic accipienda sunt / ut Iustus Ideo affirmetur / quia ubi integer / ac uerus est amor / ibi est beniuolentie uicissitudo / q̄ nullā admictit ꝯtumeliaꝫ / uel iniuriam. huius charitatis tanta uis est / ut ea sola humanuꝫ genus tranquilla possit in pace seruare / Quod neqꝫ prudentia / neqꝫ fortitudo / neqꝫ uis armoruꝫ / legū / ⁊ eloquētie sine beniuolentia potest efficere. uocat preterea / Temperatum / quia turpes domat cupiditates. Amor. n. cum pulchritudinem querat / que in ordine quodam / tēperantiaqꝫ consistit / uiles ⁊ immoderatas cōcupiscētias aspernatur / a turpibus gestibꝰ semper abhorret. Quod a principio satis abhere audiuistis. Atqꝫ ubi huius regnat affectus / ōs cupiditates alie contempnuntur. Subiunxit Fortissimū. Quid eni audacia fortius? Quis item audentius q̄ꝫ amator pro amato pugnat? Diis aliis. i. planetis aliis / mars fortitudine prestat / quia fortiores homines efficit. Uenus hunc domat. Quando enim Mars i angulis celi / uel secūda natiuitatis domo / uel octaua cōstitutus nascenti mala portendit / Uenus sepe ꝯiūctione sua uel oppositione uel receptione / aut aspectu sextili. aut trino / Martis / ut ita dicamus / compescit malignitatē. Rursus quādo mars in ortu hominis dominatur / magnitudinem animi iracundiamqꝫ largitur. Si proxime Uenus accesserit / uirtutē illam magni animi a marte datam non impedit. Sꝫ uitium iracundie reprimit. Ubi clementiorē facere martem / ⁊ domare uidetur. Mars autem ueneraꝫ nunq̄ꝫ domat. Illa siquidem si uite dux fuerit amoris prestat affectum. Si Mars proximi duxerit suo calore ueneris impetum / reddit ardētiorem ita ut si nascente aliquo / Mars i ueneris domo / Libra uel Tauro fuerit ꝓpter martis presentiā qui tunc natus ēst / acerrimis uratur amoribus. Mars iterum sequitur ueneraꝫ Uenus martem nō sequitur / quoniam audacia amoris pedissequa est / non amor audacie. Nō enim ex eo quod audaces sunt amore hoīes illaqueantur. Sed ex eo plerumqꝫ quod amore sauci sunt / audacissimi fiunt ad queque pericula propter amatum intrepide subeunda. Deniqꝫ fortitudinis eius omnibus excellentis euidentissimum illud est argumentum / quod amori omnia parent / ille nulli. Nempe celestes amant / ⁊ animalia ⁊ corpora omnia. Fortes item ⁊ sapientes. Diuites uiri regesque maximi colla subeunt amoris imperio. Amor autem nullis istorum subicitur. Neque enim diuitum munera amoreꝫ emunt / neqꝫ potentum mine uiolentieque ut amemus uel desistamus amare nos cogere possunt. Amor enim liber est / ac sua sponte in libera oritur uoluntate / quam neque deus etiam coget qui ab initio liberam fore decreuit. Quo fit ut amor: qui uim omnibus infert / omnium effugiat uiolentiam. Huius tanta libertas est / ut cetere / animi affectiones / uel artes / operationesque premium aliquod ut plurimum a se diuersum expetent. Amor se ipso tamquam sui ipsius premio sit contentus / quasi non sit premium aliud preter amorem quod amore sit dignum. Nam qui amat / amorem amat precipue. Id enim uult ab amato potissimum / ut uicissim amet amantem. Est etiam sapientissimus. Qua ratione amor rerum omnium creator sit atque seruator / ⁊ artium singularum magister ⁊ dominus satis in Eriximaci oratione arbitror disputatum. In quibus sapientia amoris ostenditur. Ex omnibus iis concluditur amorē idcirco / ⁊ beatissimū esse / quia pulcherrimus sit ⁊ optimus / esse uero pulcherrimum ex eo constat / quia pulcherrimis tamquam sui similibus delectatur. Optimū quoque proptera / quod optimos facit amantes. Optimum uero esse illum necesse est / qui alios optimos efficit.

De Donis amoris. Capitulum. Nonum

Uid amor sit ex nostra illa discursione apparuit. Qualis sit / ex uerbis superioribus agathonis. Que munera largiatur / facile ex dictis dicitur. Est enim amor alter simplex. Mutuus alter. Simplex ille / quemcumque comprehenderit prudentem reddit ad prouidendum. Acutum ad disserendum. Facundum ad eloquendum / Ad res

gerēdaſ magnanimū. Ad iocos facetū. Ad lu
dos ꝓmptū / Ad ſeria queqꝫ fortiſſimū. Mutu
uſ ꝑiculis pulſis ſecuritatē. ſubmota diſſenſio
ne concordiā. Vitata miſeria preſtat felicita
tē. Ubi eni mutua charitas / Ibi nulle inſidie
Ibi cōmunia oia. Ibi lites ⁊ furta / homicidia
ceſſant: ⁊ ꝓelia. Tranquillitatē huiuſmodi
nō aialibus ſolū. Sed celis etiā / elementiſqꝫ
ab amore mutuo tribui Et hic tāgit Agathō /
⁊ ſupra in erixmaci oratiōe diffuſius eſt oſtē
ſum. In orationis huius calce dicitur amor
cantu ſuo mentes deoꝝ hominūqꝫ mulcere.
Quod plane itelliget quiſquis meminerit in
ſuperiobus demoſtratū fuiſſe amorē in oibus
eſſe / atqꝫ ad omnia porrigi.

Amor ceteris diis ⁊ antiquior ē ⁊ iunior.
Capitulum. Decimum.

Ed anquā finē faciā optimi uiri. Tres
ꝓ igenii uiribus queſtiones: que in aga
thonis diſputatione ſuboriuntur abſoluam.
Primo enim queritur cur phedrus. Seniorē
ſaturno / ⁊ Ioue amorē / Agathon uero dixe /
rit Iuniorē. Secundo qd apud Platonem re
gnū neceſſitatis ſignificet. Quid amoris ipi
um. Tertio q dii: quas artes regnāte amore
reperit. Pater oiūꝫ deus mētes illas ſui mini
ſtras i Saturnū Iouē / ceteroſqꝫ planetaſ mo
uēt amore quodā ſui ſeminis ꝓpagādi: ⁊ beni
gnitate ꝓuidentie genuit. Mētes iteꝝ e ueſti
gio nate parētē ſuū recognitū diligūt. Amo
rē illū quo creātur celeſtes / ſeniorē illis. Euꝫ
uero quo creatori ſuo afficiūtur / dicimus Iu
niorē. Preterea ſaturni planete / ⁊ alioꝝ ide
as angelica mēs a patre ſuo nō priꝰ acceperit
quā ad eius faciē amore ingenito flecteretur
Ea rurſus poſtquā illos accepit flagrantius pa
rentis munꝰ amauit. Sic ergo āgeli illius in
deum dilectio: partim ātiquior eſt ideis: que
dii dicūtur. Parti etiā Iunior Igitur amor
principium eſt ⁊ finis. Deoꝝ / primus atqꝫ nouiſ
ſimus.

Amor ante neceſſitatem
regnat. Cap. xi.

Ex ut queſtio ſecunda ſoluatur hic aū
neceſſitatē ideo regnare dicēdꝰ: qm di
uinus amor oibꝰ ex ſe natis ōdit originē. In
quo nulla neceſſitatis uiolentia ponitur. Nā
cū nihil ſupra ſe hēat nō coactꝰ / ſꝫ ſponte qō
libꝫ opatur. Mens aūt q illū ſeqtur ſerēte il
lo neceſſario pululat. Ille igitur amore ꝓdu
cit hec neceſſitate ꝓducitur. Ibi amoris hic
neceſſitatis icipit dñatio. Hec licet a ſumma
dei bonitate naſcatur / Ideoqꝫ ſit bona / Tū
qa extra diū ꝓceſſit / neceſſario ab infinita pa
rentis ꝑfectione degenerat. Nunqꝫ eni effe
ctꝰ / totā ſuſcipit cauſe bōitatē. In hac utiqꝫ
neceſſaria effectus / Tū ꝓceſſione tū etiā de
generatōe neceſſitatis ꝯſiſtit ipiū. ſꝫ. n. mēs
e ueſtigio genita ſuū ut diximus diligit aucto
rē. ubi regnū reſurgit amoris. Nā ⁊ illa amo
re in deū erigitur: ⁊ deus amore eā ad ſe ꝯuer
ſam illuminat. Deꝝ hic rurſus neceſſitatis po
tētia ſubrepit. Quippe cum lumē illud a deo
deſcendens nō tāta claritate recipiatur a mē
te natura ſua obſcura / quāta a deo tribuitur.
Cogitur eni ꝓ nature ſue capacitate recipe
Ideo uiolētia nature ſuſcipiētis fit lumen ob
ſcurius: huic neceſſitati amoris ſuccedit iteꝝ
principatus. Illa ſiquidē primo hoc dei fulgo
re accēſa / ardētius ī eū reflectitur ⁊ hac re qua
ſi ſcintilla luminis inſtigata totā expetit lu
minis plenitudinē. Hinc ⁊ ōs ꝓuidētie ſue be
nignitate ultra primū illud naturale lum / di
uinū quoqꝫ largitur. Atqꝫ ita ſibi inuicē alter
ne ſuccedit amoris neceſſitatiſqꝫ potentia.
Que quidē ſucceſſio i diuinis / nature origine
fit / In aliis tēporis interuallis. Ita tamē / ut
amor primus ſit omnium atqꝫ nouiſſimus. De
animo quoqꝫ ⁊ ceteris / que a deo fiunt / quo ad
duo hec imperia ſimiliter iudicandū. Iccirco
ſi abſolute loquamur / ātiquius eſt amoris quā
neceſſitatis imperium. Cum in deo illius. hui
us in rebus creatis poteſtas incipiat. Si de re
būs a deo creatis intelligamꝰ / neceſſitatis ty
rannis regnū ancedit amoris. Cū res ipſe pri
us neceſſitate ꝓcedāt atqꝫ degenerent ꝓcedē
do / quā ad patrem ſuū amore ſe uertant. Duo
hec imperia. Duobus hymnis cecinit Orpheꝰ
Neceſſitatis imperium ita in noctis hymno.

Grauis neceſſitas omnibus dominatur. Amo
ris aūt regnum ita in ueneris hymmo.

Tribꝰ fatis impas ⁊ generas oia
diuine Orpheus duo regna poſuit: Et ea inicē
compauit / prepoſuitqꝫ amorem neceſſitati cū
dixit illum tribus fatis in quibus conſiſtit ne
ceſſitas imperare.

Quo pacto regnante neceſſitate Saturnꝰ ca
ſtrauit celū. Iupiter uero ligauit Saturnū
Capitulum duodecimum.

Do autē pacto dominante neceſſitate
ſequentes dii parentes ſuos aut caſtrare aut li
gare hic ab agathone dicantur / ex dictis faci
le intelligimus. Non enim hec ita accipienda
ſunt / ut mens angeli deum ipſum. Sed munus
ſibi a deo tributum in ſe ipſa diuidat / ⁊ diſcer
pat. Satis paulo āte moſtrauimꝰ munera dei
in recipiente ſpiritu neceſſario a ſumma dei
ꝑfectione decidere. Quo fit ut fecūditas illa
nature in deo qdē integra. Sed in angelo cō
minuta / ⁊ quodāmodo mutilata merito caſtra
ta fuiſſe dicatur. Quod quidē regnante neceſ
ſitate cōtingere dicitur / quia neqꝫ dantis / ne
que accipiētis uoluntatē / Sꝫ ea neceſſitate /
qua effectus cauſe ſue equari non pōt / neceſſa
rio accidit. Sic enim Saturnus. i. angelꝰ ce
lium. i. ſummum deuꝫ caſtrare uidetur / Iupi
ter quoqꝫ ideſt anima mundi ligare Saturnuꝫ
i. uim ab angelo acceptam i ſeipſo nature ſue
defectu anguſtioribus limitibus coarctare.
Amplior eni ē illius / qꝫ huius potentia. Ideo
potētia / q ī illo expedita ꝓpter āplitudinē ⁊
ſoluta. In hoc ꝓpter āguſtiā ligata iā ⁊ coar
ctata cēſetur / obmicto qō aſtrologi opinātur
Planete Saturni malignitatē Iouis ꝯiunctī
one uel receptōe uel oppoſitione / aut aſpectu
ſextili aut trino ſepiſſime coherceri. Sed de
his hactenus ad qſtionē tertiā deſcēdamus.

Qui dii / quas artes hominibus largiātur.
Capitulum. xiii.

Rtes a diis ꝓpter amorem humano ge
neri traditas Agathō arbitratur. Re
gnandi ab Ioue. Sagiptandi. Diuinandi.
Medendi artem ab apolline. Fabricam erari
am a uulcano. Texendi artificium a minerua
A muſis deniqꝫ muſicam. Duodecim Zodia
ci ſignis numina preſunt duodeci. Arieti pal
las. Tauro uenus: Apollo geminis. Cancro /
mercurꝰ Leoni / iupiter. Virgini. ceres. Li
bre / uulcanus Scorpio / mars. Diana / ſagip
tario. Veſta / capricorno / Aquario / Iuno /
Piſcibus uero neptunnus. Ab hiis artes oēs
generi noſtro tradūtur. Signa illa in corpus
Numina: que illis preſunt i aiaꝫ uires ſuas ad
ſingulas artes infundūt. Ita Iupiter p Leo
nē hoiem ad gubernationē deoꝝ / ⁊ hoium. i.
ad res tā diuinas qꝫ hūanas preclare gerēdas
reddit aptiſſimū. Apollo p geminos naticinū
medicinā ⁊ arcꝰ idustriā exhibet pallas p arie
tē texendi peritiā. Vulcanus p librā erariā fa
bricā / ⁊ artes reliquas alii. Quia uero ꝓuidē
tie bnignitate ſua nobis munera magnifice lar
giūtur amore inſtigāte dicimꝰ elargiri. Pre
terea uelociſſima illa / ⁊ ordinatiſſima celoꝝ ꝯ
uerſione muſicaꝫ naſci ꝯſonantiā arbitramur /
atqꝫ orto circuloꝝ motibꝰ tones octo. Ex cū
ctis aūt nonū quendam ꝓduci ꝯcentū. Nouē ita
que celoꝝ ſonos a muſica ꝯcordia / muſas nouē
cognominamꝰ. Huius muſice rationes noſter
olim donatus ē aius. Cui enim eſt origo cele
ſtis / merito celeſtis innata dicitur harmonia /
Quā deinde uariis inſtrumentis ⁊ cātibus imi
tātur. Idqꝫ munus ſimiliter diuine ꝓuidētie
nobis eſt amore conceſſum. Hunc ergo nos ui
ri clariſſimi ōm / quia pulcherrimus ē amemꝰ
quia optimus imitemur / Quia beatiſſimus ue
neremur / ut ſua nobis clementia / ⁊ largitate
concedat pulchritudinis / bonitatis / beatitudi
nis ſue poſſeſſionem.

Introductio ad diſputationē de amore.
Oratio Sexta. Capitulum. primum.

Actenus Carolus Marſupinꝰ. Tōmas
aūt Bencꝰ. Socratis diligēs imitator
ad ſocraticoꝝ uerboꝝ cōmētationē libēti aio
et hilari uultū ſe ꝯtulit. Socrates inqt ūr gre
coꝝ oium ſapiētiſſimus oraculo Apollinis iudi
catus amandi artē preceteris ꝓfiteri ſolebat /
quaſi ob artis huiꝰ pitiaꝫ potiſſimū ⁊ Socrateſ
et alius quiuis eſſet ſapiētiſſimus iudicandus
Artē huiuſmodi nō ab Anaxagora. Damone.
Archelao phyſicis / non a ꝓdicochio ⁊ aſpaſia
rhetorice ꝓfeſſoribꝰ. Non a comio muſico / a
quibus multa didicerat / Sꝫ a Diotima fatidi
ca muliere diuio afflata ſpū ſe accepiſſe dicebat

Mea quidem sententia ut ostenderet sola diuinitatis inspiratiōe / quid uera pulchritudo sit: quid legiptimus amor / qua ratione amandū / homines intelligere posse. Tanta ē amatorie facultatis potentia. Tanta sublimitas / Ergo procul ab his celestibus epulis abeste / procul i quā abeste profani / q̄ terrenis obruti sordibꝰ / et bacho priapoqꝫ prorsus emancipati / amorē celeste munus / in terra porcorum ritu cenūqꝫ prosternitis: Uos autē ꝯuiue castissimi / ⁊ alii omnes diane ⁊ palladi ꝯsecrati / q animi purissimi libertate / perpetuoqꝫ mentis gaudio exultatis adeste feliciter / diuinaque mysteria Socrati a Diotima reuelata diligenter audite. Sꝫ ante quā Diotimaꝫ audiatis soluenda est ꝯtrouersia q̄dam inter eos qui de amore in superioribus tractauerunt / ⁊ eos: q tractaturi sunt orta. Superiores namqꝫ amorem pulchrū / bonū beatum / deum uocauerunt. Socrates ⁊ Diotima negant / atqꝫ illum inter pulchrum ⁊ turpe bonum ⁊ malum / beatum ⁊ miseꝝ / deum ⁊ hoiem medium collocant. Nos utramqꝫ sententiam licet alia ratione ueram existimamus.

Amor est medius inter pulchritudinem ⁊ cupidinem atqꝫ inter dm̄ ⁊ hominē. Cap. ii.

Ferro magnes lapis suam quamdam inserit qualitatē: qua ferrū magneti factū persimile ad hunc lapidem inclinatur. Inclinatio huiusmodi ꝓut a lapide orta / uergit in lapidem. Lapidea certe inclinatio dicitur / ꝓut in ferro ē / ⁊ ferrea ē pariter ⁊ lapidea Est. n. in ferri materia non pura illa quidē: Sed per qualitatē lapidis iā formata. Ideo utriusqꝫ retinet ꝓprietatē. Ignis etiam ut loquamur apertius qualitate sua. i. calore linum accendit. Linum caloris qualitate suspensum ad supernā ignis euolat regionem. Uolatum huiusmodi ꝓut ab igne excitus uergit ad ignē / igneum plane cognominamꝰ / ꝓut in lino est nō mero q̄dem. Sed iam ignito ab utriusque tā lini q̄ꝫ igni natura / lineum eque ac igneū dicimus Figura hoīs sepenumero ꝓpter bonitatē interiorē feliciter a deo ꝯcessam / aspectu pulcherrimā splendoris sui radiū p oculos intuētium trāsfundit i animū. Hac utiqꝫ scintilla tāquā hamo quodā tractus aīus properat ad trahētem. Hunc nos tractū qui ⁊ amor ē / qm̄ a pulchro bono / felici dependens in idē reflectitur pulchrum / bonū / beatū / deum Agathonis cetrorumqꝫ supioꝝ sententia nominare nō dubitamus. Quoniā uero in animo est per radii illius pulchri ꝑntiam iaꝫ accenso affectuꝫ inter pulchrū / ⁊ nō pulchrum mediū cogimur nominare. Q̄nquidē aīus / qui nullā adhuc pulchre rei suscipit imaginē / rē illā tāquā icognitā nō dum amat. Et qui totā possidet pulchritudinē amoris stimulis non uexatur. Quis enim / quē hēt affectat? Restat ut tunc ardenti flagret amore: qn̄ speciosum aliquod rei pulchre simulachrū nactus ea pregustatione ad plenā possessionē pulchritudinis instigatur. Cum igitur amantis aīus rem ipsam pulchrā partim hēat qdē / parti uero nō hēat / non iniuria partim pulcher est / partim nō pulcher / Atqꝫ ita amorē ex huiusmodi mixtione mediū quēdā affectum esse uolumus / inter pulchrū ⁊ nō pulchrū utriusqꝫ participem. Ob hanc utique rationē Diotima ut ad eam iā ueniamus amorē demonem apellauit. Quia sicut demones īter celestia ⁊ terrena sunt medii. Sic amor inter informitatem ⁊ formā mediū obtinet. Mediam hanc eiꝰ regionē inter informē formosāqꝫ naturam Iohānes in prima / ⁊ secunda eius oratione satis aperuit.

De speraꝝ aīs ⁊ Demonibus. Cap. iii.

Sed quomodo mediam plagā celū inter ⁊ terram demones hitēt / ex uerbis Diotime in conuiuio / Socratis in phedro / atqꝫ in philebo / Atheniensis hospitis in legibus ⁊ epinomi / Ita cognoscite. Uniuersam huius mūdi machinā aīa quadam regi atqꝫ moueri Plato existimat. Siquidē mūdi corpus totū quoddā corpus est / ex totis quatuor elementis cōpositū / cuius particule sunt omniū aiantiū corpora. Nam aīalis cuiusqꝫ corpusculum mundani corporis particula est. Neque ex toto ignis / aeris / aque / terre / elemēto. Sed hoꝝ elementoꝝ partibus quibusdā cōponitur. Quāto igitur totū parte pfectius est. Tāto mundi corpus perfectius est singuloꝝ animantiū corpore. Absurdum esset imperfectum quidem corpus habere aīam / perfectum uero / neqꝫ habere animam / neque uiuere. Quis enim adeo mente captus est / ut partem uiuere dicat / totum neget? Uiuit igitur totum mundi corpus Cū aīaliū corpora que partes illius sunt uiuāt Unā esse oportet totius aīam / sicut ⁊ una est materia / una ꝯstructio. Cū ergo duodeci sint mūdi spere: ut Platoni placet / Octo celi / ⁊ elemēta sub celo quatuor / atqꝫ duodecim hee spere discrete inuicē sint / specie / motibus ⁊ ꝓprietate diuerse duodecim / necesse est illis adesse aīas / specie / ⁊ uirtūte diuersas. Una igitur erit unius prime materie aīa. Duodecī circuloruꝫ / anime duodecim. Quis terram / aut aquam neget uiuere? que uitā aīalibus ex se genitis tribuūt / quod si feces iste mundi uiuunt. Uiuentiūqꝫ sunt plene. Cur nō aer: ⁊ ignis excellentiores mundi partes uiuant / uiuētiaqꝫ i se similiter hēant / celiqꝫ similiter? Sed aīalia illa celestia: que sydera sunt ⁊ terrena aquatiliaqꝫ uidemꝰ q̄dē / ignea uero ⁊ aerea nō uidemus. Quippe cum neqꝫ purū ignis aut aeris elemētū pspiciamus. Hoc autem interest: quod interra duo sunt aiantiū genera Bruta: ⁊ rationabilia / Similiterqꝫ in aqua Cum aqua corpore terre prestātior / nō minus q̄m terra cōpos esse debeat ratiōis. Globi uero decē supiores ꝓpter eoꝝ sublimitatē solis sunt rationabilibus exornati. Aīam mūdi. i. materie prime: ⁊ duodeci speraꝝ ⁊ sydeꝝ animas deos platonici nomināt / tāquā angelice mentis summiqꝫ dei pedissequas. Aīalia / que ignis etherei sub luna locati / aut puri aeris / aut nebulosi aeris aq̄ ꝓximi regionē habitāt / demones. Que terrā incolūt ratōnalia hoīes Dii etiā īmortales ⁊ īpatibiles sunt hoīes patibiles atqꝫ mortales sunt. Demones īmortales sunt quidē. Sed patibiles. Neqꝫ passiōes demonibꝰ corporis / Sed animi affectus quosdam attribuūt: quibus bonos hoīes amant quodāmodo malos oderunt: seqꝫ ipsos ꝓpius ⁊ ardētius rebus iferioribus precipue humanis gubernandis inmiscent. ii oms ex hoc officio boni uidentur. Esse uero alios quosdā malos demones platonici nō nulli / ⁊ christiani theologi uoluerunt / Sed de malis demonibus nulla ad p̄ns nobis est disputatio. Bonos autem nostri custodes ꝓprio noīe āgelos inferioris mūdi gubernatores / Dionysius areopagita / q̄ō a platonis mente minime discrepat uocare solet. Quin etiā quos deos ⁊ speraꝝ / sydeꝝqꝫ aīos Plato nūcupat āgl'os dei ministros dionysii more possumus apellare / quod etiā a platone ob eā causā nō dissentit: quia huiusmodi aīos ut idecimo legū apparet speraꝝ claustris haud quāquā pinde illigat / ut corporibus aīas terrenoꝝ. Sed tāta uirtute a deo summo donatos affirmat / ut dei uisiōe gaudere simul ualeāt / ⁊ sine ullo labore / aut solicitudine globos mundi pro patris sui uoluntate regere ⁊ mouere / hisqꝫ mouendis inferiora facile gubernare. Quare inter Platonē ⁊ Dionysium uerboꝝ potius est / quā sentētie discrepatio.

De septē Donis qui a deo hoibus p medios spiritus tribuuntur. Cap. iiii.

Rerū oium ideis / quas diuina mēs ꝯtinet sequētes dii / deoꝝ muneribus demones subseruire dicūtur A summo nāqꝫ ad imū oīa p media transeūt: Ita ut idee ille diuine mētis ꝯceptiones / p deos demōes / sua hoibus munera largiātur. Hoꝝ sūt precipua septē. Cōtēplationis acumē. Gubernādi potestas. Animositas. Claritas sensuum. Amoris ardor. Interpretandi subtilitas. Fecūditas generādi. Hoꝝ uim deus primo in se cōtinet. Deinde septē diis / q planetas septē mouent / angeli que a nobis uocantur / hoꝝ potētiā tribuit / ita ut singuli singula preceteris capiāt. Illi septem demonum ordinibus eis subseruientibus sigulis precipue singula exhibēt. Isti tradūt hominibus. Profecto deus hec aīs statim a se natis infundit hi ex orbe lacteo p cancrum labentes / i corpus celesti quodā / lucidoqꝫ corpore inuoluuntur. quo circundati terrenis corporibus i cludūtur. Ordo enim nature reqrit ut purissimus aīus in corpus hoc ipurissimum non priusquam medium quoddam ⁊ purum tegmen accepit decidere ualeat. Quod cum animo crassius sit / hoc autem corpore purius / ⁊ subtilius / ꝯmodissima a Platonicis indicatur aīe cum terreno corpore copula. hinc itaqꝫ fit ut plāetaꝝ anime nr̄is animis / Corpora uero corporibꝰ nr̄is septē illoꝝ muneꝝ uires a deo

uatis statim abinitio/atqꝫ assidue confirmēt
et roborent. Eidem officio presunt nature de
monum totidēꝫ inter celestes/⁊ hoies medie.
Contēplationis donum Saturnus/ꝑ saturni
os demones roborat Gubernandi/⁊ impandi
potentiam Juppiter Jonialiū demonū mini
sterio. Magnitudinē animi mars per demones
martiales. Sensuum/opinionisqꝫ claritatem
Unde uaticinium sequitur. Sol demonū sola
riū adiumēto. Amorē ꝑ uenereos Uen⁹ inspi
rat. ꝑsuaptiandi ⁊ interpretandi solertiā mer
curialibus intercedētibus mercurius adiuuat
Luna postremo lunaribus demonibus ꝯferenti
bus fouet generationis officiū. hoꝝ facultatē
licet hominibus cunctis impartiant. Illis ta
mē precipue. In quoꝝ cōceptione/⁊ ortu ex
celi dispositione possunt plurimū. Que quidē
licet infusa diuitus honesta sint/possunt tamē
in nobis quandoqꝫ ꝑpter abusum uideri defor
mia. quod est i gubernationis/Animositatis/
Amoris/Generationis usu perspicuū. Amo
ris instinctū ne longi⁹ digrediamur a deo sum
mo/⁊ a uenere/que dea dicitur/⁊ a demonib⁹
uenereis hūimus. Quoniam a deo descēdit de
us/qm a demonibus confirmatur/demon est a
pellandus. Qua propter iure apud Agathonē
deus apud Diotimā demon est dict⁹. Demon
inqꝫ uenereus.

De ordine Demonum Venereoꝝ/⁊ quomodo
iaculantur amorem. .Capitulum .v.

Emon aūt uenereus/triplex est amor.
Primus in uenere celesti a Platonicis
ponitur. In ipsa. s. angelice mentis intelligē
tia. Secūdus/in uulgari uenere. In ea uideli
cet potentia: quam hēt mundi aīa generandi.
Qui duo ꝑpterea demones apellantur quia
inter informitatem/⁊ formam sunt medii/ut
⁊ supra tetigimus/⁊ paulo post latius explica
bimus. Tertius/ordo demonū planetā uene
ris comitātium. Hoꝝ quoqꝫ. s. demonū uene
reoꝝ triplicē ordinē ponim⁹. Alii ignis/alii
purissimi aeris/alii crassioris/⁊ nebulosi aeris
elemēto sunt assignati oēsqꝫ a greco uocabulo/
Heros qđ amorē significat. Heroes. i. amato
rii noiantur. primi in eos hoies amoris aculeos
iaculātur/i qb⁹ bilis humor collericus/⁊ igne⁹
dn̄atur. Secūdi i eos/in qbus sanguis/humor
aere⁹. Tertii uero i eos. in quibus pituita ⁊
atra bilis/aque⁹ ⁊ terre⁹ īpat humor/Cupidi
nis autē sagiptis cuꝫ oēs homines/tuꝫ quatuor
maxime illoꝝ genera uulnerantur. Nam ani
mas Jouis/Phebi/Martis/Junonis. i. vene
ris pedisequas uulnerari potissimum Plato i
phedro significauit. Easqꝫ ab ipsis generatio
nis primordiis ad amorem pronas/eos summo
pere homines amare solere/q sub iisdēꝫ sint or
ti syderibus. Hinc Joniales Jonialib⁹ Mar
tialibus martiales/atqꝫ aliis similiter alii ue
hementer afficiuntur.

Quomodo capiamur amore. Cap. vi.

Uod de uno dicam exēplo de trib⁹ aliis
intelligite. Quicunque animus sub io
uis imperio in terrenum corpus delabi
tur certā quādā in ipso descensu sibi ꝯcipit ho
minis fabricandi figurā/Jouis astro conueni
entē. hanc i ethereo sui corpore tāquam opti
me affecto exprimit exactissimā. Si nactum
in terris semen fuerit similiter tēperatū. In
eo quoqꝫ tertiam figuram pingit prime secun
de simillimam. Sin contra/non ita ꝑsimilem.
Sepenumero accidit/ut duo qdā animi licet
diuersis temporum interuallis/Joue tamen
regnante descenderint. Alterqꝫ illoꝝ semen
in terra nactus idoneū corpus secūdū priores
ideas illas rectissime figurauerit. Alter uero
ꝑpter materie ineptitudinēꝫ/idem opus inco
hauerit quidē. Sed nō tāta ad sui exēplar fue
rit similitudine executus Corp⁹ illud isto for
mosius. Ambo sibi ꝑpter quādā nature simili
tudinem mutuo placent. Sed placet magis: q
inter eos formosior indicatur. Quo fit ut nō
formosissimos quosqꝫ: Sed suos. i. similiter
natos etiā si minus quā alii multi formosi sint
quilibet maxime diligāt/ꝑinde qui ut dixim⁹
eodē sub astro sunt orti ita se hn̄t/ut pulchri
oris eoꝝ simulachrum ꝑ oculos i alterius ani
mum manās Consimili cuidā simulachro tam
in corpore ethereo: qꝫ in animi penetralibus
ab ipsa generatōe formato ꝗdret ⁊ undiqꝫ ꝯso
net. Ita pulsat⁹ aiūs obuiū illud simulachrū
tāquā suū aliqd recognoscit/quod qdē tale ē
ꝑ uiribus quale ⁊ ipse iā olim intra se possidet

⁊ suo in corpore cum uellet effingere/minime
potuit illud suo iteriori ꝑtinus admouet. Et
siquid illi deest ad perfectaꝫ corporis Jonia
lis effigiem instaurat reformando/ipsum dein
de reformatum simulachrū tamqꝫ opus ꝓpriū
diligit. Hinc accidit ut amantes ita decipi
antur. ut formosiorem quam sit existiment.
Nam procedente tēpore amatum non in mera
ei⁹ imagine per sensus accepta ꝑspiciunt. Sꝫ
in simulachro iam ab anima/ad idee sue simili
tudinem reformato quod ipso corpore pulchri
us est intuētur. Desiderant insuꝑ corpus illō
unde primo manauit simulachrū intueri coti
die. Quāuis eni animus absente corpore illi
apud se cōseruet imaginem. Idque sibi ferme
sit satis. Spiritus tamen anime instrumētum
oculusqꝫ non seruant. Tria ꝑfecto in nobis
esse uidentur. Anima/Spiritus/atqꝫ Corpus
Anima ⁊ corpus natura longe inter se diuersa
spiritu medio copulantur q uapor qdā ē tenuis
sim⁹ ⁊ ꝑlucidus ꝑ cordis calorē ex subtilissima
parte sanguinis genitus. Inde ꝑ oia mbra dif
fusus aie uires accipit/⁊ trāsfudit in corpus.
Accipit iterū ꝑ organa sensuū corpoꝝ exter
noꝝ imagines/que in anima ꝑpterea figi non
possunt. Quia incorporea substātia: que cor
poribus prestātior est formari ab illis per ima
ginum susceptionem nō potest. Sed enim ani
ma utique spiritu presens imagines corpoꝝ i
eo tamquam in speculo relucentes facile inspi
cit/pꝫqꝫ illas corpora iudicat/atqꝫ hec cogni
tio sensus a platonicis dicitur. dum eas inspi
cit/similes illis imagines multo etiam purio
res sua ui concipit in se ipsa. huiusmodi ꝯcep
tionem/Imaginationem/phantasiamqꝫ noca
mus. hic ꝯcepte memoriter seruantur imagi
nes. Per has animi acies sepenumero incita
tur ad uniuersales rerum ideas/quas in se cō
tinet intuendas. Ideoqꝫ unum quendā hoiem
et sensu cernit/⁊ imaginatione cōcipit. Intel
lectu rationē/definitionemqꝫ hominibus omi
bus cōmunem ꝑ innatam illi hūanitatis ideam
cōmuniter cōtemplatur/⁊ que fuerint cōtem
plata conseruat. Animo igitur formosi hois
simulachrum conceptum semel apud se refor
matumque memoriter conseruanti satis esset
amatum quandoqꝫ uidisse Oculo tamen ⁊ spi
ritui que uelut specula pn̄te corpore imagi
nes capiūt/absente dimictūt. Perpetua for
mosi corporis pn̄tia opus est/ut eius illustra
tione continue lucescant/foueantur/⁊ oblec
tentur: Igitur ⁊ isti propter indigētiam suā
presentiam corporis exigunt/⁊ animus iis ut
plurimū obsecutus eandē cogitur affectare.

De amoris ortu. .Cap. .vii.

Ed iā ad Diotimā redeamus. Hec igi
tur cum amorem in demonum numerū
ob eas/quas enarrauimus causas retulisset.
eius hunc in modum originem Socrati demo
strauit. In ueneris natalibus discumbētibus
diis consilii filius porus potu nectaris ebrius
cū penia. In Jonis horto se miscuit: ex eo cō
gressu nat⁹ est amor. In ueneris natalib⁹. i.
quando mens angeli ⁊ mundi anima: quas ue
neres ea ratione: quam alias diximus nomina
uimus ex summa dei maiestate oriebātur. Dii
discumbebāt. i. Celius ⁊ Saturn⁹ ⁊ Jupiter
bonis ꝓpriis uescebantur. Nam cum in ange
lo intelligentia/⁊ in mundi anima uis generā
di: quas proprie ueneres geminas apellamus/
ꝓdibant in lucē. Jam erat summus ille deus
quēꝫ uocant celum. Essentia preterea ⁊ uita i
angelo: quos Saturnum uocamus/⁊ Jouem
atqꝫ etiam in mundi anima inerat supernoꝝ
cognitio ⁊ celestiū corpoꝝ agitatio: quos ite
rum Saturnū Jouemqꝫ uocamus. Porus ⁊
penia. affluentiam ⁊ egestatem significant. po
rus consilii filius. i. summi dei scintilla. De
us nēpe ꝯsilium ⁊ cōsilii fons apellatur/quia
ueritas omnium est ⁊ bonitas. Cuius splendo
re omne consilium uerum efficitur. Ad cuius
bonitatem omne tendit consilium. Jonis or
tū. angelice uite fecunditatem intelligit. In
quam cum descendit. porus. i. ille dei. s. radi
us penie. i. priori huius indigentie mixt⁹ cre
at amorem/principio angelus per deū est/⁊ ui
uit quo ad hec duo essentiam/⁊ uitam. Satur
nus ⁊ Jupiter nominatur. Habet insuꝑ intelli
gēdi potētiā quā esse uenerē arbitramur. Po
tētia huiusmodi sua natura informis ē ⁊ obscu
ra/nisi a deo illuminetur quēadmodum oculi
uis aū solis aduentū/hāc obscuritatē. peniaꝫ

defectũ esse putamus. Ceterum uis ea intel
ligendi naturali quodam instictu ad suum re
flexa parentem diuinum ab eo radium/ qui po
rus ē ⁊ affluentia suscipit. In quo ueluti semi
ne quodam/ rationes rerũ omnium icludũtur.
huius radii flammis naturalis ille instictus ac
cenditur/ hoc incendium hic ardor ex obscuri
tate priori ⁊ accēdēte scītilla exoriens amor
est ex inopia natus/ ⁊ affluentia. In orto Io
uis: i. sub umbra uite progenitus. Quippe cũ
post uite uigorem statī ardor ad intelligēduꝫ
exoriatur. Sꝫ cur ebrium nectare potum in
ducũt? quia ratione diuine uiuacitatis exube
rat. Cur partim diues/ partī egenꝰ est amor?
Quia neque quod perfecte possidemus/ neque
quo caremus omnino ardere solemꝰ. Cum eni
id querat quisque/ quo caret: qui totam rem
possidet/ quid ultra perquirat? Quin etiam
cum incognita nemo desideret/ necesse est ut
aliquo modo cognitum nobis anũ fuerit quod
amemus/ neque cognitum solum. Multa. n.
nota nobis odisse solemus. Sed ut tamquam
bonũ nobis/ ⁊ iocundum fuerit indicatũ/ neqꝫ
id ad flagrantem beniuolētiam satis esse uide
tur nisi facile conseq posse qȯ iocundũ fere cē
saimꝰ indicemꝰ. Quisquis igitur aliqd amat/
illum quidem re ipsa non dum integerrime po
ssidet. Animi tamen cogitatione idipsum co
gnoscit/ Iocundum iudicat cōsequi posse cō
fidit hec ipsa cognitio/ Iudicatio/ Spes/ qua
si presens aliqua absentis boni āticipatio est.
Non eni arderet nisi idipm̃ placeret/ neqꝫ pla
ceret/ nisi esset quodāmodo pregustatũ/ Ergo
cũ amātes parti qȯ optāt hr̄ant qdē/ parti ue
ro nō habeāt/ haud ab re ex indigētia quadā ⁊
afflūētia mixtus ē amor. Hac utiqꝫ ratiōe de
nꝰ illa supna p primā ipsius diuini radii gusta
tionē accensa amore fertur ad integrā totius
luminis plenitudinem. hoc nixu parenti effica
cius herēs plenissimo statim illius fulgore cor
ruscat. Rerumqꝫ rationes ille confuse/ que ī
radio/ quem porũ dicimus ante fuerant impli/
cate/ explicantur/ iam inpotentia illa ueneris
inherente/ ⁊ clarius distincte lucescunt. Quē
admodum uero se habet ad deum angelus/ ita
ad angelum/ deumque/ aīa/ mundi. Ea. n. ad
superna se flectens ab illis similiter ⁊ radium
accipit ⁊ accenditur/ gignitqꝫ amorem afflu/ē
tie inopieqꝫ pticipem. Hinc formis rerũ om
nium exornata ad earum exemplar celos mo
uet perque potentiam generandi similes illis
formas in elementorũ materia generat. Vene
rem hic geminam rursus aspicimus. Alteram
sane uiꝫ anime/ huius ad superna cognoscen/
da/ Alteram uero uiꝫ eiusdem inferiorũ pro
creatricē. Illa quidem non est anime ppria
Sed contemplationis angelice imitatio. hec
autem nature anime propria. Ideo quotiens
unam in anima uenerem ponimus uim eius pe
culiarem: ⁊ uenerem eius propriam intelligi
mus. Quotiēs duas/ alterā comunē cum ange
lo/ Alteram ipsius anime propriam. Sint igi
tur due ī anima ueneres. prima celestis/ secū
da uero uulgaris. Amorē habeant ambe. Ce
lestis ad diuinam pulchritudinem cogitandā/
Vulgaris ad eandem ī mundi materia generā
dam. Qualem eni uidet illa decorē taleꝫ uult
ista pro uiribus mundi machine tradere. Im
mo uero utraqꝫ fertur ad pulchritudinem ge
nerandam. Sed suo utraqꝫ modo/ celestis ue
rius intelligentia sua effingere in seipsa exac
tissimam supnorũ pulchritudinē nititur. Vul
garis diuinorũ seminum ubertate ↄceptā apo
se diuinitus pulchritudinē in mundi materia
parere: Amorem illum quandoqꝫ deum iccir
co uocamus/ qm̃ ad diuina dirigitur. Vt pla
rimũ demonē/ qm̃ inter inopiā copiāqꝫ est me
dius: Amorē alterũ semper demonē: qm̃ affec
tum aliquem ad corpus habere uidetur/ ⁊ ad in
feriorem mundi plagā esse proclinior. Quod
quidem a deo alienum est. Demonum nature
conueniens.

In omnibus animis duo sunt amores in no/
stris uero quinque. Capitulum. viii.

Gemine autē ueneres iste/ geminiqꝫ amo
res non solum in anima mundi. Verum
etiam in sperarũ/ syderũ/ demonum/ hominũqꝫ
animis insunt. Cumqꝫ anime omnes ad primā
illam competenti naturalis ordinis serie refe
rantur necesse est amores quoqꝫ omnium ad il
lius amorē ita referri ut aliquo modo ab illo
dependant. Propterea hos quidē simpliciter

demones. Illum uero magnũ demonem apel
lare Diotima consueuit. Qui per uniuersum
mundũ omnibus inminens torpere corda non
sinit. Sed passim suscitat adamādũ. In nobis
autem nō duo tantum. Sed qnque amores re/
periuntur. Duo quideꝫ extremi demones/ me
dii tres/ nō demones solummodo sed affectus/
profecto in hominis mente eternus est amor.
ad diuinam pulchtitudinem peruidendam/ cui
us gratia/ philosophie studia/ ⁊ iustitie/ pieta
tisqꝫ officia sequimur. Est etiam in generādi
potentia occultus quidam stimulus ad soboleꝫ
procreandam/ is qꝫ amor perpetuus est/ quo as
sidue incitamur/ vt superne pulchritudinis il
lius similitudinem in procreate prolis effigie
effingamus. Hi duo amores in nobis perpetui
duo sunt demones illi/ quos Plato nostris ais
semper adesse uaticinatur/ quorũ alter ad sup
na erigat/ alter deprimat ad inferna/ alter
calodemon. i. bonus demon sit/ alter caco
demon. i. malus sit demon. Re uera utrique
sunt boni quoniam tam sobolis procreatio/ qꝫ
indagatio ueritatis necessaria ⁊ honesta cense
tur: Verum secundus Ideo dictꝰ est malus/
quia propter abusum nostrum sepe nos turbat
et animum a precipuo eius bono/ quod ī uerita
tis speculatione cōsistit auertit maxime/ ⁊ ad
mysteria uiliora detorquet. Horum medium
amores ī nobis tres obtinent/ qui cũ non sint
in animo eque ut isti firmissimi. Sꝫ incipiant
crescāt/ decrescāt/ ⁊ desinant/ rectius motus
atque affectus qꝫ demones uocabuntur.
Horum unus equis interuallis ab utrisque di
stat extremis. Reliqui duo in partem alteru
tram iclinantur. porro cũ poris alicuius figu
ra ppter materie preparationem talis est ma
xime: qualem in eius idea diuina mens ↄtinet
tunc oculis obuia/ perque oculos in spiritum
penetrans animo euestigio placet/ cũ illis cō
sonet rationibus/ quas ueluti rei ipsius exem/
plaria tum nostra mens/ tum generandi poten
tia olim diuinitus accepta ↄseruat. Hinc tri/
plex ut diximus subrepit amor/ aut enim ad ↄ
templatiuam aut actiuam/ aut uoluptuosaꝫ ui
tam prompti/ ⁊ procliues geniti educati ue su
mus si ad contemplatiuam. Stati a forme cor
poralis aspectu ad spiritalis atqꝫ diuine consi
deratione erigimur. Si ad uoluptuosam subi
to a uisu ad concupiscentiam tangendi descen
dimus. Si ad actiuam atqꝫ moralem in sola il
la uidendi atqꝫ ↄuersandi oblectatione perse/
ueramus. Illi tam ingeniosi sunt ut altissime
pueherentur. Isti tā hebetes ut deprimātur ad
infima. Hi tamēqꝫ medii in media remanēt re
gione. Amor itaque omnis incipit ab aspectu
Sed ↄtēplatiui hominis amor ab aspectu ascen
dit in mentem. Voluptuosi ab aspectu descen
dit in tactum. Actiui remanet in aspectu. Il
lius amor ad suppremum demonem magis quā
ad ifimũ se cōuertit. Istius ad infimum potius
quā ad supremũ deflectitur: huius ab utroqꝫ ī
teruallis distat equalibus. Tres isti amores/
tria nomina sortiuntur. Contemplatiui hōis
amor/ diuinus. Actiui/ humanus. Voluptuosi
ferinus cognominatur.

Que passiones amantibus insunt/ ppter amo/
ris matrem. Capitulum Nonum.

Amorem esse demonē ex copia et inopia
genitum ⁊ quinque in species diuidi hac
tenus declarauimus/ quales aũt in amantibus
affectus ex huiusmodi amoris natura nascātur
Deinceps ex Diotime uerbis tractabimus.
Quoniam inquit amor in natalibus ueneris p
genitus ē/ uenerem sectatur ⁊ colit/ ac pulchri
desiderio capitur. Cum uenus ipsa pulcherri/
ma sit: Quia inopie filius est/ aridus est/ ⁊ ma
cilētus ⁊ squalidus. Nudis pedibꝰ humilis sine
domicilio/ sine stramentis ⁊ tegmine ullo ad
fores in uia sub diuo dormiens ac deniqꝫ semp
egenus. Quia copie filius est/ pulchris ac bo/
nis insidiatur. Virilis ē/ audax/ feroxqꝫ. vehe
mens/ callidus/ sagaxqꝫ uenator/ noua semp
machiamenta cōtexens/ prudentie studiosus/
facundus per omnē uitam philosophans. Incā
tator/ fascinatorqꝫ potēs/ ueneficus/ atqꝫ so
phista: Neque inmortalis omnino secundũ na
turam/ neque mortalis. Sed interdum eadem
die pululat/ atqꝫ uiuit quotiens exuberat: In
ter dũ deficit/ atque iterũ reuiuiscit ob patris
naturam. Quod uero aquisitum est subterfu/
git/ quo circa neque mēdicus est amor unquaꝫ
neque est opulentus. Quin etiam in medio la

pientie ⁊ inscitie ɔstituitur. Hec Diotima/ Nos ea q̃ breuissime poterimus / explanabimus. Hec licet omnibus insit amorum generibus. In tribus tamen mediis tanquam nobis manifestioribus clariora uidētur. In ueneris natalibus genitus uenerem sequitur. i. cum supernis illis spiritibus/ quos uocauimus uenerees genitus / hominum animos ad superna reducit/ ac pulchri desiderio capitur cum uenus ipsa pulcherima sit. i. animas accendit summe diuineque pulchritudinis desiderio cum ipse sit in illis spiritibus ortus / qui deo proximi dei decore summopere illustrantur / atque ad eosdem nos radios erigunt. Preterea cum uita omnium animantium atq̃ arborum ⁊ terre fertilitas in humore ⁊ calore cōsistat ad demostrandam amoris inopiam utrunque deesse illi tam humorem q̃ calorem diotima innuit. Cum aridum ⁊ macilentum dixit ⁊ squalidum. Quis enim ignoret arida ⁊ sicca esse illa: que deserit humor? Quis item pallorem dicat ⁊ squalorem aliunde q̃ sanguinei caloris defectu uenire? Quin etiam diuturno amore pallidi ⁊ macilenti mortales efficiuntur. Quippe ad duo simul opera uis nature ferme non sufficit. Animi amantis intentio in assidua amati cogitatione tota se uersat. Illic ⁊ naturalis complexionis uis omnis intenta est. Ideo neque cibus i stomacho perfecte coquitur. Quo fit ut maior pars i superfluas reliquias emictatur / Minor ⁊ ea quidē cruda trahatur ad iecur. Illic etiam eadem ratione male concoquitur. Ideo sanguis paucus / crudusque inde per uenas diffunditur / quare mēbra omnia inopia cruditateque alimenti extenuātur ⁊ pallent / preterea quocumque animi assidua fertur intētio illuc ⁊ spiritus qui anime / siue currus / siue instrumenti sunt / aduolant. Spiritus i corde ex subtilissima sanguinis parte creantur. In amati imaginem phantasie infixa ipsumque amatum amantis animus rapitur. Eodem trahuntur ⁊ spiritus. illuc euolātes assidue resoluuntur. Qua propter frequentissimo puri sanguinis fomite opus est ad comsumptos spiritus recreandos. Ubi subtiliores queque ⁊ lucidiores partes sanguinis quotidie in reficiē-

dis spiritibus exhalātur. propterea puro ⁊ claro sanguine resoluto maculosus / crassus / aridus restat ⁊ ater. Hinc exsiccatur corpus ⁊ squalet, hinc ⁊ melanconici amantes euadunt Ex sicco enim / crasso atroque sanguine melancolia. i. atra bilis efficitur. Que suis caput uaporibus opplet / cerebrum siccat / animam te tris horrendisque imaginibus / diu noctuq̃ sollicitare nō cessat / quod Lucretio philosopho epicureo propter amorem legimus accidisse. Qui amore primum: insania deinde uexatus: sibi tandem ipsi manus iniecit. Hec illis accidere consueuerunt: qui amore abusi quod contemplationis est / ad amplexus concupiscentiā transtulerunt. Uidendi enim desiderio facilius q̃ ⁊ uidendi ⁊ attractandi cupidinem toleramus. Que cum medici ueteres obseruassent amorem esse dixerunt passionem morbo melancolico proximam eamq̃ rasis medicus coitu. Ieiunio ebrietate de ambulatione curari precepit. Neq̃ solum tales amor homines reddit Uerumetiam quicunque natura sunt tales ad amorem procliuiores existunt. Tales autem sunt ii in quibus bilis / quam coleram uocant / uel atra bilis / quam melancoliam ceteris humoribꝰ preualet. Bilis calida ⁊ sicca est. Atra bilis sicca et frigida. Illa ignis hec terre locum in animantium corpore tenet. Aridi ergo melancolici ⁊ sicci ad terre similitudinē. Squalidi ⁊ pallentes coleri ad similitudinem ignis intelliguntur. Colerici propter ignei humoris impetum i amorem precipites perferuntur melācolici ob terrei humoris pigritiā tardiꝰ amāt. Uerū ꝑpter humoris ipsius stabilitatē / postquam illaqueati sunt diutissime pseuerāt merito igitur aridus ⁊ squalēs fingitur amor Cum homines / qui tales sunt preceteris amori soleant indulgere / Quod ex eo potissimum fieri arbitramur: quia collerici bilis incēdio exuruntur. Melancolici atre bilis corroduntur asperitate / quod aristoteles in septimo libro de moribus affirmauit. Molestus itaque humor semper angit utrosque. cogitque solamen aliquod maximum atque continuum / contra continuam humorum molestiam querere / Tal huiusmodi sunt musice amorisq̃ delitie. Nul-

lis enim aliis oblectamētis tam assidue operā impendere possumus q̃ musice uocumq̃ delinimētis / pulchritudinisque illecebris. Reliqui enim sensus cito replentur. Uisus autē aut auditus diutius uoculis ⁊ / pictura pascuntur inani. Neque solum horum sensuum firmiores sūt uoluptates. Uerum etiam humane cōplexioni cognatiores. Quid eniā humani corporis spiritibus conuenientiꝰ est / q̃ uoces hominum ⁊ figure? eorum presertim: qui non modo nature similitudine / sed etiā pulchritudinis gratia placent. Quamobrem collerici ⁊ melancolici homines tamquam unicum remedium ⁊ solamen molestissime ipsorum complexionis cantus ⁊ forme oblectamenta sectātur Ideoq̃ sunt ad ueneris illecebras proniores Et Socrates: quem Aristoteles melancolicū iudicauit ad amādi artem ut ipsemet profitebatur erat omnium propensissimus / Idemque de Sapho melancolica ut ipsa testatur possumꝰ iudicare. Nec non ⁊ maro noster quem collericū fuisse eius effigies indicat / quamuis pudicus fuit / tamen procliuior ad amandum. Nudis pedibus. Talem propterea. Diotima pinxit amorem / quoniā amator adeo in rebus amatoriis occupatus est / ut in ceteris uite officiis tam priuatis q̃ publicis non cautus quidem icedat ut decet / sed absq̃ ulla discriminū prouidentia. Temerariꝰ quocūq̃ feratur. Ideo in suis progressibus frequētia incurrit pericula / non aliter q̃ qui pedes suos corio non suffulciunt. Unde crebris sentibus ⁊ calculis offēdūtur. humilis grecū platonis uocabulū humi ⁊ p i fima uolās significat. Uidit enī sepenumero propter amoris abusum sine sensu uiuere amantes / ⁊ leuibus curis magna pere bona. hi sane amatis seipsos usq̃ adeo dedunt ut in eos penitus trāsire nitantur / Eosque tam uerbis q̃ gestibus in seipsis effingant . Frequentissima uero puerorum / ⁊ puellarum imitatione quis nō effeminetur? Quis puer / femina ue euaserit. sine domicilio / Humane cogitationis domicilium anima ipsa ē. Anime domicilium spiritus. Domicilium spiritus huius est corpus. Tres habitatores sunt. Tria sūt domicilia. Quisq̃ istorū

naturali amisso exulat domicilio. Nam cogitatio omnis non ad animi sui disciplinam / ⁊ trāquillitatē. Sz ad dilecti hōis se uertit obseqa / ⁊ aīa corporis sui deserit ministeriū. in amati corpus nititur transilire. Spiritus anime currus. dum alio properat animus / alio quoq̃ euolat exhalando: Propria itaque domo exit cogitatio / exit anima / exit ⁊ spiritus. primū exitum insania ⁊ inquietudo. secundum debilitas mortisque formido. Tertium trepidatio pauor / ⁊ suspirium comitatur. Quo circa propriis laribꝰ naturali sede optata quiete priuatus est amor. Sine stramentis ⁊ tegmine ullo Ubi enim quiescat: ⁊ quo tegatur non habet Cum enim res queque suam originem repetāt amoris igniculus a formosi corporis obiectu i appetitu amantis accensus / in corpus idem reuolare conatur. Quo quidem impetu / ⁊ appetitum ⁊ appetentem secum euehit euolando. O crudelem amantium sortem / O uitam omni morte miseriorem. nisi forsitan uester animus hac amoris uiolentia proprio ex corpore raptus negligat insuper amati figurā / atque i diuini splendoris edem / Ubi tandē quiescet Ubi explebitur / se recipiat. Quis item neget amorem. Sine tegmine nudumque uagari? Quis enim celet amorē / quē toruus / taurinus affixus ꝑdit intuitus / quem interceptꝰ sermo declarat. Rubor / pallorq̃ uultus / crebra suspiria / iactatio membrorū / perpetua querimonia / Importune laudationes / subita indignatio / Iactanctia / ꝓcacitas / petulantia / uana suspitio / ⁊ uilissima indicant ministeria. Sic in sole ⁊ igne calorē lux radii comitatur: Sic intimum amoris incendium externa sequuntur inditia. Ad fores dormit. fores animi oculi ⁊ aures esse uidentur. hinc enim multa in aīum aduehūtur / ⁊ animi affectꝰ ⁊ mores clarissime ꝑ oculos emicant. In figuris spectādis ⁊ uocibus audiendis amantes ut plurimum immorantur. Raro illorum mēs in seipsam se colligit Sepius ꝑ oculos / auresque uagatur. Idcirco ad fores dicuntur procumbere. Dicuntur ⁊ In uia iacere. Nam corporis species / uia quedam esse debet. per quam ad speciem incipiamus altiorem adscendere. Qui autem tur-

pibus libidinibus se prosternunt / aut etiā in as-
pectu ultra q̃ decet uersantur. In uia ipsa
restare uidentur / ad eius terminum minime ꝑ-
ficisci. Sub diuo. Merito. Vna enim in re pe-
nitus occupati nihil in rebus agendis ↄsiderāt
Itaq; casu uitam agētes omnibus fortune pe-
riculis / tamq̃ qui nudi sub diuo uitam ducūt
omnibus tēpestatibus sunt expositi. Propter
matris naturam semper egenus. Sane cum
prima origo amoris ab indigentia fuerit: ⁊
quod naturale est penitus extirpari non possit
Semper egenus / Semper sitibūdus est amor
Quamdiu enim deest ad cōsequendum aliqd /
flagrat estus amoris. Cum totum undiq; possi-
detur / cessante indigentia potius desinit ar-
dor / q̃ sine egestate perduret.

Que dotes amantiū propter amoris patrem.
Capitulum Decimum.

Et copia in amoris matrem sequitur / co-
piam uero patrem eius contraria. Que
uero contraria sint intellectis superioribus /
quiuis agnoscet. Supra descriptꝰ est simplex
Incautus uilis / Inermis horum hic cōtraria
inducuntur. Callidus enim dicitur. Venator
sagax / Machinator / Insidiator / prudētie stu-
diosus / philosophus / uirilis ⁊ audax / uehemēs
facundus / Magus atq; sophista. Idem amor /
qui ī ceteris negociis incuriosum ⁊ inertem fa-
cit amantem. In rebus amatoriis astutū red-
dit ⁊ callidum / qui miris modis amati gratiam
aucupetur / seu dolis implicet / seu captet obse-
quiis. siue eloquio mulceat / siue cātu deliniat
Idem furor / qui obsequio blandum fecerat.
Idem inq̃ furor arma ministrat. Indignanti-
bus aduersus amatum ferocitatem / pro eo pu-
gnantibꝰ securitatē roburq; inuictū. Amor
ut diximus ab aspectu ducit originem: Aspec-
tus inter mentem ⁊ tactū est medius / hinc sem-
ꝑ amātis distrahitur animus ⁊ sursum uicissim
deorsumq; iactatur. Interdum amplexus cu-
pido suboritur. Interdum uero pudicum cele-
stis pulchritudinis desideriū / ⁊ modo illa / mo-
do istud peruīcit / ⁊ ducit. In his qui honestis-
sime educati sunt / ⁊ ingenii pollent acumine
istud / in aliis illa sepius superat. Quicunque
ī feces corporis se prosternunt / merito aridi /
nūdi / humiles inermes / ⁊ inertes esse censen-
tur. Aridi / q̃a semꝑ esuriūt / implētur nūq̃.
Nudi quia tamq̃ temerarii omnibus subiecti
periculis / ⁊ tamq̃ impudentissimi / ⁊ inculti i-
fames habentur. Humiles quia nihil altum ni-
hil magnificum cogitant. Inermes quia flagi-
tiose succumbūt cupiditati. Inertes / quoniā
adeo hebetes sūt ut quo amor eos trahat / igno-
rent / ⁊ in uia restent / ad terminum non ꝑueni-
ant. Contrarii uero ↄtra uidentur affecti / nā
solidis animi bonis uescentes implentur magis
et tranquillius diligunt / pudorem seruāt / um-
bratilem corporis speciem negligunt atq; alti-
us eleuantur / ac uelut armis muniti / inanes a
se libidines fugant / ⁊ sensus rationi subiciūt.
Hi tamq̃ solertissimi omnium ⁊ prudentissimi
ita philosophantur / ut per corporum figuras
quasi quedam uestigia / siue odores prudentis-
sime gradiātur. Ex his sacrum animi numinū
q; decorē sagaciter inuestigēt / atq; ita prudē-
ter uenādo / quod cupiunt feliciter assequūtur
Tantū profecto munus amoris a patre ipsius
copia ꝑficiscitur. quoniā pulchritudinis radi-
us: qui ⁊ copia est ⁊ pater amoris. hanc habet
uim ut illuc unde uenerat reflectatur secumq;
trahat amantem / descendit autē a deo primū
Inq; angelū ⁊ aiam quasi uitreas materias trā-
siēs ⁊ ab aia in corpus eius susceptioni paratū
facile demanās ab eo ipso iunioris hominis cor-
pore / preserti ꝑ oculos animi fenestras lucidis-
simas emicat / aduolat ꝑ aerem ꝑtinus ⁊ senio-
ris oculos penetrans trāsfigit aiam / appetitū
eccendit / sauciam aiam / appetitūq; accensum
in medelā eius ⁊ refrigerium ducit / dumq; eō
rapit secum unde ipse descenderat / gradatim
quidem in corpus amati primum / in animā se-
cundo / tertio in angelum. postremo in deum /
primā splēdoris huiꝰ originē. Hec utilis uena-
tio / hoc felix amātiū aucupiū / hāc utiq; uena-
tionem apud Platonem in protagora Socra-
ti nostro familiaris quidā eius attribuit. Unde
nam inquit o Socrates? Arbitror equidem a
uenatione illa redire te ad quā honesta alcibia-
dis indoles prouocare te solet. Preterea So-
phistam amorē uocat ⁊ magū Sophistaq;. Pla-
to in sophiste dialogo ambitiosum ⁊ subdolum
definit disputatorē / q captiuncularū uersutiis
falsum pro uero nobis ostendit cogitq; eos / q
secum disputant sibimet ī sermonibus contra-
dicere: hoc tam amantes / q̃ amati quādoq; ꝑ-
petiuntur. Siquidem amantes amoris nebulis
occecati falsa sepe pro ueris accipiunt / dum di-
lectos / suos formosiores / acutiores / meliores
q̃ sint arbitrātur. Sibimetipsi ꝑpter amoris
uiolentiam contradicunt. Aliud enī ratio cō-
sulit / aliud concupiscentia sequitur. Consilia
sua ad amati imperium mutāt. sibi ipsi ut mo-
rem gerant aliis aduersantur / sepe etiam for-
mosi amatorum astutia inretiuntur ⁊ faciles
fiunt qui antea fuerant pertinaces. Sed cur
magnum putamus amorem? quia tota uis ma-
gice in amore consistit. Magice / opus est / at-
tractio rei unius ab alia ex quadā cognatione
nature. Mundi autem huius partes / ceu ani-
malis unius membra omnes ab uno auctore pē-
dentes / unius nature communione inuicem co-
pulantur / ideo sicut ī nobis cerebū pulmones /
cor / iecur / ⁊ reliqua membra a se inicē trahūt
aliquid seq; mutuo iuuant / ⁊ uno illorum ali-
quo patiente compatiuntur / ita ingentis huiꝰ
animalis membra. i. omnia mundi corpora con-
nexa similiter mutuant inuicem naturas / ⁊ mu-
tuantur / ex cōmuni cognatione communis in-
nascitur amor / ex amore cōmunis attractio.
Hec autem uera magica est / Sic ab orbis lune
concauitate propter nature cōgruitatem sur-
sum trahitur ignis / ab ignis concauitate aer.
A mūdi centro terra ad infima trahitur. A lo-
co etiam suo rapitur aqua / hic ⁊ magnes ferrū
et electrum paleas. Ignem sulphur / sol flores
multos ad se uertit ⁊ folia / luna aquas. Mars
uētos ciere solet / ⁊ herbe uarie uaria quoq; ad
se inuitant animantium genera. In rebus eti-
am humanis / trahit sua quemq; uoluptas. Ma-
gice igitur opera / nature opera sunt. Ars ue-
ro ministra. Ars enim ubi naturali cognatio-
ni deest aliquid / ꝑ uapores / numeros / figuras /
qualitates opportunis supplet temporibus quē-
admodum in agricultura natura segetes parit
ars preparat. hanc artem ueteres demonibus
attribuerunt. quia intelligunt qualis sit rerū
naturalium societas / quid cuiq; congruat /
quomodo concordia rerum sicubi desit instau-
retur. his non nulli uel nature similitudine
quadam amici, ut Zoroaster et Socrates / uel
cultu dilecti / ut Apollonius theaneus / ⁊ Por-
phirius fuisse traduntur. Ideo uel uigilātibꝰ
signa uoces / atq; portenta uel dormientibus
oracula ⁊ simulachra a demonibus contigisse
narrantur. Qui amicitia demonum magi eua-
sisse uidentur quemadmodum demones magi
sunt rerum ipsarum amicitiam cognoscentes /
et natura omnis ex amore mutuo maga cogno-
minatur. Quin etiam formosus quisq; teneris
nos fascinat oculis. Viri eos eloquentie uiri-
bꝰ ⁊ carminū modulis quasi quibusdā incātatio-
nibus deliniunt / sibiq; conciliant / cultu prete-
rea ⁊ muneribus nō aliter q̃ ueneficiis placāt
et capiunt. Quapropter nemini dubium est /
quin amor sit magus. Cum ⁊ tota uis magice ī
amore consistat / ⁊ amoris opus fascinationibꝰ
incantationibus / ueneficiis expleatur. Neq;
mortalis est omnino / neq; etiam inmortalis.
Non mortalis. quoniam duo amores ī nobis /
duo illi: quos dicimus demones insunt perpe-
tui. Non inmortalis: quoniam tres horum me-
dii mutantur cotidie crescunt / atq; decrescūt
Preterea in hominum appetitu a uite primor-
diis inextinguibilis innatus est feruor / qui ani-
mū quiescere non permictit / ac semper impel-
lit / ut ad certum aliquid studiose se applicet.
Diuersa hominū ingenia sūt / nec uoto uiuitur
uno. Vnde continuus ille concupiscentie fer-
uor / qui naturalis est amor / alios ad studia lit-
terarum. Ad musicam alios uel figuras / alios
ad honestatem morum / seu uitam religiosam.
Alios ad honores / non nullos ad pecunias cu-
mulandas / plerosq; ad uētris luxuriam / alios
impellit ad alia. Nec non eundem hominem in
diuersis etatibꝰ ad diuersa. Idem itaq; feruor
et inmortalis dicitur ⁊ mortalis. Inmortalis
quia nunq̃ extinguitur mutatq; materiam po-
tiusq̃ euanescat. Mortalis / quia nō ad idē sem-
per incumbit. Sed aut ex nature mutatione /
aut ex diuturna rei eiusdem frequentatione
orta sacietate noua requirit oblectamenta.
Et qui in re una ferme defecit / In alia quodā
modo reuiuiscit. Dicitur etiam ob eam causā

C. de Amore

Inmortalis/quod dilecta semel figura semper
amatur. quamdiu enim eadem in eodem homi
ne permanet/ in eo ipso diligitur. Cum uero
ab eo defluxerit nō amplius eadem in illo figu
ra est/ quam prius amabas. Nouā hanc non ar
des quidem/quia nec arseras ante/priorem ue
ro illam amare non desinis: hoc tamē interest
quod illam prius prospiciebas in alio. Iam ue
ro in teipso inspicis solum/ eademqȝ memoria
semper infixam semp⁊ amas/⁊ quotiens animi
oculis occurreritI totiens te urit amantem.
Ideo quotiēs illum nobis olim charissimū ha
bemus obuium/toties ɔmouemur/uel saliunt/
trepidāt ue precordia uel liquiescit iecur/ uel
tremunt oculi/ uariosqȝ trahit uultus aduer
so illo colores. Eius enim presentia latentem
mente figuram animi suggerit oculis/ac uelut
sopitos sub cineribꝰ flando suscitat ignes/hac
de causa amor dicitur Inmortalis. Sȝ hic
etiam ideo mortalis habetur/ quia licet mane
ant semper infixi pectore uultus/ non tamen
eque se mētis oculis offerunt/ quo circa ferue
re uicissim beniuolētia atqȝ referuere uidetur
Accedit ad hec/quod ⁊ ferinus ⁊ humanꝰ amor
sine indignatione esse nunqȝ potest. Quis illi
non indignetur/ qui ipsi abstulerit animum?
Ut enim pre ceteris grata libertas/ita seruitꝰ
onerosa. Itaqȝ formosos odis simul ⁊ amas/
odis tamqȝ fures ⁊ homicidas/ tamquam spe
cula celesti fulgore micantia/mirari cogeris/
et amare. Quid agas miser? Quo te uertas ne
scis heu perdite nescis/cuȝ tui hoc homicida es
se nolles/nolles etiam sine beato spectaculo ui
uere. Cum hoc esse nō potes/qui te perdit qui
enecat/sine hoc non potes uiuere/qui tam mi/
ris illecebris te tibi subripit/qui totum te sibi
uendicat. Hunc fugere cupis/ qui suis te flam
mis adurit/ huic etiam cupis herere/ ut ipsi te
poss[i]denti proximus tibi quoqȝ cohereas. Te
ipsum miser extra te queris/heresqȝ raptori
ut captum quandoqȝ te redimas. Amare qui
dem nolles insane/ quia emori nolles/ nolles
etiam non amare. Quippe qui celestium simu
lachro indicas seruiendum. Quapropter hac
alternatione uel fit/ut singulis ut ita dicā mo
mentis arescat amor/ ⁊ reuiuiscat. Ponitur
etiam a Diotima inter sapientiam ⁊ ignoranti
am mediꝰ/porro amor/que pulchra sunt sequi
tur Omnium pulcherrima sapientia est. Appe
tit igitur sapientiam. Qui sapiētiam appetit
eam omnino non possidet. Quis enim presen
tia querat? neqȝ etiā caret omnino. In eo eni
uno saltē est sapiens quod suam inscitiam reco
gnoscit/ qui uero ignorare se nescit/ tā res ip
sas/ qȝ suam ignorat inscitiam/ neqȝ scientiam
expetit/cuius esse se nescit expertem. Amor
igitur sapientie/ quia partim sapientia priua
tus est/partim est sapiēs/inter sapientiā igno
rantiāqȝ locatur: Hec inquit diotima est amo
ris conditio/ipsiꝰ autem pulchri idest suppre
me pulchritudinis natura est/ Ut delicatum
sit/perfectum/atqȝ beatum/delicatum in quā
tum sua quadam suauitate ad se allicit omniuȝ
appetitum: Perfectum/in quantum que ille
xit accedentia illustrat radiis suis ⁊ perficit.
Beatuȝ i quantū illustrata/ bonis implet eter
nis.

Que utilitas amoris ex eius definitione
Capitulum Undecimū

Ostēqȝ uero que sit amoris origo ⁊ qualis
ipse sit. Diotima enarrauit. Iam quor
sum tendat/ ⁊ adquid conducat hominibus ape
rit. Omnes quidem bona habere cupimus/ nec
habere solum/sed semper habere. Sigula uero
mortalium bona mutantur atqȝ deficiunt. Ac
cito cuncta uanescerent/nisi abeuntium loco
noua cotidie fierent. Ut ergo bona semper no
bis quoquomodo perdurent/pereuntia cupimꝰ
recreare. Generando recreatio fit. Hinc ina
tus est omnibus generationis instinctus. Ge/
neratio autem cum mortalia diuinis continua
tione similia reddat/ Munus est profecto diui
num. Diuinis utpote pulchris. Deformia con
traria sunt formosa similia ⁊ amica. Idcirco
generatio diuinum opus i eo/ quod pulchrum
ē pfecte/ ⁊ facile ɔsumatur/i contrario cōtra
Quapter generationis ille cōatus formosa
poscit ɔtraria refugit. Quid hominū amor sit
postulatis? ad quid conducat. Cupido genera
tionis in pulchro obseruandam uitam mortali
bus in rebus perpetuam hic hominum in terra
uiuentium amor est. hic nostri finis amoris:

Enimuero eo ipso i tempore: quo animalium
unum quodqȝ uiuere dicitur: Idemqȝ esse/ ut
a pueritia ad senectutem qȝuis idem dicatur/
numqȝ tamen in se eadem continet. Sed nouū
semper efficitur/ut Plato inquit ⁊ uetera exu
it secundum pilos. Carnē/ossa/ et sanguinem
et corpus penitus uniuersum. Neqȝ i corpore
solum/sed etiam i anima id contingit. Mores
consuetudines/opiniones/cupidines/uolupta
tes/ dolores/ atqȝ timores iugiter permutan
tur/nec aliquid ex istis idem/ ⁊ simile perseue
rat: priora quidem abolentur/noua succedunt
atqȝ adolescunt. Quin etiam/quod mirabiliꝰ
est/scientie quoqȝ non solum alie euanescunt/
alie surgunt/neqȝ semper secundum scientias
iidem sumus/Uerum etiam una queuis scienti
aꝝ ferme idem patitur. Meditatio enim ⁊ re
miniscētia/ qsi i pretereūtis sciētie resumptio
est. Obliuio namqȝ/sciētie exitꝰ esse uidetur/
Meditatio uero nouam semper memoriam abe
untis loco restituēs/scientiam seruat/ ut esse
eadem uideatur. hoc utiqȝ pacto qcunqȝ in ani
mo uel corpore mutabilia sunt/seruātur. Non
quia semper omnino eadem sint/ Hoc enim di
uinorum est proprium/ Sed quoniam quod ta
bescit/ ⁊ abit/nouum ⁊ simile sibi relinqt. Hoc
certe remedio mortalia inmortalibus reddun
tur similia. Est igitur in utraqȝ anime parte/
tum ea q ad cognitionem spectat/ tum ea qua
regitur corpus amor generationis innatus ad
uitam perpetuo ɔseruandam. Amor qui in hac
parte est ad corpus regendum accomodata/sta
tim ab initio nos impellet ad cibum potumqȝ
sumendum. Ut his alimentis generētur humo
res/quibus quod a corpore iugiter defluit re
summatur. Qua generatione nutritur corpus
⁊ crescit. Adulto corpore semen ipsum laces
sit/ ⁊ procreande sobolis libidinem prouocat.
Ut quod in seipso semper manere non potest/
reseruatum in prole sibi persimili maneat sem
piternuȝ. Amor etiam generationis parti ani
me cognoscenti tributus/efficit/ ut anima ue
ritatem/alimoniam propriam cōcupiscat/per
quam suo modo nutriatur ⁊ crescat/ ac siquid
per obliuionem animo excidit/ aut torpet pro
pter desidiam ⁊ incuriam recordationis ⁊ medi
tationis studio quasi regenerat/ reuocatqȝ in
mētem/quod per obliuionem perierat/uel tor
puerat per ignauiam. Adultum uero iam ani/
mum flagrantissima docendi atqȝ scribendi sti
mulat cupiditate: ut scientia uel in scriptis
uel i discipulorum animis generata/precepto
ris intelligentia/ ⁊ ueritas inter homines eter
na permaneat. Atqȝ ita amoris beneficio cuiꝰ
qȝ hominis tam corpus qȝ anima/ i rebus huma
nis post mortem semper superesse posse uidētur
Amor uterqȝ pulchra sectatur. Nempe q cor
pus regit atqȝ gubernat/ corpus proprium ex
epulis qȝ delicatissimis/ iocundissimis. ⁊ pul/
cherrimis alere concupiscit/ ⁊ prolem formo
sam cum speciosa femina generare/ ⁊ quid ad
animum pertinet eum ornatissimis gratissimis
qȝ disciplinis studet imbuere/ac scientiam sue
similimam scribendo ornato pulchroqȝ in sti
lo edere/ ⁊ docendo in animo quodam pulcher
rimo generare/puro inqȝ animo/acuto/ ⁊ opti
mo. Animū quidem ipsum nō cernimus. Ideo
neqȝ eius inspicimus pulchritudinem. Corpus
autem umbram animi/ imaginemqȝ uidemus.
Itaqȝ ex eius imagine suspicantes in corpore
formoso speciosum esse animum coniectamur.
Quamobrem formos homines libentius erudi
mus:

De duobus amoribus/ ⁊ quod anima nascitur
predita ueritate. Capitulum duodecimum

De amoris definitione satis iam diximꝰ/
nunc autem que apud Platonem sit ex
animi corporis ue fecunditate de amore distin
ctio declaremus. Omnium inquit hominuȝ pre
gnans ⁊ grauidum. Corpus est pregnans ⁊ ani
mus. Corpori semina suorum omniū ab initio
sunt inserta. Hinc statutis curriculis tempo
rum dentes erumpunt/ prodeunt pili. barba
profunditur. procreationis semina defluunt.
Si fecūdum corpus ē grauidumqȝ seminibus/
multo magis animus prestantior corpore uber
rimus est/ atqȝ suorum omnium ab initio semi
na possidet. Igitur moꝝ artiū/disciplinaꝝ ra
tiones iam diu sortitus ē aīus/ suosqȝ fetus i
de si recte colatur statutis temporibus promit
in lucem. Quod autem rationes suorum omni

um īgenitas habeat/ex appetitu eius īquisitio ne: Inuētione/Iudicio/Comparatione cognoscimus. Quis neget animum statim a tenera etate uera/bona. Hōesta. utilia exoptare? optat autem nullus incognita. Ergo insunt istorum alique etiam anteq; appetat in animo notiones per quas ceu formas rationesq; ipsorum/ea indicat appetenda. Idem ab inquisitione ⁊ inuentione probatur. si ī turba hominu; querat Socrates alcibiadem sitq; illum aliquando reperturus/necesse est Socratis menti aliquam alcibiadis inesse figuram/ut sciat quem hominum querat preceteris/ac repertū ī cetu multorum alcibiadem ab aliis discernere ualeat. Ita neq; indagaret ea quatuor animus/neq; aliquando inueniret/nisi haberet illorum. i. Veritatis/Bonitatis/Honestatis/utilitatis/aliquam notionē/per quā illa quereret inuenturus/ut quotiens repperit que inuestigauerat recognoscat/atq; ab eo⁊ discernat contrariis. Neq; solum ab appetitu indagatione. Inuētione/Sed etiam a Iudicio id probamus. Quicunque enim aliquē sibi amicū iudicat/uel inimicum/quid amicitia quidue maliuolentia sit nō ignorat. Quo nam igitur pacto multa uera uel falsa bona uel mala/ut solemus quotidie iudicaremus/⁊ recte iudicaremus nisi esset nobis ueritas quodāmodo/bonitasq; precognita? Quomodo rursus structure musice/picture ⁊ artium ceterarū opera/nec non inuenta philosophorum/multi etiam ī iis artibus non uersati probarent sepissime recte et reprobarent/nisi illarum rerum forma quedam esset/⁊ ratio illis a natura tributa. Comparatio quoq; idem nobis ostendit. Quicunq; enim/mel uino comparans alterum altero pronunptiat dulcius. Quis dulcis sit sapor agnoscit/⁊ qui Speusippum ⁊ Xenocratem conferens ad Platonem Xenocratem censet platonis similiorem/q; speusippum. Platonis figuram proculdubio nouit/Eodem modo cum e multis bonis aliud alio melius recte existimemus ⁊ maiori minori ue bonitatis participatione aliud alio melius deterius ue appareat/necesse est bonitatem nō ignorare. Preterea cū e multis diuersis philosophorū/aut etiam aliorum opinionibus/que ueri sit similior/⁊ probabilior/sepe optime iudicemus/oportet non deesse nobis aliquem ueritatis intuitum/ut q̄ sint illius similiora non nesciamus. Quapropter nō nulli ī adolescētia/aliqui etiā sine preceptore. plerique ex paucissimis doctrine rudimentis a preceptoribus demonstratis doctissimi euasisse traduntur. quod numq; nisi multum ut diximus iuuāte natura fieri potuisset. Hoc abunde Socrates phedoni/theteto Menoni/pueris demonstrauit/docuitq; posse pueros recte in singulis artibus respondere/si quis prudenter eos interroget: quippe cum a natura sint artium disciplinarumq; omniū rationibus prediti.

In anima est ueritatis lumen. C. xiii.

Vo autem modo huiusmodi sint in animo rationes apud Platonem uidetur ambiguum. Siquis eos libros sequatur/quos iunior scripsit Plato Phedrum. Menonē. ⁊ Phedonem/putabit forsitan ita ferme illas esse in animi substantia pictas tāquam in pariete figuras: quod in superioribus/sepe/⁊ ame ⁊ a uobis est tactū. Sic. n. ibi uidetur innuere. In Sexto autem De re. p. libro Diuinus ille uir totam rem aperit: Dicitq; lumen esse mentis ad intelligenda omnia eundem ipsum deum: a quo facta sunt omnia. Solem namq; ⁊ deum ita inuicem comparat/ut quemadmodum se habet sol ad oculos/ita ad mentes se deus habeat. Sol oculos generat/uimq; illis prestat uidendi. Que frustra esset ⁊ sempiternis obruta tenebris/nisi solis lumen adesset In quo ocu corpo⁊ pictū coloribus ⁊ figuris. neq; Solus corporū colores uidet atq; figuras/neq; aliud quicq; nisi lumen/oculus intuetur. Videtur tamen uaria intueri/quia lumen ipsi infusum uariis externorū corporum formulis ē ornatum. Hoc quidem lumē in corporibus reflexum oculus percipit. Ipsam uero in fonte suo lucem minime substinet. Eodem pacto deus animā procreat eiq; mentem/uim ad intelligendum largitur. que uacua esset atq; obscura nisi dei sibi lumen ad esset/in quo rerum omnium īspiciat rationes. Vnde per dei lumē intelligit atque ipsum diuinum dumtaxat lumen agnoscit Diuersa tamen uidetur agnoscere/quia sub diuersis rerum ideis ⁊ rationibus ipsam intelligit. Quando quis oculis uidens hominē/ī phātasia hominis imaginē fabricat/diutiusque in ea iudicanda reuoluitur/mentis sue aciem tollit ad hominis rationem in diuino lumine existentem suspiciendam. Inde scintilla in mente protinus emicat/ac reuera natura ipsa hominis itelligitur/atque de ceteris omnibus eodem pacto. Itaque per dei lumen omnia intelligimus. Ipsum uero purum lumē eiusque fontem hac in uita uidere nō possumus In hoc plane tota anime consistit fecunditas quod in eius penetralibus lux illa dei fulget eterna rerum omnium ratōnibus/ideisque plenissima. ad quam anima quotiens uult uite puritate/⁊ summa studii intentione conuertitur Conuersa scintillis emicat idearum.

C. de Amore

Vnde amor erga masculos/Vnde erga feminas. ·Capitulum. ·xiiii.

Ta pregnas hominum corpus ut Plato uult/pregnans ⁊ animus/⁊ ambo amoris incitamentis stimulantur ad partum. Cete⁊ alii uel propter naturam/uel propter educationem ad animi fetus sunt q; corporis aptiores. Alii ⁊ quidem plurimi contra. Illi celestem secuntur amor/Isti uulgarem. Illi natura idcirco mares ⁊ illos quidē iam pene adultos potius/q; feminas/aut pueros amant. Quoniam in eis magis admodum uiget mētis acumen. Quod ad disciplinam: quam illi generaturi sunt propter excellentiorem sui pulchritudinem est aptissimum. Alii contra/propter congressus uenerei uoluptatem ⁊ corporalis generationis effectum. Quoniam uero genitalis illa uis anime/utpote cognitionis expers sexuum nullum habet discrimen/natura tamen sua totiens incitatur ad generandum quotiens formosum corpus aliquod iudicamus. Contingit plerumque ut qui cum masculis conuersantur/quo genitalis partis stimulos sedent/illis se misceant. Vi presertim in quorum genesi uenus in signo masculino ⁊ cum saturno fuerit: uel in saturni finibus uel saturno opposita. Oportebat autem animaduertere genitalis partis illius incitamenta/non irritum hoc iacture opus/sed serendi ⁊ procreandi officium affectare atque a masculis ad feminas eam traducere: huius modi quodam errore nefarium scelus/illud exortum putamus: quod in legibus suis plato tamquam homicidii speciē acerrimme detestatur. Quippe non minus homicida censendus est qui hominem preripit nasciturum/q; qui natum tollit e medio. Audacior quidem qui presentem abrumpit uitam. Crudelior autem qui lucem inuidet nascituro/⁊ non dum natos suos filios enecat.

Supra corpus est anima. super animā angelus super angelum deus.

Capitulum. .xv.

Erum de gemina ubertate anime/geminisq; amoribus hactenus. Deinceps quibus gradibus Diotima Socratem ab infimis ad superna euehit disseramus: A corpore in animam/ab anima in agelum/Ab angelo reducit in deum. Hos quatuor rerum gradus in natura esse debere ita licet argumentari. Omne corpus ab alio quodam mouetur/mouere autem seipsum natura sua non potest Cum nec agere per se quicquam ualeat/Sed propter aie pñtiā se ipso moueri uidetur/⁊ propter animam uiuere/⁊ presente quidem anima se ipsum mouet. quodammodo. Absente uero ab alio dumtaxat mouetur/utpote quod hanc ex se ipso naturam non habeat. Sed anima proprie uim seipsam mouendi possideat. Nam cuicumque adest uim ad seipsum mouendum impertit: quod autem ipsa sui presentia impertit aliis. hoc ipsa multo prius magisque debet habere. Est igitur anima supra corpora utpote: que se ipsam secun

dum essentiam suam mouere queat / atque id circo super illa debeat esse : que non ex se ipsis sed aliorum presentia ut se moueāt assecūtur Cum dicimus se ipsa moueri animam / non trāsitiue / ut ita dixerim / quemadmodum a Platone accipi uoluit aristoteles / sed absolute uerbum illud proferimus / ut cum stare p se deum. Lucere solē p se. Calere ignem asseueramus. Non enim pars anime mouet / pars agitatur / sed tota ex se. i. sua natura mouetur. hoc est ab alio in aliud ratione discurrit / Ac nutritionis augmenti / generationis opera p interualla tempoꝝ / transigit. Tēporalis ista discursio ex se ipsa cōpetit anime. Quia quod super eam est / non aliis momentis alia / sed uno eternitatis punto simul intelligit omnia. Qua propter recte primus a Platone motus ⁊ primum temporis interuallū in anima ponitur. Unde ⁊ motus ⁊ tempus in corpora transeunt. Quīn uero ante motum statum esse necessarium est. Cum status sit motione perfectior supra rationem anime mobilem oportet stabilē aliquā intelligentiā repperiri : que secundum se totam intelligentia sit / ⁊ actu semper intelligentia. Anima enim nō se tota / neqꝫ semp / sed ex quadam sui parte / ⁊ quādoqꝫ intelligit / neqꝫ certam habet / sed ambiguam intelligendi uirtutē. Ut ergo / quod perfectius est. Illud : quod est impfectius ātecedat / supra mētem anime / que mobilis est / que pars : que intermissa / que dubia / ponēda est angeli mens stabilis / tota / continua / atqꝫ certissima / ut quemadmodum corpori ab alio agitato anima per se mota precedit. Ita anime per se agitate mēs stabilis per se precedat : Et queādmodum corpus per animā habet ut sese moueat / atqꝫ ideo non omnia corpora / sed animata / sponte sua moueri uidentur ? Ita anima per mentem habet quod semper intelligat. Si enim suapte natura anime intellectus inesset / omnibus etiaꝫ bestiarum competeret animabus / Quemadmodum sui ipsius agitandi potestas. Non igitur anime intellectus per se primoqꝫ competit. Quare eam antecedat oportet : quod per se primoqꝫ mentis est cōpos. huiusmodi angelus est animis excellentior Sed enim angeli mentem / rerum illud pricipium summumqꝫ bonū / quod in parmenide Plato ipsum unum uocat / necessario supereminet. Quippe super omnē rei composite multitudinē unum ipsum / Simplex debet esse natura. ab uno enim numerus / ⁊ a simplicibus ꝯpositio tota conflatur. Mens aūt illa licet imobilis sit / nō tm̄ unū ipsū purꝫ simplex existit. Intelligit eni se ipsam ubi diuersa iter sese quoquomō uidentur / Hec tria quod intelligit. quod itelligitur / Intellictio Alia enim ex ipsius ratio est / prout itelligit / prout intelligitur alia / alia item prout intellectio est. Habet preterea cognoscēdi potentiam ante cognitionis actum per se prorsus informem. cognoscendo formatur : que intelligēdo ueritas lumen cupit ⁊ capit : quo uidetur anteqꝫ intelligeret caruisse. habet quoqꝫ in se idearum omnium multitudinem. Cernis quā ta sit : qꝫ uaria in angelo multitudo / atqꝫ cōpositio ? Itaqꝫ ipsi purum unum ⁊ simplex preponere cogimur. Ipsi antem uni deo nihil possumus anteponere / quia uerum unum omnis multitudinis. Omnis cōpositionis est expers Quod si supra se quicqꝫ haberet / ab illo utiqꝫ fieret / quare ab eo dependens i hoc ipso ab eodem degenererarer / ut a causa omnis solet effectus. Ideoqꝫ nō unum iam esset ⁊ simplex / sed saltem ex duobus compositum. s. ex causę sue munere / pprio ue defectu. Ipsum itaqꝫ unum ut Plato uult ⁊ Dionysius areopagita confirmat / omnia supereminet : Excellentissimumque dei nomen unum ipsum ab utroque censetur. Huius sublimitatem. ratio quoque illa nobis ostendit : quod eminentissime cause donum esse debet amplissimū : uirtutisque sue prestātia se ad cuncta protendere. Unius munus per uniuersa se propagat. Nam non mēs solum una est / ⁊ anima quelibet una corpus quodlibet unum / sed etiam informis ipsa materies / rerumqꝫ priuatio una quodammodo dicitur. Nam unum silentium dicimus. Unam obscuritatem. Mortem unam. Mētis tamen ⁊ anime munera ad eam usque non extenduntur. Mens enim speciem artificiosam ordinēque largitur. Anima uitam prestat ⁊ motum / informis uero ⁊ prima mundi materia / rerumqꝫ priuatio speciei ⁊ uite est expers Ita ipsum unum mentem ⁊ animam antecedit Cum munus eius latius diffandatur / Eadem ratione mens animā uidetur excedere : Quia uita munus aīe nō oībus datur corporibꝫ. Omnibus tn̄ his speciem / ordinēqꝫ mens tribuit.

Que comparatio inter deum / angelum / animam / corpus. Capitulum. xvi.

Rgo a corpore in animam ab hac in angelum. Ab hoc in deum ascēdimus. Deus super eternitatem est. Angelus in eternitate est totus. Sane tam eius operatio qꝫ essentia stabilis permanet. Status autem eternitatis est proprius. anima partim in eternitate est / partim in tempore / Eius enim substantia eadem semper absqꝫ ulla incremēti aut decrementi mutatione perdurat. Operatio autem ut paulo ante mōstrauimus per temporis interualla discurrit. Corpus tempori omnino subiicitur. Nam ⁊ substantia eius mutatur / ⁊ operatio eius omnis temporis spatiū exigit. Igitur ipsum unum supra statum / motum ue existit. Angelus In statu. Anima in statu pariter atqꝫ motu. Corpꝰ solo in motu locatur Unum rursus super numerum / motum / locūqꝫ manet. Angelus in numero super motum ⁊ locum ponitur. Anima in numero motuqꝫ. Sed sup locum. corpus numero / motui / loco subiicitur. Siquidem ipsum unum / neqꝫ numerum ullum / aut cōpositionē partium habet. neque ullo pacto ab eo qd̄ ē mutatur neqꝫ loco clauditur ullo. Angelus numerum qdem habet partium uel formarum sed a motu locoque est liber. Anima partium habet / ⁊ affectuum multitudinem / ⁊ raciocinationis pgressione perturbationumqꝫ uarietate mutatur. Sed a loci limitibꝫ est exempta. Corpus autem his omnibus est obnoxium.

Que comparatio inter pulchritndines dei / angeli / anime / corporis. Cap. xvii.

Adem uero inter quatuor hec / ⁊ eorum formas est comparatio. Nempe corporis forma in multarum partium compositione consistit. Loco astringitur. Tempore labitur. Species animi temporis quidem uicissitudines patitur / ⁊ partium continet multitudinem. Sed a loci terminis est absoluta. Angeli uero species numerum habet solum a duobus aliis inmunis existit. Dei autē nihil istorum perpetitur. Corporis utiqꝫ formā uides. Uis ne animi quoqꝫ speciem intueri ? Detrahe corporali forme ipsius materie pondus / limitesqꝫ locorū. relinque cetera. Animi iam speciem habes. uis ⁊ angeli ? Deme obsecro non loci spatia solum. Sed tēporis quoqꝫ progressum. cōpositionē multiplicē retine / eā protinus nanc isceris. Cupis etiam dei pulchritudinem cernere ? Auferas i super multiplicem illam formarum compositionē / simplicem prorsus relinque formam / confestim dei speciem fueris consecutus. Uerum quid mihi tandem subtractis istis reliquū superērit An tu esse aliud qꝫ lucem pulchritudinem ducis ? Porro corporum omnium pulchritudo lumē illud est solis : quod uides tribus illis infectum. formarum multitudine. Nam multis id aspicis figuris coloribusqꝫ depictum. Loci spatio / temporali mutatione. Tolle sedem eius in materia ut preter locū reliqua duo retineat / huiusmodi psus est animi plchritudo. Tolle hinc tēporis si lubet mutationem / adde reliquū / lumen. Restat sine loco. sine motu clarissimū Sed omnibus insculptum rerum omnium rationibus. Id āgelus est. Id angeli pulchritudo Tolle postremo diuersarū illā numeꝝ ideaꝝ Unam simplicē ac merā relinque lucē. Instar lucis eius : q i globo solis ipso pmanet / p aerē non dispergitur. Iā dei pulchritudinē quodā modo ꝯprehēdis : que tantū saltē formas reliquas ancellit / quātū lux illa solis in se ipsa mera una in uiolata splendorē solis p nubilosum aera disiectum / diuisum. infectum / obscuratū exuperat. Fons itaque totius plchritudinis deus est. Fōs itaqꝫ totius amoris ē deus. Lumen preterea solis in aqua umbra quedā est ad clarius eiusdē lum in aere : Splendor in aere umbra similiter ad eiusdē in igne fulgorē / fulgor in igne / umbra ad lucē solis eodē ipso in sole fulgentē. Eadē est iter quatuor illas corporis / animi / angeli dei pulchritudines comparatio. Deus numquam ita decipitur / ut sue speciei umbram in angelo amet quidem :

propriam sui, ac veram negligat pulchritudinem. Neqz angelus usqzadeo capitur anime specie q̄ ipsius est umbra, ut sui umbra detentus figuram propriam deserat. Anima tamen nostra: quod summopere dolendū est. hec enim est totius nostre infelicitatis origo. Anima inqz sola ita corporalis forme blāditiis delinitur, ut propriam posthabeat speciem. Corporis vero formā que sue ūbra est sui ipsius oblita sectectur. Hinc crudelissimum illud apud Orpheum. Narcissi fatum. Hinc hominū miseranda calamitas. Narcissus quidem adolesc̄s. i. temerarii, ⁊ imperiti hominis animus. Sui vultum non aspicit propriam sui substantiam, ⁊ virtutem nequaquam animadvertit. Sed eius umbram in aqua ꝑsequitur ⁊ amplecti conatur. i. pulchritudinem in fragili corpore ⁊ instar aque fluenti q̄ ipsius animi umbra est admiratur. Suam quidem figuram deserit umbram numquam assequitur. Quoniam animus corpus sectando se negligit, ⁊ usu corporis non impletur nō. n. ipsum re vera appetit corpus. Sed sui ipsius speciem a corporali forma: que speciei sue imago est illect⁹: quemadmodum narcissus affectat. Cumqz id minime advertat, dum aliud quidem cupit aliud sequitur, desiderium suum explere nō potest. Ideo in lachrymas resolutus cōsumitur. i. animus ita extra se positus ⁊ delapsus in corpus perniciosis ꝑturbationibus cruciatur. Corporisqz īfectus sordibus, q̄ moritur. Cum iam corpus esse potiusqz animus videatur. Quam utique mortem ut Socrates devitaret. Diotima ipsum a corpore ad animum, ab hoc in angelum ab eo reduxit in deum.

Quomodo aīa a corporis pulchritudine ad dei pulchritudinem elevetur. Cap. xviii.

Site convive charissimi Diotimam fingite. Ita Socratē alloquentem. Nullum corpus o Socrates undiqz pulchrum. Nā aut hac ī parte formosum, illa deforme, aut hodie formosum, alias minime, aut ab alio pulchrum, ab alio turpe censetur. Ergo corporis pulchritudo turpitudinis contagione coinquinata, pura, vera, ⁊ prima pulchritudo esse nō potest. Quin etiam pulchritudinem turpem esse nemo aliquando suspicatur: quemadmodū neqz sapientiam esse insipientem. Corporum vero dispositionem quandoqz speciosam, quandoque turpem putamus. Eodemque tempore de illa alii aliter sentiunt. Non igitur prima ⁊ vera est in corporibus pulchritudo. Adde quod multa corpora, uno pulchritudinis vocātur cognomine. Una igitur est in corporibus multis pulchritudinis natura communis, per quam similiter pulchra denominantur. Unaqz vero naturam huiusmodi sicut in alio est. i. in materia: sic ab alio dependere putato. Quod enim in se ipso substentari non potest, multo minus a se ipso pendere. Numquid a materia dependebit? minime. Nihil enim deforme ⁊ imperfectum se ipsū ornare potest, atqz ꝑficere. Quod autē unum ē, ab uno debet oriri. Quapropter una multorū corporum pulchritudo ab uno aliquo in corporali p̄det artifice. Artifex unus omnium deus est: qui per angelos, atque animas pulchram quotidie reddit omnē mundi materiam. Propterea veram illam pulchritudinis rationem in deo eiusqz ministris, potiusqz ī mundi corpore repperiri putandum. Ad eam rursus his gradibus facile ut arbitror ascendes, o socrates. Si oculos tibi linceos natura dedisset mi Socrates, ut aspectu queslibet occurrentia penetrares formosissimum tibi illud extrinsecus alcibiadis tui corpus turpissimum videretur. Quantum est: quod amas amice? Superficies dum taxat, Immo color te rapit. Immo quedam reflexio luminum: ⁊ umbra levissima. Seu te vana imaginatio decipit, ita quod sompnias potius q̄z quod videas amas. Ceterum ne tibi videar penitus adversari, sit sane Alcibiades iste formosus. At enim quota parte formosus? omnibus profecto membris preter q̄z naso simo ⁊ elatioribus q̄z deceat superciliis. Hec tamē in phedro speciosa sunt. Sed crurū in eo crassitudo non placet. Decora hec apud charmidē nisi gracile te collū offenderet. Ita si hominesingulos observabis, nullum ex omni parte laudabis. Quicquid ubique rectum est, colliges, figuram apud te integram

gram ex observatione omnium fabricabis? ut absoluta humani generis pulchritudo: que ī multis reperitur sparsa corporibus in aīo tuo sit unius imaginis cogitatōe collecta. cuiusqz hoīs figurā parvipendes, o socrates si ad istam contuleris. Istam vero non tam corporum, q̄z animi tui beneficio possides. Itaqz istam poti⁹ quam tuus animus fabricavit, ⁊ animum ipsum eius artificem: q̄z exteriorem illam mancam dispersamqz amato. Quid autem in aīo amare te iubeo? animi pulchritudinē. Lux aūt ē pulchritudo corpoꝝ. Lux ē ⁊ animi pulchritudo, Lux animi veritas: quā solam amic⁹ tuus Plato ī votis suis a deo postulare videtur. Da mihi inquit, deus ut me⁹ aīus pulcher efficiatur ⁊ q̄ ad corpus attinent, Animi pulchritudinē nō impediāt, solum sapientē divitē putē. In his Plato declarat pulchritudinē animi, ī veritate sapientiaqz consistere. Eā a deo hoibus tribui. Veritas una ē ⁊ eadē nobis a deo tributa variis eius effectib⁹ variaꝝ virtutū cognomēta sortitur, ꝑut divina demōstrat sapiētia, quam a deo preceteris Plato poposcit, prout naturalia, sciētia. Ut humana, prudētia. ut equos facit, iustitia. Ut invictos, fortitudo, ut tranquillos, dicitur tēpantia. Ex his duo virtutum genera numerantur. Morales inqz virtutes ⁊ intellective illis prestātiores. Intellective sunt. Sapientia, Scientia, Prudētia, Morales, Iustitia, Fortitudo, ⁊ tēperantia. Morales ꝑpter opatiōes eaꝝ civiliaqz officia notiores sunt. Intellective ꝑpter recōditam veritatē occultiores. Preterea qui honestis moribus educatur utpote purior aliis facile ad intellectivas virtutes erigitur. Ideo pulchritudinem animi, que cōsistit in moribus primam ɔsiderare te iubeo, ut intelligas unam esse moꝝ omnium rationem, per quā similiter honesti vocantur. Unaz. s. vite purissime veritatem, q̄ iustitie, Fortitudinis, Temperātie actionibus, ad veram nos ꝑducit felicitatem. Unam igitur hanc veritatem: morum, lucēqz animi speciosissimā primū diligito. Scito qui etiam supra mores ad sapientie, scientie, prudentie lucidissimam veritatē te protinus adscensurum: si considerabis hec animo optimis moribus educato concedi atqz in eis normam moralis vite rectissimam contineri. Quāvis autē varias sapiētie, Scientie, Prudentieqz doctrinas centuearis. In cunctis tamen unicam esse veritatis lucem existimato, per quam omnes pulchre similiter apellantur. Eam tibi utpote supremaz animi pulchritudinē summopere amare precipio. Sed enim una hec in doctrinis plurimis veritas. prima omnium veritas ideo esse nequit. Quoniam in alio est, cum sit in multis distributa doctrinis. Quicquid autem iacet in alio ab alio certe depēdet neqz tamen veritas una a doctrinarum multitudine nascitur. Quod enim unū est, ab uno debet oriri. Quare oportet unam quandam esse super animam hominis sapientiam: que nō per diversas sit divisa doctrinis, Sed una sapientia sit a cuius unica veritate, Veritas hominum multiplex oriatur. Illam o Socrates unicam unice sapientie lucem, angeli pulchritudinem esse memento: que tibi sup animi speciem sit colenda. Ea ut in superioribus demostravimus corporum speciem antecellit, Quia neqz loco astringitur: neqz secundum materie partes dividitur: neqz corrūpitur. Antecellit ⁊ animi speciē: quia etterna est penitus: neqz temporali discursione movetur. Quoniam vero angeli lux in idearum compluriū serie micat, ac supra multitudinem omnem unitas sit oportet: que est numeri toti⁹ origo: necesse est eam ab uno rerum omnium principio: quod ipsum unum vocamus effluere. Ipsius itaque unius lux penitus simplicissima infinita pulchritudo est: quia nec materie sordibus inquinatur, ut corporis species, neqz ut animi forma temporali progressione mutatur, neque ut angeli species multitudine dissipatur. Omnis autem qualitas ab extraneo additamento secreta dicitur apud physicos infinita si ī se ipso sit calor frigore, ⁊ humore nō impeditus, materie pondere nō gravatus, calor dicitur infinitus, quia vis eius libera est, neqz ullis additionis limitibus coarctatur. Similiter lumen ab oī corpore librū infinitū: nā sine modo ac termino lucet, q̄ṫ natura lucet sua, q̄ā ab alio minime terminatur.

Itaqꝫ dei lux ⁊ pulchritudo/que mera est/ pre
stus ab aliis omnibus absoluta absque dubio infi
nita dicitur pulchritudo. Infinita uero pul/
chritudo/inmensum quoqꝫ requirit amorem.
Quapropter te obsecro Socrates ut certo
quodam modo ⁊ termino cetera diligas/deum
uero amore diligas infinito/ neque ullus diui
no modus adsit amori.

Quomodo deus amandus. . Cap. . xix.

Ec Diotima Socrati. Nos autem uiri
clarissimi non solum sine modo deum/
ut iubere Diotima fingitur. Sed deum solum
amabimus. Ita enim mens ad deum: ut ad so
lem acies oculorum. Oculus autem nō modo
lumen preceteris: sed ⁊ solum appetit lumen
Si corpora/si animos. Si angelos diligemus
non ista quidem: sed deum in istis amabimus.
In corporibus quidem dei umbrā. In animis
dei similitudinem. In angelis eiusdem imagi
nem/ Ita deum ad presens in omnibus dilige
mus/ut in deo tandem omnia diligamus. Nā
ita uiuentes eo proficiscemur/ ut ⁊ deum ⁊ in
deo omnia uideamus amemusqꝫ ⁊ ipsum/ ⁊ que
in ipso sunt omnia. Et quisquis hoc i tempore
sese deo charitate deuouerit se denique recup
abit in deo/ Nempe ad suam: per quam crea
tus est redibit ideam/ibi rursus/siquid ipsi de
fuerit reformabitur/idee sue perpetuo coherre
bit. Uerus autem homo ⁊ idea hominis idem.
Ideo qsqꝫ nostrū i terris a deo separatus n̄ ue
rus hō cū a sui idea sit forma qꝫdisiūctus adeā
nos diuinus amor/pietasqꝫ perducet/ cū hic di
scerpti simꝯ ⁊ mutilati/idee tūc nrē amādo cō
iuncti integri homines euademus/ut deum pri
mo in rebus coluisse uideamur/quo res deide i
deo colamus/ resqꝫ in deo/ ideo uenerari/ut
nos ipsos preceteris amplectamur ⁊ amādo de
um nos ipsos uideamur amasse.

Oratio Septima. . Cap. . primum.
Conclusio supradictoꝝ ⁊ opinio Guidonis
Caualcantis philosophi.

Ostremo Christophorus Marsupinus.
Uir humanissimus alcibiadis personam
gesturus iis ad me uerbis conuertitur. Gratu
lor equidem Marsili Iohānis tui familie plu
rimum: que iter multos ⁊ doctrina ⁊ rebus ge
stis clarissimos eqtes Guidonē philosophū
peperit de re. p. bene meritum/ ⁊ aculeis dia
lectice cunctis suo seculo precellentem: qui
hunc amorē Socraticum tam moribus qꝫ car
minibꝯ/imitatus breui quecumqꝫ a nobis sunt
dicta pstrinxit. phedrus enim amoris originē
tetigit ex chaos uisceribus emanantem. Pau
sanias iam natum amorem geminam diuisit in
specciem/ Celestem. s. ⁊ uulgarem Erixima/
cus eius aperuit amplitudinem dum cunctis in
rebus eum sic inesse monstraret i partes gemi
nas distributū. Aristophanes quid agat iu sin
gulis tam amplissimi dei presentia declarauit
ostēdēs p hūc fractos hoīes resarciri Agathon
quanta sit eius uirtus/ potentiaqꝫ tractauit/
cum ab eo solo beatos fieri homines disputaret
Socrates tandem a diotima edoctus summa/
tim quid sit amor ⁊ qualis/ūde ortus/quot ha
beat partes/ quorsum tendat/ ⁊ quantum uale
at explicauit Guido caualcātes philosophꝯ/
omnia hec artificiosissime uidetur carminibus
suis inseruisse. Quemadmoduꝫ solis radio spe
culum modo quodam percussum splēdet iteruꝫ/
et proxime sibi appositam lanam reflexione il
la splendoris inflammat. Ita ille partem aie:
quā obscurā phātasiā uocat/atqꝫ memoriā ceu
speculum/pulchritudinis ipsius/ solis locum
habentis simulachro tamqꝫ radio quodam per
oculos hausto censet ita pulsari/ ut ipsa sibi
ex illo alterū effingat simulachrum quasi simula
chri primi splēdorē. quo appetēdi uis n̄ aliter
qꝫ lana accendatur ⁊ amet. Addit amorē hūc
primum in appetitu sensus accensum a forma
corporis per oculos inspecta creari. Sed eam
ipsam formam non eo modo: quo in corporis
materia est. in phātasiam imprimi/ sed sine
materia . Itamē ut certi cuiusdam hominis
signato in loco/ ⁊ tempore positi sit imago.
Rursus imaginis huiusmodi speciem aliquam
statim in mente lucere: que nō amplius unius
cuiusdam humani corporis ut erat i phātasia
uideatur esse similitudo sed totius eque gene
ris humani ratio comunis ⁊ definitio. Itaqꝫ
sicut ex phātasie imagine a corpore sumpta/i
appetitu sensus/corpori dedito/ amor ad sen
sam pclinis exoritur/ Ita ex hac mētis specie

Co. de Amore

rationeqꝫ communi/tamquāzā corpore remotis
sima/amor alius i uoluntate nascitur a comer
tio corporis alienissimus. Illum i uoluptate
hunc in contemplatione locauit. Illum circa
particularem corporis unius formam reuolui
putat/ hunc circa uniuersalem totius humani
generis pulchritudinem/hos utique amores si
bi ipsis in homine repugnare/ ⁊ illum deorsum
ad ferinam ⁊ uoluptuosam depellere/hunc sur
sum ad angelicam uitam/contemplatiuamque
attollere/ hunc absqꝫ perturbatione uult esse
et i paucis repperiri. Illum multis passionibꝯ
anxium/ac plurimos occupare. Ideo istum pa
ucis uerbis absoluit/ in alterius passionibus
enarrandis prolixior. Quoniam uero eadem
apertissime/ que ⁊ uos in superioribus narraui
sti s hic explicat ea in presentia recensere opꝯ
esse nō censui. Uerum cognouisse sufficiat phi
losophum hunc aliquam chaos informitatem/
qualem supra uos posuistis i amoris procreati
one miscuisse/dum diceret obscuram phātasiā
illuminari/atqꝫ ex illius obscuritatis ⁊ huius
luminis mixtione/amorem originem ducere/
amorem preterea geminum illum celestem/at
que uulgarem/ quis in eius uerbis nō uideat?
originē quin etiam illius primam indiuinoruꝫ
secundam i coporum collocat pulchritudine.
Solem namque dei lucem Radium. corporum
formam intelligit/ finem postremo suum uult
eiusdem principiis respondere duꝫ aliosusque
ad formam corporis/alios usque ad dei speciē
amoris prouehit instigatio.

Socrates fuit uerus amator/ ⁊ cupidini simi/
lis. /Capitulum. . Secundum.

E amore hactenus/ Ad alcybiadem ⁊
Socratem ueniamus. Postquam conui
ue satis amantiū deum laudauerant/ reliquū
erat ut dei huius cultores legiptimi laudarē
tur/maxime omnium legiptime amasse Socra
tes ab omnibus perhibetur. Is cum per omnē
uitam palam sine ulla prorsus dissimulatione
in castris cupidinis militasset a nullis umquaꝫ
notatus est quasi minus honeste/quemquam di
lexerit. huic uite seueritas/ ⁊ alienoꝝ sce
lerum correptio frequens/multos/ ⁊ magnos
uiros/ut solet ueritas ifensos redideratt/Ani
tum/Melitum/Liconem presertim ciues in re
. p. potētissimos. Trhasimacum polium ⁊ Cal
liam oratores. Aristophanem preterea comi
cum acerrimum habuit insectatorem/Sed ne
que ciues illi in accusatione: qua socratem in
iudicium traxere in honestos amores inscripse
runt/neque oratores eius hostes tale quicquā
Socrati obiecere: neque Aristophanes Comi
cus licet alia multa ⁊ absurda i diōysius colli/
gat in Socratem maledicta. An censetis eum
si taꝫ feda se labe coiquinasset/ immo nisi fuis
set ab huius criminis suspitione remotissimus
Uenenosas talium detractorum linguas eua
surum fuisse? Nunquid optimi uiri illud in su
perioribus animaduertistis/quod dum Plalo
ipsum fingit amorem Socratis omnem pingit
effigiem/ac numinis illius figurā ex Socratis
persona describit/quasi uerus amor/ac Socra
tes similimi sint/atque ideo ille preceteris
uerus sit legiptimusqꝫ amator. Agite iaꝫ amo
ris picturam illam in animum reuocate. Uide
bitis i ea Socratem figuratum. Socratis per
sonam ante oculos ponite. Macilētū Aridū/
squalidumqꝫ uidebitis hominē. s. natura melā
colicum ut fertur atqꝫ hirsutum. Extenuatū
inedia. Incuria sordiduꝫ. Nudū preterea. i.
simplici ⁊ ueteri optum palliolo. Sine calceis
incedentem. Ita semꝑ solitū incedere Socra
tē apud Platonem phedrus ostendit. Humilē
perqꝫ infima uolantē. Humi semper socratis
defixus erat aspectus/ ut ait phedon/ loca in
super uilia frequentabat/aut enim in simonis
coriarii/aut i sculptoꝝ officinis obuersabatur
Rusticis ⁊ incōptis utebatur uocabulis/ quod
illi obiicit callicles in gorgia/ Adeo preterea
mitis/ ut multis lacessitus iniuriis/ sepe etiā
pulsatus ne commotꝯ quidē aīo fuisse tradatur
Sine domicilio. Interrogatus Socrates cu
ias esset/Mūdanus inquit. Ibi enim patria.
Ubi bonum: Sed neqꝫ huic ꝓprii lares/ neque
mollis lectus/neqꝫ delicatus uictꝯ neqꝫ preti
osa supellex. Ad fores inuia sub diuo dormiēs
hec aptū pectus ⁊ cor patens oibus i Socrate
nostro significāt/ Preterea quod ⁊ uisu delec
tabatur atque auditu. que fores animi sunt:
quod etiam securus ⁊ intrepidus incedebat/

Jacebatqꝫ etiam si opoꝛtuisset pallio obuolu
tus ubiqꝫ. Semper egenus. Quis nesciat So
cratē sculptoꝛis ⁊ obstetricis fuisse filium ? ⁊
usqꝫ in senectutem i sculpendis lapidibus ma
nu pꝛopꝛia uictum quesisse / nec habuisse um/
quam unde se satis ⁊ filios aleret. Hic ino
piam sue mentis passim confitebatur / Interro
gans omnes / nihil scire se predicans. Uirilis
erat enim / constantis animi inuicteque sentē
tie qui etiam archelaum macedonem ⁊ Scopā
cranonium : eurilocumque larisseum aspeꝛna/
tus est alto animo : cum ab eis missas pecunias
non acceperit / neqꝫ ipse ad eos uoluit profici
sci. Audax / Feroxqꝫ. Quanta / eius fuerit in
rebus bellicis foꝛtitudo / Alcybiades in conui
uio explicat copiosissime : cui Socrates cū in
potydea uicisset uictoꝛiā sponte dicitur cōces
sisse. Uehemēs Erat quippe ut recte Topirus
physionomus iudicauerat concitatissimus. Se
pe uero inter loquendum agente id oꝛationis
uehementia iactare digitos solebat / ⁊ crines
uellere. Facūdus. Huic rationes in utramqꝫ
paꝛtem ferme pares dum dissereret suppete/
bant Hic licet incomptis uerbis uteretur / ut
i nconuiuio alcybiades ait / magis tamen quā
themistocles ⁊ pericles / omnesqꝫ ceteri oꝛato
res audientium animos commouebat. Pul/
chris ⁊ bonis insidiatur. Insidiatum sibi semꝑ
fuisse Socratem alcybiades inquit / eoꝝ quip
pe : qui honesta indole pꝛediti uidebātur / amo
re captus eosdem rationibus suis ad philoso
phie studia Socrates capiebat. Callidus Sa
gaxqꝫ uenator. Socratem uenari solitum ex
coꝛpoꝛis foꝛma diuinam speciem In superiori
bus satis est dictum : ⁊ in pꝛothagora Plato
testatur. Machinatoꝛ multis modis ut indi
cant Platonis dialogi sophistas confutabat.
adolescētes exhoꝛtabatur / modestos uiros e
rudiebat. Pꝛudētie studiosus. Fuit enim tā
ta pꝛudentia / ⁊ i presagiendo tam perspicax :
ut quisquis contra eius consilium quicquam
auderet perderetur / quod in theage a Plato
ne narꝛatur / Per omnem uitam philosophans
hic in sua illa apud iudices defensione iudici/
bus edixit / ut si ea conditione eum moꝛte ab
soluerent / ut numquam postea philosopharetur /
se mori malle q̄ꝫ philosophari desinere.
Incantatoꝛ / fascinatoꝛ ueneficus atqꝫ sophi
sta. Nā alcybiades ait se magis socraticis uer
bisqꝫ marsie olympique excellentium musi
coꝝ melodia mulceri. Demonem uero illi fui
sse familiarem / ⁊ accusatores sui ⁊ amici testā
tur. Sophistam quoqꝫ Socratem aristopha/
nes comicus apellauit / atqꝫ etiam sui accusa
tores : Quippe cui equa esset hoꝛtandi ⁊ dehoꝛ
tandi facultas. Inter sapientiam ⁊ scientiam
medius. Cum omnes homines ignorantes sint
Inquit. Socrates Hoc ego tantum a cete
ris differo / quod meam ignorātiam non igno
ro cum alii pꝛoꝛsus ignorent. Ita erat inter
sapientiam ⁊ ignoꝛantiam medius : quia licet
res ipsas nesciret / suam tamen ignoꝛantiam
cognoscebat. Quas ob res Socratem amori
similimū / ideoqꝫ uerissimum amatoꝛem post
amoꝛē ipsum laudandum alcybiades iudicauit
Ut in eius laude intelligamus / Omnes : qui si
militer amāt esse laudatos. Que socratis lau
des sint hic audiuistis / ⁊ i Platonis uerbis al
cybiadis ore patent clarissime : quo etiam pac
to amabat Socrates cognoscere potest qui Di
otime doctrine meminerit. Ita enim amauit
Socrates / ut supꝛa Diotima docuit.

De amoꝛe ferino quod insanie species est.

Capitulum Tertium.

Eruꝫ interroget foꝛte quispiam. Quid
hominum generi socraticus amoꝛ iste cō
ducat. Cur tantis sit laudibus celebrandus /
quid obsit ꝯtrarius. Dicam equidem altius ali/
quāto exoꝛsus Plato noster furoꝛem i phedro
mentis alienationem definit / Alienationis au
tem duo genera tradit : Alteram ab humanis
moꝛbis : Alteram a deo pꝛouenire existimat.
Insaniā illam / Hanc diuinum furorem nuncu
pat. Insanie moꝛbo ifra hominis speciem homo
deiicitur : ⁊ ex homine brutuꝫ quodāmodo red
ditur. Insanie duo sunt genera. Unuꝫ cere/
bri Alteꝝ coꝛdis uitio nascitur. Cerebꝛum
sepe adusta bili : sepe sanguine adusto nō num
quaꝫ atra bili nimium occupatur. hinc demen
tes homines quādoque reddūtur : qui adusta bi
li uexantur / uel a nemine lacessiti uehementis
sime irascuntur / alte uociferātur / In obuios

Qui sanguine adusto laboꝛant effusos nimium
in risus pꝛorumpunt / pꝛeter omnium cōsuetu
dinem se iactant / mirabilia de se pollicentur /
cantu gestiunt / exultātqꝫ tripudio. Qui bili
pꝛemuntur atra / merēt pꝑpetuo : ipsi sibi som
nia fingunt / que uel pꝛesentia expauescant / uł
futura foꝛmident. Atqꝫ he q̄dem tres insanie
species cerebri fiunt defectu. Quando. n.
humoꝛes illi retinentur i coꝛde / angustiam ⁊
solicitudinem pariunt / nō dementiam. Tūc
uero amentiam quando caput oppꝛesserint :
ideo cerebꝛi uitio dicuntur contingere. Coꝛ
dis aūt moꝛbo eā pꝛopꝛie insaniā fieri aꝛbitra
mur / qua affliguntur hi qui ꝑdite amant. His
falso sacratissimum nomen amoꝛis tribuitur.
Uerum ne forte nimis cōtra multos sapere ui
deamur disputationis gratia / nos etiam nomi
ne ad istos utamur,

Amoꝛ uulgaris est fascinatio quedam.

Capitulum Quartum

Os autem aurium / ac mentis intētionē
dicendis accomodate. Sanguis in ado
lescentia subtilis est / clarus / calidus / atqꝫ dul
cis / pꝛocedēte enim etate subtilioꝛibus paꝛti
bus resolutis / fit crassioꝛ : pꝛopterea fit ⁊ ob
scurioꝛ. Nempe quod tenue rarumqꝫ est / purū
est / atqꝫ perlucidum. Contrarium uero ꝯtra/
cur calidus atque dulcis ? quia uita / ⁊ uiuen
di initium / ipsa. s. generatio in caloꝛe ⁊ humo
re ꝯsistit / ac semen pꝛima uiuentium genitura
calidum est / ⁊ humidum : natura talis in pueri
tia ⁊ adolescentia uiget. In sequentibus etati
bus paulatim in contrarias qualitates siccita
tem ⁊ frigiditatē necessario ꝑmutatur. Ideo
sanguis in adolescente subtilis est / clarus / cali
dꝰ, atqꝫ dulcis / q̄a subtilis / clarꝰ / q̄a recēs ca
lidꝰ atqꝫ humidus q̄a calidꝰ et hūidꝰ ē / ideo dul
cis eē uidetur. Dulcedo eni fit in calidi / ⁊ hūi
di mixtiōe. Quoꝛsū hec ? nempe / ut intelliga
tis spiritus in hac etate subtiles ⁊ claros esse /
calidos atqꝫ dulces. Hi enim cum a coꝛdis ca
loꝛe ex purioꝛi sanguine generentur / tales in
nobis sunt semꝑ / qualis est ⁊ sanguinis humor.
Quemadmodum uero spirituum uapoꝛ huius
modi creatuꝛ ex sanguine : ita ⁊ ipse similes si
bi radios ꝑ oculos quasi uitreas fenestras emic
tit. Atqꝫ etiam sicut coꝛ mundi sol suo circui
tu lumen / perqꝫ lumen uirtutes suas ad inferi
oꝛa demictit / sic coꝛpoꝛis nostri coꝛ / motu
suo quodam perpetuo ꝓximū sibi sanguinem
agitans ex eo spiritus in totum coꝛpus / perqꝫ
illos luminum scītillas / per membꝛa diffundit
quidem singula / per oculos autem maxime.
Ad altissimas quippe coꝛpoꝛis partes spiritus
maxime cum sit leuissimus euolat eiusqꝫ lumen
per oculos / cum ipsi perspicui sint / atqꝫ omniū
paꝛtium nitidissimi uberius emicat. Inesse ue
ro oculis ⁊ cerebꝛo lumen aliquod licet exiguū
aīalia multa que noctu uident testimonio esse
possunt / quorum i tenebꝛis coꝛuscant oculi.
Ac etiam siq̄s certo quodam modo oculi angu
lum digito pꝛesserit / contoꝛseritqꝫ / circulum
quēdam uidetur intra se lucidum intueri. Fer
tur ⁊ diuus augustus oculos adeo claros ⁊ niti
dos habuisse / ut cū acrius quemq̄ꝫ intueretur
cogeret eum quasi ad solis fulgoꝛem uultum
submictere. Tiberius quoqꝫ pꝛegrandibꝰ fuis
e oculis traditur / ⁊ qui quod mirum esset noc
tu etiam ⁊ in tenebris uiderēt / Sed ad bꝛeue ⁊
cū pꝛimum e somno patuissent. Deinde rursus
ehebescebant. Quod autē radius emissus ab ocu
lis uapoꝛē secū spiritalem trahat. ⁊ uapoꝛ iste
sanguinē : ex eo perspicimꝰ quod lippi ⁊ rubē
tes oculi spectantis proxime oculos radii sui
emissione cogūt moꝛbo simili laborare. Ubi ap
paret ⁊ radiū usqꝫ ad obuium illum pꝛotendi et
cum radio una uapoꝛē corrupti sanguinis ema
nare : cuius contagione oculus spectātis infici
tur. Scribit Aristoteles mulieres quādo san
guis mēstruus defluit intuitu suo speculum san
guineis guttis sepe fedare. Quod ex eo fieri
arbitroꝛ quia spiritus qui uapoꝛ sanguinis est /
Sanguis quidā tenuissimus uidetur esse adeo /
ut aspectum effugiat oculorū. Sed in speculi
superficie factus crassioꝛ clare perspicitur / hic
si in rariorem materiam aliquam ceu pānum /
aut lignum incidat Ideo non uidetur / quia in
superficie rei illius non restat. Sed penetrat.
Si in densā quidem / Sed asperam sicuti saxa
lateres / ⁊ similia / coꝛpoꝛis illius inequalitate
dissipatur / ⁊ frāgitur. Speculū autem ꝓpter
duritiem sistit i superficie spiritum / proꝛpter

equalitatem, lenitatemq; servat infractum, propter nitorem spiritus ipsius radium iuvat ⁊ auget propter frigiditatem rarissimam illius nebulam cogit in guttulas. Eadem ferme ratiõe quotiens hiantibus faucibus obnixe anhelam⁹ in vitrum, eius faciem tenuissimo quodam saliue rore cõspergimus, siquidem halitus a saliua euolans, in ea materia compressus relabitur in salinam. Ergo quid mirum si patefactus oculus ⁊ intentus ĩ aliquem radiorum suorum aculeos ĩ adstantis oculos iaculatur? Atq; etiam cũ aculeis istis, qui spirituũ vehicula sunt sanguineum vaporem illum, quem spiritum nũcupamus intẽdit. Hinc virulentus acule⁹ trãsuerberat oculos, cumq; a corde percutientis mictatur, hominis perculsi precordia, quasi regionem propriam repetit. cor vulnerat. Inq; eius duriori dorso hebescit, reditq; in sanguinem. Peregrinus hic sanguis a saucii hominis natura quodammodo alienus, sanguinem eius proprium inficit. Infectus sanguis egrotat. Hinc duplex sequitur fascinatio. Aspectus fetidi senis, ⁊ mulieris menstrua patientis puerum fascinat. Aspectus adolescẽtis fascinat seniorem. Quoniam vero senioris humor frigidus est atq; tardissimus, vix dorsum cordis attingit in puero, ⁊ ineptus ad transitum cor nisi propter infantiam sit mollissimum, paruz admodum ꝯmouet. Hec ideo levis fascinatio est illa vero grauissima, per quam iunior trãsfigit precordia senioris. Hoc illud est amici optimi de quo platonicus apuleius conqueritur. Causa inquit omnis, ⁊ origo presentis huius doloris, etiam medela ipsa ⁊ sal⁹ unica mihi tu te ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi precordia acerrimum meis medullis cõmouẽt incendiũ. Ergo miserere tua causa pereuntis. Ponite obsecro ãte oculos Phedrũ myrrinusium ⁊ thebanum illum ei⁹ amore captũ lysiã oratorẽ. Lysias ĩ phedri vultum ĩhiat. Phedrus in oculos lysie scintillas suorũ defigit oculorum, cumq; scintillis una transmictit ⁊ spiritum. Radius phedri, radio lysie facile copulatur, Spiritui quoq; facile iungitur spũs. Vapor huiusmodi a phedri corde genitus Lysie statim petit precordia, quorum hebetudine fit compactior, ⁊ ĩ priorem phedri relabitur sanguinẽ. Ita ut phedri sanguis, quod mirum est, iam ĩ corde sit lysie, hinc ad clamorem cõfestim prorumpit uterq;, lysias ad phedrũ. Cor meũ phedre charissima viscera: Phedrus ad Lysiã. O spiritus m̃us, o meus sãguis lysia. Sequitur phedrus lysiã, quia cor suum poscit humorem. Sectatur phedrum lysias q̃a sanguineus humor vas proprium postulat, suaz exigit sedem. Verum lysias phedrum sectatur ardentius. Facilius eñi cor sine minima humoris sui particula: q̃z humor ipse sine corde proprio vivit. Rivus fonte magis q̃z fons rivulo indiget. Igitur ut ferruz qualitate magnetis accepta, ad lapidẽ hũc trahitur quidẽ, lapidem vero nõ attrahit. Ita lysias phedrum magis q̃z phedrus lysiam sequitur. Cap. v.

Quam facile amore irretiamur.

AN potest dixerit quispiam tenuis radi⁹ leuissimus spiritus, pauculus sãguis phedri, tam cito, tam vehemẽter, tam perniciose totum lysiam inquinare? Hoc utiq; mirum nõ videbitur si ceteros morbos, qui cõtagione nascuntur considerabitis, si pruritum, si scabiem si lepram, pleuresim, pthisim. Disinteriã lippitudinem, epidimiam. Amatoria vero cõtagio facile fit, ⁊ grauissima omnium pestis euadit. Quippe spiritalis vapor ille sanguisq; ab adolescẽte seniori prorsus iniectus, quatuor hẽt ut supra diximus qualitates. Clarus ẽ, subtilis calidus, atq; dulcis, quia clarus, oculorũ ⁊ spirituum claritati in seniore maxime consonat blanditur, ⁊ allicit, quo fit ut auide ab illis hauriatur, q̃a subtilis, celerime conuolat in precordia: inde facilime p venas ⁊ arterias in corpus permanat universum. Quia calid⁹, vehemẽter agit, ⁊ movet ⁊ fortius senioris sanguinẽ inficit, eumq; in suam convertit naturã, quod Lucretius ita tetigit.

Hinc in te primum veneris dulcedinis in cor
Stillavit gutta, ⁊ successit frigida cura.

Preterea, q̃a dulcis fovet viscera quodãmodo pascit, atq; oblectat, hinc, fit ut tot⁹ viri sãguis ĩ iũuẽil⁹ sãguis naturã mutat⁹ Iunioris illi⁹ appetat corpus, quo suas venas inhabitet ⁊ recẽtis sanguinis humor, venas quoq; recẽtes ⁊ teneras illabatur, fit etiã ut voluptate simul ⁊ dolore eger iste tãgatur. Voluptate propter vaporis illius, ⁊ sãguinis claritatẽ, atq; dulcẽdinẽ illa siquidẽ allicit, hec oblectat. Dolore propter eius subtilitatem atq; calorem, illa quippe viscera dividit, ⁊ discerpit, iste homini quod suum est aufert, ⁊ ĩ alterius mutat naturam, per quam sane mutationem eum in se quiescere nõ permictit: sed ad eum semper a quo infectus ẽ trahit hoc ita Lucretius innuit

Idq; petit corpus mens unde est saucia amore
Namq; omnes plerũq; cadũt in vulnus: ⁊ illã
Emicat in partem sanguis unde icimur ictu.
Et si cominus est hostem ruber occupat humor

In his carminibus Lucretius non aliter vult sanguinem hominis oculorum radio vulnerati in vulnerantem prolabi, q̃z hominis gladio cesi sanguis prolabitur in cedentem. Huius ut ita dicam miraculi si rationem requiritis afferam. Vulnerat hector Patroclum, ac perimit, Patroclus hectorem inspicit vulnerãtem. Unde eius cogitatio iudicat ulciscendum, confestim ad vindictã bilis accenditur, ab ea sanguis inflammatur, ⁊ ad vulnus evestigio properat, tũ ut partem illam corporis foveat, tum etiã ad vindictam, eodem concurrunt, ⁊ spiritus ii, quia leves sũt, ad hectorem, usq; volantes in eum migrant, eius calore servantur ad temp⁹ puta ad horas septem, eo ipso in tempore si hector cadaveris vulnus, cominus intentus inspiciat vulnus cruorem versus hectorẽ eiicit: potest enim cruor versus hostem quodammodo effluere, tum q̃a non dum calor omnis extinctus est, non dum agitatio quievit interior, tum quia paulo ante ĩ eum concitus fuerat, tum deniq; quia sanguis spirit⁹ repetit suos, atq; etiam spiritus suum attrahunt sanguinem. Simili quodã pacto hominis amore saucii sanguinem festinare inferientem ⁊ Lucretius innuit et nos summopere comprobamus.

De miro quodam effectu vulgaris amoris. Capitulum Sextum.

Dicam ne Viri castissimi, quod sequitur an potius pretermictam? Dicam certe, postquam res ipsa postulat, ⁊ si dictu videtur absurdum. At quis turpia non turpiter dixerit. Tanta ꝓmutatio senioris hominis urgens ad iunioris similitudinem facit, ut iste totum sui corpus in illum transferre: ⁊ totum illius in se transfundere studeat, ut vel recẽs humor vasa recentia, vel vasa teneriora teneriorem consequantur humorem. Hinc multa inter se turpissime facere compelluntur. Cum, n. genitale semen a toto corpore defluat, solo hui⁹ iactu, vel tractu totũ corpus tradere se posse confidunt, ⁊ totum accipere. Id in se ipso philosoph⁹ epicureus ille presensit Lucreti⁹ amãtium omnium infelicissimus.

Sic igitur veneris qui telis accipit ictus.
Sive puer membris muliebribus hũc iaculatur
Seu mulier toto iactans de corpore amorẽ
Unde feritur, eo tendit gestitq; coire.
Et iacere humorẽ ĩ corpus de corpore ductũ
Affigunt auide corpus iunguntq; salivas
Oris: ⁊ inspirant pressantes dentibus ora
Nequicquam: q̃m nil inde abradere possunt
Nec penetrare ⁊ abire in corpus corpore toto
Nã facere interdum velle ⁊ certare videntur.
Usq; adeo cupide veneris compagibus herẽt.
Membra voluptatis dum vi labefacta liq̃scunt

Hec Lucretius epicureus: Quod etiã totum in se capere amatum amantes cupiant. Artemisia Mausolei regis carie uxor ostendit: que supra affectionis humane fidem virum suũ amavisse dicitur. Eiusq; defũcti corpus redegisse in pulverem ⁊ aque inditum ebibisse.

Vulgaris amor est sanguinis perturbatio Capitulum Septimum

ESse vero hanc ĩ sãguine passionem illud argumento est, quod estus huiusmodi alterna requie caret. Cõtinua vero febris aphysicis ĩ sanguine ponitur, que autem horas sex quieti relinquit ĩ pituita, que diem unum in bili: que duos in atre bilis humore. In sanguine igitur illam merito collocamus. In sanguine vz. melancolico, ut ĩ oratione Socratis audivistis, hunc sanguinis contagionis semper afflixio comitatur.

Quomodo amantes fiunt amati similes Capitulum Octauum

Ideo nemo uestrum miretur siquem amātem audiuerit amati sui/similitudinem aliquā uel figuram suo ī corpore contraxisse. Pregnantes sepe mulieres uinum quod auidissime cupiunt/uehemēter excogitant/uehemēs cogitatio/spiritus mouet interiores/atqꝫ in his excogitate rei pingit imaginem: Isti sanguinem mouēt similiter ⁊ ī mollissima fetus materia/uini imaginem exprimunt. Amator aūt ardentius/qꝫ pregnantes suas cupit delitias/uehemētius quoqꝫ ⁊ firmius cogitat. Quid mirum si usqꝫ adeo herētes ⁊ infixi pectore uult9 ab ipsa cogitatione purgantur in spiritu a spiritu statiꝫ in sanguine infigantur? Presertim cum in lysie uenis iam mollissimus sanguis phedri sit genitus ut facillime possit phedri uultus in sui ipsius sāguine relucere. Quōiā uero mēbra corporis singula ut quotidie arescunt: ita sumpto alimonie rore quotidie reuirescunt. Sequitur ut in dies corpus cuiusqꝫ hominis/quod sensum exaruit/paulatim reficiatur. Reficiuntur autem membra a sanguine ex uenarum riuulis emanāte. Ergo miraberis si certa similitudine pictus sanguis eandem mēbris impresserit. Ut lysias tandem phedro in nonullis uel coloribus/uel liniamentis/aut affectibus aut gestibus euasisse similis uideatur.

A quibus precipue irretiamur. Cap. viiii

Queret forsitā aliquis a quibus precipue et quo pacto illaqueētur ⁊ quomodo soluātur amantes. femi e profecto uiros facile capiunt/facilius autem ille: que masculā quandā indolem pre se ferunt: ⁊ tanto facili9 masculi quāto similiores sunt uiris qꝫ femine/⁊ sanguinē spiritumqꝫ habent lucidiorem/calidiorem/subtiliorem/qua in re amatoria cōsistit illaqueatio. Ex maribus autem illi uiros/seu mulieres uelocissime fascināt. qui sanguinei sunt potissimuꝫ: ⁊ quadam ex parte collerici oculos amplos habent/glaucos atqꝫ nitētes: precipue uero si casti uiuant neqꝫ p coitum claro humorum succo exhausto serenos uultus fedauerit Hec enim ad ipsas sagiptas proprie emictēdas que cur uulnerant/ut supra tetigimus requirū tur. Irretiuntur preterea cito quibus nascentibus uenus fuerit ī leōe/uel luna uenerem uehementer aspexerit/⁊ qui eadem complexione sunt prediti. flemmatici ī quibus dominatur pituita: numqꝫ. Melācolici/in quibus atra bilis/uix quidē captantur. Sed capti numqꝫ postea liberantur. Quando sanguineus deuincit sanguineum leue iugum est/suaue uinculum/similis namqꝫ complexio mutuum creat amorē: Huius preterea humoris suauitas spem ⁊ fiduciam prestat amanti. Quando collericus collericū intolerabilior seruitus. Uicissitudinē quidem nonnullā beniuolentie in his facit complexiōis similitudo. Sꝫ igne9 ille bilis humor crebra illos iracundia turbat. Quando sanguineus collericum/aut contra propter suauis simul/⁊ acris humoris conmixtionem alterna tio quedam prouenit iracūdie/⁊ gratie uoluptatis atqꝫ doloris. Cum sanguineus melācolicum ligat nodus perpetuus nō miserimus. Sāguinis quippe dulcedo melācolie amaritudinē tēperat. Cuꝫ uero collericus illaqueat melancolicum/pestis omnium pernitiosissima. acutissimus adolescētis humor seniorisque uiscera passim illabitur. Est mollis flamma medullas. Oritur infelix amator colera ad iracudiā cedesqꝫ prouocat. Melancolia ad merorem ⁊ perpetuā querimoniam. Iis sepe idem qui philidi. Dido ni. Lucretio/amoris est exitus. flegmaticus autem seu melancolicus adolescens ꝑpter sanguinis: ⁊ spirituū crassitudinē capit neminē.

Modus ilaqueationis. Capitulum. x.

Uo autē pacto fascinentur amātes satis supra dixisse uidēmur/si mō illud addam9 mortales tūc summopere fascinari/quādo frequentissimo intuitu aciem uisus ad aciem dirigentes/lumina iungunt luminibus/⁊ longum miseri ebibunt amorem. Huius profecto morbi ut museo placet causa omnis ⁊ origo ē oculus/ideo siquis nitore polleat oculorum/licet minus in reliquis mēbris compositus sit/sepius intuentes ea ratione qua diximus īsānire cōpellit. Qui contra dispositus est/ad moderatam quandam beniuolentiam inuitat potius qꝫ

ardorem. Reliquorum preter oculos mēbrorum concinnitas non cause uim ad egrotationem huiusmodi/sed occasionis ipulsam uidetur habere. Talis quippe compositio eminus prospicientem ut propius accedat hortatur/deinde cernentē cominus in ipsa sui cōsideratione diutissime detinet. Immorantem uero solus ipse ferit intuitus. Ad moderatum autem amorem illum diuinitatis participem. Dequo in hoc conuiuio ut plurimum disputatur/non oculus solus/ut causa Sed partium cūctarum concordia iocunditasqꝫ concurrit.

Curatio amoris. Capitulum. xi.

Actenus quomodo ⁊ a qbus irretiamur tractauimus. Restat ut quomodo soluamur paucis doceam9. Solutio uero duplex altera quidem nature/altera diligentie. Naturalis est que certis temporis iteruallis perficitur. Que non adhunc solum/sed ad omnes attinet morbos/siquidem in cute pruritus eatenus permanet/quatenus tabidi sanguinis fex in uenis/aut salsedo pituite uiget in membris. Defecato sanguine: ⁊ pituita demollita pruritus desinit: ⁊ fede cutis macule abolentur. Euacuationis tamen matura diligentia confert plurimum. Repentina euacuatio/uel fictio periculosissima iudicatur/Inquietudo quoqꝫ amantiū tam diu necessario perseuerat qꝫdiu infectio illa sanguinis per fascinationē in iecta uisceribus pmanēs graui cor premit cura. Uulnus alit uenis/cecis membra flammis adurit. a corde siquidem ī uenas/a uenis in membra fit trāsitus/hac deniqꝫ expurgata amantium. Immo uero amētium cessat inquietudo. Id longum ī omnibus requirit temporis spatium. In melancolicis uero longissimū Presertim si saturni influxu fuerint irrectiti adde ⁊ amarissimū/si saturno retrogrado/uel marti coniuncto/uel soli opposito mācippati sint. Egrotant illi ⁊ diutissime/in quorum natiuitate uenus in domo saturni fuerit: uel saturnum lunamqꝫ uehementer aspexerit. Addenda est naturali huic purgationi diligentissime artis industria. Cauendum in primis ne immatura euellere/uel amputare tētemus neque summo cum periculo discindamus: que tutius dissuere possumus/cōsuetudinis intermissio facienda. Summopere uero cauendum ne lumina oculorum luminibus coniungantur. Siquid in amati animo/uel corpore uitii est diligenter animo reuoluendum. Plurimis/uariis/grauibus negotiis animus applicādus/sepe minuendus sanguis est/uino utendum claro/non numquam etiam ebrietate/ut ueteri sanguine uacuato nouus sanguis accedat/nouus ⁊ spiritus. Exercitatione sepe ad sudorē usque uti prestat/per quam corporis meatus ad expurgationem faciendam aperiantur. Ea insuper omnia que physici ad cordis presidiū adhibent ⁊ cerebri alimentum prosunt quam plurimum. Sepe etiam coeundum Lucretius precipit/sed fugitare decet simulacbra ⁊ pabula amoris. Absterrere sibi/atqꝫ alio conuertere mentem. ⁊ iacere humorem coniectum in corpora queque. Nec retinere semen conuersum unius amore.

Quam noxius uulgaris amor. Cap. xii.

Ed ne diutius de insania loquentes insaniamus/sic breuibus cōcludamus. Insanie species quedam est anxia illa solicitudo: qua uulgares amantes diu nocteqꝫ uexātur: qui amore durante bilis incendio primum: deide atre bilis adustiōe afflicti/in furias igneque ruunt et quasi ceci quo precipitentur ignorant. qꝫ ꝑnitiosus adulterinus hic amor tam amatis qꝫ amātibus sit lysias thebanus ⁊ Socrates apud platonem in Phedro demostrant. Hoc itaque furore homo/in bestie naturam deuoluitur.

Quam utilis diuinus amor ⁊ de quattuor eius speciebus. Capitulum. .xiii.

Diuino autem furore super hominis naturam erigitur/⁊ in deum transit. Est autem furor diuinus illustratio rationalis aie ꝑ quā deus aiam a supis delapsā ad infera ab in

ad supera retrahit. Lapsus anime ab ipso uno
rerum omnium principio ad corpora / per qua
tuor gradus efficitur / per mētem / ratiōem /
opinionem atq; naturam. Nam cum in omni
rerum ordine sex gradus existant / quorū sum
mum tenet ipsum unum infimū corpus. media
uero sunt quatuor que prediximus: necesse ē
quicquid a primo ad ultimum labitur / quatuor
per media cadere. Ipsum unum rerum omniū
terminus ⁊ mensura cōfusionis ⁊ multitudinis
expers. mēs angelica multitudo quidem idea
rū. Sed stabilis ⁊ eterna. Ratio anime mul
titudo notiōum argumentationumq; mobilis
Sed ordinata. Opinio autē inordinata / ⁊ mo
bilis / imaginum multitudo sed substantia
punctisq; unita. cū anima ipsa / in qua est opi
nio / una substantia sit nullum occupans locū.
Natura. i. nutriendi uis ab anima ⁊ animalis
cōplexio similiter / nisi quod per corporis pūc
ta diffunditur. Corpus autem indeterminata
partium ⁊ accidentiū multitudo subiiecta mo
tui / ⁊ substantia punctis momentisq; diuisa.
Hec omnia respicit aīa nr̄a p hec dscēdit / p hec
⁊ ascendit. Ut enī ab ipso uno / quod omnium
principium est producitur / unitatem quandā
sortita est: que omnem essentiam eius uires
operationesq; unit: a qua ⁊ ad quā ita cetera
que in anima sunt se habent / sicut a centro ⁊
ad centrum circuli linee. Unit uero nō modo
anime partes inuicem ⁊ ad totā animam / Sed
animam totam ad ipsum unum rerum omnium
causam. Ut autem diuine mētis radio claret /
rerum omnium ideas per mentem actu stabili
cōtemplatur. Ut se ipsam respicit / rationes
rerum uniuersales cogitat: ⁊ a principiis ad cō
clusiones raciocinatione discurrit. Ut corpo
ra respicit / particulares rerum mobilium for
mas atq; imagines per sensus acceptas opinio
ne uolutat. Ut materiam attigit / natura ue
lut instrumento utitur / quo unit materiā / mo
uet / ⁊ format. Unde generationes / augmēta
⁊ eorū contraria proficiscuntur. Cernitis igi
tur ab uno: quod super eternitatem / in eter
nam multitudinem labitur. ab eternitate in
tempus / a tempore in locum / atq; materiam
Labitur / inquam quando ab ea puritate / qua
nata est longius corpus amplectēdo discedit.

Quibus gradibus diuini furores animam ex tollunt. Capitulum. xiiii.

Ua propter sicut per quatuor descēdit
gradus / per quatuor adscendat necesse
est. Furor autem diuinꝰ est / qui ad supera tol
lit / ut in eius definitione consistit. Quatuor
ergo diuini furoris sunt species. Primus qui
dem poeticus furor. Alter mysterialis. Ter
tius uaticinium. Amatorius affectus est quar
tus. Est autē poesis a musis / mysterium a dio
nysio Uaticiniū ab apolline. Amor a uenere
Redire quippe ad unum animus nequit / nisi ip
se unum efficiatur. Multa uero effectus est.
quia est lapsus in corpus in operationes uarias
distributus / ⁊ ad corporalium rerum multitu
dinem respicit infinitam. Ex quo partes eius
superiores pene obdormiunt Inferiores aliis
dominantur. Ille torpore. Iste perturbatio
ne afficiuntur. Totus autem animus discor
dia ⁊ incocinnitate repletur. poetico ergo fu
rore primum opus est: qui per musicos tonos
que torpent suscitet: per harmonicā suauita
tem que turbantur / mulceat: per diuersorum
denique consonantiam / dissonantem pellat di
scordiam ⁊ uarias partes animi temperet. Ne
que satis hoc est. Multitudo enim ad huc ⁊ di
uersitas restat i animo. Accedit ergo mysteri
um ad Dionysium pertinēs / quod expiationi
bꝰ / sacrisq; / ⁊ omni cultu diuino partiū oīum
intentionem in mentē / qua deus colitur diri
git. Unde cum singule animi partes ad unam
mētem redacte sint / iam totum quoddam unū
ex pluribus factus est aīus. Tertio uero ad
huc opus est furore / qui mentem ad unitatem
ipsā aīe caput reducat. hoc apollo p uaticiniū
efficit. Nā cū aīa supra mentē in unitatē sur
git / futura presagit. Demū cū aīa facta ē unū
Unum inq; quod in ipsa natura ⁊ essentia aīe
est / Restat ut illico in unum / quod est super es
sentiam. i. deum se reuocet. Hoc celestis illa
uenus p amorē. i. diuine pulchritudinis desi
deriū / boniq; ardorē explet. Primus itaq; fu
ror incōcinna ⁊ dissonātia temperat. Secundꝰ
tēperata unum totū ex partibus efficit. Ter
tius unum totum supra partes. Quartus in

C. de Amore

Unum / quod super essentiā ⁊ super totum est /
ducit. Plato In phedro mentem diuinis de
ditam / in anima hominis aurigam uocat. Uni
tatem anime / aurige caput. Rationem / opini
onemq; per naturalia discurrētem / equum bo
nū. Phātasiā confusam / appetitumq; sensuū
malū equum. Anime totius naturam / currū
quia motus suus tamquam orbicularis a se in
cipiens in se deniq; redit: dū sui ipsius naturā
animaduertit. Ubi cōsideratio eius ab anima
pfecta in eandem reuertitur. Alas animo tri
buit: per quas in sublime feratur / quarum alte
ram putamus indagationē illam esse / qua mēs
assidue ad ueritatē adnititur. Alteram boni
desiderium / quo nostra uoluntas semper affici
tur. He partes anime suum amictūt ordinē /
quando perturbante corpore confunduntur.
Primus itaq; furor. Bonū equum. i. rationē
opinionemq; a malo equo. i: a phātasia confu
sa ⁊ sensuum appetitu distinguit. Secūdus ma
lum equum bono bonum Aurige. i. menti subi
cit Tertius aurigam. In caput suum. i. in
unitatem mentis apicem dirigit. Postremus
caput aurige in caput rerum omnium uertit.
Ubi auriga beatus est. ⁊ ad presepe. i. ad diui
nam pulchritudinem: sistens equos. i. acco
modās omnes sibi subiectas anime partes. obii
cit illis ambrosiam ⁊ super ipsam nectar potan
dum. i. uisionem pulchritudinis ⁊ ex uisione
letitiam. Hec quatuor furorum opera sunt.
De quibus generatim i phedro disputat / Pro
prie uero de poetico furore in Ione. de ama
torio In cōuiuio. omnibus his furoribus occu
patum fuisse Orpheum libri eius testimonio es
se possunt. Amatorio maxime Saphon. Ana
creontem: ⁊ Socratem fuisse correptos acce
pimus.

Omnibus iis furoribus amor prestantior est. Capitulum. xv.

Omnium potētissimus / ⁊ prestantissimus
est amatorius. Potentissimus inquam
propterea quod omnes alii ipso necessario in
digent / neq; enim poesim / neq; mysteria neq;
uaticiniū sine ingenti studio flagranti pietate
⁊ sedulo diuinitatis cultu consequimur Studi
um uero / pietatē / cultum quid aliud dicimus
q; amorem? Igitur omnes amoris potentia cō
stant. Est etiā prestantissimus / quoniā adhūc
tamquam ad finem alii referuntur. hic autem
proxime deo: qui nos copulat / hos utiq; furo
res quator / totidem adulterini affectus falso
imitari uidentur. Poeticum quidem musica
ista uulgaris / que auribus dū taxat blāditur
Mysterialē / uana multorū hominū superstitio
Fatidicum / fallax peritie humane coniectio.
Amatorium / libidinis impetus. Uerus enim
amor nihil est aliud q; nixus quidam ad diuinā
pulchritudinē euolandi ab aspectu corporalis
pulchritudinis excitatus. Adulterinus autē
ab aspectu in tactum precipitatio.

Quam utilis amor Socraticus. C. xvi.

Ueritis qd amor Socraticus cōferat?
primo quidem ipsi Socrati plurimū ad
alas illas recuperandas / quibus in patriam re
uolet. Deide ciuitati sue magnopere ad hone
ste feliciterq; uiuendum. Ciuitatem profecto
nō lapides / sed homines faciunt / homines uero
a tenera etate quemadmodum arbores a tene
rioribus curandi sunt / ⁊ ad frugem optimam
dirigendi puerorum curam parentes habent ⁊
pedagogi. Adolescentes autem limites parē
tum ⁊ pedagogorū non prius transgrediuntur
q; iniqua uulgi consuetudine deprauētur.
Superiorem quippe uiuendi normam domi in
hibitam sequerentur / nisi ab ea improborum
hominū / eorū presertim / qui illis blandiuntur
usu / cōsuetudineq; deflecterētur. Quid ergo
Socrates faciet? Num permictet / ut flagitio
sorum cōtagione adolescentia / que future rei
. p. semē est / corrumpatur? At ubi patrie cha
ritas? Succurret itaque patrie Socrates. fi
liosq; illius / suos autem fratres a pernitie libe
rabit. Leges fortasse conscribet / quibus lasci
uos uiros ab adolescentum cōsuetudine segre
gabit. Sed nō omnes ligurgi / aut solones esse
possumus. Paucis legum condendarū datur
auctoritas / paucissimi legibus latis obtēperāt
Quid ergo? uim inferet / ⁊ manu iniiecta se
niores a Iuuentute depellet. At solus hercu
les cum monstris dicitur decertasse. Ceteris
piculosissima ē huiusmodi uiolētia. Forsitan
scelestos hoīes monebit / corripiet / obiurgabit

Ceterum perturbatus animus monentis uer
ba cōtēnit: ⁊ quod deterius est seuit in moni
torē: Qua de causa ab alio pugno ab alio cal
ce dum id tentaret pcussus est Socrates. Uni
ca restat Iuuentuti uia salutis. Socratis cō
suetudo. Huic ergo grecorum ille sapientissi
mus charitate deuictus sese miscet ubiqꝫ ⁊ ma
gna incedit adolescentum comitante caterua
Ita uerus amator / utpote pastor / agnorum
gregem: a falsorum amātium / ceu luporum uo
ragine / ac peste tutatur: Quoniā uero pares
cum paribus facilime congregantur / parem se
facit iunioribus puritate uite / Uerborꝝ simpli
citate / ludis / iocis / atqꝫ facetiis: Seqꝫ ex se
ne puerum facit. In primis ut pueros quan
doqꝫ reddat domestica ⁊ Iocunda familiarita
te seniles. Ad uoluptatem prona iuuentus so
la uoluptate tenetur / rigidos effugit precep
tores / hic nostre adolescētie tutor ad patrie
sue salutē rerum suarꝝ administratione neglec
ta iuniorum suscipit curam / eosqꝫ primum io
cunde cōsuetudinis captat suauitate. Ita illa
queatos monet. Deinde seuerius. Postremo
censura rigidiori castigat. hoc pacto phedonē
adolescentulum lupanari publico prostitutum
ab ea calamitate redemit: fecitqꝫ philosophū
Platonē poesi deditum coegit tragedias igni
tradere: ⁊ studia pretiosiora capessere. Xeno
phontem a uulgari luxu ad sapiētum traduxit
sobrietatem Eschinem / ⁊ aristippum ex pau
peribus diuites: Phedrum exoratore philoso
phum. Alcibiadem ex ignorante doctissimū
reddidit. Charmidē grauem fecit / ⁊ uerecun
dum. Theagem iustum / fortemqꝫ in re. p. ci
uem. Euthydemum / ac Mennonem a sophista
rum captiunculis ad ueram trāstulit sapientiā
Quo factum est ut nō tam Iocunda qꝫ utilis
fuerit socratis cōsuetudo / ac multo ardētius
ab adolescentibus / ut alcibiades ait dilectus
fuerit Socrates quem dilexerit.

Quomodo agende sunt gratie spiritui sancto
qui nos ad hāc disputationē illuminauit atqꝫ
accendit. .Capitulum. .xvii.

Am igitur Conuiue optimi quid amor
sit? Quis uerus amator? Que ue aman
tis utilitas ex uestra primum / ex mea deinde
disputatione feliciter comperisse uidemur.
Huius autem inuentionis felicissime causam
⁊ magistrum eundem ipsum amorem. qui ⁊ cō
pertus est fuisse / pculdubio existimate / Amo
re namqꝫ ut ita dixerim / inuēiendi amoris ac
censi amorem quesiuimus: ⁊ inuenimꝰ. Ut ei
dem inquisitionis ⁊ inuentionis pariter habēn
da sit gratia: O miram numinis huius magni
ficētiam / O incomparabilem amoris begnita
tem. Cetera siquidem numina uix tandem po
stqꝫ diu quesieris se parūper ostēdunt. Amor
etiam quesituris occurrit. Qua propter huic
multo magis qꝫ ceteris homines se debere fatē
tur. Sunt autem qui diuinam potentiam sepe
audeāt execrari scelerum nostrorum fulmina
tricem. Non nulli etiam sapientiam oderunt
nostrorum omnium exploratricem flagiorū.
Amorem uero diuinum bonorum omnium lar
gitorem non amare non possumus. Nos autē
amorem hunc adeo nobis propitium ea mēte
colemus / ut ueneremur. Sapientiam / ⁊ po
tentiam admiremur. Ut amore duce totum
ut ita loquar deum habeamus propitiū / ac to
tum amoris flagrantia diligentes toto etiam
deo amore perpetuo perfruamur.

·FINIS.

Impressum Florentie per Laurentium
·uenetum.

Amor:

Platonis Conuiuiū de Amore. A marsilio fi
cino translatum ad Laurentium Medicem Ui
rum Clarissimum.
Persone dialogi. Appollodorus. Familiares
apollodori. Glaucon. Aristodemus. Socra
tes. Agathon. Phedrus. Pausanias. Erixy
macus. Aristophanes. Diotima. Alcibiades

IDEOR mihi in his que pe
titis satis premeditatus esse.
Heri. n. cum domo ex phale
ro in urbem redirem / quidam
mihi notus a tergo me aspici
ens / eminus uocauit / ⁊ inter uocādum iocatꝰ.
O phaleree inquit appollodore / cur nō expec
tas? Ego autem expectaui. Tum ille. Quere
bam te modo / audire cupiens qui de amore ser
mones habiti sunt i ea cena / ad quam Agathon
Socrates / alcibiades / nonnulliqꝫ alii cōuene
runt. Rettulit quidē mihi ⁊ alius quidam qui
a phenice philippi filio audiuerat. Addiditqꝫ
te scire. Uerum nihil certi: ea de re afferre po
terat. Quare tu mihi referas. Tua. n. inter
est sermones amici tui narrare. Id autem pri
mum dicas. Ipse affuisti cum disputarēt / An
nō? Reuera inquā certi nihil rettulisse tibi il
le uidetur / siquidem conuenisse illos inuicem
nuper existimas. ut ego interesse potuerim.
Existimabam equidem inqt ille: Tū ego. Un
de nam istud audieras uel cōiiectabas? Nescis
o glaucon multis iam annis huc Agathonē nō
accessisse? Ex eo uero tempore quo cū Socra
te uersari assidue cepi. eiusqꝫ tū dicta tum fac
ta diligentius obseruare / non dū tres anni flu
xere. Antea uero quocunqꝫ contingebat ob
errans / existimansqꝫ aliquid agere / omnium
miserrimus eram / pinde ac tu nunc / qui quod
libet aliud agendum censes potius qꝫ philoso
phandum. Ne mordeas inquit ille / sed quo in
tempore / cōuiuium celebratum ē / enarra. Ac
hec inquam. Dum pueri ad huc essemus / in pri
mo tragedie certamine / uictoriam reportauit
Agathon. Sequenti autem die post palmam sa
craqꝫ uictorie gratia celebrata parato conui
uio disputatio istituta fuit: Glaucon / Longū
certe id tempus est. Sed que tibi narrauit?

Nunquid ipse Socrates? Appollodorus. Nō
per Iouem. immo idem qui ⁊ phenici Aristo
demus quidam cydatheneus. qui exiguo corpo
re erat / ⁊ nudis semp pedibus ibat. Interfuit
n. disputationi / quippe qui maxime omnium q
tunc erant / Socratē ut mihi uidetur amaret.
Quin etiam Socratem ipsum de nonnullis q̄
ille rettulerat / percontatus sum. qui in referē
do cum illo consentiebat. Glaucon. Cur ergo
mihi refers? Apta quidem uia est que ducit in
urbem ⁊ ad audiendum pariter ⁊ ad dicendum:
Apollodorus. Sic itaqꝫ inter eundum de illis
uerba fecimus. Qua propter quemadmodum
a principio dixi / in his rebus satis premedita
tus sum. Quod si iterum uobis recenseri hec
uultis / iterū recensebo. Nam quotiens uel ip
se de philosophia sermonem habeo / uel dicētes
alios audio / preter id quod prodesse mihi id pu
tem / mirifice letor. Quotiēs autem sermones
alios audio uestros presertim / qui cumulandis
pecuniis studetis semper / ⁊ ipse angor / ⁊ uestri
misereor: quod efficere aliquid existimetis / cū
nihil efficiatis Forte etiā uos me infelicē puta
tis / quos ⁊ ipse de me uera putare arbitror.
Ego aūt uos nō puto quidē / sed certo scio. Fa
miliaris. Sēp Apollodore eque tibi ipsi ⁊ ali
is detrahis / ac uideris pculdubio te quidē in
primis deinde alios omnes preter unum socra
tem infelices putare. Unde uero insani cogno
men tibi exortum sit / nescio. Semper. n. lo
quendo te ⁊ alios improbas / Socratem unum
probas? Apollodorus: O: dilectissime uir / ex
eo isanire ⁊ delirare me ꝯstat / qō ita de me ac
uobis existimen. Familiaris: De his in presen
tia contendere Apollodore nequaqꝫ decet /
sed precibus nostris obsequere / ⁊ qui sermones
illi fuerint / nobis expone. Apollodorus. Ta
les utiqꝫ illi fuerunt. Immo uero a principio
eodem ordine quo Aristodemus rettulit / uo
bis ipse nunc recensere Conabor. Inquit. n.
Socratem offendisse ⁊ lotum ⁊ calceis pedes
ornatū / que ille raro efficiebat: eumqꝫ inter
rogasse quo nam ita ornatus incederet: Cui re
spondisse Socratem Agathonis domum cena
tum. hesternā uero cenā uitasse / qō turbe pro
pter Agathonis palmā ꝯcursum ueritus esset

Initium narrationis:

promisisse aũt seq̄nti die se affaturũ. Ea uero
de causa se ornasse, ut pulcher ad pulchrũ iret
Quesisse insup quo nam pacto tu Aristodeme
ad cenã ꝓficisceris nõ uocatus? Aristodem⁹.
Ut tu iusseris: So: Sequere me, ut ꝓuerbiũ
transgrediamur, illud in hũc modum mutãtes
quod ad bonoꝝ hoīum cenas boni homines etiã
non inuitati ꝓficiscuntur. Homerus quidem
uidetur nõ modo non obseruare sꝫ ⁊ uiolare ꝓ
uerbium. Nam cũ Agamẽnonem i re militari
strenuũ uirum finxisset, menelaũ uero mollẽ,
ꝯuiniũ celebrante post sacrificiũ Agamẽnone,
menelaum induxit ultro ad mensaꝫ Agamẽno
nis uenientem. Ubi deteriorem ad prestantio
ris uiri mẽsam nõ accersitum uenire fecit: Ari
stodemus: Forte ⁊ ipse. o. socrates non talis,
qualem tu inquis, sed quemadmodũ induxit ho
merus, uilis homuncul⁹ ad sapientis uiri ꝯuini
ũ, ultro uenire uidebor. Cũ ergo me ducas,
uide quã aduentus mei rationem assignes. ego
n. me sponte uenire nõ ꝯfitebor, sed abste inui
tatum dicam: So: In ipso itinere, qd dicturi
simus, inuicem ꝯsultabimus, sed eamus iam.
his dictis iq̄t Aristodẽus ire cepisse, ⁊ Socra
tẽ cogitabundum lento nimis passu gradiẽtem
expectasse sepius, tandem iussisse Socratẽ ut
preiret. Cum uero edibus Agathonis appropi
quaret aptam iannam inuenisse. et aliqd ibi ꝯ
tigisse ridiculum. Inquit. n. quod i ipso limi,
ne famulus qdam intrĩsecus obcurrens, intro
ubi acũbebãt alii ipsum duxit. Quos iam cena
turos repperit. Eumqꝫ ut uidit Agathon: O
Aristodeme ait, oportune uenisti ut nobiscum
cenes. Si uero aliud quicqꝫuis, in aliud tẽpus
differas. Equidem heri te querẽs inuitaturus
te nusqꝫ uidi. Sed cur Socratem ad nos non
ducis? Ego quidem inq̄t Aristodemus retro ꝯ
uersus nusqꝫ uidi. respondiqꝫ Agathoni, eqdeꝫ
cũ illo ueni ab eo uocatus huc ad cenã: Aga:
Recte fecisti, sꝫ ubi nam Socrates? Aristo:
post me paulo añ accedebat. Quare ipse quoqꝫ
admiror, et ubi sit nescio: Agathõ: Quere So
cratem puer ⁊ ad nos introducas. Tu aũt Ari
stodeme iuxta Eryximachum accumbe. heus
tu dato huic manibus aquã, ut iã sedeat: Tũc
ingressum pueꝝ q̄ndam nuntiasse dicebat Ari
stodemus, Socratẽ ipsum i uestibulum ꝓximũ
secessisse, ⁊ accersitũ ingredi nolle: Aga: Ab
surdum qdam narras. Uoca iteꝝ: neqꝫ dimi
ctas quousqꝫ uenerit: Aristode: Non sic: o:
Agathon sed mictite illum. mos. n. Socratis
iste. Non nunq̄ꝫ desistens, ubicunque accidit
consistere solet. Ueniet autẽ cito ut arbitror
Ne turbetis ipsum, sed suo arbitratu uenire ꝑ
mictite: Aga: Ita, si tibi uidetur, agendum
est. Ceterum uos: o: pueri, aliis epulas affer
te. ⁊ quodcunque lubet apponite: Uobis siqui
dem nullus presidet. Id equidem nunquam fe
ci. Quapropter existimantes nunc me una cũ
aliis ꝯuiuio, a, uobis exceptum, curate omnia
diligeter ut uestram opam comprobemus: post
hec addebat Aristodemus cenare eos cepisse.
et socratem agathonis iussu sepe uocatum nõ
prius itrasse q̄ꝫ aliquãtũ se more suo exercuis
set, mediaqꝫ in cena uenisse Ad quẽ Agathonẽ
qui ultimus sedebat ⁊ solus, ita dixisse. hic So
crates prope me sede, ut te tangens sapienti
illa sentẽtia fruar quã i uestibulis excogitasti
Constat. n, inuenisse illã te atqꝫ habere. Alio
quin tam diu non restitisses. Sedisse itaqꝫ So
cratẽ, atqꝫ dixisse. Bene se res nostre haberẽt
agathon: si sapia talis esset, ut in uacuum ho
minem expleniore ipso contactu ꝓflueret quẽ
admodum aqua expleno calice in uacuum ꝑla
nam ĩfluens. Si. n. sapia ita se habet, ꝑ multi
facio, quod apud te sedeo. Repleri quippe ab
ste uberrima ⁊ preclara sapia puto. Mea siqdẽ
tenuis est ⁊ ambigua insomnii cuiusdã instar.
Tua uero luculenta admodum atqꝫ prepollẽs
utpote q̄ i adolescẽtia tua heri i cõspectu plus
q̄ꝫ triginta milium grecoꝝ tam clare emicuit
⁊ effulxit: Agathon: Contumeliosus es. o. So
crates. Atqui hec postea de sapientia ego ac tu
diiudidicabimus dionysio iudice. Nunc autẽ
cena. post hec inquit Aristodemus, socrate si
mul ⁊ aliis discumbentibus libare inuicem ⁊ de
gustare una sacrificãtium ritu, deumqꝫ cãtare
cepisse ⁊ alia quedã ut mos ẽ facientes ad ꝓotũ
se conuertisse. Unde pausaniam ita locutum.
Uidendũ est. o. uiri, quo pacto leuis suauiusqꝫ
bibamus. Nã ut de me in primis uerum fatear
grauatum adhuc hesterno mero me sentio ⁊ in
termissione quadam indigeo. Opinor quoque
et plurimos uestrum similiter affectos esse. he
ri. n. adfuistis. Considerate itaqꝫ quo modo
lenius salubriusqꝫ bibamus. Cui mox Aristo
phanem respondisse. Scite loqueris pausania,
potui moderationem quandam adhibendam es
se. Ego quoque ex his sum qui heri ingurgita
runt. Cum hec audisset Eryximachus Acume
ni filius ait. Probe dicitis. Atqꝫ hoc insuper
a uobis audire desidero quantum bibendo ua
leat Agathon: Agathon: Minime qdem. Con
fert id sane nobis, mihi inquam ⁊ Aristodemo
et phedro, atqꝫ his aliis, quod uos qui ad bi
bendum ualetis plurimum, nunc tamquam bi
bendo defessi probibeatis. Nos enim semper i
becilles. excepto Socrate, qui adutrumqꝫ ido
neus est. Quo circa quodcumque agamus, illi
sat erit: Eryximachus: postquam presentium
nullus ingurgitare mihi uelle uidetur, forte si
uera de ebrietate dixero, minus ero molest⁹.
Id siquidem ex medicine peritia apud me con
stat graue quiddam esse. hominibus ebrie
tatem. Nec. n. sponte super uacue bibere unq̄ꝫ
uellẽ. nec alteri consulerem: presertim siquis
hesterno mero adhuc feteat: huic phedrũ myr
rinusium dixisse Aristodemus inquit. equidẽ
semper tibi fidem habui, i medicina presertim
Nunc similiter, modo ceteri quoqꝫ cõsentiãt
Hec cũ audissẽt omẽs ꝯcessisse iquit, nõ ad ebri
etatem in presenti conuiuio, sed ad uoluptatẽ
esse bibendum. Tum Eryximachus. postq̄ꝫ ui
sum est in cuiusqꝫ arbitrio fore quantum bibat
nemiẽ uero supra q̄ꝫ uelit cogi, quod restat ex
ponam. Tibicinem que modo ingressa est, ab
igendam puto, sibi ipsi tibia personantem, uel
si uelit, mulieribus que sunt intus. nos autem
confabulari iuicem debere hodie iudico. Qui
uero esse sermones nostri debeant, si uultis ape
riam: Ad hec omnes explicare iusserunt. Ery
ximachus deide. Mei inq̄t sermõis exhordiũ
secũdum Euripidis melanippem erit. Neque
enim mea fabula est, quam incepturus sũ, sed
phedri. phedrus iste mecum sepe conqueritur
absurdum quiddam asserens, quod cum in cete
ros deos cantilenas ⁊ hymnos poete finxerint
in amorem tamẽ tãtum talem ue deum nullis
ũquã ex tot poetis laudẽ aliquã scripserit At
q̄ si uis inq̄t. O. Eryximache q̄reret, inuenies
ꝓfecto sophistas disertos soluta oratione her
culẽ aliosqꝫ laudasse. quẽadmodũ peritissimus
prodicbus, quamquam hoc minus alicui mirũ
uideri debet. Sed ego legi quandoque sapien
tis uiri librum: i quo sal ad uictus utilitatem
miris laudibus extollebat: aliaqꝫ huius gene
ris multa repperire licet, laudibus celebrata.
In his itaque studiose uersari, amorem uero
tantum deum, a, nullo adhuc in hunc usque di
em pro dignitate laudari, sed ubique contem
ni, cui non grauissimum uideatur? Mihi quidẽ
oratio hec phedri uera uidetur. Quare ⁊ huic
mũus id cõferre gratificarique cupio: ⁊ deum
hunc honorari, a, nobis decens esse censeo.
Quod si ⁊ uobis uidetur, congrua disputatio
inter nos orietur. Laudandum quippe amorẽ
ab uno quoque nostrum pro uiribus, arbitror
ad dexteram alterum alios deinceps aliis suc
cedendo. Incipiat autem phedrus, cum ⁊ pri
mus sedeat, ⁊ huius sit sermonis inuentor:
Tum Socrates: Nullus tibi. O. Eryxima
che repugnaret. Ego. n. qui istuc renuerem?
cum nihil preter amatoria scire ꝓfitear. Nec
etiam Agathon ⁊ pausanias aduersabũtur: ⁊
Aristophães multo minus, Cuius omnẽ studiũ
circa dionysium ueneremque uersatur: nec ali
us ullus eoꝝ quos nunc intueror. Quamquã
non equa sors nobis obtigit qui extremi di
scumbimus: Nam si priores scite abundeque
dixerint, sat nobis erit. Uerum phedrus felici
bus auspiciis iam exordiatur, amorẽ que hono
ret. His omnes, que Socrates dixerat assen
sere similiterque iusserunt. Singula uero sin
gulorum dicta, nec Aristodemus memoria te
nebat, nec ego que ille recensuit: singula te
neo. Eorum igitur orationem uobis nunc re
feram, qui memoratu digna dixerunt. princi
pio inquit phedrum, hunc immodum exorsum
fuisse:

Agnus deus est amor, ⁊ apud deos homi
nesqꝫ mirandus. cum propter alia multa
tum maxime propter eius originem. Cum. n.
ex antiquissimorum deoꝝ numero sit, honore

Amor

dignus apparet. Id autem ex eo cōstat / quod
parētes amoris / a / nullo uel poeta uel alio quo
uis descripti sūt qꝫ hesiodus pricipio chaos ex
titisse his. uerbis asserit Terra āpla stabilisqꝫ
sēp omnium sedes atq̃ amor. post chaos uꝫ asse
rens duo hec extitisse terram atque amorem.
Parmenides autem de generatione illius in
quit. Ante deos omēs primum generauit amo
rem. Acusileus quoqꝫ cum hesiodo sentire
uidetur. Atqꝫ ita passī amorem ex antiquissi
mis esse cōceditur: Cū uero talis sit maxiorꝫ
bonorum nobis est causa: Nam quid melius ac
cidere possit adolenscenti qꝫ optimus ama
tor / aut amatori / qꝫ amatus optimus / non
inuenio: Duo quidem sunt / que a pueritia per
omnem uitam ducere illum debent qui sit pre
clare uicturus: In rebus turpibus / uerecūdia
honestis studium: hec autem nobis neqꝫ genus
neqꝫ diuitie / neque honores prestare citius ac
melius qꝫ amor / possunt. Neque absque his
duobus aut ciuitas unquam aut priuatus pre
clarum aliquid ⁊ magnificum perficere poterit
Assero equidem amatorem / si turpe aliquid a
gere uel pati ab aliquo per ignaniam nec repu
gnare ⁊ ulcisci deprehendatur seu a prē siue ab
amicis / siue ab alio quouis homine / haud tam
uehementer angi / qꝫ si forte ab amato depre
henderetur. Similiter adolescentē tunc ma
xime erubescere cernimus / cū amator eum tur
pe quid commictētem offendit. Si quo pacto
fieri ciuitas uel exercitus posset partim ex his
qui amant partim ex his qui amantur / supra qꝫ
dici possit / fortiter agerent administrarentqꝫ
singula / dum per uerecūdiam / a / turpibus ab
stinerēt / ⁊ ad honesta q̄si q̄dā emulatōe ꝯtende
rēt / talesqꝫ hoīes uel pauci numero / uniuersos
ut ita dixerī homines prelio superarent. Ama
tor sane uel deserere ordinem uel arma abiice
re coram amato uehementius qꝫ coram cunctis
aliis hominibus erubesceret. Immo obire sepe
numero mallet / qꝫ dilectum derelinquere ⁊ in
periculis nō succurrere. Nec ullus adeo igna
uus est / quem amor nō inflammet ⁊ ad uirtutē
diuinum reddat / ut uiro fortissimo par euadat
Et. n. quod Homerus inquit uim furoremqꝫ /
a deo quibusdam heroum inspiratū: hoc amor

amantibus efficit. Quin etiam pro alio mori
amantes soli eligunt / non uiri tantum sed et
mulieres. Cuius sermonis testimoniū grecis
Alceste pelii filia māifestuꝫ exhibuit. q̄ sola ele
git pro uiro suo perire / cum tamen ⁊ pater ⁊ ma
ter illi adessent / quos illa propter amorem /
charitate adeo supauit: ut eos extraneos ⁊ no
mine dumtaxat filio suo coniunctos esse mon
straret. Quod quidem facinus tam preclarum
non tantum ab hominibus / uerum etiam a diis
est iudicatum / ut cum / e / multis q multa ⁊ egre
gia gesserant dii reuiuiscēdi munus paucis ad
modum ⁊ prestantissimis tribuissent / hanc ab
feris cōtinuo suscitarit / tam egregio facinore
delectati. Tāti studiū uirtutemqꝫ circa amo
rem dii estimant. Orpheum uero Iagri filium
uoti impotem ex inferis emiserunt / Neqꝫ. n.
feminam cuius gratia descēderat / restituere /
sed illius phantasma monstrarunt: Cum non
auderet ut alceste amoris gratia mori: sed
utpote citharedus / mollitie quadam absterre
retur: ⁊ machinamenta quedam excogitaret /
quibus uiuens ad inferna descenderet: Cuius
delicti penas eum pendere decreuerunt: iusse
runtqꝫ / a / feminis lacerari. Achillem autem
thetidis filium honorarunt / ⁊ in beatorum in
sulas miserunt. quia cum accepisset / a / matre
si hectorem occidisset / statim sibi moriendum
fore: Sin minus: in patriam se rediturum ⁊ se
nem denique moriturum / audacter elegit pro
patroclo amatore suo pugnare eiusque mortē
ulcisci. nec pro illo mori solum / sed ⁊ perem
pto illo iterfici. Quod quidem magnopere p
bantes dii / insigni eum gloria decorarunt /
quia tanti amatorem suum fecisset. Eschylus
plane delirat / cum patroclum ab Achille di
cit amatum: qui non patroclo tantum / ue
rum etiam cunctis heroibus forma prestabat
eratqꝫ adhuc inberbis multoque natu minor
ut inquit homerus. Reuera uirtutem hanc in
amore dii plurimi faciunt. Vehementius autē
admirantur / delectanturque ac maiora benefi
cia conferunt / quando amatus amatorem tu
tatur ⁊ diligit / qꝫ cum amator amatum.
Diuinior enim est amator amato / cum diuino
furore sit raptus. Quamobrem Achillem ma

gis qꝫ Alcestem honorarunt: illum quippe i be
atorū isulas transmiserunt. Ex his omnibus
amorem assero deorum omnium antiquissimuꝫ
atqꝫ summopere uenerandum ⁊ maxime omniū
ad uirtutem ⁊ beatitudinem consequendam ho
minibus tam uiuentibus qꝫ defunctis conduce
re. Talem fuisse sermonem phedri narrauit.
Post phedrum uero alios quosdam fuisse locu
tos: sed / e / memoria excidisse. Eos igitur
pretermictens hanc quā modo referam oratio
nem pausanie rettulit. Pausanias:

Non Etur mihi Phedre haud satis recte
sermo ille nobis esse propositꝰ / quo amo
rem simpliciter laudare iubemur. Nam si unꝰ
esset amor / probe dictum fuisset. Cum uero nō
unus sit dumtaxat / satiꝰ cum prius qui sit lau
dandus exprimere: hoc itaque emendare cona
bor. primo. n. quem amorem laudare deceat
explicabo: deinde pro dei istius dignitate ex
tollere nitar. Neminem profecto latet / absqꝫ
amore uenerem nunqꝫ esse. Quare si una esset
uenus / unus ⁊ Amor. Quonia uero due sunt
Veneres / geminum quoque amorem esse neces
se est. Geminam autem deam hāc esse quis
neget? Nōne una quedam antiquior est ⁊ sine
matre uenus / celo nata? Quam celestem uene
rem nuncupamus. Altera uero Iunior / e Io
ue ⁊ Dione progenita / quam uulgarē commu
nemqꝫ uocamus. Necessarium itaque amorem
ueneris illius comitem / celestem uocari: hu
ius uero uulgareꝫ. Laudare quidem deos om
nes decet. Sed utriusque amoris opera distin
guenda: Actionis cuiuslibet hec est conditio
ut suapte natura neque honesta sit neque tur
pis. Vt ea que nunc nos agimus. bibere. cane
re. disputare. Nullum ex his se ipso turpe uel
honestum. Sed agendi modus / actioni certum
tribuit cognomentum. Quod enim bene recte
qꝫ agitur. honestum. quod non recte / turpe re
sultat. Eādem ratione nō quilibet amor ⁊ qui
uis amandi modus / honestus est atqꝫ laudan
dus. Immo ille solus / qui honeste amare nos
exhortatur. Et enim Vulgaris communisque
Veneris amor reuera est ⁊ ipse uulgaris: ⁊
quodcunqꝫ contingit / peragit. Atqꝫ is est /

quo praui abiiectiqꝫ homines amant. Amant
porro feminas non minus qꝫ masculos ⁊ corpo
ra magis qꝫ animos. ⁊ sine mente homines po
tius qꝫ prudentes. Ad explendum sane desi
derium inhiant honeste uero nec ne expleant /
omnino non curant. Quo fit ut quodcun
qꝫ sors illis offert / exequantur. ⁊ bonum si
militer atqꝫ malum. Affectus enim huius
modi / a / Venere illa Iuniore ⁊ utriusqꝫ sexus
in generatione participe profluit. Amor au
tem qui celestem sequitur / uenerem / que non
femine / sed masculi tantum sexus in genera
tione est particeps / ipse quoqꝫ genus respicit
masculum. Deinde quoniam Antiquioris ue
neris pudiceqꝫ est comes / et ipse petulantie
omnis est expers. Quo circa quicunque amo
re hoc inspirati sunt / genus masculum natura
robustius ⁊ generosius: ⁊ mentis magis parti
ceps diligunt. Et q amore hoc sicere pfecteqꝫ
sunt rapti ex hoc perspicue dinoscuntur: quod
pueros non amant / sed adolescentes cum men
te ualere iam ceperint. huiusmodi uero ge
nus exercende menti propiquius est. ad eamqꝫ
exercendam familiaritas inter illos initur.
Parati. n. sunt arbitror qui sic amare incipi
unt / per omnem uitam simul ⁊ communiter ui
uere. neqꝫ amatum decipere / neqꝫ ab uno in al
terum amandum abire: neqꝫ. n. pueros adhuc
mentis expertes amant: quos deinde exsole
tos irrideant ⁊ relinquant. Oporteret autem
legibus institutū esse ne quis pueros amet / ne
in re ambigua frustra tantum studium ponere
tur. Incertum. n. est quo aut corpus aut ani
mas puerorum tam sꝫm uirtutem qꝫ sꝫm uitiū
postremo deueniat. Probi quidem uiri legem
hanc sibiipsi sponte preponunt. Oportet quoqꝫ
eidem legi uulgares amatores adhibita necessi
tate subiicere. Quemadmodum illos pro uiri
bus amare mulieres liberas prohibemꝰ. hi nam
que sunt / qui in turpissima queqꝫ labuntur.
Vnde orta est illorum sententia qui turpe aiūt
amatoribus obsequi. Hi uero de uulgaribus
amatoribus ista locuntur: quia importunitatē
iniustitiamqꝫ illorum agnoscunt ⁊ improbant
Nihil autem quod modeste ⁊ legitime fit / uitu
perare decet. Lex utiqꝫ de amore i ciuitatibꝰ

aliis inſtituta/intellectu facilis ē/quoniā ſim
pliciter traditur. Apud nos autē ⁊ lacedemo
nios uaria extat. In elide namqꝫ ⁊ apud boeti
os: ⁊ ubi dicendi arte homines carent/ſimpli
citer lege ſtatutum eſt/morem amantibus eſſe
gerendum, nec apud eos quiſqꝫ aut iuuēis aut
ſenex/turpe id predicaret. Quod qdem ea de
cauſa ab illis arbitror eſſe factum/ne i perſua
dendis adoleſcentibus elaborandum illis eſſet
utpote qui ad orandum inepti ſunt. In Ionia
uero ⁊ apud alioſ multos qui barbaris ſubiiecti
ſunt/omnino turpe hoc lege cenſetur.
Nam inter barbaros quidem propter tyranni
des turpe iſtud habetur/⁊ ſapiētie preterea at
qꝫ gymnaſtice ſtudium. Neqꝫ. n. tyrannis cō
ducunt ea ſtudia: que ſubditorum mentes acu
tas generoſaſqꝫ reddūt. q̄ ue amicitias inter
eos idiſſolubiles ſocietateſqꝫ frequentes pari
unt Que cum ab aliiſ tum uel maxime ab amo
re gigni conſueuerunt. Hoc autem ipſo euen
tu tyranni noſtri didicerunt. Nam Ariſtogi
tonis amor ⁊ hammodii amicitia cōfirmata/
illorum tyrannidem diſſipauit. Atqꝫ ita ubi
cumqꝫ amoris indulgentia fundit⁹ ſublata ē/
prauitate illorum qui leges condiderunt/eſt
uetita ſ pricipum quidem iniquitate ⁊ uiolen
tia/ſubditorum ignauia. Ubi uero penit⁹ per
miſſa eſt/propter eorum qui ſic ſtatuerunt/ſe
cordiam ⁊ ſegnitiem eſt pmiſſa. Hic uero mul
to rectius eſt inſtitutum: ſed ut dicebam non
facile cognitu. Concedi plane uidetur/ſiquis
animaduertat/quod dicitur/preclarius eſſe
palam amare q̄ꝫ clanculum, eoſqꝫ precipue qui
generoſi ⁊ optimi ſunt/etiam ſi minus formoſi
q̄ꝫ alii uideantur. Fauet quoqꝫ amatori q̄ꝫ plu
rimuꝫ communis omnium cohortatio, quaſi ni
hil turpe agrediatur. Nam communiter ſiqs
amatum capiat pulchrum quiddam uidetur. ſi
non capiat/turpe. Et lex ad amatum ſibi con
ciliandum amatori mira quedam machinamē
ta concedit: laudariqꝫ permictit. q̄ ſiquis ali
quando cuius uis gratia tentare auderet/ma
ximas apud philoſophos uitupationes incur
reret. Siquis. n. accipiēde ab aliquo pecunie
uel magiſtratus/potētie gratia/aggrediatur
illa que erga amatos amātes/paſſim obcurrat

ſupplex oret/obteſtetur/ad fores noctu iace
at/⁊ ſedula quadam obſeruantia ſeruiat ⁊ i om
nib⁹ obſequatur/que ſeruu⁹ aliquis agere nec
uellet nec ēt cogeretur ab iimicis pariter ⁊ ami
cis iurgabitur. Illi adulatiōes ſeruileſqꝫ aſſē
tatiōes uitupabūt. Iſti corripient eoſqꝫ ſerui
tutis amici ſui pudebit. Amator autē dum iſta
facit/gratiam adipiſcitur: ⁊ quaſi preclarum
aliquid agat/a/lege abſqꝫ ulla infamie nota fa
cere iſta permictitur. Quod ue permaximum
eſt/uulgo fertur/quod ſolis amatoris periu
riis dii dant ueniā. Venereum quippe iuſiurā
dum nihil ualere aiunt. Itaqꝫ tam dii q̄ꝫ homi
siquando in cōmunioem recipiatur An non hic erit/o/simmia siquis unq̄z alius ipsius quod uere est cōpos. Sim. Mirifice uera loqueris Socrates? So. Nōn ne igitur ex his omnibus necessario sequitur opinionem eiusmodi legiptimis philosophis usqzadeo constare debere ut ad se inuicem ita loquantur? Necessaria iam ratione concluditur nos quadam rationis ipsius uia ad id cōsiderādo perduci: vz donec corpus habemus animusqz noster tanto malo erit ammistus/nunq̄znos id quod desideramus ne⁊ ad uotum consecuturos. Impedimentaenim pene innumerabilia corpus prebet propter necessariam eius alimoniam/preterea morbi nobis hinc incidentes inuestigationem ueritatis inpediunt amoribus cupiditatibus/timoribus/multiplicibus qz imagininibus. Multis deniqz nugis nos implet. ut uerissime dicatur nihil pensi unq̄z ac ueri nobis afferre. Nam ad bella ad seditiones/ad pugnas nihil aliud q̄z corpus multiplex eius qz cupiditas impellit. Omnia ēim pecuniarum gratia fiunt. Pecunias autem querere cogimur corporis gratia usui eius inseruientes/atqz ita fit propter hec omia a philosophie studiis abstrahamur. Extremum uero omnium est quod siquid ab ipso ocii nobis contingat nosqz ad considerandum aliquid conferamus i uestigantibus nobis rursus ubiqz se se opponens tumultu quodam perturbat animum 7 quasi percutiens reddit attonitum: adeo ut hoc obstaculo inpediti uerum perspicere nequeamus Ceterū nobis reuera demōstratū est: si qn̄ optamus pure aliquid intelligere recedere a corpore oportere: atqz ipso animo res ipsas cōsiderare Atqz tunc ut apparet compotes eius quod affectamus: cuius ne amatores profitemur nos esse scilicet sapientie cum uidelicet mortui fuerimus/quem admodum significat ratio: dum autē uiuemus nequaq̄z. Nempe si nihil cum corpore pure discerni potest / duobus alterum aut nullo modo possumus scientiam consequi / aut post mortem: Tunc enim animus ipse per se ipsum erit seorsum a corpore: prius uero nequaq̄z: Atqz dum uiuimus/ita/ut uidetur proxime ad sciētiam accedemus/si q̄zminimum cum corpore cōmertium habuerimus: neqz quicq̄z cum illo cōmunicauerimus/nisi quātum summa cogat necessitas: neqz huius natura replebimur: Sed ab eius cōtagione cauebimus. quoad deus ipse nos soluat: atqz ita puri 7 a corporis in sania liberati/ut consentaneum est: cum talibus erimus cōgnoscemus qz per nos ipsos sincerū quodlibet idest forsitan ipsum uerum/nam impuro quidem purū attingere nefas est. Talia equidem/o simmia iudico necessarium esse / omnes discendi cupidos loqui inuicem atqz opinari. An nō ita tibi uidetur? Sim. Et maxime quidem omnium o/socrates. So. Si hec igitur uera sunt/o/amice magna spes est eunti illuc quo nunc ego proficiscor/sicubi/7ibi sufficienter eius rei se compotez fieri/cuius gratia tantum nos negocium in superiori uita suscepimus. Hanc ergo migrationem/i presentia mihi in iunctam bona cum spe suscipio: similiter qz quiuis alius/qui modo putauit preparatam sibi mentem tanq̄z purificatam. Sim: Ita prorsus. So. Purificatio uero non ne in hoc consistit/quod iā dudum dicebamus uidelicet ut q̄z maxime possumus seiungamus a corpore animum? potest 7 in presenti tempore 7 infuturo a corpore tamq̄z a uinculis resolutum. Sim. Maxime quidem. So. Non ne igitur hec mors apellatur solutio anime separatio a corpore? Sim. Prorsus. So. Soluere uero ipsum quemadmodū confitemur omni tempore maxime ac soli student qui recte 7 philosophātur: Atqz hec ipsa philosophorū meditatio est animum a corpore soluere atqz separare. Non ne ita? Sim. Ita uidetur. So. Quā obrem ut inpricipio dicebam ridiculum foret si uir qui se in uita sic comparauit ut q̄z proxime ad mortem accederet ea deinde ad ueniēte perturbaretur. Nō ne ridiculū? Sim Quidni: So. Reuera igitur recte philosophantes mortem ɔmentātur. atqz ad ea minime oium preterentur. Ita ūo ɔsidra. Cū. n. corpus quidem ubiqz aspernentur/animum uero ipsū cupiant secundum seipsum habere/nō ne summa esset absurditas? Si tunc quando id euenit expauescant molesteqz ferāt/neqz libenter illuc proficiscantur/quo cum peruenerint/spes est eo quidē quod amabant in uita potiri amabāt autem sapientiam: eo autem cui9 cōmertiū moleste ferebāt/liberari. An uero amatis7 mulieribus 7 filiis defūtis multi iā spōte uoluerūt ad in feros pficisci/sperantes/eos ibi uisere cū eis qz uersari quos amauerāt. Sapientie autē uerus amator uehementer in hanc ipsam spem adduct9 non aliter eam pdignitate ulla se comparaturū q̄z si moriatur imminentem mortem egre feret/ac non libenter hinc illuc emigrabit. Arbitrari quidem o amice oportet/si uere philosophus sit magno pere apud ipsum hanc opinionem ualere: ut nō alibi purā sapientiā posse assequi speret q̄z in futura post mortē uita. Si autem hoc ita se habet nō ne quemadmodū modo dicebam preter ratioēm foret omnio si mortem uir eiusmodi formidaret. Siz. pionem cōtra rationē. So. Sufficiēs ergo coiectura erit si quem uideris moleste mortē ferre/eū nō esse philosophū. sed philosomatū quedā. i. corporis amatorē. Atqz eūdem ferme philocrimatū 7 philotizū. i. pecuniaꝝ honoꝝqz cupidū: ac tale aut alterū hoꝝ affectet/aut utrūqz. Sim. Omnino ita est ut ais. So. Proide que o simmia fortitudo nomiatur/an non uiris eiusmodi maxime cōuenit? Sim: maxime. So. Non ne 7 temperantiā cuius pleriqz aiūt officium esse nequaq̄z prosternere se libidiib9 sed paruipēdere illas modestiam qz seruare. His dum taxat conuenit qui corpus despiciunt maxime atz in philosophia uiuunt. Sim. Necesse est. So si .n. considerare uelis fotitudinem temperātis qz alioꝝ tibi perabsurda uidebitur: Sim: Quanaz o socrates ratiō? /So/scis utiqz ceteros omēs mortem unū ex maximis malis existimare Sim/Et maxime quidē/So/No ne igitur maioꝝ metu maloꝝ qcūqz iter eos fortes sūt sustinēt mortē qn̄ substinent? Sim/hoc pacto So/ Metuendo igitur atqz metu fortes rasūt omnes preter philosophos 7 si absordū est metu uł timiditate aliqm esse fortem/Sim nimiū certe/ So /Quid autem qiter eos moderati dicūtur nō ne simili quodā pacto affecti sunt intemperātia uidelicet quā dā tempati Quāq̄z Impossibile id esse dicim9 uerūtamn illis eueit affectio quedā huic similis in isthac eoꝝ fatua temperātia/Timentes enim ne aliis careāt uoluptatib9 easqz appetentes a ceteris abstinent/ab aliis supati: Et si uocāt intēpanti/auoluptatib9 superari ueꝛūtam accidit eis supati auoluptatib9/alias supēt uoluptates Iā uero id illi simile est quod modo dicebatur/s/quodāmodo p itempātiā fieri tēpatos/Si: Simile qdem / So / Aiaduertendū est o beate simmia ne hec haud q̄q̄z recta sit ad uirtutē uia uoluptates uidelicet uoluptatib9 dolores dolorib9 7 metum metu 7 maius minori tanq̄z nummos cōmutare / sed ille dumtaxat rectus sit nummus cuius grā hec omia oporteat cōmutari atqz uenūdari/s/sapia prudentia pqua 7 cum qua oia ēpta ac uendita reuera sit 7 fortitudo 7 tepātia 7 iustitia ac summati uera uirtus cum sapientia siue prudentia et accedentib9 7 recedentib9 uoluptatib9 7 timorib9 ceteris qz gen̄ris ei9dem. Si autem a sapientia segregata iuicez conmutator adumbratis qdā sit ei9moi uirtus ac reura seruilis nihil sani ueri qz possidens Uirtutis autē ueritas i hoꝝ ōniū purificatione reuera cōsistat 7 tēpātia 7 iustitia 7 fortitudo 7 sapia ipā sit purificatio qdā/ Quā obrē hiq mysteria nobis ɔstituerūt minime cōtēnēdi uidētur sed reuera iā diu occulte nos admōere qcūqz nō expiat9 neqz iitiat9 migrabit ad iferos eū iacere iluto qcūqz ūo purgatus atqz iitiat9 illuc accesserit cū diis habitare Aiūt. n. q mysteria tractāt miistri bachi ferētes ferulas narthecophori qdē feruligeri multi sūt bachi uō pauci/ Hi uō ut eqd opiōr nō alii sūt q̄z q recte phāti sūt/quoruz qdē i nūo esse me neqz i feriorē qdē omi studio puirib9 conatis sū/ An uō recte ɔtēderi aliqd ue pfecerı cū illuc pueñrim9 certo sciem9 si deus uoluit paulo post ut mihi uidetur. Hec igitur mea excusatio est/o/simmia 7 o cebes quāvz obcām cū uos eosqz q hic sūt dnōs reliquā ā mrito nō egre ferā neqz pturber. spero. n: me 7 illic nō min9q̄z hic bōos dnōs amicos qziuētuꝝ: Multi uō id miime credūt. Si igitur defēsio mea uobis magisqz athenīēsib9 iudicib9 psuasit bn̄ se res hēt. Cū hec. so. dixisset suscipiēs sermonē cebes sic iqt cetera qd o. so. recte dcā uidntur q̄ntū ūo ad ipām aiam spectat uald ābigūt hoēs ne aia acorpe sepata ūsq̄z sit alteri9 sz ead ipā die qua hō mortē obierit itereat statiqz seiūcta a corpore dissoluatūr atqz exhalās qiuēt9 aut fumus dissipetur atqz euanescat nz usq̄z ulteri9 oznino sit aliqd. Profecto si esset alicubi collecta i semet ipām 7 ab his malis que tu mō narrabas liberata/multa nimiꝝ bcā qz spes

ect o socrates uera que dicebas fore. Ceterū
ad id fortasse ꝑsuasione fideqꝫ non parua opꝰ
est: ut credatur superesse animā post interitū
hominis: atqꝫ aliquam uim intelligentiāqꝫ ha
bere. So. Uera o cebes loqueris. Uerū quid
agendum censes? an forte de his ipsis confabu
landum: utrum ita fore an aliter probabile sit
. Cebes. Libenter equidem audirem de his re
bus qd sentias: Socrates. Nemine arbitror
hec audientem nec si conmedus quidem sit esse
dicturū nugari nūc me: ac de quibus minime
oporteat uerba facere. Si ergo placet opor
tetqꝫ considerare id hoc pacto consideremus
utrum uidelicet: apud inferos sint mortuoꝝ a
nime nec ne. Uetus qdē hic extat sermo cu
ius memores sumus abire quidem illuc aīas ō
functoꝝ: rursusqꝫ huc reuerti/ fieriqꝫ ex mor
tuis. Atqui si hoc uerum est ut ex mortuis ite
rum uiuentes fiant essent anime illic nostre .
Neque enim rursus fierent si alicubi non essent
Atqꝫ hec sufficiens coniectura est /ita esse / si
reuera constet haud aliunde uiuentes fieri qꝫ
ex mortuis. At uero nisi id sit/alia opus erit
ratōe/ Ce/ Omnino. So. Neqꝫ uero id in ho
minibus solum si planius intelligere uis consi
deres: sꝫ in animalibus omnibus ⁊ plantis atqꝫ
ut summatim dicam/in omnibus que gignūtur
in his iqꝫ omnibꝰ ꝯsideremus nunquid omnia
sic fiāt: nꝫ aliū qꝫ ex contrariis ꝯtraria qbꝰ
cūqꝫ tale aliqd ꝯtigit/ qmadmōū pl'chrū turpi
qdāmō ꝯtrariū ē/ ⁊ iustū iniusto aliaqꝫ eiꝰmōi
qꝫ ꝑl'ria uidꝫꝰ. Ergo utꝝ necessariū sit/cuicū
qꝫ aliqd ē ꝯtrariū/ nl'o mō aliū id qꝫ ex suo ꝯ
trario fieri. Ueluti quādo quid maiꝰ efficitur
necesse est ex eo quod ante fuerat minus/ poste
a maius euadere. Ce. Ita est. So. Nonne ⁊
si minus aliquid fiat/ex eo quod ante maiꝰ erat
postea fiet minus? Ce. Sic omnino. So. qn
etiam ex robustiori debilius/ex tardiori uelo
cius. Ce. Prorsus. So. Quid uero? Siquid e
uadat deterius/non ne ex meliori: Et si iustꝰ
ex iniustiori? Ce. Quid ni: So: In omnibus
igitur/ satis id exploratum habemus/ omīa ita
fieri/contra uidelicet ex contrariis. Ce. ꝑr
sus: So: Quid rursus? Est ne medium aliquid
inter contraria duo? Due uidelicet inter illa
generationes siue progressiones ab altero qui
dem in alterum: atqꝫ in alterum uicissim ab al
tero. Sane inter maius atqꝫ minꝰ medium ob
tinet incrementum ⁊ decrementum: dicimus
qꝫ id quidem crescere/illud uero decrescere.
Ce. Ita: So: Nonne similiter discerni uicis
sim atqꝫ ꝯfūdi: frigescere ⁊ incalescere: oīaqꝫ
eodem pacto. Et si nomina nobis desunt ali
cubi/ubiqꝫ tamen ita necesse est fieri uidelicet
omnia ex contrariis inuicem: generationēqꝫ
esse utriusqꝫ uicissim in alterum: Ce: Omnino
quidem: So: Quid uero? ei quod est uiuere:
est ne aliquid contrarium? Quemadmodum ei
qd uigilare est. Dormire ꝯtrariū. Ce. Sic ē:
Omnino: So. Quid nā? Ce: Mori: So: an
non ex se inuicem hec fiunt: siquidē contraria
sunt, ? Cūqꝫ duo sint: due quoqꝫ inter hec ge
neratōes mutue siue ꝑgressiōes: Ce. Nihil ꝑ
hibet: So/ Alteram quidem coniugationem
eorum que modo dicebam/ego tibi dicā ꝑ ip
sam qꝫ generationes eorum: Tu uero mihi
aperies alteram. Dico autem illud quidē dor
mire illud autem euigilare. Atqꝫ ex sōnno ui
giliam fieri/ ⁊ ex uigilia somnum? hoꝝqꝫ gene
rationes hanc quidem conniuere: illā uero
expergisci. Satisfeci tibi nec ne? Ce. Satisfe
cisti certe. So. Dic tu mihi quoqꝫ similiter dē
uita atqꝫ morte. An nō ꝯtrarium uiuere dicis
esse atqꝫ mori? Ce. equidem. So. ⁊ ex se inui
cem fieri? Ce. Ita. So. Ergo ex uiuente qd
nam fiet? Ce. mortuum. So. Quid autem
ex mortuo? Ce. Necesse est confiteri uiuens.
. So. Igitur ex mortuis o cebes uiuentia fiūt
atqꝫ uiuentes. Ce. Apparet. So. Sūt igitur
apud inferos anime nostre. Ce. Uidetur. So
Non ne ergo ⁊ generationū que circa hec sūt
altera quidem manifesta est? Mori enim mani
festum est non ne? Ce. Ita prorsus/ So/ quid
nam igitur faciemus. Non reddemus uicissim
generationem huic contrariam. Sed hec in re
dumtaxat mācam dicemus naturam esse? An
uero necesse est reddere ei quod mori est cōtra
riā quādā generationē. Ce: Oio. So. Quam
uero istā? Ce/ Reuiuiscere: So: ñ ne igitur si
reuiuiscētia ē ꝑgressio quedā hec ē ex mortuis
ad uiuētes. Ce. ē utiqꝫ. So. ꝯuenit ergo nobis
hac isup rōe. uiuentes ex mortuis fieri nihilo
minꝰqꝫ mortuos ex uiuentibꝰ. Quod cum ita
sit sufficientem coniecturam hinc haberi aīas
mortuorum necessario alicubi esse/unde iteꝝ
reuertātur. Ce. Uidetur mihi o socrates hoc
ex his que concessa sunt/necessario sequi: So
Animaduerte ergo o cebes haud ab re nos hec
ut arbitror concessisse. Nisi enim continue al
tera uicissim alteris redderentur quasi quodā
circulo remeantia: sed directa quedam pro
gressio foret dumtaxat ex altero in eius oppo
situm/neqꝫ rursus reflecterentur in alterum
facerentqꝫ regrexum: omnia tandem mihi cre
de eandem subirent figuram atqꝫ passionem fi
eriqꝫ cessarent: Ce: Quonam id pacto dicis?
So. Haud quaqꝫ intellectu difficile est /quod
loquor. Perinde enim ac si in somnium cade
retur quidem/ab eo uero in uigiliam nunqꝫ re
surgeretur/minime te latet/omnia tandem eo
deuentura/ut endimion ridicula quedam fabu
la uideatur/neqꝫ appareat usqꝫ: Cum cetera
quoqꝫ uniuersa somno similiter opprimantur
Proinde si confunderentur quidem omnia/nū
qꝫ uo discernerētur Anaxagore illud repēte
contingeret uniuersa uidelicet esse simul .
Eadem ratione o amice cebes/si quecūqꝫ uitā
acceperint moriantur/mortua uero cū fuerit
mortua relinquantur/neqꝫ iterū reuiuiscant
an non necessarium est omnino/cuncta demū
interiisse/nihilqꝫ uiuere? Nam si ex aliis qdē
uiuentia fierent: Postea uero perirent qd ob
staret quominus in interitum cuncta consume
rentur/ Ce/ Nihil prorsus o socrates sed mihi
omnino uera loqui uideris: So: Est certe o ce
bes maxime omnium ita/ut mihi uidetur: neqꝫ
nos hec ipā quasi decepti confessi sumus: sꝫ re
uera reminiscētia est: atqꝫ ex mortuis uiuen
tes fiunt. mortuorumqꝫ supersunt anime. At
qꝫ bonis quidem melius est: malis uero peius.
Ce. At qui ⁊ secundum illud o socrates/ quod
frequenter usurpare soles/si modo uerū est di
sciplinam uidelicet nostram nihil esse aliud qꝫ
reminiscentiam. ⁊ secundum hoc inqꝫ necesse
est nos in superiori quodam tempore/ea quoꝝ
nūc reminiscimur didicisse. Id uero fieri non
posset: nisi prius anima nostra fuisset alicubi
qꝫ in hanc humanam speciem deueniret: Quā
obrē ⁊ hac ratione inmortale quiddam anima
uidetur esse: Sim: Quales huius rei demōstra
tiōes habes o cebes? Cōmemora nobis eas: Nō
enim satis in presentia memini? Ce. Una qui
dem ratio est pulcherima / quod interrogati
homines/siquis eos recte interroget/ ipsi om
nia quemadmodum sunt respondent: Atq nū
quam id facere possent nisi inesset ipsis scienti
a rectaqꝫ ratio. Deide siquis eos ad geometri
cas figuras descriptionesqꝫ uel simile aliquid
conuerterit/ibi manifeste comperiet/ita id se
habere. So. Si hec o simmia ratio tibi non sa
tisfacit/attende/an sic tibi consideranti idē
quod nobis uideatur. Diffidis enim eā quam
disciplinam uocant/reminiscentiam esse posse
Sim. Haud equidem diffido: Uerumtamē id
expedit mihi discere de quo sermo est. s. remi
nisci. Ac ferme ex his que cebes cepit dicere/
iam recordor/ ⁊ credo. Nihilominus tamen ⁊
a te o socrates qua ratione id modo probare /
ipse aggrediebaris/ꝑ libenter audirem. So.

Hac equidem ratione, confitemur sane
quodammodo / siquis alicuius reminiscatur/
oportere ipsū prius aliquando id sciuisse. Sim
Prorsus: So. Nunquid ergo ⁊ hoc ꝯfitemur/
quotiens scientia hoc modo prouenit /remini
scentiam eam esse? Dico autem hoc pacto. Si
quis aliud quiddam uiderit uel audiuerit uel a
lio perceperit sensu: neqꝫ solum idipsū cogno
scat/uerum etiam agnoscat aliud quiddā / cu
ius non una eademqꝫ/ sed alia scientia sit/non
ne merito dicemus/hunc eius rei reminisci in
cuius peruenerit notionem? Sim. Quonam
pacto id dicis? So. Hoc. Alia quodammodo
hominis scientia est Alia lyre. Sim. Quid ni
So. An ignoras hoc amantibus euenire/cum
lyram aut uestem aut quid aliud ex his aspiciāt
qbus uti eoꝝ amate consueuerunt. Nā ⁊ agno
scūt lyram/ ⁊ simul mente formam recolunt
puelle cuius erat lyra. Hoc uero est reminisci
Ceu siquis cum simmiā uiderit sepe cebetis
recordetur. Et cetera eiusdem generis infini
ta. Sim. Infinita per iouem. So. An non
igitur tale quiddam recordatio quedam est?
Maxime uero si id nobis in illis contingat re
bus/ quas lōgitudine temporis ⁊ negligentia
oblinioni iam tradideri.

278

De Anima

Reminiscentia

Resurrectio

mus. Sim. Ita certe. So. Quid uero? Contingit ne ut qui equum pictum uiderit/pictamqꝫ lyram reminiscatur hominis? Atqꝫ cū pictum aspexerit simmiam/ueniat illi in mētē ⁊ cebes. Sim. Sic utiqꝫ. So. Nōne euenit etiam ut qui simmiam inspexerit pictum ipsius quoqꝫ simmie recordetur? Sim. Euenit certe. So. An non secundum hec omnia contingit/tum a similibus/tum a dissimilibus reminiscētiam prouenire. Sim. contigit. So. Uerū quotiens a similibus quispiam reminiscitur/ā non necesse est/id insuper intelligere utrū deficiat, hoc secundum similitudinem ne ene abillo cuius repetita memoria est. Sim. Necesse est. So: Attende sane/nunquid hec ita se habeant, dicimus aliquid esse equale. Non dico lignum ligno neqꝫ lapidem lapidi: neqꝫ aliud eiusmodi quicq̄ꝫ: sed preter hec omnia aliud qddam equale ipsum dicimus ne aliquid esse an nihil? Sim. Dicimus per Iouem ⁊ quidem mirifice. So. An Scimus ⁊ ipsum quod ē equale? Sim. omnino quidem. So. Unde nam scientiam eius accepimus. An non ex his que mō diximus uidelicet conspicati uel ligna/uł saxa uel alia quedam equalia/ex his illud excogitauimus/quod aliud est q̄ꝫ hec: An non aliud quiddam apparet? Considera uero ⁊ hoc pacto. Non ne saxa uel ligna equalia duꝫ eadē sūt alias eq̄lia alias inequalia nobis apparet? Sim. Penitus. So. Quid autem ipsa equalia? Pos sunt ne inequalia tibi uideri? uel equalitas/inequalitas? Sim. Numq̄ꝫ o socrates. So. Quā obrem nō idem sūt hec equalia atqꝫ ipsum equale. Sim. Nullo modo idem mihi apparent/o/socrates. So. Ueruntamen ab his equalibus/q̄ alia sunt, q̄ꝫ ipsum illud equale ipsius simul, excogitasti sciētiam atqꝫ percepisti. Sim. Uerissima loqueris. So. An uero siue simile ipsū sit/siue dissimile? Sim: Omnino. So. Nihil sane refert: quatenus enim aliud comspicatus/ex hac ipsa pspectione aliud intellexeris/siue simile siue dissimile necesse est hinc reminiscentiam prouenire. Sim. ⁊ maxime quidem. So: Quid uero ad id? An sic nos habemus circa/ea que sunt in his que modo dicebamus equalia/lignis/saxisqꝫ ⁊ aliis? Uidentur ne ita equalia hec esse/ut ipsum quod est equale: An deesse potius aliquid quo min⁹ talia sint equale est equale ipsū: an nihil? Sim: Per multum certe deest: So/Nonne confitemur quando quis aliquid intuens/animaduertat/appetere quidem hoc quod in presentia uidet/esse tale quale quiddam aliud ex his que sunt uerum deficere/neqꝫ posse tale esse equale/quale sit illud/sed deterius esse: necesse est eum qui animaduertit/an̄ cognouisse illud cui dicit hoc quodadmō simile fieri: sꝫ ad plenā similitudinē n̄ accedre: Sim: Necce ē: So: qd ergo? tale ne aliqd ɔtigit/⁊ nobis nec ne/circa hec eq̄lia ipsūqꝫ eq̄le? Sim. Quamplurimum: So: Necesse est ergo nos equalis ipsius scientiam ante illud tempus habuisse/in quo primum uidentes equalia/agnouimus conari quidem hec omnia talia euadere q̄le est ipsum: attamen a perfectione ipsius abesse: Sim: Ita est: So: At qui ⁊ hoc cōfitemur nos neqꝫ aliunde id ugnouisse neque agnoscere posse/q̄ꝫ ex uisu uel tactu uel alio quodam sensu: similiter enim de his omnibus iudico: Sim Similiter o socrates ad id se habent de quo agitur ostendendum: So: At quia sensib⁹ qdem intellexisse oportet oīa que subiecta sūt sensibus/illud quod est equale appetere quam uis ipsum non assequantur/an aliter dicimus? Sim: Haud aliter: So: Ante enim q̄ꝫ inciperemus uidere aut audire aliisqꝫ uti sensibus oportuit nos eq̄lis ipsi⁹ sciāꝫ possedisse neqꝫ qd ipsum sit/si modo equalia hec/que sensibus subiacēt ad ipsū adeo relaturi simus/ut iudicemus anniti quidem hec omnia talia quale ipsum est euadere: Uerumtamen deteriora relinqui. Sim: Necessario ex superioribus id/o/socrates sequitur: So: An non statim nati uidimus ⁊ audiuimus aliosqꝫ sensus exercuimus? Sim: Omnino: So: Oportuit autem/ut diximus/ante hec ipsius equalis scientiam habuisse: :Sim: Oportuit : So: Quam ob rem/ut uidetur/necesse est ante q̄ꝫ nasceremur eam comprehendisse :Sim: Sic apparet :So: Non ne si eam sortiti ante natiuitatem ipsam iam habētes nati sum⁹ sciuim⁹

⁊ ante ortum: atqꝫ statim nati non solūꝫ ipsū equale maiusqꝫ ⁊ minus/uerum etiam eiusdem generis omnia. Non eni de equali magis nūc nobis est sermo q̄ꝫ de ipso pulchro/de ipō bono/d ipso iusto/atqꝫ sācto/⁊ ut dico de omibus quibus proprie hoc ipsum quod est assignamus: ⁊ interrogationibus interrogantes ⁊ responsionibus respondentes: ut necessarium sit nos anteq̄ꝫ nesceremur horum omnium scientiam habuisse. Sim. Est ita. So: Acsi acceptis sciētiis non semper obliuisceremur/oporteret ⁊ cū ipsis nasci/semper etiam per omneꝫ uitā scire. Nam scire id est acceptam alicui⁹ rei scientiam retinere, Nec amisisse. An nō obliuioē scientie iacturam esse dicimus? Sim. Ita prorsus o socrates: So. Sin autem acceptam ante ortum scientiam/nati admisimus/deide ūo fieri sēsib⁹/circa ipsas scientias illa q̄s ā te habueramus/recipimus nonne id quod discere apellamus/esset scientiam propriam recuperare atqꝫ id reminisci nominantes/recte nominaremus? Sim. Recte. So. fieri enim id possibile apparuit. Uidelicet ut cum quis aliquid senserit/uel uidendo/uel audiendo uel aliter sentiendo aliud quiddam ex hoc agnoscat/cuius erat oblitus: cui quidem hoc quodadmodo propinquabat siue simile id sit siue dissimile. Ita quod iam pridem dico e duobus alterūꝫ: habuit enim scientes nati sumus, scimusqꝫ per omneꝫ uitam omnes/aut quos deinde dicimus discere dumtaxat reminiscuntur: atqꝫ disciplina reminiscentia est. Sim. Sic omnino se res habet/o socrates. So. Utrū igitur eligis o simmia? uel cum scientia nos esse natos/uel reminisci postea/quorum prius scientiam acceperimus. Sim. Ambigo utrum in presentia Socrates eligam. So. qd uero potes ne eligere quid ō hoc uideatur tibi? Uir sciens potest ne/eorum que scit reddere rationem/an contra? Si. Necesse est o socrates posse. So. An uero tibi uidentur omnes rationem de his que modo tractabamus afferre posse? Sim. Optarem equidē sed multo magis ueteor ne cras nullus hic homo sit qui pro dignitate id sciat efficere. So. Non igitur o simmia putas omnes hoc intelligere. Sim. Nullo modo. So. Reminiscūtur ergo que aliquando didicerant. Sim. Necesse est. So. Quando uero acceperunt anime nostre scientiam? Non enim postquam homines nati sumus. Sim. Non, certe. So. Ergo prius. Sim. Ita. So. erāt igitur simmia anime etiam prius q̄ꝫ in humanam speciem deuenirent seorsum a corpore intelligentiamqꝫ habebāt: Sim. Nisi forte o socrates dum nasceremur ipsas scientias acceperimus. Nam id etiam tempus reliquum est. So. Esto sic o amice. Sed quonam alio tempore eas admisim⁹? Non enim habentes iam eas nascimur/ut modo cōfitebamur. An in eodem perdidimus: quo ⁊ accepimus/an aliud tempus afferre potes. Sim. Nullo socrates modo sed nihil me dicere minime aduertebam. So. An ergo sic nobis se res habet o simmia? Siquidem sunt ea que cotidie predicamus pulchrum scilicet quiddam atqꝫ bonum et omnis eiusmodi essentia: ad quaꝫ omnia sensibus percepta referimus que ⁊ prius erat nostra/⁊ tāquam nostrā querentes inuenim⁹ atqꝫ ad ipsius exemplar referimus/necesse est ita ut et ipsa sunt nostrā quoqꝫ animam prius etiam q̄ꝫ nasceremur extitisse. At si hec non sunt/frustra utiqꝫ ratio hec tractata esset. An non ita se habet? atqꝫ par necessitas est ⁊ ipsa esse ⁊ curas nostras anteq̄ꝫ nasceremur ⁊ nisi ipsa sunt neqꝫ hec utiqꝫ sūt. Sim. Mirifice o socrates/eadem mihi uidetur esse necessitas: atqꝫ pulcherime huc non nos perducit: ut similiuer tam animā nostram q̄ꝫ essentiam ipsam quam modo dicebas anteq̄ꝫ nasceremur exitisse ɔfiteamur. Nihil enim tam certum habeo q̄ꝫ esse eiusmodi omnia equidem maxime: Scilicet pulchrūꝫ ipsum ⁊ bonuꝫ aliaqꝫ omnia que tu modo dicebas Et q̄ntum ad me attinet satis est demōstratū So. Quid uero uidetur cebeti? Opportet enim illi quoqꝫ persuadere. Sim. satis ⁊ illi arbitror persuasum: q̄ꝫuis omnium repugniātissimus sit ⁊ ad credēdum tardidissimus: Opinor tamē sufficiēter illi probatum: ante ortū nr̄ū aiam extitisse. At ūo post interitum nostrum ēt futura sit nec mihi qdē ipsi o socrates satis

De Anima:

adbuc uidetur ostensum. Sed nunc etiam re stat multorum dubitatio illa quam in medium cebes adduxerat / ne uidelicet homine morien te simlʳ aia dissipetur atqȝ ita ēē d̄sinat. qd. n. ꝓhibet fieri qȯ illā ⁊ aliūn ꝯstitui atqȝ ēē pri⁹ etiam q̃ȝ in corpus hominis laberetur: postquā uero ab eo discesserit / tunc illam insuper inter ire: Cebes: recte loq̃ris simmia. Videtur: n. quasi dimidium eius quod oportet probatum: ante uidelicet q̃ȝ nasceremur nostram animam extitisse: oportere autem id quoqȝ ostendere postquam mortui fuerimus non minus fere q̃ȝ esset ante q̃ȝ nasceremur: si modo finem suum demonstratio sit habitura: So: Demonstratū quidem est istud / o / simmia ⁊ o cebes etiā nūc si modo uelitis / ⁊ id quod modo ꝓbatum est / ⁊ illud quod ante concesseramus uidelicet omne uiuens ex mortuo fieri in unum connectere: Si. n. est anima prius / ⁊ cū in hāc uenit uitam fit / q̃ȝ homo / necesse est non aliunde eam q̃ȝ ex mortuis proficisci / cur non necessarium sit ut etiam post mortem corporis maneat? cū oporteat ipsam ad hanc uitam reuerti: Demonstratum igitur ⁊ nunc est quod dicitur: Verum tamen uidemini tu atque simmias cupere idem rursus diligentius pertractari ac forsitan puerorum more formidatis / ne reuera corpore egredientem uentus dissoluat atqȝ dispergat? presertim si uentis uehementius flantibus exeat: Ad hec cebes subridens / tanq̃ȝ nobis id formidātibus inqt / o / socrates contra psuadere conare immo uero non tanq̃ȝ formidantibus nobis sed forte est inter nos puer aliquis talia metuēs hunc ergo annitamur persuadere? ne mortem ceu laruas ptiescat. So. Oportȝ certe huic mederi carminibus quotidie quoad sanus efficiatur? : Ce: Sed ubi nā medicum eiusmodi namciscemur / o / socrates / cū tu decesseris? So: Ampla est / o / cebes grecia / in qua sunt uiri prestantes Quamplurime sunt barbare nationes per hos omnes eiusmodi medicum debetis perquirere / neque pecuniis parcentes neque laboribus / Nihil est enim ꝓ quo commodius oīa quis expendat perscrutandum quoqȝ ē etiam inter uos ipsos: Forte enim non facile inuenietis q̄ melius

q̃ȝ uos id queat efficere: Ce. Fiet id quidem. sȝ redeamus iam si tibi placet unde digressi sumus: So: Mihi quidem placet: Quid eni ꝓhibet? Ce: Recte respondes. So. An non tale aliqd a nobis ipsis sciscitari debemus? Cui nā ⁊ quali conueniat ea passio per quam dissolui possit. Et cui qualiqȝ sit metuendum / ne id patiatur Et secundum quam qualemqȝ eius partem. de inde considerare cuiusmodi anima sit, demum ex his anime nostre gratia uel confidere uel timere: Ce: Vera loqueris. So: Non ne igitur ei quod componitur iamqȝ compositum est natura id pati conuenit? ut quatenus est compositum dissoluatur. Siquid uero non sit compositum / huic soli potissimum nulla accidit dissolutio: Mihi quidem sic apparet: So: An non que semper secundum eadem eodemqȝ modo se habent / hec maxime esse conuenit simplicia? Que uero alias aliter / nec unq̃ȝ secundū eadem hec esse composita: Ce: Ita equidem opinor: So: Redeamus iam ad illa / ad que i superiori disputatione ꝓcessimus ipsa essentia cuius iter rogando respondendoqȝ rationem hoc ipsū qȯ ē assignamus / utrū eodē modo ⁊ secundū eadem se semper habet? An alias alr: uidelicet ⁊ ipsū equale / ipsū pulchrum / ipsam unumquodqȝ qȯ est ens utrū mutationem aliquando aliquam ipsa recipiunt: an ipsorum unum quodqȝ semper id quod est uniforme existens ipsum per se ipsū eodem modo ⁊ secundum eadem se habet. Neqȝ unq̃ȝ neqȝ usq̃ȝ neqȝ ullo pacto mutationem aliquam suscipit: Ce: Necesse est o socrates hec eodem modo ⁊ secundum eadem se semper habere: So: Quid autem dicemus de multis que similr pulchra dicūtur scilicet / hominib⁹ / equis / uestib⁹ / uel aliis quibuscunqȝ talibus que / uel pulchra dicuntur uel equalia uel etiam de omnibus que illis sinonima sunt / num hec se cundum eadem se semper habent? An potius omnino contra q̃ȝ illa uidelicet / neqȝ ipsa sibimet / neqȝ inuicem unquam / ut simpliciter loquar / ullo pacto secundum eadem eodemqȝ modo se habent: Ce. Hec / o / Socrates nunquam eodem modo sunt: So: Et hec quidem tangi uideri / aliisqȝ sēsib⁹ attigi pos

PHEDON

sunt. Que uero semper secundum eadem ꝑmanent sola intelligentie rōe percipiuntur. sunt qȝ inuisibilia que talia sunt neque cernuntur unq̃ȝ. Ce. Vera omnino loqueris / So / Vis ergo duas rerum species ponamus / alteram uisibilium inuisibilium alteram? Ce. Ponamus. So. ⁊ inuisibile quidem modo semper eodem esse / uisibile uero non nunq̃ȝ eodem. Cebes: Hoc quoqȝ ponamus / Socra / Age iam aliud ne i nobis est q̃ȝ hinc quidem corpus inde uero anima? Ce. Nihil aliud. So. Utri nam speci ei corpus esse similius cognatiusqȝ dicim⁹? Ce Nemini dubium quin uisibili / So / Quid uero anima? Visibile ne aliquid est / an cōtra? Ce / Non hominibus quidem o socrates: So. Atq nos de his dūmtaxat que ab hominum natura uideri uel nō uideri possunt loquebamur? An de his que ad aliam naturam spectant tractabamus? Ce. De his dum taxat que ad humanam So. Quid ergo de anima dicebam⁹? Nunquid uisibilem esse / Ce / Nō uisibilem / So / inuisibilem ergo / Ce / Ita / So / Anima igitur inuisibili speciei similior est q̃ȝ corpus. Corpus uero uisibili. Ce / Necessarium id est omnino / So / An non et hoc ēuenire in superioribus dicebamus? Ut cum anima ad aliquid considerandum socium sibi corpus adsummit / uel per uisum uel per auditum uel per alium sensum hoc enim est per corpus considerare qn per sensus id agitur tunc quidem a corpore trahatur ad ea / que nūq̃ȝ eodem modo sunt: atqȝ ipsa aberret / ꝑturbeturqȝ quasi ebria uacillet utpote que talia quedam attigerit: Cebes Prorsus. So. At uero quotiens ipse animus per se ipsum excogitat illuc se confert ad purum sempiternum / inmortale: semper eodem mō se habens: ⁊ tanquā ipsius cognatus semper inheret illi quotiēs ipse redierit in se ipsum / eiqȝ liceat / cessetqȝ ab errore ⁊ circa illa semper secundum eadem eodem modo se habet / utpote qui talia iam attigerit. Atqȝ hec eius affectio / sapia siue prudētia nominatur. Ce. Preclare ac uere omnino loqueris socrates: So / Utri igitur speciei rursus tibi uidetur / ex his q̄ ⁊ i superioribus ⁊ mō dicta sunt / anima esse similior atqȝ cognatior Ce: Arbitror eqdem o socrates quemlibet uel indocilem prorsus ⁊ pertinacem ex hac dis

cursione concessurum / animam ⁊ ꝑ totum atqȝ per omne / similiorem esse ei quod semper eodem mō est q̃ȝ opposito. So. Quid autem corpus? Ce / Alteri spetiei. So: Considera rursus hoc pacto. Quādiu in eodem sunt anima atqȝ corpus. hoc qdem seruire atqȝ subesse natura iubȝ Hanc uero preesse atqȝ dominari. Secundum hec rursus utrum tibi uidetur simile esse diuino utrum mortali? An non putas diuinum qdem tale esse natura ut presit ⁊ ducat. Mortale uero ut subiciatur ac seruiat. Ce. Puto equidem So. utri igitur horum est anima similis? Ce. Constat o socrates animam quidem similē esse diuino corpus uero mortali. So. Aiaduerte iā o cebes num hec ex omnibus que dicta sunt consequantur. Videlicet ipsi diuino inmortali intelligibili / uniformi indissolubili semper eodem modo ⁊ secundum eadem seipsum habenti / animam esse similimam: humano uero mortali nec intelligibili / multiformi / dissolubili / nūq̃ȝ eodem modo sibimet se habenti / similimum esse corpus. Possumus ne o amice cebes preter aliud quicq̃ȝ afferre: quo min⁹ ita sit. Cebes. non possumus. So. Quid ergo? Cum hec ita se habeant nōne corpi ꝯuenit ut breui soluatur Aie uero ut oīo idissolubilis sit uel aliqd rei circa idissolubili ꝓpiqū / Ce / Quid ni / So / Cernis igitur postq̃ȝ mortuus hō fuerit / qȯ ico uisibile ē corpus ⁊ i loco uisibili positū / qȯ cadauer appellam⁹ / cui ꝯuenit ut dissoluatur / ꝯcidat diffluat nihil horum subito pati / sȝ mltū aliqn tēpus supesse: siqs corpore ꝓbelle affecto ꝺcesserit. Corpus. n. seruatū ⁊ reb⁹ qbusdā ad durationē curatū q̄madmōū in egypto faciunt icredibile quoddā tēp⁹ ferme itegrū manet. Quin ēt si putrescat tū n̄ nulle corpis ꝑtes / ossa uȝ / neruiqȝ atqȝ similia / ut ita dicā imortalia ꝑmanēt. An non? Ce / Ita / So / Anima uero q̄ iuisibile qddā ē i similem quendā aliumqȝ locum migrans / excellentem / purum / inuisibilem nobis occltū reuera ad bonū sapiētēqȝ ꝺū / quo si ꝺs uoluerit / paulopost meo quoqȝ aio ē migrādū / aia iḡ talis taliqȝ natura predita nūqd cū primū a corpe liberata fuerit dissipabitur atqȝ interibit / ut mlti putāt ꝑ mltū abē o dilecte cebes atqȝ simia. imo mlto magis ita se res ht: siqdē pura discesserit corpeū nil secū trahēs utpo

q̄ ſua cū illo in uita comunicauerit: ſꝫ fugerit illud ſemper / ſeqꝫ in ſe collegerit tamq̄ꝫ ſemꝑ id meditata / quod quidem nihil eſt aliud q̄ꝫ recte philoſophari / mortemqꝫ reuera facile ꝯmētari / an non hec eſt meditatio mortis? Ce. eſt oīo. So. Anima inq̄ꝫ ſi ſic affecta diſceſſerit / non ne ad aliquid ſibi ſimile diuinum abit? diuinum & inmortale & ſapiens / quo cū peruenerit euadit felix ab errore / dementia / timoribus / duriſqꝫ amoribus ceteriſqꝫ hūanis liberata malis & quemadmodum de initiatis dici ſolet reuera reliquum tempus uitam cū diis agit Ita ne dicendum eſt o cebeſ an aliter? Ce. Ita ꝑ iouem. So. Sin autem polluta impura q̄ꝫ diſcedat utpote que corpuſ ſemper amplexa ipſorꝫ dumtaxat coluerit & amauerit eiuſqꝫ voluptatibus & libidinibus quaſi ueneficiiſ quibuſdam delinita fuerit & uſque adeo capta ut nihil aliud putet eſſe uerum niſi quod corporeum ſit quod tangi / quod uideri poſſit / quod ue bibat & quod edat / & quo in uenereiſ utatur: Quod uero oculiſ quidem occultum & inuiſibile ſit / uerumtamen intelligibile / & philoſophia comprehendendum habere odio cōſueuerit & tremereqꝫ & fugere / ſic in quā iſtitutā aīam putaſ ne ipſam per ſe ſinceram euadere? Ce: Nullo modo. So. Sed infectam inuolutamqꝫ / ut arbitror contagione corporea / quā conſuetudo congreſſuſqꝫ cum corpore propter continuā familiaritatem plurimumqꝫ eius cultum iſeruit quaſi iam naturalē. Ce. Ita putamus. So. Ponderoſum uero o amice id putandum eſt & graue terrenumqꝫ & uiſibile: qđ anima eiuſmodi ſecum trahit: Ideoqꝫ ab eo grauatur & ad uiſibilem retrahitur locum metu inuiſibilis atqꝫ occulti. Et quemadmodum fertur circa monumenta ſepulchraqꝫ reuoluitur / circa q̄ iam nō nulla apparuerunt animarū ūbroſa phātaſmata / qualia preferunt ſimulachra / tales aīe q̄ uꝫ ñ pure diceſſerunt a corpore / ſꝫ uiſibile aliquid trahētes / quo fit ut uideri poſſint. Ce. Cōſentaneum eſt o ſocrates. So. Conſentaneū tam o cebes: non eſſe has bonorum animas / ſed malorū q̄ circa hec oberrare cogūtur penas dātes uite i ꝑbe acte. Itaqꝫ tādiu circūuagātur quo

ad cupiditate nature corporee comitāte / rurſus induant corpus. Induūt aūt ut decens ē eiuſmodi mores quales i uita exercuerunt. Ce Quales dicis mores o ſocrates? So. Eiuſmōi eos quē q uētri dediti ꝑ inertiā atqꝫ laſciuiā uitā egerūt / nꝫ q̄cq̄ꝫ penſi pudoriſqꝫ habuerūt decēs eſt aſinos ſimiliaqꝫ ſubire. An ñ putas? Ce. Cōſentanea loq̄ris. So. Qui uero iiuria tyrānides / rapinas / pre ceteris ſecuti ſūt illorū / accipitrū / miluorū genera par ē / pertrāſire. nū alio has / migrare dicendum ē? Ce. Ita potiſſimum. So. Similiter & in ceteris abeunt eni i ea genera q̄libet quibus in uita mores ſimiles contraxerunt. Ce. Manifeſtū id quid So. Non ne horum feliciſſimi ſunt & i optimū proficiſcuntur locū / quicunqꝫ popularē ciuilē qꝫ uirtutem quā temperātiā & iuſtitiā noīant / exercuere abſqꝫ philoſophia q̄dē atqꝫ mēte / ſꝫ ex conſuetudine exercitationeqꝫ acq̄ſitā. Ce quonā pacto hi feliciſſimi ſunt? So / Quoniā decens ē hos in tale q̄ddā genus iterū ciuile mīteqꝫ demigrare / qđ admō apū aut ueſparū uel formicarū. Atqꝫ deinde in idem rurſus genus humanum modeſtoſqꝫ ex illis homines fieri. : Ce: Ita dcet: So In deorū ūo genꝰ nulli fas eſt peruenire preter eos q diſcēdi cupiditate flagrātes & philoſophati ſūt & puri penitus deceſſerunt. Horū quidem gratia o amice ſimia atqꝫ cebes q recte philoſophantur ab omnibus corporis cupididitatibus abſtinēt / atqꝫ ita pſeuerāt nec ſe illiſ ūq̄ꝫ tradūt. nꝫ familie iacturā paupertatēqꝫ formidāt: quemadmnoduꝫ mlti pecuniarum cupidi: nꝫ rurſus cōtēptum atqꝫ ignominiam quēadmodum q magiſtratus ābiunt & honores: deinde ab his abſtinent. ce. Neqꝫ enim deceret o ſocrates: So: Non per iouē. Quā obrem hi q animum ſuum colunt nꝫ corpori fingendo uiuūt / ſpretis his oībus / haud quaq̄ꝫ ea gradiuntur uia qua ſupiores illi quos narraui. Ipſi mūs / qa uꝫ / quo ꝓficiſcantur ignorent. Ipſi uero exiſtimātes phīe eiꝰqꝫ ſolutioni repugnādum ñ eſſe hāc ea ſequntur uia qua eos ipſa ducit. Ce: Quonā pacto o ſocrates? So: dicā e qđ Cognoſcūt ꝑſeco uiri ſcīe cupidi quēadmoduꝫ eorū aiam ſuſcipit / reuera ligatā i corpore

atqꝫ implicitam / ac per ipſum quaſi per carcerem quendam res conſiderare coactam: cūqꝫ per ſe ipſam id non faciat / omni prorſus inſcitia inuolutam cognoſcunt preterea / quemadmodum philoſophia perſpiciens q̄ꝫ callide corporeum uinculum adſtringat animam / quippe cum per ipſam fiat concupiſcentiam per quam deuinctus animus adiutor ſit ad ſe ipſum deuinciendum. cognoſcunt inq̄ꝫ viri ſcientie cupidi quemadmodum philoſophia eorum animam ita conſtitutam ſuſcipiens / paulatim inſtruit / ſoluereqꝫ aggreditur / oſtendens: q̄ꝫ fallax oculorū / q̄ꝫ fallax aurium / ceterorumqꝫ ſenſuū ſit iudicium: ſuadens ab his diſcedere / quatenus herere illis ſumma non cogat neceſſitas: ſeqꝫ i ſe ipſam reuocare atqꝫ colligere: nec ulli credere preter q̄ꝫ ſibi / quatenus uidelicet ipſa per ſe ipſam intelligat quodlibet eorū que ſunt exiſtens per ſeipſum. Quod uero ipſa per alia cōſideret exiſtens in aliis aliud / nihil exiſtimare uerum. eſſe uero eiuſmodi quidē ſenſibile atqꝫ viſibile. Quod autem ipſa per ſe conſideret intelligibile atqꝫ iuiſibile. Huic ergo ſolutioni ueri philoſophi animus repungnandum non ēe iudicās / ſic a uoluptatibꝰ / cupiditatibꝰ / doloribꝰ / timoribꝰ ꝓ uiribꝰ abſtinet / iudicās / q̄ñ do qs uhementer delectetur uel metuat uel doleat aut cupiat / haud tantū ab his dūtaxat pati maluꝫ / quantū quis forſan exiſtimarit / uidelicet / ſi propter concupiſcentias uel egrotet quiſpiam uel pecunias cōſumpſerit: ſꝫ quod malorum omniū maximū / extremum / turpiſſimū eſt / perpeti: neqꝫ tamen illud animaduertere. Ce. Quid nā hoc eſt / Socrates / quod uidelicet omnis anima hominis cogitur delectari uel dolere circa aliquid uehemēter / ſimulqꝫ putare illud circa qđ hoc maxie patitur maniteſtiſſimum eſſe atqꝫ uerissimum. cum longe ſit ſecūs. Hec autem maxime ſunt que uiſibilia ſunt. non ne? Ce. omnino. So. An non i hac paſſione anima q̄ꝫ maxime ligatur a corpore: Ce: Quonam pacto? So. Quoniam omnis uoluptas atqꝫ dolor quaſi clauūꝫ tenēs animam corpori affigit atqꝫ connectit / efficitqꝫ corpoream adeo ut iam opinetur / ea eſſe uera que ſuadeat corpus: nempe ex eo quod eadem

opinetur cum corpore / eiſdemqꝫ oblectetur / cogitur ut puto eiuſdē moris eiuſdemqꝫ alimonie fieri. Ut nunq̄ꝫ poſſit pura in uitam alterā proficiſci / ſed ſemper plena corporis labe egrediatur. Ideoqꝫ cito cadat rurſus in aliud corpus / & quaſi ſata iterum innaſcatur: atqꝫ propterea a cōmertio diuine / pure / uniformis eſſentie aliena ꝓrſus euadat. Ce. Veriſſima narras / o / Socrates. So. horum igitur gratia / o / cebes iuſti ſcientie ſtudioſi temperātiā fortitudinemqꝫ ſecuntur: non autem illorum / quorū gratia cenſet uulgus: an tu putas? Ce. Mini me quidem. So. Non certe. Sed ita ueri philoſophi animus cogitaret. nec ullo modo arbitraretur / cū ipſum philoſophiā ſoluiſſet / oportere iterum uoluptatibus doloribuſqꝫ ſe dedere iterumqꝫ uinciri / atqꝫ irritum opus facere: quaſi telam penelopes retexentem. Immo uero horum tranquillitati ſtudens / ſequenſqꝫ rationem / ac ſemper in ea permanens / uerum et diuinum / opinionemqꝫ ſupereminens ꝯtemplatur / a quo nutrituſ ita uiuēdū cēſet q̄ꝫdiu uiuat: atqꝫ ſperat ſe ubi deceſſerit i cognatū atqꝫ tale migrantem ab humanis eximi malis. ex huiuſmodi q̄d educatōe non ē cur metuat o ſimmia & cebes / ne cū recedat a corpore / diſtrahatur & diſſipetur oiſqꝫ i uētos uita recedat.

Vm hec Socrates dixiſſet longum factum eſt ſilentium: & ipſe quidem Socrates que dicta fuerant ſecum / ut uidebatur repetebat / idemqꝫ / pleriqꝫ noſtrum faciebant. Cebes autem & ſimmias parumper inſuper inuicem collocuti ſunt. Hos ergo intuitus Socrates. Quid nā uobis inquit de his que dicta ſunt uidetur? An forte aliquid inſuper in his deſideratis? Multe. n. adhuc dubitationes obiectioneſqꝫ ſuperſunt. Siquis ſufficienter / ea ſit tractaturus. ſi igitur aliud quiddā inter uos agitatis / nihil dico. Sin autem / i his que dicta ſunt heſitatis ne uereamini loqui atque percurrere / ſiqua in parte putatis melius dici poſſe. Quin etiam ſociū me ad ſummite / ſi mecū id commodius fieri poſſe exiſtimatis. Sim: Verum equidem Socrates tibi fatebor: Iam dudū ambigēs uterqꝫ noſtrum impellit alterū iubetqꝫ iterrogare ꝓpter audiēdi cupiditatē

Veremur aũt ne tibi ob presentem calamitatẽ rogitando ſimus moleſtiores. Hec Socrates audiẽs leniter arriſit dicẽs. pape o ſimia q̃ꝫ difficile aliis ꝑſuaderẽ/ hanc me fortunam haud q̃qꝫ aduerſam exiſtimare/ q̃n ne uobis qdẽ id ꝑſuadere poſſum. Quippe cũ metuatis ne difficilior meſtiorqꝫ ſim in pñtia/ q̃ꝫ in ſuperiori fuerim uita. Atqꝫ ut apparet: deterior cygnis ad diuinandũ uobis eſſe uideor. Illi qdem q̃n ſe breui preſentiunt morituros/ tũc magis admodum dulciuſqꝫ canunt q̃ꝫ antea ↄſueuerint/ ↄgratulantes/quod ad deum ſint cuius erant famuli iam migraturi. homines uero cũ ipſi mortẽ expaueſcãt/cygnos quoqꝫ falſo criminãtur quod lugenteſ mortẽ ob dolorẽ cantũ emictãt Profecto haud aiaduertunt nullam ẽe auem q̃ cantet q̃n eſuriat aut rigeat/aut quouis alio afficiatur incommodo. Non ipſa philomena nec hirundo/nec epops/quas ferũt ꝑ querimoniã cantare lugẽtes. At mihi neqꝫ he aues pre dolore uidentur canere: neqꝫ cygni. Sed q̃a phebo ſacri ſunt/ ut arbitror diuinatione prediti preſagiunt alterius uite bona: ideoqꝫ cantant alacrius geſtiũtqꝫ ea die q̃ꝫ ſuperiori tꝑe Atqꝫ ⁊ ego arbitror me cygnorꝝ eſſe ↄſeruũ/ eidẽqꝫ dõ ſacrum: neqꝫ deterius uaticiniũ ab eo dẽ dño hẽre q̃ꝫ illos neqꝫ ignauius e uita decedere. Quaꝓpter lꝫ uobis huius gratia dicere ⁊ iterrogare q̄cquid libet: quoad athenieſiũ undeciuiri ſinunt. Sim. Preclare loq̄ris. Itaqꝫ et ego tibi aperiam qua in re dubitẽ: ⁊ ruſus hic cebes quid nam ex ſupiori diſputatione minus admictat. Mihi quidẽ o ſocrateſ quẽadmodum fortaſſe tibi quoqꝫ uidetur de his quidẽ rebus manifeſtam ueritatem ĩ uita preſenti aut nullo modo/aut ſumma cũ difficultate intelligi poſſe. Que tñ de his dicantur/ea nullo modo redarguere/ adeo ut nõ prius deſiſtas q̃ꝫ examinando alteruter/ acquieſcat mollis nimiũ iudico eſſe uiri/ oportere. n. circa hec alterutrũ efficere: aut diſcere uel inuenire quẽadmodum ſe habeant: aut ſi hec fieri nequeant/ optimã atqꝫ tutiſſimam humanarꝝ rationum eligere/qua quis tamq̃ꝫ rate uehatur: atqꝫ ita ꝓcellas huius uite pertranſeat: ſi nequeat firmiori quodã uehiculo uel diuino aliquo uerbo tutius ac minori cum periculo tranare. Atqui ego nunc nõ uerebor interrogare: preſertim cum ad hoc ipſe nos adhorteris: ne forte me ipſum quandoqꝫ ſim culpaturus: quod nunc que mihi uideantur minime dixerim. Profecto mihi o Socrates una cum hoc cebete tua dicta reputãti haud ſatis cõfirmata uidentur. So. Forſan uere/o/amice opinaris: Sed dic qua in parte minus ſufficiẽter dicta fuiſſe cenſeas. Ce. In hac utique. Nempe de harmonia ⁊ lyra ⁊ fidibus idẽ poſſet quiſ/piam dicere harmoniam uidelicet eſſe inuiſibile quiddam ⁊ incorporeũ. et perpulchrum atque diuinum in lyra rite tẽperata. Ipſam uero lyram fideſqꝫ corpora eſſe atqꝫ corporea ⁊ compoſita terreſtriaqꝫ ⁊ mortali cognata. Cum igitur aliquis uel lyrã fregerit uel fides inciderit ſiue diſrupit/ poterit quiſ eadem qua tu ratione probare/neceſſarium eſſe illam ſupereſſe harmoniã neqꝫ diſperdi. Nulla. n. machinatio foret lyram quidem eſſe adhuc fidibus iã diſruptis atqꝫ ipſas fides mortalis generis: harmoniam uero/ que diuini ⁊ immortalis cognata erat/ priuſq̃ꝫ mortale illud iteriſſe. Ille uero diceret haud eſſe alicubi harmoniam: atqꝫ prius ligna ⁊ fides putrefieri q̃ꝫ illa aliquid patiatur. Arbitror equidem/o/ Socrates te animaduertiſſe/ nos tale aliquid potiſſimũ eſſe animam cogitare. Eſſe videlicet in corpore noſtro intenſionẽ ⁊ cõplexionem quandam ex calido/ frigido/ ſicco/humido/ ceteriſqꝫ talibus: horumqꝫ temperantiam conſonantiamqꝫ animaꝫ eſſe: reſultantem uidelicet in corpore poſtq̃ꝫ hec ipſa bene moderateqꝫ inuicem temperata fuerint. Si ergo anima harmonia quedam eſt/quotiẽs horum natura ĩ corpore propter morbos alia qꝫ mala immoderate uel remictitur uel intenditur/neceſſe eſt animã quidem q̃ꝫuis diuiniſſimam ſubito interire: ſicut ſolẽt cetere conſonantie ſiue que ĩ uocibus/ſiue que in aliis artificũ operibus fiunt. Reliquias autem corporiſ cuiuſqꝫ diutius permanere/ quouſque uel ardeant uel putrefiant. Conſidera igitur quid huic rationi ſit reſpondendum/ ſiquis cenſeat animam/ temperantiam quandam eſſe eorum que ſunt in corpore/ prioremqꝫ in morte perire. Tunc Socrates quemadmodum ſepe ſolebat intuens acrius atqꝫ ridens/ iuſte iquit tu quidem loqueris Simmia. Siquis ergo ueſtrũ me facundior eſt/cur his nõ reſpondebat? Nõ n. ignaue rationem attigiſſe uidetur iudico tñ anteq̃ꝫ ſimmie reſpõdeatur/ qd cebes quoqꝫ dã net/eſſe audiendũ ut tꝑe interiecto deliberandi hẽamus facultatẽ. Deĩn his auditis uel his ↄcedendũ/ſi ↄſentanea uero uideantur afferre ſin ũo minus/ rõem ſupiorem defendendã eſſe atqꝫ retinendã. Quãobrẽ dic age o cebes/ quod nã potiſſimũ te turbet/quo minus aſſentiaris. Ce. Mihi qdem uidetur eodem reuolui eidẽqꝫ q̃ in ſupioribꝫ diximus/crimini ob noxia ẽe: Quod. n. fuerit aia noſtra priuſ q̃ꝫ in huãm deſcenderet ſpeciẽ/haud equidẽ retracto/q̃n helliſſime dictũ fuerit: ac niſi dictũ eſſet iuidioſum/ſufficienter demõſtratũ aſſeuerarẽ. Attñ nobis mortuis ſuꝑ fore/nõ ſic aſſentior. Neqꝫ tam Simmie ↄcedo obicienti/ non eſſe aiaꝫ ualidiorem corꝑe atqꝫ diuturniorẽ. Videtur ꝓfecto mihi/his omibus aĩa preſtare q̃ꝫ plurimũ Hic ergo rõ ſupior ad me ↄuerſa ſic inquiet. Quid nam ulterius ambigis? Cum uideas hõie defuncto/ quod in eo imbecillius fuerat ſupeſſe/cur non ↄcedis oportere etiã/ quod ualidiꝰ diuturniuſqꝫ erat/hoc ipſo ĩ tꝑe ſupeſſe? Sed aduerte iam quanti momẽti ſit/ quod ad id reſpondeo. Similitudine mihi quoqꝫ opus ẽ/ quẽadmodũ ſimmie. Profecto mihi ꝑinde hec dici uidentur/ac ſiq̃s de hõie textore ſene defuncto diceret. nõ dum interiſſe illum/ ſed forte alicubi ſupereſſe: cõiecturãqꝫ afferret ueſtis/ quã ipſe cum texuiſſet uſus fuerit/aſſereretqꝫ eã adhuc eſſe incolumem/ neqꝫ interiiſſe. Ac ſiquis id nõ credat interrogaretur ab eo/utrũ diuturnius ſit hõis genus an ueſtis/ qua quotidie quis utatur: quod ſi reſpondeat genꝰ humanum diuturnius eſſe/ tunc demõſtratũ id eſſe putaret: Videlicet multo ꝓpterea magis/ ſoſpitem eſſe hominem: quandoquidem quod ĩ eo erat fragilius/non dum perierit. hoc autẽ/o/ ſimmia/ita ſe habere non arbitror. Sed conſidera tu quoqꝫ quid dicam. Profecto quiuis ĩtelligeret iepte illud adduci. Nã hic textor qui multas ↄtriuerit ueſtes multaſqꝫ texuerit multis quidem poſterior obiit/ultima uero prio: neqꝫ proptrea magis ſequitur hominẽ eſſe ueſte uiliorem atqꝫ debiliorem. eandem fieri ſimilitudinẽ anime ad corpus poſſe arbitror. ac ſiquis de his duobus eadem illa adducat: cõgrue dicere uideretur. videlicet animam quidem eſſe diuturniorem: corpus uero debilius/ minuſqꝫ diuturnum. verum diceret quemlibet animorum plura cõſumere corpora/preſertim ſi multos uiuant annos. Si enim fluat corpus hominеqꝫ etiam uiuente diſſoluatur/ anima uero quod conſumitur retexat continue/ neceſſarium tamen erit quando pierit anima tũc ultimam habere ueſtem: eaqꝫ ſola prioreꝫ perire. Cum uero perit anima/tunc demum imbecilitatem nature ſue corpus oſtendere/ cito putreſcens atqꝫ euaneſcens. vt hac ratione non dum cofidere ualeamus/ tunc etiam cum deceſſerimus animam noſtram ſuperfore. Nam ſi quis dicenti etiam plura q̃ꝫ que tu dicis conceſſerit. nec ſolum añ ortum noſtrum/animaꝫ extitiſſe/ uerum etiam nihil prohibere etiam poſt obitum quorundam noſtrum remanere/ ſepiuſqꝫ accedere/ ac decedere fateatur/ a deo enim naturam anime ualidam eſſe/ ut ſepius corpori idita ſe corpuſqꝫ ſeruet/ his tamen ↄceſſis non dum illud tibi daret/non defatigari in multis generationibus animam: ſed tandeꝫ aliqua ex pluribus morte diceret omnino deleri. Quinetiam adderet neminem mortem illã diſſolutionemqꝫ corporis/ que anime quoqꝫ interitum infert/poſſe diſcernere. eſſe enim ĩpoſſibile ut quiſquã noſtrum id ſentiat. Quod quidem ſi ita ſe habeat/nemo nõ ſtulte in morte confidit/ niſi demoſtrare poſſit animam omnino inmortalem atqꝫ indiſſolubilem eſſe. Alioquin conſentaneum eſt neceſſarium eſſe/ ut qui moriturus eſt/ anime metuat ſue ſemperqꝫ ſit ſolicitus/ ne in ea que proxime imminet corporis diſiunctione prorſus intereat Omnes igitur cum hec audiuiſſemus/ conturbati ſumus/ut poſtea inuicem aperuimꝰ: quod cum ſuperiori diſputatiõe nobis fuiſſet magnopere ꝑſuaſum/ uiderentur nos ab eo ſtatu in preſentia deturbaſſe/atqꝫ eo iam deieciſſe/ ut ne dum rationibus iam adductis/ſed ⁊ dicẽdis

Cygnus:

282

De Anima:

simillimam reddere, quem loquentem introdu
xerat? Adi: qd ni dicamus? So: An nõ alte
ri se similẽ reddere uel figura uel uoce est eũ
imitari cui facit se similem? Adi: pculdubio:
So: In hoc igitur ut uidetur et ipse ⁊ reliqui
poete p imitationẽ narrant: Adi: Assentior
So: Ubi autem se non celat poeta, uniuersa il
la poesis ⁊ narratio sine imitatione est: Ne au
tem dicas te neq; hoc quidem intelligere quo
modo fiat ego dicã. Si. n. homerus cũ dixisset
chrysem uenisse filiã redemptũ, et supplicasse

achiuis precipueq; regibus deinceps non tãq;
chrises, s; homerus eẽt locutus, nosti profec
to imitationem illam non fuisse futuram,
sed simplicem narrationem. Sic uero se res
habuisset. Dicã. n. sine uersu cum non sim poe
ticus. pfectus sacerdos, precabatur illis deos da
re, ut icolumes ipsi troiam caperent. sibiq; ac
ceptis donis filiam restituerent, deum apolli
nem uenerantes. Hec cum dixisset reliqui sa
cerdotis dicta probarunt. Agamemnon uero
nimium perturbatus, ipsum protinus abire ius
sit, ita ut ne rursus rediret, neq;. n. ipsi dei
coronam aut sceptrum profutura: asseruitq;
priusq; ipsi filiam redderet, fore ut illa secum
i agro ɔsenesceret. Quãobrem abiret, ipsumq;
ut saluus abire posset, non irritaret. Que cũ
audisset senex, extimuit, tacitusq; discessit.
Castra autem egressus, supplex apollinem mł
ta eius agnomina commemorãs orauit: siquid
ũq; aut i edificãdis templis aut hostiis litãdis
illi gratũ effecisi;, ut puniret achiuos? suasq;
lachrimas sagiptis ulcisceretur. Hunc in
modum, o, amice simplex narratio sine imita
tiõe procedit: Adi: Intelligo iam: So: Et il
lud preterea scito contrariam huic esse, cum re
motis poete uerbis que inter orationes interce
dere solent, orationes ipse uicissim continua
te relinquũtur: Adi: Id quoq; itelligo: Est. n
huiusmodi tragedia atq; commedia: So: Rec
te admodũ accepisti, existimoq; tibi iam nunc
aperire, quod i superioribus percipere non ua
lebas. poesim uidelicet fabularumq; figmenta
aut esse omnino per imitationẽ quemadmodũ
ipse dicebas, in tragedia atq; commedia, aut p
enuntiationem poete proferri, quod maxime
in dithyrambis inspicitur, aut per utraq; con
fici, ut in heroicis aliisq; multis apparet, si mo
do itelligis: Adi: Intelligo iam quod tunc i
ferre uolebas: So: Atqui etiã ante hoc memẽ
to quod dicebamus, que dicenda essent, iam ex
positum esse. Quo autem modo dicendũ esset
deiceps exponere oportere: A: Memini equi
dem: So: Hoc igitur erat, quod oportere di
cebam inter nos conuenire, utrum sinamus po
etas, imitatione perpetua uti, an partim imita
ri, parti minime. ⁊ qualia utraq; sit an nihil

penitus imitari. Adi. Auguror equidem cõsi
deraturum te utrũ recipiẽda sit comedia ⁊ tra
gedia i ciuitate nec ne. So. Fortasse autem ⁊
his plura. Nondum enim noui: sed quo ratio
ut uentus feret, eo eundũ est. Adi. Preclare
loqueris. So. Hoc igitur, o, adimante cõside
ra, utrũ imitatores nos habere custodes opor
teat nec ne. Uel hoc ex superiorib; pendet q̃ õ
singuli singula recte cõficere possunt. Plura
uero minime. Quod siqs plura tractare aggre
diatur, in singulis ita deficiet, ut in nullo eua
dat egregi;. Adi. Sic prorsus accideret. So.
Nõne ⁊ ð imitatiõe eadẽ ratio? q̃ õ plura ali
quis eque ac unũ bñ imitari nõ põt. Adi. Nõ
certe. So. Nunquam igitur studio alicui esti
matione digno quis simul incumbet, ⁊ imitabi
tur multa, erit ne imitator idoneus, qñ neque
duas quidẽ imitationes, q̃ parũ differre inter
se uidentur, iidem hoies bñ simul tractare pos
sunt: ut comediã simł ⁊ tragediã. An nõ imi
tationes quasdã nup istas esse dicebas? Adi.
Equidẽ: ac uera dicis q̃ õ iidem nequeãt. So.
Neque etiã rhapsodi, i cantores heroicorũ si
mul eẽ ⁊ histriones possunt. Adi. Uera. So.
Sed neque tragedis aut comedis, tragici aut
comici iidem. Hec aũt oia imitationes quedã
sunt: an non? Adi. Imitationes. So. Quin
etiã in minora his uidetur, o, adimãte natura
hois esse cõcisa, ut nullo modo possit bñ plura
imitari, uł etiã ea facere quorũ imitatiões ipse
similitudines quedã sunt. Adi. Est ut dicis.
So. Si ergo rationẽ supiorem ratã haberi uo
lumus, custodes nrõs a reliquis oib; artificiis
alienos patrie libertatis artifices esse oporte
ret ualde quidẽ solertes, neq; aliud quicq; cu
rare, q̃ õ huc non tendat, nihil aliud agere eos
uel imitari oportet. Uel si imitetur, imitari q̃
istis consentanea sint, statim, a, pueritia: for
tes scilicet, temperatos, sanctos, liberales, ⁊
reliqua eiusmodi. Illiberalia aũt neq; facere
neq; imitari posse: neq; aliud quicquã turpe:
ne ex ipsa imitatione tales efficiãtur, quale id
quod emulãtur. An nõ aiaduertisti imitatiões
si a teneris annis incipiãt perseuerẽtq;, in mo
res ⁊ naturã abire tum quantũ spectat ad cor
pus, tum ad uocẽ, tum ad cogitationẽ ipsam.

Adi. Et maxime quidẽ. So. Nõ permittem
igitur ullo modo eos quorũ habere curam dic
mus, quosue prestãtes uiros fore desideram;,
cũ uiri sint, mulierem imitari, uel iuuenem uł
uetulã, uel uiro cõuitiantẽ, uel aduersus deos
cõtendentẽ: ⁊ iactantẽ: cum se putet felicem
esse: uel erumnis circũuentã flentem atq; eiu
lantẽ, laborantẽ: amore accensam, dolore par
tus oppressã. Adi. Nullo modo. So. Neq;
seruas ⁊ seruos, ea q̃ seruorũ sunt, facientes.
Adi. Neq; hoc quidẽ. So. Neq; uiros item
prauos, ut uidetur, timidos, ⁊ contraria eorũ
q̃ dixim; faciẽtes, conuitiantes, iurgãtes, tur
piaq; inuicem obloquentes: siue ebrios siue ui
giles sobriosq;: ⁊ alia quotcũq; hoies isti ⁊ i
uerbis ⁊ in operib;, tum in se ipsos tum i alios
peccant. Neque etiã õbẽt ut arbitror, similes
se per imitationem uel uerbis uel actionibus,
insanientibus reddere. Cognoscẽdi enim isani
⁊ mali sunt tam uiri q; mulieres: nihil tamen
ex eorum dictis ⁊ factis uel agendũ est uel imi
tandum. Adi. Uerissima loqueris. So. Quid
autem? artifices ue ex ere aliquid fabricantes
uel aliud quippiã molientes: uł remiges nauiũ
uel precipientes istis, uel aliud aliqd circa hec
imitari eos decet? Adi. Quonam pacto? cum
neque reb; ullis huiusmodi mentem adhibere
his liceat? So. Nunquid equos hinnientes uł
mugientes tauros aut fragorem imurmuratio
nemq; fluuiorũ, aut maris fremitũ uł tonitrus
uel cetera eiusdẽ generis imitabuntur? Adi.
Atqui phibitũ illis est ⁊ insanire ⁊ insanien
tibus se similes reddere. So. Si igitur que di
cis, intelligo, est quedã orationis ⁊ narratio
nis species in qua uir optim; cũ quid dicturus
est, enarrat: ⁊ alia quedam huic dissimilis: q;
seruat q contra ac ille natus atq; nutritus est.
Adi. Quales uero he sunt? So. Uidetur mihi
uir moderatus qñ in narratione deuenerit ad
aliquã uiri boni uel orationem uel actionem,
perinde ac si ipse ille esset pnunciaturus, ⁊ si
ne ullo rubore aut dedecore imitationem hu
iusmodi suscepturus. Maxime quidẽ ⁊ ut plu
rimum imitans uirum bonũ, prudenter ⁊ sine
errore agentem: rarius aũt ac minus, morbis
uel amore labantẽ, aut ebrietate, aut casu quo

uis alio. Quando autem ad aliquem indignum se uenerit/ nolet/ ut arbitror/ dedita opera similem se deteriori prebere: nisi breuiter quidem ⁊ cum boni quicquaꝫ peragit. Sed erubescet/ cum rudis sit ad hos imitandos/ ⁊ egre ferat deteriorum figuras induere: spernens imagines huiuscemodi/ nisi forte ioci oblectamentiqꝫ causa id fecerit. Adi. Non iniuria. So. Nonne igitur narratione utetur tali/ qualem paulo ante i uersibꝰ homeri dicebā? eritqꝫ oratio sua particeps utriusque/ imitationis uidelicet ⁊ narrationis alterius. Exigua uero pars imitationis lōga in oratione erit. Dico ne aliquid an nihil? Adi. Dicis certe/ qualeꝫ necesse est esse rhetoris istiꝰ figurā. So. Nōne igitur q talis nō erit/ quo erit ineptior ⁊ indoctior/ eo plura narrabit/ ⁊ oia imitabitur: nihilqꝫ se indignum esse existimabit? Quare oia imitari aggredietur/ ⁊ in conspectu quideꝫ multoꝝ: ea presertim que paulo ante cōmemorabamus/ Tonitrus: murmura uētoꝝ/ ⁊ grādinis: axis rotaꝝ/ tubaꝝ/ tybiaꝝ/ fistularuꝫ: ⁊ omniū denique organoꝝ sonitus. Preterea canū/ pecudum/ ⁊ auiū uoces. Eritqꝫ huiꝰ oratio uniuersa pene per imitationeꝫ: uoce ac gestu: uel paulum quid narrationis habebit. Adi. Necessarium quoqꝫ istud. So. Atque he sunt oratiōis spēs due: quas supra dicebā: Adi. Sunt plane. So. Nōne ipsaꝝ una quideꝫ parum quid mutationis habet: ⁊ siquis decentem consonantiaꝫ ⁊ rhythmuꝫ orationi tribuat: ferme ad eandē orationis formam semp dicendum est recte loquenti: atque in una insup consonātia? exigue nanque mutatiōes: eodemqꝫ modo i rhythmo ferme cōsimili. Adi. Omnino sic se res habet. So. Quid aūt alterius spēs? nōne contrariis indiget? Omnibꝰ uidelicet consonātiis/ omnibusqꝫ rhythmis: si ꝓprie dicenda est/ cum multas ⁊ uarias habeat mutationū formas. Adi. Sic est oio. So. Nōne ⁊ poete ⁊ alii omnes q aliquid dicunt/ uel harum una dicendi figura utuntur/ uel altera/ uel utrisque commixtis? Adi. Necesse est. So. Quid gitur facie mꝰ? Utrum has oēs in ciuitate suscipiemꝰ? uel alteram simpliciuꝫ/ uel permixtā? Adi. Si in mea optione constiterit/ simpliceꝫ decori imitatricem. So. Atqui/ o/ adimāte mixta quoque iucunda est: multo autem iucundior pueris ⁊ pedagogis contraria illius quā tu eligis/ ⁊ plurime turbe. Adi. Jucūdissima prorsus. So. At forte/ ut arbitror/ rei. p. nostre cōuenire eam non existimabis/ qm̄ non sit duplex uir neque multiplex apud nos/ quandoquideꝫ singuli singula faciunt. Adi. Non cōuenit certe. So. Nōne igitur sola i ciuitate huiusmōi coriariū inueniemꝰ duntaxat corium esse/ non gubernatorem preterea. Et agricultorē dūtaxat agricultorem: non insup iudicem. Militem quoqꝫ militem/ nō etiā nummulariū. Ceteroseqꝫ eodē modo. Adi. Uera hec sunt. So. Siquis ergo in nostram urbeꝫ/ uenerit: qui pre sapientia in oēs possit sese uertere formas/ ⁊ oia imitari/ uolueritqꝫ eius poemata ostentare/ uenerabimur quidem ipsum ut sacrum/ admirabilē/ ⁊ iucundum. Dicemꝰ auteꝫ nō esse eiusmodi hoieꝫ in re. p. nostra/ neque fas esse ut insit. Mittemusqꝫ in aliā urbeꝫ/ unguēto caput eius perungentes/ lanaqꝫ coronātes. Nos aūt austeriori minusqꝫ iucūdo utemur poeta fabulaꝝqꝫ fictore: utilitatis gratia/ q decori nobis orationeꝫ exprimat: ⁊ q̄ dicuntur dicat in his formulis: quas a pricipio ꝓ legibꝰ tulimꝰ/ qn̄ milites erudire aggressi sumꝰ. Adi. Ita prorsus/ si eēt i nobis/ efficeremꝰ. So. Uidemur iam/ o/ amice satis de ea musice parte dixisse: q circa orōnes fabulasqꝫ uersatur. Nā ⁊ q̄ dicēda sunt ⁊ quō exposuimus. Adi. Mihi quoqꝫ idem uidetur. So. Restat ō cantus ⁊ melodie ratione disserere. Adi. Certe. So. An non ois iam inueniret q nobis ō his dicenda sunt/ qualia esse oporteat? siquidē antedictis concinere debeamus. Tum glauco arridens/ ego inquit/ extra oms esse uideor. Non eiꝫ i presentia possum conicere: qualia dicenda sint. So. Opinamur tñ oio hoc primū nos posse dicere melodiaꝫ ex tribus cōstare/ oratione/ harmonia/ rhythmo. Gla. Hoc eqdeꝫ possum. So. Non ne melodie pars oratio nihilo differt ab oratione illa que sine cantu est: quo ad hoc ut oporteat i eisdem formulis exprimi: de quibus paulo ante dicebamꝰ ⁊ eodem modo. Glau. Uera loqueris. So. Atqui harmonia ⁊ rhythmus orationem sequi debent. Glau. Quid ni? So. Quin etiā lamētatione luctuqꝫ dicebamꝰ i orationibus nos minime indigere. Glau. Non certe. So. Quenam igitur querule harmonie sunt? Dic mihi. Tu eiꝫ musicꝰ es. Gla. Lydie mixte: lydieqꝫ acute: ceterēqꝫ huiusmodi. So. Nonne remouende he sunt? Inutiles enim ēt mulieribus: quas oportet decentes esse/ nedū uiris. Gla. Ualde quidem. So. Preterea uinolētia/ mollities/ ⁊ pigritia custodes minie decent. Gla. Minime. So. Quenam igitur molles ⁊ temulente harmonie. Glau. Jonice ⁊ lydie/ quotcunqꝫ chalare. i. relaxe remisseque ⁊ resolute uocantur. So. His igitur/ o/ amice num quo modo uteris ad militum utilitatem? Gla. Nullo modo: Sed uidētur iam tibi reliqua esse dorica ⁊ frygia harmonia. So. Haud equideꝫ harmonias noui: sed suscipe harmoniam illaꝫ q̄ ut decet imitatur fortiter euntis in prelium ⁊ ad quodlibet negocium uiolentū uiriliter sese gerentis/ uoces atque accentus: ⁊ periclitantis siue in uulnera siue in morteꝫ irruentis siue in aliā graueꝫ sorteꝫ incidentis/ in omnibus istis fortunā cōstanter atque uiriliter propulsantis. Aliāqꝫ iteꝝ suscipere harmoniā que uoces imitatur atque accentus homīs i tranquilla ⁊ minime uiolenta actiōe uersantis/ uel aliquid alicui persuadentis/ ⁊ supplicantis uel uotis deo uel doctrina ⁊ admonitione homini: Uel ecōtra hois alii supplicāti/ aut docenti/ aut dissuadenti facile se prebentis. ⁊ qui licet uoti compos sit factus/ nō tñ superbia efferatur/ sed in his omnibꝰ temperate ⁊ modeste se gerat: forteꝫqꝫ utrāqꝫ recte ferat: hasqꝫ duas sequatur harmonias: uiolentam: uoluntariā. fortunatorum: infortunatoꝝ: temperantiū ac fortiuꝫ. Et oio: quecūque ipsoꝝ accentus pulcherime imitantur. Has oēs suscipe harmonias. Gla. Ac uero non alias eligi iubes: q̄ꝫ eas quas ego supra dicebam. So. Non igitur opus erit nobis in cantibus ⁊ melodiis harmonia que multis ꝯstat chordis/ omnibusque concentibus. Gla. Nō ut mihi uidetur. So. Ergo trigonū ⁊ pectidaꝝ ⁊ quorūcūqꝫ instrumētoꝝ: q̄ multis constant cordis ⁊ plurimis cōsonantiis/ fabros nō nutriemꝰ. Gla. Nō ut uidemur. So. Quid aūt tybiaꝝ fabros ⁊ tybicines in ciuitate suscipies? An nō instrumenta multaꝝ chordarum/ harmoniarūqꝫ oiuꝫ: tybiam imitātur? Gla. Patet. So. Lyra itaqꝫ restat ⁊ cithara in ciuitate utilis: ⁊ fistula i agris pastoribꝰ cōmoda. Gla. Ita ratio nobis ostēdit. So. Nihil alienū inducimus/ o/ amice: dum apollinem ipsuꝫ ⁊ apollinis instrumenta marsye ipsi ⁊ organis q̄ marsye sunt/ preponimus. Gla. Non per ioueꝫ ut mihi uidēmur. So. Per canē ipsuꝫ sensiꝫ ⁊ clāculuꝫ purgare cepimꝰ ciuitatē: quā supra nimiis delitiis deditā dicebamus. Gla. Ipsi nos uidelicet tempate agētes. So. Age purgemꝰ ⁊ reliqua. Sequitur ad ea que de harmoniis dicta sunt/ ut rhythmos ita prosequamur/ ne per uarios admodū circumuagemur: neue p qualibet bases. Sed qui uite fortis ⁊ tempate rhythmi sunt/ dinoscamus. Quibꝰ cognitis pedē cantūqꝫ cogamus orōneꝫ huiusmodi uiri sequi/ non orōneꝫ sequi pedeꝫ ⁊ cantū. Qui uero sint rhythmi tales/ tua iterest declarare/ queādmodū harmonias exposuisti. Gla. Per iouem quid dicaꝫ/ nō habeo. Q̄ ōeiꝫ tres quedaꝫ spēs sunt/ ex quibus bases texūtur atqꝫ flectuntur/ queādmodū in uocibꝰ/ quatuor/ unde oēs harmonie conficiūtur animaduerteriꝫ/ dicere possem: Quales auteꝫ qualis uite imitationes sint/ aperire nequeo. So. At ō his quidem cum damone deliberabimus/ q̄ nam pedum ꝓgressiones ꝓprie sint illiberalitatis/ petulantie/ insanie/ ac relique prauitatis: que rhythmi contrariis congruāt. Arbitror aūt audisse quāuis non satis aperte/ cum ipse basem quādā pedū bellicosam nominaret/ compositā dactylum atque etiā heroicū: quē nescio quomodo digerebat/ supraqꝫ infraqꝫ equaleꝫ i breueꝫ longumqꝫ effectū. Utqꝫ existimo iambū: ⁊ alium quendā trocheū apellabat. Longitudines aūt ⁊ breuitates adhibuit. Et in aliquibꝰ istoꝝ arbitror eum uitupare uel laudare ductiones pedis/ non minus q̄ꝫ rhythmos ipsos uel aliqd ex utrisque commixtū. Neque eiꝫ declarare satis hec possum. Uerum hec ut dicebaꝫ in damonem ipsum reiecta dilataqꝫ sint: Prolixa quippe oratione ad hec distinguenda opus esset. Num quid putas? Gla. Prolixa p iouem. So. Hoc q si

autēꝫ ita discernere potes/q̄n concinitas atqꝫ ieptitudo ɔgruitatē ⁊ incōgruitatē rhythmi secūtur. Glau. Quid ni? So. Atq ɔgruū quidem pulchram orationeꝫ sequitur/⁊ tanquam simile imitatur. Incongruū uero contrariaꝫ. Quin etiā consonū ipsum ⁊ dissonū eodeꝫ modo: q̄n quidem rhythmus ⁊ harmonia ut paulo ante dictū fuit orationeꝫ secūtur/non ipsa oratio rhythmū ⁊ harmoniaꝫ sequitur. Gla. Certe orationeꝫ sequi hec debēt. So. Quid uero loquendi modus ipsaqꝫ oratio? nōne animi affectionem sequitur? Glau. Absque dubio: So. Orationeꝫ uero cetera quoqꝫ secuntur. Gla. Nempe. So. Sermonis itaqꝫ decor: consonātia uenustas ⁊ rhythmi cōgruētia affectioneꝫ animi moderatā secuntur/quaꝫ euethiam appellant/non eam dico: quaꝫ sepe cum inscitia quedam sit blanda quadā derisione bonitatē nominamus sub noīe boni moris/fatuitateꝫ quādā significātes. Immo uero eā euethiā inquā: q̄ reuera cogitationeꝫ significat more optimo preditaꝫ. Gla. Sic ē oīo. So. Nōne igitur ubiqꝫ hec iuuenes sequi d̄bēt/si reꝫ suā agere uolūt? Gla. Debent quideꝫ. So. Est aūt ars pingēdi uniuersa hoꝝ plena ⁊ oīe huiusmōi artificiuꝫ plena quoqꝫ texendi facultas/⁊ varioꝝ ingeniositas operuꝫ: studiūqꝫ edificandi: ois preterea ceteroꝝ suppellectiliū instrumentorumqꝫ effectio: quin ⁊ corpoꝝ plantarumqꝫ natura. Porro in omnib9 istis aut cōdecentia quedam inest aut indecentia. Et indecentie quidem ⁊ rhythmi incōcinnitas atque dissonātia sermonis turpis/⁊ improbi moris sorores sunt: contraria uero cōtrarii/tempati ⁊ optimi germana ⁊ imitatiōes quedā sunt. Gla. Est ut dicis. So. Nunquid poetis solis insistendum? cogendumqꝫ ut imagineꝫ boni moris i suis poematis exprimāt: uel apud nos non scribāt? An preterea curāduꝫ ne artifices alii mali moris simulacrum aliquod: nō bñ castigatuꝫ opus/illiberale: deforme ⁊ indecēs: siue i figuris aialiuꝫ/siue i edificiis/siue i quouis alio artificio/faciāt Vel siqs hoc prestare nō potest/ne qd apd̄ nos agat/ꝓhibendus est. ne in prauitatis imaginibus nobis enutriti custodes tanquā i noxio gramine/⁊ multa quotidie paulatim a multis decerpentes pascentesqꝫ/unum aliquod maximū malum ignari in aīo contrahāt. Quamobrem illi inquirendi sunt artifices q naturali quadaꝫ industria possint tanquaꝫ per uestigia exprimere pulchri ipsius decoriqꝫ naturaꝫ: ut tanquaꝫ in loco salubri habitātes iuniores undiqꝫ adiuuentur: quandoquidem a pulchris honestisqꝫ operibus siue ad oculos siue ad aures eoꝝ honesti aliquid peruenit: ueluti suauis aura quedā e locis salubribus/afferens sanitateꝫ: que quideꝫ statim afflare a primis annis incipiens/sensim aīos hominum/similitudineꝫ/amicitiā/⁊ concordiam/honeste orationi rationiqꝫ conciliat Gla. Egregie admodū isto pacto nutrirentur So. Ob hāc igitur causaꝫ glauco ex ipsa principali secundū musicā nutritione: rhythm9 ⁊ harmonia interiora animi penetrāt: pulsantqꝫ uehementissime animū/decorā quandā figuraꝫ ferentia: per quā decorus ⁊ pulcher efficitur/quisquis recte in musica eruditur: contra uero si contra quis fuerit educat9. Et q̄n rursus defficientia neque recte fabricata aut nō bñ orta acutissime sentiet/qui illic quemadmodū oportet/nutrit9 fuerit/merito egre hec ferēs/pulchra quideꝫ laudabit: eaqꝫ amās/auideqꝫ arripiēs/ipsis aletur/ac bon9 inde efficietur ⁊ pulcher: Turpia uero iure uitupabit/oderitqꝫ/etiā i ea etate i qua rationē nondū susceperit. Aduentantem deniqꝫ rationem/qui ita nutritus erit/libenter amplectetur: eaꝫ ex ipsa propinquitate familiaritateqꝫ prorsus agnoscēs. Gla. Mihi quoque haꝝ reꝝ gratia i musica nutriēdi uidētur: So. Quēadmodū tūc ꝑfecto litteras satis recte callemus/q̄n elemēta nos nō fugiūt/pauca quideꝫ in omnib9 quibuscūqꝫ insunt: neque i paruis neque in magnis ea spreuimus/tanquam nō oporteret intelligere/sed ubique discernere illa proposuimus/utpote q prius grammatici futuri non simus: q̄ꝫ nos ita comparauerimus. Gla. Vera loqueris: So. Imagines preterea litteraꝝ/sicubi uel i aquis uel in speculis appareāt: nō prius cognoscem9 q̄ꝫ ipsas litteras nouerimus: Est eniꝫ hoc artis ⁊ exercitatiōis eiusdeꝫ. Gla. Est ut dicis oīo So. Quorsum hec inquam? Nempe eadem ratione neque musici prius erimus uel nos uł ipsi quos ad urbis custodiam erudimus/q̄ꝫ temperātie species ⁊ fortitudinis/liberalitatis ⁊ magnificentie/⁊ quecunque harum sorores sunt ipsisqꝫ contraria cognouerimus/ubicunque insint/ita ut ⁊ hec ⁊ ipsoꝝ imagines qbuscunqꝫ insunt/persentiamus: Neque in paruis neque in magnis contempserimus: sed eiusdeꝫ esse putauerimus ⁊ artis ⁊ studii. Glau. Necesse est omnino. So. Siquo in homine hec concurrāt ut in animo pulchri mores insint: ⁊ in corporis specie illis singula correspondeant/consentiantque eandem suscipientia rationē/pulcherrimum hoc erit ei qui inspicere possit/spectaculum. Glau. Valde quideꝫ. So. Atqui quod maxime pulchrum/⁊ amabile maxime. Glau. Prorsus. So. Tales quosdam homines maxime uir musicus adamaret: siquid uero absonū aduerteret/minime. Glau. Non certe si defectu animi dissonaret: siquid uero dumtaxat deesset corpori, sufferret quidem adeo/ut diligere gratularique uelit. So. Intelligo equideꝫ: quia tales quidam uel amātur abs te/uel amati iam sunt. Atque assentior. Sed hoc mihi dicas. Est ne ulluꝫ temperantie cum resoluta uoluptate commertium? Gla. Quo nam pacto? Quippe cum uoluptas huiusmodi non minus/q̄ꝫ dolor mentem e suo statu dimoueat? So. Aliis uero uirtutibus? Glau. Minime. So. Quid autem petulantia intemperantiaqꝫ habent cum excedente uoluptate cōmunionem? Glauco. Maxime omnium. Socrates. Habes ne maiorem ⁊ uehementiorem uoluptatem q̄ꝫ que circa uenerea? Gla. Neque uehementiorem ullam habeo/neque furiosiorem. So. Rectus autem amor ipsa sui natura temperate ⁊ musice amat pulchrum atque decorum. Gla. Prorsus. So. Nihil ergo furiosum uel intemperātie proprium recto amori est admouendū Gla. Non certe. So. Neque igitur iungēda illi est uoluptas ipsa uenerea/neque in ea communicare debent amatores cum legitime dilectis adolescentibus/amantesqꝫ cum amatis. Gla. Per iouem nullo modo/o/socrates. So Sic igitur ut uidetur in ciuitate recte instituta legem condes/amatorem amare: una esse ⁊ tangere amatum/si persuaserit tanquam filiū/honestorum causa. Atque in omnibus sic uersari cum eo quem amat/ut nihil unquam preter honestum uideatur ab adolescente requirere. Si contra faciat/uituperium subeat/tanquam qui nihil omnino sapiat musicū/nihil pulchruꝫ Gla. Sic prorsus. So. Nōne tibi finem suum iam sermo de musica consecutus? Quo enim finiri debet: iam applicuit. Oportet enim musicā in amatoria pulchri finiri. Gla: Assertior equidem. So. Post musicaꝫ uero gymnastica exercendi sunt iuuenes: Gla. Quid ni? So Oportet enim ⁊ in hac per omnem uitam diligenter a pueris educari. Id auteꝫ ita se habet quodammodo ut opinor: Animaduerte ⁊ tu. Mihi quidem non uidetur bene affectum corpus/uirtute sua/bonum animum facere: sed cōtra bene affectus animus/uirtute sua corpus quoad fieri potest/optimum reddere. Tibi uero quid nam uidetur? Gla. Quod ⁊ tibi: So. Nōne si postquam mentem sufficienter instruxerimus/tradeꝫmus ei/ut que ad corpus pertinent/diligenter ⁊ exacte inquirat ⁊ curet: nos autem quasi quasdaꝫ formulas proponem9 ne lōgiores sim9/recte utique faciemus? Gla. Omnino: So. Ab ebrietate itaque ipsis diximus abstinendum: Unicuique enim magis conceditur q̄ꝫ custodi: ut ebrietate grauatus ubi terrarum sit/nesciat. Gla. Nempe ridiculum esset/custode indigere custodeꝫ: So. De cibis aūt qd dicemus? Athlete eiꝫ hi uiri sunt ⁊ maximi quidē certaminis. Nōne? Glal. Maximi plane: So. Nunquid aliorum athletarum habitudo custodibus conueniens esset? Gla. Fortasse. So. At uero somnolenta hec est ⁊ ad ualitudineꝫ dubia: An nō uides quod uitam edormiunt? ⁊ si parum quidem ab instituto uictu discedunt/grauiter egrotant exercitatores huiusmodi: Gla. Video equidem: So: Elegātiore igitur aliqua exercitatione opus est bellicosis athletis/quos tanquam canes insomnes esse oportet: ⁊ q̄ꝫ acutissime uidere atque audire: ⁊ multas mutationes in exercitu: aquarum/ciborum/estus ⁊ frigoris ita perpeti: ut se a morbis defendant: Gla. Ita mihi uidetur

So. Optima igitur gymnastica soror esset sim
plicis musice: de qua paulo ante tractauimus:
Glau: Quomodo istud? So: Simplex utique
⁊ conueniens gymnastica/militum exercita
tio: Glau. Quo pacto? So: Ab homero qui
dem id discere possumus: Nosti enim quemad
modum in belli expeditionibus in heroum men
sis neque pisces ipsis parat quamuis ipsi in hele
sponto mari essent/ neque elixas carnes/sed
assas: que facilius a militibus preparantur: Ubiqȝ
enim facilius ē/ut ita loquar/ipso igne uti/q̃ȝ
uasa circumferre: Neque unquaȝ uariorum cō
dimentorum/ut arbitror/homerus meminit:
Sed hoc ⁊ alii sciunt/quicunque exercentur/
quod cui corpus robustum esse debet/a cunctis
huiusmodi rebus est abstinenduȝ: Gla: Recte
quideȝ ⁊ sciunt ⁊ abstinent. So. Siracusanas
itaque/o/amice mēsas ⁊ sicula ut uidōris admo
dum uaria non laudas obsonia: siquideȝ hec ita
tibi recte se habere uidentur: Glau. Non cer
te ut mihi quidem uideor: So. Uituperas ⁊
corinthium luxum blandientium puellarum in
his q optima corporis habitudine futuri sunt
Glau. Summopere. So. Quin etiam athica
bellaria condimentaqȝ/que iocunda plurimis
⁊ delicata uidentur: Glau. Necesse est: So.
Omnem enim/ut existimo/huiusmodi uictum
si similem esse dicemus melodie ⁊ cantilene: q̃
in omni genere harmonie omnibusqȝ rhythmis
uersantur/recte nimium cōparauerimus. Gla.
Plane: So. Ibi quidem intemperantiam ua
rietas parit: hic morbum. Simplicitas autem
secundum musicam in animis temperantiam:
secundum uero gymnasticam in corporibus sa
nitatem: Glau. Uerissima loqueris: So. In
temperantia uero ⁊ morbis in ciuitate multi
plicatis ⁊ iudicum ⁊ medicorum ope plurimū
indigemus. Unde iudiciaria ⁊ medicina in pre
tio habētur: quando ⁊ liberi multi his sūmope
re studeant. Gla. Quid ni? S: Igitur ma
le ⁊ turpis discipline in ciuitate nullam maio
rem potes coniecturam capere/quam summis
iudicibus/ac medicis indigere/ non modo
abiectos homines ⁊ mechanicos/sed eos etiaȝ
qui liberali disciplina educatos esse se glorian
tur. None turpe uidetur ⁊ male educationis
magna coniectura/ut cogamur ob proprie uirtu
tis inopiaȝ/iustitia uti externa/ab aliis uideli
cet tanquam dominis ⁊ iudicibus iuste operari/
compulsi. Gla. Omnium profecto turpissimū
So. An non hoc quoque turpius esse putas?
quando aliquis non modo omne uite tempus in
iudiciis tum accusando tum defendendo conte
rit/sed ⁊ rudi quadam elatus iactantia in his
ipsis negociis gloriatur: quasi sit potēs ad iin
riā iferēdā: suisqȝ uersutiis usqȝ adeo tergiuer
sari ualeat: ut nullas iniuriarum soluat penas
qui sepe minimarum uilissimarumqȝ rerum cau
sa tam anxium subit negocium: ignorans quan
to preclarius ac melius esset ita se comparare/
ut nihilo indigeret iudice dormiente: Glau.
Certe hoc illo turpius est: So. Absurduȝ pre
terea existimandum est homines medicis egere
non ad uulnera sananda dumtaxat/morbosqȝ
curandos intemperie aeris ⁊ casibus congruen
tes/sed plurimum ad destillationes ⁊ spiritus
interioris intumescentis impetum ob mollitiē
atque desidiam ⁊ quem in uictu supra damna
uimus luxum. Quibus effectum est/ut homi
nes lacunarum instar aqua flatuque exuberan
tium/nimis oppleti coegerint peritos escula
pii successores/morbos quosdaȝ nouo nomine/
destillationes/inflationes/uisceruȝ crepitus/
apellare. Glau. Noua sane hec morboruȝ no
mina/nimiūqȝ absurda. So. Hec/ut arbitror
esculapii tempore non erant. Quod hinc pla
ne coniicio/quod eius filii apud troiam/pocu
lum patrocli iussu oblatum saucio eurypilo nō
damnarunt: cuȝ tamen in eo mixta esset pram
nio uino farina ⁊ insuper attritus caseus: que
pituitam augent. Glau. Profecto absurdum
id poculum: minimeque ita affecto conueniēs
So. Non si aduertis hac nostra medicinaria
facultate morboruȝ pedissequa/esculapii secta
tores ante herodicum/ut fertur/minime usos
fuisse: Herodicus autem cum esset exercitan
dorum magister iuuenum/effectusque esset ua
litudinarius/miscens gymnasticam medicine/
primo quidem se ipsum/deinde ⁊ posteros mul
tos tedio longo affecit. Gla. Quo nā pacto?

So. Longam quippe sibi mortem prestitit.
Nam dum morbum subsequeretur ad mortem
terminaturum/neque curare: ut opinor/se po
terat: ⁊ medele studio occupatus obmissis reli
quis actiōibus uitam in hac corporis indulgen
tia conterebat: male quidem affectus si paulo
a consueto uictu discederet: neque facile tamē
nature cedens: atque ita hac sapientia uiuens
senex decessit e uita. Glau. Egregiam palmam
ex arte sua reportauit. So. Nempe quam de
cebat reportare illum: qui ignorabat escula
pium non ignorantia quidem ⁊ imperitia gene
ris huius medele/suis posteris ipsum non osten
disse: sed quoniaȝ cognoscebat in ciuitate opti
me gubernata cuique opus suuȝ assignatū esse:
quod perfici necesse sit. Nec ulli supesse ociū/
ut per omnem uitam ualitudinarius in eo po
tis curatione uersetur. Quod quidem/modo
quodam ridiculo in artificibus animaduerti
mus: in illis uero qui opulenti felicesque cen
sentur/nequaquam. Glau. Quomodo istud?
So. Faber siquando in morbum incidit/bre
uem a medico curationem exigit: uel per uomi
tum/uel defluxum uentris/uel ustionem/uel
incisionem. Siquis autem diuturnaȝ illi uictus
obseruationem precipit/capitisque suffarcina
tiones ceteraqȝ huiusmodi/statim obiicit non
esse sibi ad egrotandum ocium: neque prestare
sibi ita uitam trahere continuis curationibus
incumbenti/suumqȝ opificium negligenti. De
inde medico hoc dimisso ad consuetum uictum
reuertens/si conualescit/suum opus exsequi
tur: sin autē corpus substinere morbū nequit/
uita functus/a negociis liberatur. Glau. Ita
profecto medicinis uti artifici conuenire uide
tur. So. Atque iccirco/opus illi propositum
esse dixi/quod nisi peragat/uiuere ipsi non pre
stat. Glau. Constat. So. Diues autem
ut diximus/opere nullo urgetur: a quo quan
do arceatur/non amplius sit ei uiuendum.
Glau. Nullo prsus/ut fertur. So. Phocyli
dem. Forte non audis dicentem quemadmodū
oportet uirtutem exercere/quando uiuendi
facultas iaȝ suppetit. Glau. Arbitror autem
⁊ prius. Socrates. Nihil in hoc illi aduerse
mur: Sed ipsi nos doceamus/utrum id hoc pa
cto meditari diues habeat/alioquin si in mor
borum nutritione tempus terat/non sit illi ui
uendum. Fabrili siquidem arti ac ceteris im
pedimento id est: Nam ab opere mentem di
uertit. Preceptum uero phocylidis nihil im
pedit. Glau. Per iouem/ferme omnium maxi
me/si ultra gymnasticam/superuacua ista cu
ratio corporis producatur/nos occupat.
: So. Etenim rei familiari ⁊ militari/⁊
urbanis omnibus magistratibus obest plurimū
Quodue deterimum est/discendi studium ⁊
omnem intelligendi/meditandiqȝ diligentiaȝ
impendit: dum capitis dolores semper ⁊ uerti
gines suspicatur: studiūqȝ sapientie causatur:
quasi ex eo ista nascantur. Quamobrem ad uir
tutis exercitationem/probationemque nobis
omnino impedimento est. Efficit enim ut sem
per egrotare putemus: neque desinamus unq̃ȝ
de habitu corporis queri. Glau. Consenta
neuȝ est. Socrates. Hec utique cogno
scentem uicimus esculapium: hominibus natu
ra educationeqȝ bene ualentibus: deinde uero
morbo quodam exterius illato ⁊ subito egro
tantibus eam ostendisse medicinam: qua phar
macis ⁊ incisionibus ifirmitas tolleretur: uiō
licet consueto deinde uictu seruato/ne ciuilia
negocia disturbaret. Corpora uero penitus in
teriori corruptione morbosa nequaquā aggres
sum fuisse diligentia uictus ⁊ diuturna obser
uantia in uita producere: ita ut ⁊ male uiue
rent homines/⁊ ualitudinarios/ut consequēs
est/filios generarent. Neque uero illum cen
suisse curandum/qui non posset in constituto
⁊ solito uictu ac regula uiuere: tanquam neqȝ
ipsi neque ciuitati id conferat: Glau.
Ciuilem uirum dicis esculapium extitisse?
So: Constat plane: filiiqȝ ipsius talem euȝ
fuisse testātur: An ignoras illos apud troiam
in rebus bellicis claruisse? quanquam ⁊ medi
cine studio/quemadmodum ego dicebam/ute
bantur. Non meministi quod menelao panda
ri manibus uulnerato/cruoreȝ uulneris abster

serunt/ ⁊ unguentis mitigantib⁹ perunxere Legem uero certã circa cibos ac potus nihilo magis q̃ eurypilo prescripserunt: quasi pharmaca ad curandos sufficerẽt homines qui ante accepta uulnera ⁊ firmi corporis habitu ⁊ uictu moderati fuissent: licet protinus dictum illud poculum ebibissent. homines autẽ ⁊ natura ⁊ incontinentia morbosos/uiuere neque iis ipsis neque aliis conferre putabãt. Neque circa illos uersari artẽ: neque esse curandos/etiam si m̃ida locupletiores essent. Glau. Scitos admodum uiros fuisse perhibes esculapii filios. So. Decet sane/quanquã nobis tragedi ⁊ pindarus non testificantes esculapium ferunt apollinis filium extitisse: atque auro indutum ad hominem pecuniosum cum extrema egritudine ad mortem ferente opprimeretur/in uitam restituendum. Unde ⁊ fulmine illum percussum. Sed nos propter illa que supra diximus illis hec utraque nõ concedim⁹. Immo si dei filius fuit/lucri turpis auidum fuisse negabimus/sin turpis/auidus lucri/dei fuisse filium reiiciemus. Glau. Probe quidem ista dicuntur: Sed de hoc quid ais/o/socrates? An non bonos medicos habere oportet in ciuitate? Essent autem tales maxime/quicunque fuissent cum sanis plurimis/plurimisque egrotantibus conuersati. Iudices item similiter/qui uaria hominum ingenia essent experti.

So. Et ualde quidem bonos dico: Sed nunqd intelligis/quos tales eẽ arbitror? Glau. Si dixeris. So. Tentabo equidẽ. Tu tamen non similem rem sermone eodem interrogabas. Glau. Qua ratiõe? So. Medici qdẽ sufficientissimi euaderẽt/si ab ineunte etate ultra discende artis studium inter plurimos corpore male affectos cõuersarentur: ipsiq̃ omni morborum genere laborarent: naturaq̃ imbecilla essent. Neque enim corpus/ut arbitror/corpore curant/Impossibile namq̃ esset/ipsa quandoque mala uel fuisse/uel esse: sed anima corpus curant. An non fieri potest/ut que fuerit sitq̃ mala/bene aliquid curet? Gla. Recte quidem. So. Iudex autem/o/amice ipso animo ipsi animo imperat. Non ne possibile est a pueritia animum aliquem cum malis animis conuersatum ⁊ iniusta quęque facinora operatum/acute denique ex se ipso aliorum scelera coniiectare quemadmodũ ex ipso corpore morbos? Num insontem ipsum imperitumq̃ malorum morum dũ esset iuuenis extitisse oportet/si bonus ⁊ honestus existens iusta sincere est iudicaturus. Quapropter modesti homines/dum iuuenes sunt/stolidi esse uidẽtur: ⁊ qui facile ab iniustis decipi possint: tanquam qui non habeant in se ipsis eadẽ/que habent improbi/affectuum/exempla malorum. So. Glau. Omnino certe id patiuntur.

Uerum enimuero non iuuenem/sed senem esse bonum oportet iudicem: qui sero qualẽ quid pro iniustitia sit/didicerit: tanquam qui non propriam in animo suo eam senserit/sed alienam in alienis animis longo tempore nouerit: atq̃ iccirco cuiusmodi sit malum discernat/scientia potius q̃ propria experientia iudicans.

Gla. Generosissimus certe iudex huiusmodi esse uidetur. So. Et bonus preterea quõ ipse querebas. Qui enim bonum habet ⁊ animum/bonus est. Uersutus autem ille ac malarum/sagaxq̃ ⁊ suspicans: qui multa egit iniuste: sagaxq̃ ⁊ sapiens habetur/quando cum sui similibus uersatur/cautus callidusq̃ apparet/cum ad exempla que in eo sunt/mentem dirigens/sibi satis caueat: Quando uero bonis senioribusq̃ adheret/fatuu⁹: cũ ultra q̃ decet diffidat: sanũq̃ ⁊ sincerum morem ignoret: quippe qui exempla illius non habeat. Cum uero frequentius cum malis q̃ cum bonis uersetur/sepius quoq̃ sapientior q̃ insipientior sibi aliisq̃ uidetur. So.

Glau. Uera proculdubio loqueris. Non ergo talem querere oportet iudicem tanquam bonum ⁊ sapientẽ: sed qualem paulo ante dicebam: Prauitas enim neque se neque uirtutem cognosceret unquam: Uirtus autem nature tempore addita disciplina: ⁊ se ipsam simul ⁊ prauitatem intelliget: Non igitur malus/ut mea fert opinio/sed hic sapiens euadit/

Glau. Mihi quoque ita uidetur. So. Non ne igitur ⁊ medicinam qualem diximus una cum huiusmodi iudiciaria equitate in ciuitate/lege constitues/que quidem eos ciues qui natura tum animo tum corpore bene se habẽt/enutriant: eorum uero qui tales non sunt/quotcunque corpore deficiunt/mori sinant: quotcunque autem malo ingenio procreati/insanabiles sunt/morte mulctent. Glauco: Hoc fortasse ⁊ ipsis qui talia patiuntur ⁊ ciuitati conducit. So. Constat quinetiam curaturos iuuenes ne in iudiciarie usum indigentiamque descendant/simplici illa utentes musica: ex qua nasci diximus temperantiam.

Glau. Cur non? Socrates. An nõ per eadem hec uestigia musicus gymnasticam sequens/si uolet aget/assequeturque ut nihil egeat medicina/nisi necessitas cogat. Gla: Assentior equidem. So. Exercebit autem in gymnasiis corpus/respiciens magis ad animositatem nature/illamque excitans/q̃ ad robur/neque quemadmodũ athlete alii corporei roboris gratia uictum instituet: laboresq̃ adhibebit. Glau. Recte admodũ

Socrates. Qui ergo constituũt/o/glauco musica ⁊ gymnastica homines erudire/non ea causa qua multi existimant/studia hec aggrediuntur/ut hac quidem corpus/illa animũ curent: Glaco. Cur non? Socrates. Uidentur utraque animi gratia plurimum exercere. Glauco. Quo pacto? So. An non uides ut afficiant animum qui gymnasticam per omnem uitam exercent/musicam autem non attingunt? Uel qui contra faciunt

Glau. De quo nam dicis? Socrates. De rustica inquam duritia ferocitateque: atq̃ item d̃ mollitie ⁊ mãsuetudine. Gla: Noui equidem eos qui mera utuntur gymnastica/agrestiores q̃ oportet euadere. Qui autem dumtaxat musica/molliores q̃ eos decet/effici. Socrates. Atqui uis ipsa agrestis ad iracunde nature animositatem pertinet: que si recte nutritur/fortis euadit/sin autem supra q̃ decet excrescit/ferox ut consentaneum est ac dura. Glauco. Assentior. Socrates. Quid autem uim ipsã mitem ⁊ mansuetam/non ne philosophi natura habet? que si nimium coalescit/mollior fit q̃ decet/bene autem si enutritur/suauis atq̃ modesta. Glauco. Est ut dicis. Socrates. Dicebamus autem oportere ipsos custodes utrasque naturas habere. Glauco. Oportet sane. Socrares. Non ne congruere inuicẽ ⁊ cõcinnere oportet. Gla. Quid ni? Socrates. Eiusque animus in quo hec consonant/temperatus est ⁊ fortis

Glauco. Omnino. Socrates. Eius autem animus in quo dissonãt/timidus ⁊ agrestis. Glau. Et maxime quidem. Socrates. Quicunque permittit ut musica animum suum assidue circumsonans occupet ⁊ demulceat: perq̃ aures ueluti per infundibula harmonias infundat: quas supra cõmemorauimus/suaues/blandas/molles/ac flebiles: atq̃ etatem suam in modulis animum delinientibus consumit/is primum quidem siquid iracundũ habebat/tanquam ferrum demollit: ⁊ utile ex inutili duroq̃ efficit. Quando autem incumbit diutius/magis cõmulcet/post hoc iam liquefacit animum ⁊ resoluit: donec destillando exhauriat animositatem omnẽ/exscindatq̃ tanquam neruos ex animo. Ex quo animum quasi segnem militem efficit. Glauco. Sic est omnino. Socrates. Ac si a principio hominem nacta sit natura sine animi robore/cito hoc perficit. Sin autem animosum uires animi frangens ad iram reddit precipitem: ut minimis quibusque offensiunculis irritetur: ac facile iterũ efferuescat. Unde ex animosis iracundi atque morosi effecti sunt/molestia ⁊ fastidio pleni. Glauco. Ita prorsus accidit. Socrates. Quod siquis gymnastice uictui exercicationique se dedat/musica

philosophiaqꝫ neglectis/primo quidem firmũ corporis habitum consecutus animi uiribus magnitudineqꝫ repletur: fortiorque/q̃ꝫ esset/euadit. Glauco. Ualde quidem. So. Deinde si in hoc ita perseueret: ut nihil aliud agat: neque musam prorsus attingat/certe siquis erat eius in animo instinctus discẽdi/flagrans cupiditate/imbecillus/surdus/ac cecus efficitur: utpote qui neque doctrinã gustauerit ullam/neque indagationem rerum/neque ullam penitus rationem/neque musicam aliam: unde expgisci potuerit/coalescereqꝫ: sensusqꝫ suos puros accipere: Gla: Sic plane: So: Rationi aduersus/ut arbitror/uir huiusmodi ⁊ a musis redditur alienꝰ. Ac nulla ulterius persuasiõe rationibus inducta utitur: sed ui ⁊ agresti immanitate tanquam fera quedam ad omnia fertur: inqꝫ inscitia ⁊ ruditate sine rhythmo ⁊ gratia ⁊ urbanitate uiuit. Glau. Omnino sic se res habet. So. Postquam duo hec sunt/ut apparet/artes duas assererẽ deum aliquem hominibus tribuisse: musicam ⁊ gymnasticam ad animositatem/philosophicam ue naturam: nõ ad animum ⁊ corpus/nisi per accidens fuerit: sed ad illa/ut inuicem consonarent intensa uidelicet atque remissa quatenus deceat. Gla. Sic apparet. So. Cum igitur qui pulcherime gymnasticam cum musica miscet/moderatissimeqꝫ hec animo adhibet/merito absolutissimũ musicũ diceremus ⁊ summa harmonia compositum/magis q̃ꝫ eum qui chordas una contemperat. Glau. Et merito quidem/o/socrates. So. Nõne ergo huiusmodi aliquo preside semper in ciuitate nobis opus erit glauco? si debet salua fore res pub. Glau. Erit certe summope. So. Hi ergo discipline educationisque modi essent. Nempe choreas in horum genere quis reponet? uenationesqꝫ ⁊ canum insecutiões: gymnica item certamina ⁊ equestria. Ferme enim cõstat sequi hec ista debere/neque inuentu difficilia fore. Gla. Forte non sunt difficilia. So. Quid nobis preterea distinguendum? Nõne horũ omnium/qui nam imperare debeãt/q parere? Gla. Cur nõ? So. Constat quidem seniores imperare oportere/iuniores subesse. Glau. Constat profecto. So. Et hoc liquet ex his esse optimos eligendos. Gla. Liquet certe ⁊ istuc. So. Agricolarum optimi nõne hi sunt/qui maximam agrorum habent colendorum peritiam? Glau. Prorsus. So. Nunc autem cum ex custodibus optimos eligi oporteat/nõne eos qui maximam custodiende ciuitatis peritiam habent? Glau. Eos plane. So. Prudentes ergo ad hoc esse eos oportet/potentesqꝫ? ⁊ qui reipublice curam habeant. Gla. Est ita. So. Curat autem quisque maxime id quod maxime diligit. Gla. Necesse est. So. Atque hoc diligit maxime/cui conferre eadẽ ac sibi existimat: ⁊ ex cuius felicitate uel infelicitate suam arbitratur felicitatem infelicitatem ue pẽdere. Gla. Sic est. So. Eligendi igitur ex omnibꝰ custodibus hi maxime qui nobis considerantibus uideantur per omnem uitam/summo studio ea facere/que e republica esse ducunt: que uero contra/cauere. Glau. Commodissimi certe hi sunt. So. Obseruandi itaqꝫ sunt/ut arbitror/in singulis etatibus/utrum preceptum hoc seruent: neque tanquã prestigiis quibusdam decepti/neque ui ulla cõpulsi/suiqꝫ ipsorum obliti eiciant eam opinionem qua ea sola censentur agenda/q̃ sunt optima reipublice. Glau. Quã eiectionem dicis? So. Dicam tibi. Uidetur mihi opinio mente exire/uel sponte/uel inuite. Sponte quidem falsa/in eo qui dediscit falsa/uera discit. Inuite autẽ/uera queque opinio. So. Quod de uolutario exitu dicis/intelligo: quod autem de inuito/discere cupio. So. Nonne putas bonis homines inuite priuari: malis autem sponte? An non mentiri uerumqꝫ nescire malum est/uere autem iudicare bonum? Non ne opinari ea q̃ sũt/uere putare/tibi uidetur. Gla. Probe loqueris: mihiqꝫ uidentur homines inuiti uera opinione priuari. An non uel subreptione/uel deceptione/uel ui hoc patiuntur? Gla. Neqꝫ istud itelligo. So. Tragice porro loq uideor. Surripi eiꝫ opiniones iis dico/qui sententiã mutant/uel sensiꝫ tempore oblitetam/uel clam aduersa ratione subtractam. Nunc intelligis? Glau. Intelligo equidem. So. Uim autem illis inferri/quos dolor/cruciatus/aliter sentire cogunt: Glau. Istud intelligo equidem/ac recte dicis. So. Subduci autẽ quasi prestigiis eos/ut arbitror/tu quoqꝫ diceres/qui priorem deposuũt opinionem/uel uoluptate pmulcti/uel metu pterrefacti: Gla. Uidẽtur sane quecũqꝫ decipiũt/prestigiis nos seducere: So: Quõ igitur nup dicebã/q̃rendũ est? Qui nã cõstantes seruitores sint eius que apud ipsos est/sententie/id uidelicet semper agendum esse/quod reipublice conducere arbitrantur. Obseruandi sunt igitur statim a pueritia/eaqꝫ illis opera proponenda/ex quibus aliquis maxime preceptum illud obliuisci falliqꝫ possit. Atque is q̃seruat illud memoriter neqꝫ subducitur/eligẽdus: Qui cõtra/abiiciẽdus. an nõ? Gl. Certe. So. Ergo ⁊ labores ⁊ dolores illis ⁊ certamina opponenda: in hisqꝫ hec eadẽ obseruanda. Gla. Scite. So. Nõne secundum speciem illaꝫ tertiam/hoc est/quasi quandam prestigiorũ allucinationem pugnandum est? ⁊ quemadmodũ qui inspicere cupiũt nunquid pulli pauidi sint nec ne/ad strepitum illos ⁊ tumultum ducunt/sic iuniores in terribilia quedaꝫ impellendi atque item oblectamẽta: in hisqꝫ multo magis q̃ꝫ igni aurum examinandi: ut ita comperiamus/si extet aliquis inter eos qui non facile irretiatur/sitqꝫ compositus in omnibus: sui ipsius custos optimus/⁊ eius quam didicit musice/conseruator/concinnumqꝫ ⁊ consonuꝫ se in his omnibus prebeat. Qualis uir/esset ⁊ sibi ⁊ patrie utilissimus. Atque is qui singulis etatibꝰ semper pueritia adolescentia/natura/etate/probatus ẽ: ⁊ immaculatus existit/custos ⁊ princeps est ciuitatis constituendus: Honores huic tribuendi ⁊ uiuenti ⁊ mortuo: sepulchrorum ⁊ aliorũ monimentorum maxima munera sortienti. Qui uero talis non sit/abiiciendus est: Huiusmodi igitur/o/glaucon delectꝰ ⁊ istitutio principuꝫ ⁊ custodũ esse debere mihi uidetur: ut summatim potius q̃ꝫ exacte sit dictũ. Glau. Idem ⁊ mihi uidetur. So. Igitur uerissime uocabũtur hi quidem custodes omni ex parte tam externorum hostium/q̃ꝫ internorum amicorum ut isti nolint/illi nequeant malum aliquid machinari: Iuuenes autẽ quos paulo ante custodes nominabamꝰ/recte auxiliarii dẽfensoresqꝫ institutionum ipsorum principum apellabuntur. Gla. Sic ⁊ ipse sentio. So. Quis itaque modus erit quo ex his mendaciis que aliquando decent quemadmodum ⁊ nos in superioribus generosum quiddã mentientes induximꝰ: persuadeamus prius quidem principibꝰ? sin minus/saltem reliquis ciuibꝰ. Gla. Quale istuc ais? So. Nihil noui equidem/sed phenicium quiddam: quod ante quideꝫ apud multos factũ est/ut poete dixerũt: ⁊ persuaserũt: Nostris uero temporibus minime. Nec scio/si futuruꝫ unquã. Persuadere certe est arduum. Gla. Quã pigre ad dicendũ uideris accedere. So. Uidebor equidem tibi postquam dixero/ualde decẽter pigrescere. Gla. Dic age/nec timeas So. Ecce iam dico: quanquã nescio qua audacia quibusque uerbis fretus dicaꝫ: atque aggrediar primum ipsis principibus ⁊ militibus suadere: deinceps autem ⁊ reliquis ciuibus: quod ea qbꝰ nos ipõs enutriuimꝰ/erudiuimꝰqꝫ tãq̃ꝫ somnia uisi oĩa sũt circa se ipsos habere. Erãt autem tunc reuera sub terra/intus formati ⁊ enutriti ipsi/⁊ arma eorum/⁊ supellex omĩs. Postquam uero omnino perfecti fuerunt/terra ipsos ut mater eduxit. Et nunc quidem tanquã matri ac nutrici/regioni huic in qua sunt consulere debent atque succurrere/siquis eam inuaserit: deqꝫ ceteris ciuibus tanquam de fratribꝰ/terra genitis/cogitare. Gla. Non frustra olim erubescebas hoc mendacium dicere. So. Decenter admoduꝫ: sed audi iam reliquũ fabule. Estis utique omnes in ciuitate tanquã fratres/ut ipsi dicemus/ad eos confugientes. Sed cum deus nos formaret/quicũque uestrũ ad imperandum idonei nati sunt/aurum in eorum generatione ipsis admiscuit: propter q̃d honoratissimi sunt. Illis aũt q ad auxiliãdũ/argẽtũ indidit. Ferrũ õniqꝫ atqꝫ es/agricolis ⁊ aliis opificibꝰ. Tanq̃ꝫ igitur eiusdem generis oẽs/similes uobis plurimũ generatis. Eue

cā rē ꝯfert / eaten⁹ certe nobis ꝯuenit Naȝ ad castra ponēda / regionē occupandā / colligendasq́ turmas uel etiā ſpgēdas / ⁊ ad cetera machinamēta q̄bus circa acies uł in obſidione uł itinere uti solēt / p multū īterest / geometric⁹ ne aliq̄s sit an nō: So: Ad hec utiq̄ȝ exigua quedā geometrice arithmeticeq̄ȝ pticula sufficit / Inq̄rēdū est aūt / utꝝ diuturni⁹ studiū uberiorq̄ȝ pceptio / ꝯferat ad idea boni facile dinoſcendā / cōferūt uero ad hoc oia / q̄ aīuȝ illuc ꝯuertūt / ubi est essentie beatissimū: Q̄d ipſi est pñit⁹ cognoſcēdū: Gla: Recte: So: Ergo si essentiā intueri geometrie studiū cogit / ꝯuenit qdeȝ / sin āt generatiōeȝ / nō ꝯuēit / Gla: Ita dicim⁹. So / pfecto nobis hoc nō negabūt qcūq̄ȝ uel paulūȝ qd geometrie gustarūt / qn hec ſcia / ꝯtra oio se hēat q̄ȝ de ea loq̄ntur / q̄ ī ipā uersantur. Gla. Quo nā pacto. So. Quippe ridicule admodū ⁊ q̄ꝯ coacti sepe loqūtur. Nā uelut agētes ⁊ actionis grā uerba faciūt / dū ⁊ quadrare aiūt / ⁊ pducere atq̄ȝ addere / ceteraq̄ȝ similiter. Doctrina uero hec oīs cognitiōis grā q̄ritur. Gla. Sic ē oio. So. an nō istud quoq̄ȝ nobis ē ꝯcedēdū? Gla. Quid? So: Q̄ꝺ q̄ritur cognoſcēdi illius grā / qd semp est / nō eius qd ⁊ oritur q̄nq̄ȝ ⁊ iterit: Gla: Cōcedendū plane. Naȝ geometria / ei⁹ qd est semp / cognitio ē: So. attollet igitur o generose uir ad ueritateȝ aīum / atq̄ȝ ita ad phandū preparabit cogitatōeȝ / ut ad supa ꝯuertaȝ⁹ q̄ nc ꝯtra q̄ȝ ōeȝ / ad iferiora dēicimus. Glau. q̄ȝ maxīe fieri pōt. So. q̄ȝ maxīe igitur precipiēdū ē / ut q̄ preclarissimā hāc hitāt ciuitatē nłlo mō geometriā ſpnāt / nā ⁊ q̄ preter ipſi⁹ ppositū quodāmō eē uidētur: haud exigua sunt: Gla. Qualia? So. Que tu circa reȝ bellicam conmemorabas. Scimus quinetiam ad disciplinas omnes facilius perdiscendas interesse omnino / attigerit ne geometriam aliquis an non: Glau: prorsus. So. Hanc ergo doctrinam secundo loco discendam iuuenibus statuamus: Gl: Statuam⁹. So. An tertio ī loco ponemus astronomiam? Quid censes: Glau. ponendam equidem / Nam mutationes oportunitatesq̄ȝ temporum presentire / non minus rei militari q̄ȝ agriculture nauigationiq̄ȝ conuenit. So. Quam dulcis uir es. Nempe uereri uideris / ne multi te putēt inutiles disciplinas inducere. Est autem non leue istō ſȝ difficile ad modū pſuadere / qd ex hui⁹modi disciplie instrumētū qdā cuiuſq̄ȝ aī expurgatur / reuiuiſcitq̄ȝ / qd āt ex aliis studiis īfectū obcecatūq̄ȝ fuerat Cū poti⁹ id seruādū sit q̄ȝ oculoꝝ corpis decē milia. Solo. n. hoc īspicitur ueritas Eis ergo q̄ idē hoc sentiūt / mirꝝ īmodū bn̄ loq̄ uideberis Qui aūt id nūq̄ȝ excogitarūt merito nihil te dicere arbitrabūtur. aliā. n. ab ipsis utilitatē estimatōe dignā nō cernūt. Hic ergo tu uide ris utris potissimū disseras. An forte cum neutris: uerꝝ tui grā maxime uerba facis / neq̄ȝ tñ ulla ōtineris inuidia: siq̄s aliquā ex his utilitatē suſcipiat. Glau: Hoc poti⁹ eligo: mei . s. grā ī prīꝭis iterrogādo ⁊ rn̄dēdo disserere: So Retrocede. nā nc qd haud recte qd geomtrie succedit accepim⁹: Gl: quare? So: qa pcst plāum / stati solidū illō qd circūfertur accepim⁹ q̄ȝ ipūȝ ſȝm seipūȝ ꝯprehēdrem⁹. Decȝ āt stati post augm̄tū scōȝ tertiū cape. ē āt hoc circa cuboꝝ augumtū / atq̄ȝ id qd pfunditatis est participeps. Gla: ē certe: ſȝ hec o socrates nōdū repta uidētur: So: Hui⁹ due sunt cause / qd oꝝ nulla ī ciuitate hec honorātur / ⁊ cū ineu difficilia sint / haud ardēter q̄rūtur. Et q̄ ista q̄rūt / duce īdigent / sine quo minime reperirēt: Quē esse primo difficile est deīde etiā si esset / dū tñ ita se hn̄t ut nūc q̄ hec īdagāt fastu elati neq̄q̄ȝ parerent. Sin aūt ciuitas tota huic opī presideat / honorifice ista ducēs ⁊ isti obtemparebunt qdē ⁊ hec sedulo studioſeq̄ȝ discussa / clari⁹ emicabūt: Quippe ēt nūc quāq̄ȝ ⁊ uulgus ista ꝯtēnit ⁊ phibet / ⁊ q̄ hec pſcructātur / qua ratōe utilia sint ignorāt tñ ui grē cui⁹dā uigēt. Naȝ mirꝝ si hec ita apparuerit: Gla: Nēpe qd grātū est / id precipuū / ſȝ mihi apti⁹ q̄ nūc dicebas explana: Studiū / qd circa planū uersatur / geometriā uocabas: So: Eq̄dē: Gl. post geometriā ꝯtinuo astronomiā ponebas: Sȝ paulo post retro rettulisti pedē. So. Eniuero quo magis ppero eo puenio serior: Nā cū mox illi succederet facultas illa q̄ de augumto ī pfundū agit / quia ridiculosa eius hētur inuestigatio / eam transgressus / post geometriā / astronomiā protin⁹ attigi. q̄ ī pfundi ipsius agitatione ꝯsistit

Gla: Probe loq̄ris. So. Ergo quarto in loco ponamus astronomiam: tanq̄ȝ adsit ea facultas que nūc fuerat pretermissa / si modo ī ciuitate suſcipiatur. Gla. Sic decet. Atq̄ȝ eā astronomie laudationē o socrates / ī qua tu me iterpellasti q̄si iportuni⁹ ipāȝ extollerē / ex tuo pgressu nūc pſequor. Nā cuiq̄ȝ patere existimo hāc aīmi oculos ad supiora dirigere / et hic illuc ipsū pducere. So. Forte hoc oib⁹ preter q̄ȝ mihi pſpicuū. Q̄m mihi qd nō ita uidētur: Gla. At quo nā mō? So: porro ut nc eā tractāt / q̄ phie ipſaȝ iūgūt / ad iferiora deiicere aīmi ocłos mihi uidetur: Gla: Qua ratōe id ais? So. Non igenerose mihi uideris tecū ipse supnoꝝ intelligētiaȝ definire. Cōstat. n. qd siq̄s laq̄aria uariis coloribus depicta suſpiciēs qcq̄ȝ pcepit / eū nō oculis ītueri ſȝ intelligere arbitraberis Ac forte recte sentis / ego aūt inepte. Reor eqdē nullā aliā disciplinā ad supnā inſpectionē aīuȝ excitare / nisi eaȝ q̄ circa essentiā ⁊ id qd uideri nō pōt uersatur. Q̄d siq̄s sursum inhiās nunq̄ȝ ꝯuersus deorsuȝ sensibile aliq̄d pcipere studet / hunc nego. Et eius aīum nō sursuȝ ſȝ deorsum aspicere cēseo. etiā si resupinus in terre litore uł maris equore iacēs / qcq̄ȝ pceperit: Gla. habet iuria me corripuisti. uerꝝ q̄ ratio discende astronomie preter eā quā isti seqūtur / si hec nobis perceptio sit ad ea que dicimus profutura: So: Hec utiq̄ȝ. Existimādum est has que ī celo sunt uarietates / postq̄ȝ in loco uisibili sunt / si ad ceteras eiusmodi ꝯparentur / optime integerrimeq̄ȝ dispositas: sin āt ad ueras / lōge deficere. Ueras inq̄ȝ uarietates ⁊ motiones / quibus ipsa que uere est uelocitas / ⁊ ipsa que uere ē tarditas in uero numero / uerisq̄ȝ figuris omnibus ⁊ inuicem feruntur: ⁊ que insunt / ferunt Que quidem omnia ratione ⁊ cogitatione conprehendi possunt / uisu uero nequaq̄ȝ. Quid cēses? Gla: Idem prorsus: So: Non ne igitur celestium uarietate utendum est uelut exēplo quodaȝ ad supernaꝝ reꝝ ꝯtemplationem? pinde ac siq̄s uideat figuras a dedalo uel alio artifice uł pictore peecipue ꝯpositas ⁊ elaboratas: Nēpe si esset is q̄ eas uidet ī geometria pitus artificiuȝ ipsuȝ laudaret. ridiculum tamen esse censeret siquis attentius talia consideraret / tanq̄ȝ in ipsis ueritatem / equalium uł duploꝝ uel alicuius proportionis alterius repertur⁹: Glau: Cur non absurdum id uideatur? So: Idem quoq̄ȝ facturum putare debemus uerꝝ astronomū / quando motus syderum intuebitur arbitraturum scilicet quoad in operibus huiusmodi possibile est / q̄ȝ pulcherrime ab ipso celi conditore ⁊ celum ipsum ⁊ que in eo sunt / fabricata: absurduȝ tamen existimaturum siquis noctis ad diem ꝯpationē hoꝝq̄ȝ ad mēseȝ / mensisq̄ȝ ad annum ⁊ aliorum astrorum inuicem ⁊ ad ista semper similiter fieri censeat neue unq̄ȝ quoquomodo mutare tenorem / cum ⁊ corpus habeant ⁊ uideantur queratq̄ȝ in his omni studio ueritatem: Glau: Mihi certe in presentia te audienti idem uidetur: Socra. Itaq̄ȝ propositionibus utemur ut in geometria ita ⁊ in ipsa astronomia ⁊ que in celo sunt / dimictemus / si modo ita percepturi sumus astronomiam / ut quod in nobis sapientie compos natura existit / utile ex intili efficiatur: Glau. q̄ȝ multiplicē precipis opā ad eā q̄ nūc astronomie datur? So. Arbitror āt ⁊ alia nos precipere eodē mō debere / siqua ex nobis tāq̄ȝ legū ꝯditorib⁹ sit utilitas puētura. At quā nūc ex conuenientibus disciplinis commemorabis? Gla. Nullam ad presens habeo / quam commemorē. So. Attamen non unam tantum / sed plures species / motus prebet. Omnes quidem quisquis sapiens fuerit / depromere poterit. Que uero nobis occurrunt / due sunt: Glau: Quales? So. Una quedā astronomie consimilis iuxta illam per comparationem conuersionemq̄ȝ apposita. Glau. Qualis inquam: So: Quemadmodmm ad astronomiam oculi / sic ad harmonicum motum uidentur aures fabricate. Unde ⁊ he inuicem esse germane scientie ut ⁊ pythagorei putant / ⁊ nos. o. Glauco assentimur? Uel quid nam agemus? Glau: Ita prorsus: Socra: Non ne / postquam grande hoc opus / eos percontabimur / quo pacto de ipsis loquuntur / ⁊ nūquid aliud preter ista. nos aūt ad hec oia nostrū illud seruabimus. Glau. Quid? So: Neq̄ñ dent opaȝ ut nostros alūnos qcq̄ȝ ex his minus pfectū doceant quod nō

illuc tēdat semꝑ quo ꝓficisci oīa debent. Quē admodū nuꝑ de astronomia narrauimus. An ignoras qđ circa harmoniā tale aliqd agunt. Nā dū ↄcentus ⁊ tonos q ꝑcipiuntur auribus metiuntur ⁊ cōparant/ irrito labore quēadmodū astronomi tēpus ↄterunt. Gla: Per deos ridicule admodum crebriores quasdam uocum ↄgestiones inducūt/ ⁊ aures adhibent ↄparātqꝫ uelut uiciniore loco uocē ipsaꝫ uenātes. Atqꝫ eorūꝫ alii dicunt in medio adhuc sonitū aliquē se audire/ minimūqꝫ esse interuallū istud/ quo metiri quis debeat. Alii uero ambigunt/ quasi sonus iā similis audiatur. Et utriqꝫ aures menti preponunt: So: Tu uero utiles ne eos musicos uocas/ qui chordas iugiter uexant examinātqꝫ ⁊ clauiculis tū intēdendo tū remictēdo pulsantiones contorqnt. Sꝫ ne longius hec ꝓ nebatur similitudo circa plectri accusatiōeꝫ qꝫ ⁊ negatiōeꝫ ac elatiōeꝫ chordaꝝ imagini iā huic finē ipono. Neqꝫ his dicēdū assero sꝫ illis quos diximus modo de harmonia interrogandos: Nā idē faciunt qđ ⁊ illi q in astronomia uersantur. Nēpe numeros eos sectantur q in ↄcentibus ad aures ꝑtinētibus isunt. Sꝫ ad inuestigādū ide nō trāseunt: q ↄsonantes numeri sint/ q nō/ ⁊ quā ob causam utriqꝫ sint tales Gla: Rē egregiā narras: So. Adde ⁊ utilem ad boni ipsius pulchriqꝫ indaginē. que si aliter queratur/ fit ꝓrsus inutilis. Gla. Probabile istud qdem. So: Arbitror aūt supradictorum oium tractationē/ si mutuā ipsoꝝ ↄmuniōeꝫ cognitionēqꝫ attigerit/ inuestigaueritqꝫ qua se cū ista inuiceꝫ ratione coherent/ ad ea q̄ expetim⁹ ↄducturā. neqꝫ frustra in his homines sꝫ utiliter admodū uersaturos: inutiliter aūt/ si aliter actū fuerit: Gla: Atq ⁊ ego ita uaticinor: sꝫ magnū est qđ iubes. o. Socrates: So: de prohemio istud/ an de alio quodā iq̄s? An ignoram⁹ hec oia esse ipsi⁹ ꝓhemnia legis/ quā discere deceꝫ. Nō dū. n. hoies i hīs reb⁹ ꝑiti esse dialetici. i. ad disserēdū idōei tibi uidētur: Gla: nō ꝑ iouē nisi ꝑpauci qđ oiuꝫ quos ūq̄ꝫ cognouerī. So At eni nisi q̄s ⁊ accipe possit ⁊ reddere rōeꝫ nūq̄ꝫ sciet qcq̄ꝫ eoꝝ q̄ esse dicim⁹ cognoscēda. Gl. Nūq̄ꝫ ꝓrs⁹. So. Nōne hec iā lex est o glauco q ꝑdisserēdi artē ostēditur/ quā rursus intelligibilē/ ea uis imitatur aspect⁹/ quā supra dixim⁹ ad ipā iaꝫ aialia sese ↄuertere/ ⁊ ad stellas. ⁊ ad ipūꝫ deniqꝫ solē? Haud secus cū q̄s ad dialeticā/ arteꝫ. s. disserendi se ↄfert absqꝫ sensibus/ rōe dūtaxat/ ad ipsuꝫ qđ est quodlibet nititur/ q si nō destiterit/ priusq̄ꝫ ipsum qđ est bonū intelligētia ipsa ꝑceꝑit/ tūc demū ad finē intelligibilis ipsius ita ꝑuenit/ ut ille alter ad uisibilis finē ascēdit. Gla. Oio sic accidit. So Nōne dialeticā hāc ꝓgressioneꝫ uocas? Gla Quid ꝓhibet? So Atq quēadmodū solutio illa a uinculis ↄuersioqꝫ ab ūbris ad simulachra ac lucem/ ⁊ ex antro ad solis lum̄ exitus/ ibiqꝫ aialium ⁊ plantaꝝ inspectio/ solisqꝫ ⁊ sydeꝝ i aqua ꝓpter ībecillitatem oculoꝝ intuit⁹ ipūꝫ qđ i corꝑib⁹ est clarissimū ad id ↄuertūt/ qđ ē i corꝑāli ⁊ uisibili regione oiuꝫ fulgentissimuꝫ Ita oiuꝫ supradictaꝝ artiū studiū ōducit animū ꝑ umbras nō simulachroꝝ sꝫ eoꝝ poti⁹ q̄ uere sunt/ iudicareqꝫ eas efficit apparētes ad aliud quodā lum̄ tanq̄ꝫ ad solē/ hētqꝫ uim quandā ad extollendi id qđ est i aio prestātissimuꝫ ad ↄtēplatōeꝫ eius qđ i ordine reꝝ est optimū Gla. Eqdē sic accipio quāq̄ꝫ mihi talia hec esse uiōntur/ ut neqꝫ facile admicti possint neqꝫ facile reiici Verūtn̄ cū nō ipn̄tia solū audienda sꝫ de inceps sepius repetenda sint/ his ita positis ut nūc traditū ē/ ad ipꝫ iā legē deueniam⁹ atqꝫ ita eā ꝑcurramus ut ꝓhēniū nuꝑ trālegim⁹. Quare dic amabo q̄s potētie disserendi mod⁹? ⁊ q̄s i spēs distribuitur. ⁊ q̄ uie sint/ he nāqꝫ sūt ut uidetur. q̄ illuc ꝑducūt/ quo q̄sq̄s ꝑuenerit illic ōmū tāq̄ꝫ i itineris termio requiescet So. Nō dū o amice glauco asseq poteris. ꝑfecto quātū i me est nihil tibi deerit studii/ quo uoti ↄpos afficiaris: Neqꝫ imaginē āpli⁹ eius quo ō agim⁹ sꝫ rē ipā uerā q̄lis mihi uidetur/ aspicies: Vtrū aūt reuera talis sit/ nec ne/ hand quāq̄ꝫ affirmare decet Sꝫ illud dūtaxat asseuerandū qđ tale aliqd est cognoscendū/ Nōne? Gla/ nihil ꝓhibet/ So/ Quinetiā ⁊ istud/ qđ sola disserendi facultas hoi in his q̄ dixim⁹ erudito id oñdet/ Aliter ūo cognosci penitus ipossibile: Gla: Hoc quoqꝫ asseuerādum: So: Nemo aūt aduersabitur nobis dicentib⁹ qđ disserēdi facultas dūtaxat conatur ordine certo circa unumquodqꝫ quid ipsum sit iuenire. Si quideꝫ cetere artes aut ad opiniones hominum cupiditatesqꝫ respiciunt/ uel ad generationes ↄpositiones/ uel ad culturā eoꝝ q̄ generātur ⁊ ↄponuntur. Reliq̄ ūo quas diximus ueraꝝ reꝝ quoquo mō participes esse/ geometria. s. eiusqꝫ comites/ circa ipsaꝫ essentiā quodāmodo somniant sincere aūt qcq̄ꝫ sb illis cernere ipossibile ē quousqꝫ suppositionibus herent/ easqꝫ ratas ⁊ imobiles adeo seruant/ ut illaꝝ rationē reddere neqant: Nam ubi principiū qdeꝫ ponitur id qđ est ignotū/ finis aūt ⁊ media ex ignoto tracta inuicē ↄnectuntur/ inde collectā assertionē quo nam pacto sciam noiabimus? Gla: Nullo So: Dialetica uero sola sublatis suppositionibus ad ipsum pricipium ↄfirmandū ꝑgit Ac re uera animi oculum ceno barbarico obrutū/ paulati sursum trahit ac ducit tanq̄ꝫ adiutricib⁹ ac ministris qbusdaꝫ utens his artibus quas narrauimus. Eas porro nos sepe scias ꝓpter ↄsuetudinē noiauimus. Indigēt aūt alio noie clariore qdeꝫ q̄ꝫ sit opinio/ obscuriore uero q̄ꝫ scientia. Cogitationē certe nos i suꝑioribus eaꝝ notionē cognominauimus. Neqꝫ tn̄ est de nomine ↄtrouersia inter eos qbus de rebus tantis quātis nobis ad presens est disceptatio: Gla: Nō certe. nam solā exigūt ad reꝝ habitum interni ↄceptus expressionē: So: Placet igitur quēadmodū supra/ primā portionē uocare scientiā: secundam cogitationem. Tertiam fideꝫ. postremā imaginatōeꝫ uel assimilationem. Et ambo illa simul itelligentiā. hec aūt ābo simul opinionē. Et opinoniem qdeꝫ circa generationē/ intelligentiā ūo circa essentiā esse. Quod aūt ē ad generationē essentia/ id ad opinioneꝫ intelligentia. Quod ue itelligentia est ad opinionē/ id ⁊ ad fidē scia: ⁊ ad imaginatōeꝫ deniqꝫ cogitatō. Cōpationē ūo illoꝝ in qbus ista uersantur/ diuisionemqꝫ utriusqꝫ geminā/ opinabilis. s. intelligibilisqꝫ. o. Glauco obmictamus ne ꝓlixior de his oratio q̄ꝫ de suꝑioribus hēatur: Gla: Eqdeꝫ aliis quātū cape mea mēs pōt/ assentior: So: An non dialeticū uocas eū q rationeꝫ cuiuslibet capit essentie. Illum uero q hāc ratōeꝫ nō hēt/ quaten⁹ nec sibi nec alteri pōt reddere rationē/ eatenus intelligētiā circa hoc hēre negabis: Gla: Certe nō aliter est dicendū: So: De bono etiā similiter iudicandū. Non qcūqꝫ boni ideā ratione definire nō potest ceteris oibus eā distiguens/ ⁊ tanq̄ꝫ i prelio ꝑ oīa penetrando/ cetera cūcta reiicere/ non secundū opinioneꝫ sꝫ secundū substātiā arguens ⁊ refellens ꝑqꝫ hec oia stabili ⁊ inconcussa ꝓgredi ratione/ hūc tu ita affectum neqꝫ bonū ipsū dices cognoscere/ nꝫ aliud qcq̄ꝫ bonū. Veꝝ siquod forte simulachrū attigerit opinione poti⁹ q̄ꝫ scia illud attigere: atqꝫ hac in uita isomniis dormitāteꝫ illudi. ⁊ añq̄ꝫ exꝑgiscatur/ ad iferos descendentē/ extremo tādeꝫ occupari sopore: Gla: Per Iouem oia hec ꝓrs⁹ asseuerabo: So: ceteꝝ pueros tuos/ quos nūc oratiōe instruis siqñ reipsa erudires/ ut arbitror nō ꝑmicteres maximaꝝ reꝝ in ciuitate potestatē habere/ dum lineaꝝ instar nō possent cuiusqꝫ reddere rationē:. Glau. Non certe: So: Legē itaqꝫ feres/ qua iubeantur eā potissimū disciplinā capessere/ ex qua ad interrogandum ⁊ respondendū ut scientē decet/ aptissimi sint: Glau: Tecum una istud precipiā: So. An ergo uidetur tibi doctrinis oibus dialetica uelut apex esse preposita: nec ulla doctrina ulterius ac eminentior reppiri? sꝫ hic iā doctrinaꝝ omniuū esse finis: Gla: Mihi quideꝫ uidetur. So: Restat ergo deinceps aperienduꝫ quibus distribuēde hec discipline sint ⁊ quomodo: Glau. Videlicet: Socrates. Recordari in prima illa optione quales delegerimus principes? Gla: Quid ni recorder: So: Quoad alia qdem naturas illas eligendas existimato. Nā ⁊ grauissimos hoies ⁊ fortissimos decet eligere: ⁊ quoad fieri pōt spēosissimos/ nꝫ solū q̄ reddisūt hoies geñrosi atqꝫ terribiles. sꝫ q isuꝑ eas hēāt nature dotes/ q̄s disciplina hec exigit: Gla: Quis? So: Acumen iq̄ꝫ facilitatemqꝫ ingenii oportere ad doctrinarum ꝑceptionem adesse. Magis. n. absterret aiuꝫ disciplinaꝝ q̄ꝫ gymnasioꝝ corꝑis/ difficultas. Siquidem magis ꝓpri⁹ illi labor ē/ q soli ↄpetit/ q̄ꝫ q corꝑi etiā ē ↄmunis: Gla: Vera loq̄ris: So: Querend⁹ itaqꝫ uir est memorios⁹, itegerrim⁹ tolerātissimus. Nā quē alium censes libenter labores corꝑis subituꝝ: tamq̄ꝫ arduū doctrine meditationisqꝫ studiū ad fineꝫ usqꝫ ꝓsequtuꝝ Gla: Neminē ꝓrsus nisi qui optima natura sit

preditus. Ex eo quippe errore ut supra dicebã aduersus phiã oborta est infamia, quod nõ p dignitate ipsam attingunt. Neqꝫ. n. a spuriis s; legitimis est attrectãda: Gla: Quo pacto? So: pricipio ad labores suscipiendos claudus esse nõ debet q̄squis est phie sacris initiãdus, ut ptim eos adeat partim recuset. Contigit aũt hoc, quotiẽs aliq̄s gymnasiis ⁊ uenationi ⁊ reliq̄s corpis exercitationib⁹ dedit⁹, disciplinaꝝ studiũ refugit, neqꝫ audiendo delectatur nec inquirendo. s; omẽꝫ hanc odit curã. Claudus preterea ⁊ ille est, q exercitationibus animi delectatus, ɔtẽnit alias: Gl: Uera narras. So: An nõ ⁊ quo ad ueritatẽ similiter mancuꝫ eum ponemus aĩuꝫ q uoluntarium mẽdaciuꝫ odit, ⁊ egre fert ipse secum ⁊ aliis mẽtientibus indignatur? Innoluntariuꝫ uero mẽdaciuꝫ facile tolerat: ⁊ si ignorare aliq̄d deprehendatur, haud grauiter pfert: s; libenter ueluti sus ignorantie sordibus uolutatur: Gla. Oio quideꝫ: So Quinetiã circa tẽpantiaꝫ ⁊ fortitudinẽ. magnificentiãq; ⁊ reliquas uirtutis partes nõ minus obseruandũ est, q nam legitimus sit, q spurius. Qũ. n. hec minus ɔsiderant, ⁊ priuati ⁊ ciuitas, ignari utũtur manchis ⁊ spuriis ad q̄ cunqꝫ istoꝝ ɔtigerit. priuati qdeꝫ amicis, res p. uero principibus. Gla. Sic accidit p̄rsus. So: Nobis hec oia precauẽda sũt. Nã si hoies quo ad corpis ac mẽtis habitũ integerimos ad tãtã doctrinã exsecutionẽqꝫ ducem⁹ atqꝫ erudiem⁹, ⁊ ius ipsuꝫ nobis minime succẽsebit, ⁊ ciuitatẽ r̃publicãqꝫ seruabim⁹. Sin aliter affectos, hoies ad ista ducem⁹, ɔtraria faciemus oia, ⁊ phiaꝫ m̃lto etiã magis dedecorabimus: Gla: Turpe qdẽ id esset: So: Miꝝ in modũ Ceteꝝ non nihil mihi in presentia risu dignũ ɔtigisse uidetur: Gla: Quid istud? So. Latuit me nimiꝝ, q̄ iocabamur. quare acri⁹ egi q̄ꝫ deceret. Quippe iẽterloquẽdũ ad phiaꝫ ipãm ɔuersus eã dedecore affectã aspexi: Quod ⁊ grauiter perpessus fuisse uideor, ⁊ his qui iculpa sũt, tãqꝫ idignatus seueri⁹ hec dixisse: Gla Nõ p Iouẽ ut mihi audiẽti uidetur: So: Mihi tñ dicẽti sic apparet. Hoc ãt ne nos fugiat q̄ i priori electione senes elegim⁹, i hac uõ nequãq; licebit. Neqꝫ soloni credendũ ẽ hoiẽꝫ senescentẽ posse i dies plurima discere: q minus id põt q̄ꝫ currere. Iuuenibus. n. ɔueniũt multi maximiqꝫ labores: Gla: Necesse ẽ: So Illa igitur q̄ ad arithmeticã ⁊ geometriã oẽm qꝫ eruditionẽ eã ptinent q̄ dialecticã ãnceddere debꝫ, pueris tradenda sunt. atqꝫ is docẽdi mo dus accipiẽdus est quo minime coacti addiscẽdũ esse uideantur. Gla: Cur istud? So. Qm nõ decꝫ liberꝝ hoiẽꝫ cũ seruitute disciplinã ali quã discere. Quippe ingentes labores corpis ui suscepti, nihilo deterius corpus efficiunt. Nulla uero aie uiolenta: est stabilis disciplina Gla: Uera loq̄ris. So: Ergo nõ tãq̄ꝫ coactos pueros in disciplinis. o uir optime, s; quasi ludentes enutrias: ut ⁊ magis ad q̄ qui sqꝫ natura sit aptus, possis agnoscere: Gla: Consentaneum est q̄ dicis: So: An nõ recordaris a nobis ĩ supiorib⁹ dictũ, pueros esse eq̄s spectandi gratia i castra ducendos, ⁊ si tuto id tentari possit, ppius admouendos, ut catuloꝝ istar sanguinẽ icipiant degustare: Gla. Recordor eqdẽ: So: Quicumqꝫ uero ad hos labores. disciplinas. picula p̄mptiores acrioresqꝫ apparẽt, in numeꝝ aliqueꝫ seligẽdi sũt. Gla: Qua in etate? So: Qñ a necessariis negociis exercitationibusqꝫ soluti sunt. In hoc siq̄dẽ tẽpore siue bienniũ sit seu triẽniũ, facere aliud nequnt. Labor. n. ac somn⁹ disciplinis aduersi sunt. Et siml' hec examinatõ aliaꝝ nõ minima esse uidetur. Qualis uꝫ q̄sqꝫ i gymnasiis ipsis apparebit: Gla: Quid ni? So: Post id tẽpus qcũqꝫ ex uiginti annis ut ceteris prestãtiores electi fuerint maioribus q̄ꝫ ceteri afficiantur honorib⁹, ⁊ q̄ disciplinæ istis i pueritia sparsiꝫ ostense sunt, una his iterum offerantur, ad ipsam disciplinarum inter se cognitionem ⁊ ipsius quod uere est naturam conspiciendam: Gla: Sola hec cognitio, quibuscũqꝫ traditur stabilis permanet: Glau: Atqui ⁊ hac experientia cognoscitur maxime qui ad dialecticam optime a natura est institutus, qui non. Nempe quisquis ad hoc dignoscendum est perspicax dialeticus est, qui uero hebes, nequãq̄ꝫ: Glau: Teneo equidem: So: His igitur animaduersis oportebit eos, qui appime tales in ipsis reperientur stabiles in disciplinis. constantes in

bello. in aliis legitimis officiis perseuerãtes Postq̄ꝫ trigesimum egerint ex electis pre electos in maioribus honoribus constituere: ⁊ ipsa disserendi facultate diligenter examirare quis eorum potest sine oculorum ⁊ aliorum sensuum ministerio, ad ipsum quod uere existit cũ ueritate trãscẽdere. In quo maxia. O. amice opus est cautione: Gla: Cur nam? So: Non animaduertis quantum nunc malum circa disserendi peritiam inolescat? Gla: Quale istud Socrates: Iniquitate prorsus abundãt: Gla Summopere: So: Mirum aliquid perpeti ipsos existimas? nec ignoscis. Glau: Qua ratione maxime? So: Siquis suppositus puer multis in delitiis nutriatur, a, nobili familia, inter adulatores complurimos, adultus autem persentiat quod ex eis quos parẽtes existimat natus non fuerit, ueros tamen genitores nusquam reperiat, nunquid uaticinari potes qualis huic animi affectus faturus sit erga adulatores ⁊ erga eos qui ipsum supposuerunt, tam in eo tempore i quo nihil de suppositione suspicabatur, q̄ꝫ postq̄ꝫ rem ipsam agnouit? An uis presagium meum audire? Glau: Uolo equidẽ. So: Uaticinor itaqꝫ illum dum suppositioneꝫ penitus ignorabit, magis eos honoraturum quos parentes ⁊ propinquos existimat? q̄ꝫ assentatores: minusqꝫ eos i indigẽtia neglecturum tardioremqꝫ fore ad iniuriam ipsis inferendaꝫ uel conuitium dicendum: magisqꝫ illis in reb⁹ grauibus q̄ꝫ adulatoribus pariturum:. Glau: Uerisimile id quidem: So: Sin persenserit, hos certe minus honorabit curabitqꝫ. Assentatores uero magis q̄ꝫ antea colet. illis propensius obseq̄tur. ad eoꝝ exẽplũ uitã instituet suã. cũ illis palã ac libere ɔuersabitur. De his uero quos parentes ⁊ ppiquos putauerat, nisi ualde natura quis equus sit nihil p̄rsus curabit: Gla Sed quid hec similitudo ad eos qui disputationes sectantur? So: Audies modo. Sunt nobis a pueritia opiniones de honestis iustisqꝫ officiis, sub quibus tanq̄ꝫ parentibus educati sumus, his paremus, hos preceteris honoramus: Glau: Sunt plane: So: Offerunt se nobis ⁊ uoluptates, que ad contraria nos alliciunt, ⁊ dum anime blandiuntur, ad illa detorquent Non tamen ab his flectuntur, qui uel paulo q̄ꝫ ceteri moderatiores sunt. sed illa ueluti paterna colunt. eisqꝫ obtemperant: Glau. Sic euenit: So. Si dialectica uis aggressa aliquem ita affectum interroget quid honestum sit ac respondentem id quod ex legis latore perceperat, ratio confutet, crebrisqꝫ ⁊ uariis redargutionibus, eo deducat ut opinetur illud nõ magis honestum esse q̄ꝫ turpe. deqꝫ iusto ac bono similiter arguat, ⁊ de ceteris que summo in honore ãte habebat, pari ne illa posthac honore ⁊ obseruãtia p̄sequturũ putas? Gla. Minori admodum puto: So. Quã do igitur neqꝫ ista quis censet domestica ut antea uel honorãda, neqꝫ reperit uera, in uitam potius blandaꝫ q̄ꝫ in aliam ut consentaneum est, prolabitur: Gla: Uerisimile id qdeꝫ? So: Ex iusto igitur fiet iniquus. Gla: Necesse est: So: An nõ merito ut nũp dicebã, affectio eoꝝ q ita se ad disserendũ ɔparant, talis est ut plurimam exigat ueniã: Gla: Et miaꝫ in sup: So. Ut igitur miserabilis hic euentus uitetur, triginta annos nati dũtaxat caute admodũ dialecticas argumẽtationes degustẽt: Gla: Ita p̄rsus: So: An non hec prudens cautio est: ut eas uꝫ iuniores hoies nõ attingãt? Neqꝫ. n. te latet, ut arbitror, q̄ cũ primũ adolescentuli disputationis artificiũ gustant, eo p̄tinus quasi ludo quodaꝫ ad refellendum utuntur. Eosqꝫ q ɔfutãt alios studiose sectãtes: ⁊ ipsi alios quoqꝫ redarguũt Ac distrahendis lacerandisqꝫ proximis catulorum more assidue delectantum. Glau: Mirum in modum: So: Cum uero plures cõuicerint, ⁊ a pluribus ipsi conuicti furint, eo confestim deueniunt, ut ex pristinis opinionibus ratam nullam hãbeant: Atqꝫ ex his ⁊ ipsi ⁊ ois phia apud alios calumniam reportarũt: Gla: Uera refers: So: At uir natu grãdior, ab hac insania diligentius declinabit. ac hoiem inuestigãde ueritatis gratia differentẽ imitabitur potius, q̄ꝫ eũ q iocãdi causa uersutiis captiũculisqꝫ incumbit. Quin ⁊ ipse modestius sese geret, ⁊ disputãdi studiũ ex infami reddet illustri⁹ Gla: Scite: So: Ad ei⁹modi preterea cautõnẽ, supiora dicta sũt oia. Oportere uꝫ

moderatos ⁊ graues esse illos / qui ad disputationis studium adsciscuntur. neqȝ communicandū eē id ineptis hominibus: ⁊ ut nunc fit oib⁹ quoscumqȝ sors obtulerit. Gla: Summopere So: Siquis disputationi diligenter assidueqȝ det operaȝ / nihil ue agat aliud / nisi quod uicissiȝ quandoqȝ gymnasiis corpus exerceat / huic ad perceptionem huiusmodi anni duplices superiorūȝ sufficient: Gla: Nunquid sex dicis? An quatuor? So: Quinqȝ adhibeas. Deinde ad antruȝ illud erunt iterum deducendi / cogēdiqȝ eos principatus assummere qui ad bellum spectant / ⁊ siqui sunt iuuenum pricipatus: ne usu rerum ab aliis superentur: Atqȝ in his quoque examinandi sunt / utrum constantes permaneant / dum trahuntur undiqȝ: aut nutent: Gla: Quot autem annos istis adscribis? So Quinqȝ ac decem. Cum uero ad quinquagesimum annum puenerit / quicunqȝ integri inter eos / rebusqȝ gestis ⁊ scientiis precellentes apparent / ad finem iam perducendi sunt: cogendiqȝ ut animi radium ad supera dirigentes / ipsum quod omnibus lumen prebet / suspiciant cumqȝ ipsum bonum nouerint, exemplo illius freti / ciuitatem / priuatos / seqȝ ipsos per omnem sequentem uitam ⁊ singula uicissim exornent. Ac plurimum quidem in philosophia uersentur. Cum uero ad magistrat⁹ accersentur / in ciuilibus negociis inuigilent / sigillatimqȝ gubernent rei. p. gratia: ita ut non tanq̃ȝ bonum aliquid ⁊ optandum / ministerium / sȝ necessarium potius exsequi uideātur: Atqȝ ita cum alios similiter ipsi instruxerint / eos uicissim rei. p. custodes relinquent. ipsi uero in beatorum insulas transmictentur. Monumēta uero illis ⁊ sacra tanq̃ȝ demonibus si pythias oraculo confirmauerit publice dicabuntur. Sin minus: saltē ut beatis atqȝ diuinis. Gla: Mirificos prorsus, o. Socrates pricipes quasi sculptor figurasse uideris: So: Q. ō de uiris dixi / idem ⁊ de mulieribus intelligendum. Neqȝ putas. o. Glaucon magis me ō uiris q̃ȝ de mulieribus fuisse locutum: quecumqȝ uidelicet natura apte ad hec officia sunt: Gl: Recte se id habet. siquidem pariter in omibus ut narrauimus cū uiris cōmunicabunt: So: Nuȝ concedítis nos de re. p. omnia non quasi p̄ desiderio effinxisse / sȝ pro ueritate loqutos: difficilia quidem factu / possibilia tamen: ea dum taxat ratione qua diximꝰ. Quādo scilicet hoies reuera philosophi / uel unus uel plures nacti in ciuitate potentiam / presentes honores despicient / illiberalesqȝ eos ⁊ nullius existimabunt. ipsūȝ āt qd rectū ē ⁊ honores q ab eo pficiscūtur plurimi facient. Maximū āo ⁊ summope necessariū qd iustū ⁊ huic ministrātes. Idqȝ adaugētes ciuitatē suā rite disponēt: Gl: Quo pacto? So Oēs qcūqȝ in urbe decem annos impleuerit / in agros trasmictent. filios aūt ipōꝝ suscipiētes pcul ab his moribus qbus hodie parentes utūtur / in suis moribus ac legibus educabunt. quales uero sint enarrauimus. Atqȝ ita celerime atqȝ facilime ea ciuitas ⁊ res. p. orietur / quā supra diximꝰ siqñ extiterit / beatam fore: ⁊ gēnus hoīuȝ in quo cōdita fuerit / plurimū iuuaturā: Glau: Maxime qdē. Atqȝ ut cōstitui pōt eiꝰmodi ciuitas / siqñ cōstituatur / o. socrates adinuenisse uideris: So: Nōne ergo abunde iā tū de hac ciuitate tū de hoie eius psimili nobis dictū? Constat. n. qualem eius similē eē debere dicemꝰ: Gla: cōstat plane: ⁊ quod q̃ris / finem mihi iā hēre uidetur.

Argumentum Marsilii Ficinii in Librum octauum. de Iustitia.

Socrates perfectā rei publice formā septē iā libris absoluit / septēnario Palladis numero cōsecratā. Eāqȝ tuȝ regiā tū optimatū appellat gubernationem. Optimatum quidem / qm̄ in ea plures uirtute preclari publicis fungūtur muneribꝰ / senatumqȝ constituunt. Regiam uero / qm̄ ⁊ una omnium ad publicum bonum est uoluntas: una mens quasi regina / ⁊ siquis iter eos probitate est singularis singulariter bono ratur: neqȝ tamen huic tantum tribuitur / ut absqȝ senatu. i. probatorum omnium numero possit publica permutare. Reliquum erat post optimam ⁊ beatam rei. p. formam in medium inferiores adducere. Has autem numerat quatuor. Primam quidem esse uult / eam in quam optima mox degenerat / quam nominat ambitiosā. Secūdā āo potētiā paucoꝝ ex ābitiosa nascentem: tertiam popularem ab hac procedētem. Quartā postremo tyramnidē ex populari precipue pullulantem. Quoniam uero reruȝpublicarū forme a formis proueniunt animoꝝ quinqȝ deinceps animoꝝ affectus ⁊ habitus / totidēqȝ ciuitatuȝ / et similes ⁊ similiter nominatos mira quadā arte describit. Sūmatiqȝ regium animū optimum esse concludit atqȝ beatissimū: ⁊ similem similiter ciuitatē. Tyramnicū uero pessimuȝ atqȝ miserimū: ciuitates quoqȝ a tyrānis oppressas / pessimas similiter atqȝ miserimas: Medios aūt animos gubernatiōesqȝ medias modo quodam medio se habere cōcludit ex omnibus his apparet q̃ȝ pnitiosa tam i ciuitate q̃ȝ i animo sit iniustitia: ⁊ utrobiqȝ iustitia q̃ȝ salutaris. Ubiqȝ aūt permutationes taȝ animorum q̃ȝ ciuitatum ex aliis formis in alias mirabili explicat diligentia. Precipue uero mutationē beate rei. pu. ⁊ ut ita dixeri / auree in ambitiosam siue argenteam / siue ferream ab altiori ducit exordio fingitqȝ musas id tanq̃ȝ oraculum effundentes / siue potius confundentes. Profecto si beata res. pu. proprio defectu in interiorem labi non potest: ⁊ tamen qñqȝ labitur / cōmuni quodam defectu ⁊ causa labitur Qua quidem in re Aristotelicas ridere licet calumnias. Neqȝ. n. debuit Aristoteles i quinto politicorum a Platone suo imo nusq̃ȝ suo propriam beate rei publice permutande exigere causam: cum nulla sit propria: sed cōmuni bono ⁊ ualidissimus ⁊ temperatissimus / sic et eiusmodi ciuitas non tam propria q̃ȝ communi causa morbi laborat. i. fatali quodā ordie / ita pceleste circuitus q̄ ifra lunā sunt ppetuo reuoluente / ut q̄ certis speraꝝ cōfigurationibus tēporūqȝ curriculis cōposita sunt / qñqȝ dissoluātur aduersis. Qm̄ uero eiꝰmodi cause assignatio presentis ciuilisqȝ facultatis terminos procul excedit / ideo socrates uaticinio musaꝝ utitur / ⁊ pfecto ita utitur ut ⁊ nobis ad hec interpretanda opus sit apollinis uaticinio. nec inmerito Tulliꝰ ubi rem esse obscurissimam breuiter uult exprimere: Id iquit: numero Platonis obscurius. Neqȝ miror Theonem Smirneum mathematice in primis Platonice professorē eiꝰmodi mysteriū tāq̃ȝ iexplicabile astute pretermisisse. Qd qdē Iāblicus Calcideus dū explicare uoluit / iplicuisse uidetur Quid uero? Si in eiꝰmodi uerbis plus difficultatis sit q̃ȝ ponderis: Quippe cum ⁊ ipse fingat musas tragica quadā tumiditate nugātes per terrētesqȝ aiuȝ puerilem atqȝ simplicē stuporēqȝ adducentes. Deniqȝ qualecunqȝ id sit oportunius ex cōmentariis in Timeum expositionem nrām accipies. Ceteꝝ moralia hec precepta considera: ipossibile est diuitias honorari in ciuitate simul atqȝ uirtutem. Item tradere diuitioribus rei publice gubernacula pinde est / ac si nauis non pitiori in nauigando / sed locupletiori gubernanda tradatur. Nempe ⁊ hec ⁊ illa periclitabitur. Rursus custos cōtra oia uitia tutissimus est scia. Preterea cōtrarii unius summū / alterius est principiū: itaqȝ extrema libertatis licentia / extreme seruitutis est principium. Sicut in qualibet qualitate reruꝫqȝ ⁊ tempoꝝ excessus omnis uerti ptinus in cōtrarium cōsueuit / Idem in epistolis ait moderatā probās ante omnia libertatem.

Liber octauus de Iusto.

Constitit iā iter nos. o. Glauco in ciuitate optime instituta / cōmunes esse debere mulieres ⁊ filios: Cōmunem quoqȝ oēȝ eruditionē. Communia similiter oīa tum belli tum pacis officia. Reges aūt ipōꝝ esse hoies i phie ⁊ rei militaris studio prestantissimos: Glau: Cōstitit plane: So: Quin ⁊ hec cōcessimus quod. s. cum tales pricipes iam fuerint constituti in expeditionē euntes habitationes militibus quales prediximus assignabūt: cōmunes. s. oibꝰ: i qbꝰ nihil cuiꝰq̃ȝ sit ppriū. Neqȝ de habitatione solū ueꝝ etiā

de suppellectili ⁊ possessionibus si recordaris, quales debeāt esse cōuenimus: Gla: Memini equidem: censuisse nos nihil eorum que nunc possidēt alii, esse ab aliquo possidendum. Sed tanqꝫ belli athletas atqꝫ custodes i mercedem custodie annua ab aliis alimenta suscipientes, eos oportere se ipsos ciuitatemqꝫ tueri: So: probe loquēris. Sꝫ postqꝫ hec absoluimus, repetamus iam unde huc digressi sumus, ut per eadem rursus proficiscamur: Gla: Haud quaqꝫ difficile istud. ferme. n. quēadmoduꝫ nunc, quasi de ciuitate satis egisses, adiecisti, quod talem ciuitatē bonam uocares qualem descripseras: bonumqꝫ uirum quēcunqꝫ illius foret persimilis. Cum tamē posses adhuc ut apparuit meliorem ciuitatem uirumqꝫ referre. Dixisti preterea si hec recta sit res. p. ceteras aberrare. Reliquarū uero rerum. p. ut memini species esse quatuor. de quibus uerba facere oportere, earūqꝫ defectus inspicere. ⁊ homines ipsarum similes declarare, Ut eos omnes intuiti ⁊ quis optimus sit uir, quis pessimus declarantes, consideraremus, nunquid uir optimus, felicissimus, pessimus autem sit miserrimus. An se res aliter habeat: Cum uero abs te ipse quererem quas potissimū quatuor res. p. diceres, Tunc sane polemarchus ⁊ adimantus, mihi sermonem intercedunt. Unde tu orationem summēs huc deniqꝫ peruenisti: So. Recte admodum meministi Glau: Ergo rursus tanqꝫ luctator eandem ansam prebe. Et me idem interrogante conare nunc ea dicere, que tunc eras declaraturus: So: Siquidem potero: Glau: Equidem audire percupio quas nam res. p. quatuor supra dicebas: So: Haud difficile istud audies. Sunt enim quas dico, ille que ⁊ nomina habent. Ipsa uidelicet que amultis laudatur, cretensis, ⁊ laconica. Secunda uero ⁊ secundo loco laudata ea, que paucorum potentia nominatur, pluri mis plena malis res. p. Itē que ab hac differt plurimum eamqꝫ sequitur gubernatio popularis. Preterea generosa tyramnis, abhis omnibus differens, quartus ciuitatis extremusqꝫ morbus. An aliam habes rei. p. formam: que in perspicua ⁊ distincta quadam specie iaceat: Nam ⁊ minores quidam principatus ⁊ regna uenalia, ⁊ tales quedam ciuiles potentie inter ista quodāmodo medium obtinent. Quarū nō pauciores inter barbaros qꝫ inter grecos reperiuntur: Gla: Multe certe ⁊ absurde memorantur. So Totidem quoqꝫ sunt hoīum quodāmo species atqꝫ mores. An ex quercu forte existimas aut silice res. p. fieri, potius qꝫ ex ciuium moribus: qui quocunqꝫ fluxerint, cetera secū rapiunt: Gla: Ex moribus procul dubio: So Quare si gubernationū spēs quiqꝫ sunt, privatorum quoqꝫ animorum affectꝫ quiqꝫ erunt. Gl: nil obstat: So. Uirum certe similem optimatum gubernationi exposuimus. quem bonum ⁊ iustū recte asserimꝫ: Gla: Exposuimꝫ: So: Deteriores deinceps narrare decet, contentiosum ambitiosumqꝫ hominem secundū lacedemoniorum rem. p. institutum. preterea paucorum imperii cupidum. ⁊ popularem hominem ⁊ tyramnicū ut iniustissimum discernentes, cū iustissimo cōparemus, pfecteqꝫ dinoscamus: quo modo summa meraqꝫ iustitia ad summā se ac meram iniustitiam habeat: quoad hominis iusti uel iniusti beatitudinem uel miseriam pertinet. Ut uel thrasymacho obtemperantes, iniustitiam prosequamur, uel presentibus rationibus persuasi, iustitiam: Glau: Ita prorsus agendū: So Num sicuti cepimus, añ in rebꝫ. p. mores aia duertere qꝫ in priuatis personis, quia illic magis pateant, ita ⁊ nunc in primis consideranda est ambitiosa res. p. cuius nullum habeo nomen preter ambitiosam potentiam ⁊ principatum. post eam uero uirum talem excogitabimus deinde paucorum potentiam, taleqꝫ uirum. postea multitudinis gubernationem ⁊ hominem popularem. Demum tyramnide pressam ciuitatem considerantes ⁊ inde tyramnicum cognoscentes animum, conabimur ea que proposuimus, sufficienter diiudicare: Gla: Recte in hunc moduꝫ inspectio iudiciumqꝫ pcedet: So: age itaqꝫ explicare conemur quo pacto ambitiosū impium: ex optimatū gubernatione nascatur Quin hoc simpliciter uerum est, oēm rem. p. ex eo qō dñatur, mutari, qñ in ipso seditio oritur dum uero secum ipso consentit, etiam si ualde exignum sit, mutari impossibile est: Gla: Est ita, So: At uero quonam pacto, o, Glauco! ciuitas hec nostra e suo statu mouebitur: prici pes ⁊ defensores inuicem ⁊ inter se dissidebūt: An uis imitantes homerum musas oremus, ut nobis explicent, qua ratione seditio primum incidat: Dicamusqꝫ ipsas tragicorum ritu, nobiscum ueluti pueris iocantes nugantesqꝫ ita loquantur ut dum nugantur, quasi serio agant, altius eloquantur: Gla: Quo nam pacto: So: Ita ferme. Difficile quidem est ita constitutam ciuitatē e suo statu moueri. Uerum cū oēe quod genitum est, corruptioni sit obnoxium, talis etiam constitutio semper manere non poterit, sed soluetur. Solutio uero hec est. Non solum circa plantas, sed terrena etiam animalia fertilitas ⁊ sterilitas anime corporumqꝫ contingit quando reuolutiones singulis circulorum coniunxerint ambitus: his quidem que breui sunt eui ambitus breuiores, contrariis uero contrarios. Illi uero quos ad ciuitatis gubernationē educauistis, quāuis sapientes fuerint, nihilo magis uestri generis fecundam generationem uel sterilem ratione una cum sensu comprehendent: sed latebit eos oportunitas generandi: et plerumqꝫ cum non oportunum fuerit, gignēdis filiis operam dabunt. Est autem ei quod diuinitus generādum est circuitus: que numerus continet perfectus. Humane uero genitu re is utiqꝫ in quo primo augmentationes superantes ⁊ superate tres distantie, atqꝫ quatuor terminos accipientes, simulantium est ⁊ dissimilātiū, ⁊ crescētiū ⁊ decrescētiū cūcta correspōdētia ⁊ parabilia inuicem effecerunt. quorū sexqtertia radix qnitati coniuncta duas harmōias prebet ter aucta. Unam quidem equalem equaliter, centum centies, Alteram uero equalis quidem longitudinis: sed oblongiori, centum quidem numerorum ex diametris comparabilibus inuicē quinitatis, indigentibus uno ex singulis duobus uero qui inuicem dici neqūant: centum uero cuborum trinitatis ipsius. Uniuersus autem iste numerus geometricus, talem auctoritatem habens ad potiorem deterioremqꝫ generationem uim habet. Quod si ciuitatis uestre custodes ignorauerint, nec oportuno in tempore sponsas sponsis coniunxerint haud quaqꝫ ingeniosi felices ue pueri inde nascentur. Ac licet maiores ipsi eos constituant principes, qui inter illos prestantiores fuerit tñ quia indigni erunt parentū successione, in ipsis magistratibꝫ, subiiectos negligent. neqꝫ musice curā ut decet habebunt, neqꝫ gymnastice. Unde iuuenes nimis erūt, a musica alieni, ex his autem principes constituentur, negligentiores qꝫ decet ad examinandum genera illa que apud hesiodum ⁊ que apud uos referūtur aureum. s. genus, argenteum. ⁊ eneum: atqꝫ ferreum. Quoniam uero mixtum erit argēto ferrum, ⁊ es auro, dissimilitudo ⁊ inequalitas discors exorietur: Que ubicumqꝫ nascuntur bellum semper ⁊ inimicitias pariunt. Genus autem huiusmodi hominum ubicunqꝫ adest semper seditionibus agitatur: Gla: Recte admodum respondere illas dicemus: So: Necesse ē. n. cū muse sint: Gla: Quid uero posthac muse dicēt: So. Postqꝫ orta seditio fuerit utraqꝫ genera ferentur, ferreum quidem ⁊ eneum ad questum, agrorumqꝫ ⁊ domorum possessionem: auriqꝫ ⁊ argenti copiam. Quod uero in est aureum ⁊ argenteum quasi nō inopi sed opulenta natura, ad uirtutem statumqꝫ pristinum pugnātia uero inuicem ⁊ i cōtraria retrahentia in medium tandem cōuenient, ut diuisis agris ⁊ domibus priuatim queqꝫ possideātur: illi uero qui ante ab eis seruabātur tanqꝫ liberi, amici ⁊ nutritores, in seruitutem redigantur ⁊ ueluti subditi atqꝫ serui, belli custodieqꝫ ipsorum curam gerere compellantur: Gla: Hinc ⁊ mihi certe uidetur mūtatio hec accedere: So. Hec utique gubernatio inter optimates ⁊ paucorum potentiam erit media: Glau: Erit certe: Socra: Mutabitur quidem ita. Cum uero in id fuerit permutata, quem potissimum gubernationis modum seruabit: Uel cōstat quod partim priorem rem publicam imitabitur, partim paucorum potentiam, utpote que in medio locata est: partim etiam quiddam sui propriū obtinebit. Glau: Ita prorsus: Socrates: Et priorem quidem imitabitur in eo, quod principes honorabuntur, ⁊ milites ab agricultura mechanicisqꝫ artibꝫ ⁊ aliis questibus abstinebunt: ⁊ communia fient conuiuia: gymnasticiqꝫ ludi ⁊ belli certamina frequētabuntur.

Glau: Profecto. So: Qui autem ipsius propria/talia quedam habebit/quod sapientes metuet ad principatus admictere: quia non simplices neque integerrimos huiusmodi viros/ sꝫ mixtos possideat: ⁊ animosiores potius simpliciores qꝫ homines ad gubernandum adsciscet/ qui ad bellum potius q̄ꝫ ad pacem nati videantur. Dolos quinetiam ⁊ machinamenta belli plurimi faciet: semperqꝫ pugnabit: Gla: Certe: Socrates: Atqui pecuniarum cupidi erūt isti/ quemadmodum qui in paucorum potentia vitam agunt: ⁊ tenebris obruti aurum ⁊ argentum rusticius honorabunt: vt pote qui eraria propriosqꝫ thesauros habeant: quibus ista recōdant: ac etiam circumsepta domorum ceu proprios nidos: in quibus multa cum mulieribus et aliis pro libidine erogabunt: Glau: Vera loqueris. So: Non ne ⁊ in rebus propriis parciores erūt q̄ꝫ deceat quippe qui magnifaciāt/ pecunias nec palam acquirant/ in alienis autē propter libidinem profusiores/ ⁊ clanculum voluptatibus indulgebunt/ haud secus legem passim refugientes/ ac pueri patris aspectum/ non profusione/ sed vi educati: ex eo/ quod veram musam que cum sermonibus ⁊ philosophia coniuncta est/ neglexerint: multoqꝫ magis ac prius gymnasticam q̄ꝫ musicam honorauerint: Gla. Rem: p: Ex malo bonoqꝫ mixtam refers? So: Mixta est profecto: preceteris autem in ipsa propter animositatis iracundieqꝫ imperium/ contentionis ambitionisqꝫ studia inualescunt. Glau: Vehementer: So: An non hec res. pu. ita coalescet? Talisqꝫ erit? quantum licet sermone rei. pu. figuram describere: sine operis exacta nimium diligentia/ quia sufficiat ex ipsa descriptionis summula/ virum iustissimum/ iniustissimum ue discernere: sitqꝫ ferme opus inextricabile/ siquis omnes res. pu. omnesqꝫ mores nihilo penitus pretermisso enarrare aggrediatur: Glau. Probe. Socrates. Quis igitur secundum hanc rem publicaꝫ vir? Quomodo efficitur? Qualis existit? Adimantus. Reor equidem similem esse glauconis isti us contentionis gratia. So. Forte in hoc est similis Verum in his haud natura similis esse videtur. Adi In quibus? So: Contumaciorem sane esse eum necesse est/ ⁊ a/ musica quodadmodo alieniorem/ musice tamen cupidum. ⁊ audiendi quidem studiosum, rhetoricum vero/ nequaq̄ꝫ: Atqui ⁊ aduersus seruos agrestis erit huiusmodi vir. haud seruos despiciens/ quemadmodum vir ad sufficientiam eruditus. erga liberos autem erit mitis. Erga principes quidem obediens maxime: sed ⁊ principatus ⁊ honorum auidior/ oportere existimans non ab arte dicendi vel alia quauis simili facultate preesse/ sed a rebus bellicis ⁊ similibus/ cuꝫ sit ⁊ gymnastice ⁊ venationis admodum studiosus. Adi: Est certe mos hic illius reipublice. : Socrates: Non ne ⁊ pecunias iste in iuuentute contemnet? quo vero senescet magis/ eo magis pecunias diliget? Ex eo quod auare nature sit particeps/ neqꝫ sit integer ad virtutem/ quia ab optimo custode deficiat: Adi: A quo nam? So: Ratione ⁊ oratione iūqꝫ musice mixta: que sola cum adest/ per omnem vitam/ virtutem in eo cui preest/ seruat: Adi. Preclare loqueris: So: Est utiqꝫ talis adolescens ambitiosi imperii cupidus/ tali similis ciuitati: Adi: Prorsus: So: Efficitur auteꝫ hic talis hunc in modum Interdum videlicet cum iuuenis aliquis filius est patris boni in ciuitate non bene gubernata habitantis/ honores/ principatus ⁊ iudicia fugiētis/ ⁊ reliquam huiuscemodi negociorū curam/ libenterqꝫ se demittentis/ ut labores vitet. Adi: Quo nam pacto efficitur? So: Quando scilicet matrem audit egre ferentem/ quod vir suus magistratibus minime fungitur auditqꝫ inter alias mulieres ob hoc contemptui esse: ⁊ grauiter patientem/ quotiens virum aspicit pecuniis cumulandis minime indulgentem/ neqꝫ pro illis pugnantem litigantemqꝫ priuatim in iudiciis ⁊ publice/ sed ad hec omnia negligentiorem. ta lemqꝫ ut secum ipse viuat utplurimum/ uxorē vero nec aspernetur quidem/ neqꝫ admodum colat. Ex quib9 sepe filio mater predicet ignauum sibi esse patrem nimisqꝫ remissum. ⁊ alia q̄cumqꝫ de talibus garrire mulieres consueuerunt. Adi. Multa profecto talia sibi conuenientia obloqui mulieres solent: So: Neqꝫ te latet quod ⁊ serui ⁊ domestici presertim qui maxime videntur esse beniuoli/ talia quedam ad aures puerorum sepe susurrant: Et siquem viderint vel pecunias patri debentem/ quem ipse nequaq̄ꝫ conueniat vel in alio quodam iniuriantem/ edicunt puero cum vir fuerit/ hec omnia ulcisci debere/ virumqꝫ magis fore/ q̄ꝫ pater eius extiterit. Quinetiam domo egressus alia horū similia audit ⁊ videt/ homines scilicet qui sua in ciuitate officia seruant alieno rum minime curiosi/ stolidos vocitari/ penitusqꝫ contemni. horum vero dissimiles honorari atqꝫ laudari. Cum hec adolescentulus audit ⁊ videt rursusqꝫ patris audit sermones/ eiusqꝫ officia ultra studia ceterorum animaduertit/ ab utrisqꝫ distrahitur: a patre quidem rationalis eius vis fouetur ⁊ augetur/ ab aliis autem concupiscendi ⁊ irascendi natura. Quapropter cum non malo sit ingenio natus/ mala tamen ceterorum consuetudine usus fuerit/ in medium: ab his tractus descēdit: seqꝫ medie cuidam potentie contentiose iracundeqꝫ subicit/ fitqꝫ vir elato animo: glorieqꝫ cupidior. Adi: Naturam istius sufficienter enarrasse mibi videris: So: Habemus itaqꝫ secundam reꝫ publicam. virumqꝫ secundum: Adi: Habemus profecto. So. An non post hec eschyli illud dicimus? Alterum hominem alteri ciuitati conuenientem? Immo vero secundum superioreꝫ illam suppositionem alteram ciuitatem alteri congruam: Adi: Ita prorsus. So: Que vero huiuscemodi rem. p. sequitur paucorum ut arbitror/ potentia est: Adi: Quam potissimum rei. p. institutionem paucorum vocas potentiam? So. Eam in qua magistratus a/ census estimatione ciuibus tribuuntur/ ⁊ in qua diuites dominantur/ pauperibus vero nulla reip. est communio: Adi: Intelligo equidem. So Non ne dicendum/ quo pacto a gubernatione ambitiosa/ in hanc transgressio fit? Adi: Dicendum certe: So: Vel ceco id quidem perspicuū est/ quo pacto trasgressio fiat: Adi: Quo nam pacto? So: Erarium illud cuiusqꝫ auro plenum/ talem perdit rempublicam. Nam primum quidem nouos sumptus reperiunt ⁊ ad hoc leges deducunt/ quibus neqꝫ ipsi neqꝫ mulieres ipsorum ob temperant: Adi: Consentaneum istud quidem: So: Deinde alter alterius exemplo ⁊ emulatione perciti multi tandē tales euadunt: Adi: Verisimile: Socrates: Hinc effusius ad pecunias cumulandas delapsi quanto id pretiosius estimant/ tanto virtuteꝫ existimant viliorem. An non ita virtus/ a/ diuitiis discrepat? quasi utraqꝫ in lance statere sint posita/ semperqꝫ in contrariam partem declinēt. Adi. Ita prorsus. So. Quādo igitur in ciuitate diuitie ac diuites honorantur/ virtus probiqꝫ viri despiciuntur: Adi: Constat. So. Incenduntur qꝫ ad ea studia omnes que in honore sunt/ eaqꝫ frequentāt. que vero nullo honore censentur, apud quosqꝫ iacere solēt Atqꝫ ita ex victorie honorisqꝫ cupidis/ quest9 ⁊ pecuniarum auidi tandem efficiuntur. Et diuites quidem viros laudant ⁊ admirantur/ ⁊ ad magistratus euehunt. pauperes vero despiciunt. Adi. Omnino sic accidit: Socra. An non ⁊ lege statuunt principatus fines? Dū statuūt/ ubi maior ē pecuniaꝝ copia ibi taleꝫ pricipatū esse maiorem/ ubi minor/ ꝯtra minorem prohibentqꝫ aliquem imperare. qui non ad certum aliquem censum peruenerit. Hec āt aut vi cum armis efficiūt/ aut postq̄ꝫ metū incusserint talem constituerunt rempublicam Non ne ita? Adi. Ita prorsus. Socra. Cōstitutio q̄dem/ ut ita dicā/ hec ē. Adi. Est certe Sed q̄s nā rei p. modus? qui ue defect9 sunt? quos habere eam rempublicam. dicebamus? So. Principio qualis sit prescriptus hic in ea terminus/ aspice. Siquis in nauis gubernatione/ a census estimatione gubernatores eligat/ pauperem vero licet gubernandi peritiorem/ haudquaq̄ꝫ admictat/ quid ex hoc sequturum censes? Adi: Vt male nauem ducant: So: An non eodem pacto/ in quouis alio principatu? Adi: Sic equidem arbitror: So: Sic ne ī omnibus preterq̄ꝫ ī ciuitate? An ⁊ in ciuitate preterea: Adi. Multo etiam magis/ quoniaꝫ hec grauissima est ⁊ maxima gubernatio: So: Vnum quidem hunc ⁊ tantum paucorum potentia defectum patitur: Adi: Apparet. So. Quid autem hoc? Nunquid leuis? Adi. Quale istud? So. Quod necesse est non unam hāc sed duas esse res p: Vnam quidem pauperum

diuitum alteram. ⁊ homines intra menia eadẽ habitantes ſibi inuicẽ ſemper inſidiari? Adi. Certe nõ leuius iſtud: So: Sed neqꝫ hoc honeſtum eſt / ut bellũ gerere nequeant: quia coguntur ſiue populo utantur armato / cum formidare magis q̃ꝫ hoſtes / ſiue non utantur reuera in ipſo prelio paucorum potentie ſtudioſi uideri ac ẽt pecunias expendere nolle eos tanq̃ꝫ auaros homines / haud decorũ eſt: Adi: Non certe: So: Nunquid recte fieri illud exiſtimas? quod ſupra uituperauimꝰ? ut in huiuſmõi ciuitate iidem homines in uariis uerſentur officiis terram colant. pecunias cumulent. militẽt? Adi: Nullo modo recte: So: Uide utiqꝫ ſi horum maloꝝ omnium / hec prima id grauiſſimũ patitur: Adi: Quale id? So: Ut liceat cuiq̃ꝫ ſua omnia alienare / alteri uero illiꝰ omnia poſſidere. Atqꝫ ei qui alienauit / habitare in ciuitate / dum nulla ciuitatis pars exiſtat: neqꝫ nũmularius / neqꝫ / opifex / neqꝫ eques / neqꝫ armiger / ſꝫ pauper ⁊ egenus paſſim cognominatus: Adi: Prima hec certe: So: Hoc profecto in ciuitatibꝰ que paucorum ſubiciuntur imperio minime prohibetur. neqꝫ. n. alii opulentiores eſſent q̃ꝫ decet / alii prorſus mẽdici: Adi: Recte loqueris. So. Hoc autem conſidera / nunquid quando diues huiuſmodi erogabat / erat ne magis aliqua utilitas ciuitati ad que paulo ante dicebamus? An uidebatur quidem / e / prĩcipum numero eſſe. Reuera autem neqꝫ princeps / neqꝫ miniſter erat / ſꝫ propriorum cõmodorumqꝫ conſumptor: Adi: Sic utiqꝫ uiſum eſt. Erat autem nihil aliud q̃ꝫ conſũptor. So. An uis dicamus / quemadmodum in fauo fucus ortus examinis apum morbus eſt / ita ⁊ hominẽ huiuſcemodi domi natum / peſtem rei. p. fore. Adi: prſꝰ. o. Socrates. So: nõ ne uolatiles fucos omnes ſine ſtimulis / deus fecit. hos aũt tereſtres partim q̃ꝺ ſine ſtimulis partim diris armatos ſtimulis cernimus. Et ex his qui ſtimulos non habent / inopes tandem ĩ ſenectute fiunt. Aculeis autem inſtructi ſunt hi qui uocãtur malefici: Adi: Uera loqueris. So: Cõſtat ergo in ciuitate / ubi mendicos uides / in eſſe latentes fures. latrones / ſacrilegos / ⁊ hoꝝ omnium ſcelerum auctores: Adi: Cõſtat certe: So: Non ne in ciuitatibus que reguntur a paucis / egenos ineſſe uides? Adi: Oĩs fere me / exceptis pricipibus: So: An non igitur arbitramur / maleficos in ea eſſe multos ſtimulis ipſis armatos: quos diligentia ac ui principatus detinent? Adi: Arbitramur plane: So Non ne ob prauam educationem ⁊ diſcipline defectũ ⁊ iniquã rei p. diſpoſitiõeꝫ / hões ibi tales euadere aſſeremꝰ? Adi: Aſſeremꝰ. So. talis utiqꝫ erit ciuitas paucis ſubiiecta principibus: totqꝫ premetur malis / forte etiam pluribus: Adi: Sic ferme: So: Conſtituta iam nobis ſit ea res. p. quam paucorum potentiam uocant a cenſus eſtimatione pricipes eligentem poſt hec autem inueſtigemus quo pacto uir aliquis ſimilis iſtius efficiatur / ⁊ poſtq̃ꝫ ſimiliſ ẽ effectus / qualis ſit: Adi: Sic prorſus: So: Non ne hac ratione maxime ex ãbitioſo in pauco ꝝ imperii cupidum tranſit? Adi: Qua? So: Qñ ibi adoleſcens aliquis primo quidem patrẽ imitatur ſuum / eiuſqꝫ ueſtigia ſequitur deinde ipſum aſpicit ut qui in ciuitateꝫ tanq̃ꝫ in ſcopulũ offenderit ſubito ex culmine dignitatis prolapſum / ſe ipſum ſuaqꝫ omnia diſpergentem. Siue poſt belli expeditionem ſiue alterius magiſtratus maximi dignitatem / in iudicium ab inſidiatoribꝰ tractum a calumniatoribus circumuentum / eiectum. depreſſum / patrimonio ſpoliatum. Adi: Conſentaneũ qdeꝫ. So: Ille o amice hec ĩtuitus atqꝫ ꝑpeſſus amiſſo patrimonio / propter formidinem / confeſtiꝫ ex animi throno ambitionẽ illã ⁊ aĩoſitateꝫ deiicit ⁊ humilior propter pauptatẽ factꝰ ſeſe ad queſtũ ꝯuertit ⁊ anguſto admoduꝫ aĩo aride nimiũ ⁊ parce uiuens ſeqꝫ uexans in opere pecunias ꝯgregat. An non huiuſcemodi hoĩeꝫ tũc exiſtimas in ea animi ſede auaꝝ ⁊ lucri cupidũ affectum locare? eumqꝫ magnũ in ſe regem efficere? ornamẽtiſqꝫ regiis exornare coronis / balteis / fibulis / finbris / enſe ꝑſico: Adi: Equidem: So: Atqꝫ hic quidem rationalem uim ⁊ animoſitatis ardorem humi hinc atqꝫ illinc ſubigẽs illi ⁊ ĩ ſeruitutem redigens / illã quidem nihil aliud inquirere ⁊ conſiderare permictit q̃ꝫ unde ex paucioribus pecuniis plurime congregentur / hunc autem nihil aliud mirari ⁊ colere / q̃ꝫ diuitias atqꝫ diuites / neqꝫ dignitatem ex re alia q̃ꝫ ex pecuniis querere / ⁊ ſiqd aliud ad id cõferat: Adi: Nulla certe alia mutatio eſt uſqꝫ adeo uelox ⁊ uehemens ex iuuene ambitioſo in pecunie cupidum. So. Non ne igitur iſte paucoꝝ imperii ſtudioſus eſt? Mutatio quidem ipſius ex homine ſimili eſt illius rei. p. ex qua paucorum potentia extitit. Conſideremꝰ utiqꝫ nunquid ſimilis ſit: Adi: Conſideremus: So: principio in eo quod pecunias multifacit ſimilis erit: Adi: Quid ni? So: Quinetiam ⁊ in eo quod parcior eſt ⁊ ad lucrum anxior, ſolaſqꝫ neceſſarias cupiditates explet / ceteriſ uero ſumptibus nequaq̃ꝫ indulget: ſed alias appetitiones tãq̃ꝫ ſuperuacuas cohibet: Adi, Magnopere. So. Aridior itaqꝫ ⁊ ſqualidior uiuit / undiqꝫ ſumma parſimonia rem familiarẽ angens coaceruando intentus theſauro, quos quidem homines uulgus probat. An non hic erit uir talis rei. p. ſimilis? Adi: Mihi quidẽ uidetur. pecunie itaqꝫ maxime honorantur ⁊ ab hoc ⁊ ab omni ciuitate. So: Neqꝫ. n. hic ut arbitror diſcipline applicuit animum: Adi. Nõ ut opinor. Neqꝫ. n. cecum ſibi ducem prepoſuiſſet: So: Optime quidem. hoc autem animaduerte. Non ne fucorum nature ſimiles cupiditates ob diſcipline defectum ineſſe dicimus? partim mendicas / partim maleficas / ui quidem ab alia diligentia detentas: Adi: Et maxime quidem: So: Scis ne quo inſpiciens / ipſorũ maleficia cernes? Adi: Quo nam? So Ad orphanorum tutelas / ⁊ ſiquid ipſis tale contingit. quo licentiam plurimam ad iniuriam nanciſcantur: Adi: Uera narras. Socra. An non id conſtat / quod in aliis commertiis uir talis / in quibus probus habetur / cum iuſtus eẽ uidẽatur / ꝯpetenti quadã ui ceteras cũpiditates prauas que in ipſo inſunt / cohibet? non perſuadens / quia non preſtet / neqꝫ ratione manſuefaciens / ſed neceſſitate ac metu circa reliquam ſubſtantiam contremiſcens: Adi: Summopere: So: Enimuero. o. amice in multis eorum reperies / quando aliena oportuerit erogare / fuci perſimiles cupiditates:. Adi. Maxime. So. Non igitur ſeditione inteſtina iſte carebit / neqꝫ unus quidam erit / ſed duplex. habebitqꝫ in ſe cupiditates ut plurimum cupiditatum dominatrices / meliores ſcilicet deteriorum: Adi: Eſt ita. So. Quamobrẽ modeſtior hic aliis multis erit Cõſentientis tamen ⁊ compoſite mentis uera uirtus longe hunc effugiet: Adi: Mihi quidẽ uidetur. So. Quin etiã ad certamen erit tardior uir parcus quotiens priuatim in ciuitate de uictoria aliqua honeſta ⁊ magnificentia erit certandum? cum pecunias erogare nolit / decoris ⁊ cõtentionũ huiuſmodi gratia. metuẽs prodigas libidines ſuſcitare / prouocareqꝫ ad propugnandum cõtendendumqꝫ. Paucis itaqꝫ eorum que circa ſe ſunt / pugnans paucoꝝ imperantium ritu ut plurimũ uincitur: ⁊ diuitias auget: Adi: Sũmopere. So. Nunquid ultra diffidimus / ad ciuitatis eius exemplum que gubernatur a paucis / hominem parcum atqꝫ auarum inſtitutum eſſe? Adi: Nullo modo: So: Poſt hec inueſtigandum uidetur / quo pacto popularis gubernatio conſtituitur / ⁊ que ſit eius conditio: ut eandem in tali homine conditionem recognoſcentes / eum in iudicium deducamus: Adi. Ita ſane iter nobis inceptũ ſimiliter peragemus: So: Non ne hunc in modum ex paucoꝝ potentia in popularẽ gubernationẽ ciuitas ꝑmutatur? ex eo quod ciues optimũ eſſe propoſuerunt / ut q̃ꝫ ditiſſimi ſint: Adi: Quo pacto? So: Quia pricipes in ea propter diuitias dominãtur / prodigalitatem diſſolutoꝝ iuuenum lege prohibere negligunt / ut emptionibus ⁊ fenoribus eoꝝ uſurpantes bona / opulentiores etiam honoratioreſqꝫ euadant. Adi: Maxime omnium. So. Conſtat itaqꝫ impoſſibile eſſe ĩ ciuitate diuitias honorare ſimul ⁊ temperantiam poſſidere: ſed neceſſariũ eſt ad alterĩꝰ eſtimationem alteꝝ ſemꝑ iſtoꝝ negligi. Adi. Cõſtat plane. So. Dũ igitur in paucoꝝ potentia iuuentutis educationẽ negligunt / ꝑmictũtqꝫ ad libidinem uiuere / cogunt ſepenumero homines nõ ĩgeneroſos paupes fieri: Adi. Maxĩe. So. Sedẽt ut arbitror iſti ĩ ciuitate aculeis armati ꝑtiꝫ aliẽo ere grauati / ꝑtiꝫ ignomia affli cti / ꝑti ut riuſqꝫ malis oppreſſi / inſidiantes illis quos ſua nouerũt poſſediſſe / atqꝫ aliis: atqꝫ iccirco res nouas quotidie moliũtur. Adi. eſt xiii

ita. So. hões aũt auari dum lucro icumbunt eosqꝫ animaduertere nõ uidentur / ⁊ ex reliqs eam semper qui cedit maxime subducto argen to uulnerantes. ⁊ patris natos plurimos ac fe nora reportantes / ita fucis egenisqꝫ hominibꝰ ciuitatem replent. Adi: Maxime. So. Neqꝫ uolunt tanti mali incendium ita extinguere ut non permictant queqꝫ res suas pro arbitrio agere. Neqꝫ ita rursus ⁊ secundum alteram le gem talia quedam probibentur. Adi. Secun dum quam potissimum? So: Secundum eam / que post illam proxime sequitur: cogitque ci ues uirtutis curam suscipere. Siquis. n. mul ta ex uolũtariis commertiis sui periculo trac tare iubeat / nõ usqꝫ adeo impudenter pecunias ɔgregabũt. pauciora qꝫ in ciuitate mala nascẽ tur talia q̃lia diximꝰ: Adi: Sic oio: So: nũc autem his de causis pricipes subditos ita in ci uitate disponũt. Seipsos uero ⁊ suos ⁊ iunio res / delicatos ⁊ molles ⁊ secordes reddũt / nul lum aut animi aut corpis laborem tolerantes uoluptatibusqꝫ ⁊ doloribus succũbentes. Adi: Prorsus: So: Et ipsi quidem tales euadunt ut nihil aliud preter questũ estiment / neqꝫ ma iorem uirtutis curam hẽant q̃ꝫ mendici: Adi: Sic certe: So: Ita igitur instituti / quotiens ɔgrediuntur inuicem pricipes ac subditi siue in itineribꝰ / siue in alio quopiã communi com mertio atqꝫ ope aut circa spectacula aut exer citum / uel nauigãtes una / uel militantes / uel etiã in ipsis periculis se se inuicem spectãtes / nullo modo in his pauperes / a diuitibus despi ciũtur. Sed frequenter homo pauper / macer / cutimqꝫ sole obduratus cum in acie ad opulen tum collatus est in umbra molliter enutritum atqꝫ obeso corpore oneratum / eumqꝫ inspicit anhelantem ⁊ anxium / non ne censebit sua qua dam ignauia uiros huiusmodi diuites fieri? ⁊ alter alteri quotiens priuatum in unum conue nient / enarrabunt / suos superiores nullius pre tii esse? Adi: Noui certe ita eos efficere: So Non ne igitur quemadmodum debile ⁊ ualitu dinarium corpus / uel minima mutatione extri secus iniecta in morbos incidit / Sepe etiam nulla extrinsecus re nocente / ipsum intra se dissidet / ita ⁊ ciuitas eodem modo disposita / ex parua occasine siue alii extrinsecus / a / pau corũ potentie subiiecta ciuitate subsidium pre beant / siue alii ex populari / egrotat ⁊ secum ip sa dissentit. Sepe etiam absqꝫ externorũ ope ra / seditionibus agitatur: Adi: Prorsus: So Popularis utique gubernatio fit ut arbitror quando pauperes superantes / diuites partim enecant / partim i exilium pellunt. Reliquos autem equis rei. p. honoribus muneribusqꝫ af ficiunt atqꝫ ut plurimum in ea / sorte magistra tus obtingunt: Adi: Huiusmodi certe est po pularis ciuitatis constitutio siue armis fiat / seu metu aliis discedentibus. So. Que nam erit igitur horum ciuium uita? qualis guberna tio? Constat. n. quod uir talis / popularis ali qs apparebit. Adi. Perspicuum. So: An nõ primum quidem liberi erunt omnes / ciuitasqꝫ libertatis plena: summaqꝫ licentia pro libidi ne omnia omnes audebũt? Adi. Fertur qui dẽ. So. ubi ãt licẽtia / ibi qsqꝫ arbitratu suo uitã instituet. Adi, Patet. So. Omniformes in hac ciuitate nascuntur homines. Adi. Ualde. So. Uidetur utiqꝫ hec omnium esse rerum. p. pulcherrima. Atque ut pallium uariis depic tum coloribus speciosissimum esse uidetur / ita ciuitas ista diuersis ex moribus uaria / pulche rima prorsus apparet. Ac perinde ut pueri ⁊ mulieres uarietate distinctis / opificiis ⁊ spec taculis delectantur / sic multi hanc propter ua rietatem pulcherrimam arbitrãtur. Adi. Et maxime quidem. So. Atqui facile est, o beate in hac ciuitate rem. p. querere. Adi. Quam obrẽ? So. Quoniã oia rerum. p. genera prop ter licentiam habet / ac uidetur necessariũ esse illum qui rem. p. instituere cupit: quod mõ nos fecimus / popularem ciuitatem ingressum / cam rei pubilce cõstitutionem / que magis pla ceat sibi / deligere / quasi rerum. p. nundinas adeuntem / atqꝫ ita eligentem / ciuitatis mo dum statuere. Adi. Forte exempla huic ne quaqꝫ deerunt. So: Quid uero? An non dul cis hec prima fronte atqꝫ diuina uidetur uita ut neqꝫ cogaris in hac ciuitate magistratibus fungi / nec etiam si ad id sufficias / neqꝫ parere si nolis / neque bellum gerere / aliis bellum ge rentibus / neqꝫ pacem agere agentibus aliis / nisi id placeat / Uel etiam siqua te lex impera re uetet / ⁊ sententias ferre / nihilominus ⁊ im peres ⁊ sententias feras in iudicio / modo tibi hoc uisum fuerit: Adi: forte sic primum uide tur: So: Quid autem mansuetudo damnato rum quorumdam non ne decora? An non dũ hac i ciuitate uidisti homines morte uel exilio condemnatos / nihilominus urbem incolere / ac prodire in medium? ⁊ sepe quasi nemo id ui deat aut curet / instar heroum quorumdam p urbem incedere? Adi: Uidi equidem multos: So: Indulgentia uero ipsius nimia ⁊ sine ulla obseruatione / negligentia eorum que nos di cebamus rem ipsam honestantes quando ciuita tem constituebamus / quod uidelicet nisi forte quis excellenti sit ingenio preditus / nunq̃ꝫ uir preclarus euadet / nisi a prima pueritia sta tim honestis in ludis uersetur / ⁊ eiuscemodi omnia freq̃nter exerceat / tanq̃ꝫ que alto ani mo hec pessundat omnia / ea inq̃ꝫ negligentia nihil pensi habet / ex quibus studiis aliquis se ad ciuilia conferat / sed honorat / siquis dum ta xat / ametur a uulgo: Adi: Ualde admodum generosa: So: Hec utiqꝫ habebit ⁊ horum si milia / gubernatio popularis / eritqꝫ ut appet dulcis res publica ⁊ sine duce ac uaria / equali tatem quandam similiter / equalibus inequali busqꝫ distribuens: Adi: Manifesta admodum narras: So: Contemplare quis nam uir talis priuatim sit. An forte primo inuestigandum e / quemadmodũ in republica fecimus / quo nã pacto talis efficiatur? Adi: Ita prorsus: So Non ne ita maxime accidit / ut auari patris ⁊ paucorum potentie cupidi filius aliquis sub parentis moribus nutriatur? Adi: Cur non? So: Hic ui uoluptates suas coherceat / quecum que ad sumptus alliciunt non ad lucrum / que quidem uoluptates non necessarie apel lantur: Adi: Manifestum est. So: An uis / ne in ambiguitate uersemur / i primis quidem eas que necessarie sunt cupiditates / ⁊ que non ne cessarie / discernamus? Adi. Uolo equidem: So: Necessarie quidem ille merito uocarẽtur quas amouere non possumus / ⁊ que cum perci piuntur / nos iuuant. has enim ambas querere naturam nostram necessarium est. Non ne? Adi: Maxime: So: Iure igitur eas necessa rias apellabimus. Adi. Iure: So. An non re cte eas necessarias esse negabimus / que remo ueri possunt quãdo quis a iuuentute assueuerit que ue cum adsunt / nihil afferunt boni. immo plerumqꝫ nocent? Adi. Preclare quidẽ: So: Accipiamus earum exemplar / ut que utreqꝫ sint / cognoscamus / ⁊ in figura quadam eas in spiciamus: Adi: Sic oportet: So: Cupiditas utiqꝫ commedendi cibiqꝫ ⁊ obsonii usqꝫ ad salu britatem ⁊ bonam corporis ualitudinem / neces saria est. Adi: Arbitror: So: Certe cibi usus duplici de causa necessarius / ⁊ quia sine ipso ui ta non sufficit / ⁊ quia utilis: Adi: Ita est: : So: Aliorum uero condimentorum / quate nus ad bonam corporis habitudinem confert: Adi. Prorsus: So: Sin confert nihil hoꝝ concupiscentia superuacua / que per temperã tiam a iuuentute coherceri potest obest autem corpori / obest ⁊ mẽti ad prudentiã ⁊ tẽpatiã merito nõ necessaria nominabitur: Adi: Me rito. So: Has igitur sumptuosas cupiditates Illas uero questui deditas / quia conferant ad agendũ / uocabimꝰ: Adi. qd ni? So. Ióꝫqꝫ de ueneris aliisqꝫ dicemꝰ: Adi. Ióꝫ. So. pfecto / queꝫ fucum paulo ante nominauimus / Hunc esse dicebamꝰ q talibus uoluptatibus ⁊ libidinibus plenus est: ⁊ cupiditatibus non ne cessariis est mancipatus: eum uero qui neces sariis / parcum ⁊ paucorum potentie cupidũ. : Adi: Proculdubio: So: Rursus dicimus quemadmodum ex paucorum potentie cupido popularis efficitur. Uidetur autem mihi hoc pacto ut plurimum fieri: Adi: Quo nam? So Quando iuuenis ut modo diximus nutritus ru diter ⁊ aride nimium fucorum mel gustat / ad heretqꝫ ardentibus uehementibusqꝫ ⁊ callidis aĩalibꝰ potentibꝰ omniformes ⁊ uarias uolupta tes undiqꝫ comparare. Hinc utique existima eam oriri mutationem / qua iste ex paucorum potentia que in eo est / transit in popularem: : Adi: Necessarium est: So: Nunquid quem admodum ciuitas mutabatur / dum extrinsecꝰ presidiũ parti alteri prestaretur / a / simili si mile / ita adolescentis mutatur ingenium / dũ rursus externaꝝ cupiditatum species cognata

⁊ similis alteri cupiditatū speciei eaꝝ que in
eo sunt suffragatur. Adi: Prorsus quidem.
So. Quod siquis contra prestetur fauor natu
re eius paucoꝝ imperii studiose / siue a patre /
seu domesticis aliis / admonentibus increpan
tibusq; / seditio ⁊ reluctatio ⁊ pugna in ipso ad
se ipsum tunc innascitur. Adi. Cur non? So
Et quãq; ut arbitror / popularis conditio paucoꝝ
statui cedit: ⁊ nõ nulle cupiditates parti inte
reũt / parti excidũt / pudore aliquo i aio iuueni
li exorto. Dũ rursus excolitur. Adi. fit nõ nũ
q;: So: Rursus preter eas q̃ exciderũt cupidi
tates / alie coalescẽtes cognate ꝑpter inscitiã
paterne educationis multe uehemẽtesq; fiunt:
Adi: Sic certe fieri consueuit. So. Trahũt por
ro ad se consuetudines ac dum clam serpunt /
magnum excrescunt in numerum. Adi: Quid
prohibet? So: Tandem iuuenilis animi ar
cem occupant / persentientes uacuam esse do
ctrinaꝝ honestorumq; officiorum / ⁊ uerarum
insuper rationum. Qui sane optimi omnium
custodes seruatoresq; in hominum piorum mẽ
tibus extant? Adi: Summopere. So: False
uero ⁊ superbe petulantesq; rationes ⁊ opinio
nes eorum in locum succedentes / eundem ta
lis hominis locum obtinent. Adi. Maxime:
So: Non ne iterum ad delicatos illos acce
dens / manifeste habitat. Ac si a domesticis ad
iumentum aliquod prebeatur / parciori animi
ipsius affectioni / superbi petulantesq; sermo
nes claudentes regii in eo muri portas / neq;
presidium ipsum admictunt / neq; legatos pri
uatorum senum monitus excipiunt. Sed ipsi
prelio superant. ⁊ pudorem quidem apellan
tes fatuitatem in exilium turpiter eum expel
lunt. Temperantiam uero ignauiam nominã
tes reprobantesq; eiciunt. Modestiam quoq;
in moribus ⁊ in sumptibus moderationem / tã
q; rusticitatem ⁊ illiberalitatem penitus dete
stantur ⁊ fugant ⁊ ipsi una cũ multis futilibusq;
cupiditatibus inualescunt. Adi. Magnopere
So. Cum hec depulerunt ex eius animo quem
occuparunt ⁊ purgarunt ingentibusq; initia
tionis muneribus affecerunt / post hec petulan
tiam licentiã / prodigalitatem / impudentiaz /
splendidas multo cum choro deducunt coro

nas / extollentes applaudentesque. dum petulã
tiam ingenuam educationem nominant. licen
tiam / libertatem / prodigalitatem / magnificen
tiam / impudentiam / fortitudinem. An non
ita quodamodo iuuenis transit ex i nutrita ne
cessariarum cupiditatum affectione / in resolu
tam licentiam non necessariarum futiliumq;
uoluptatum? Adi: Plane id constat. So: Di
uit deinceps talis ut arbitror nihilo magis ne
cessariarum q̃; superuacuarum uoluptatũ gra
tia erogans pecunias. labores. exercitationes
Deꝝ si ita fortunatus ẽ ut neq; ultra modũ de
bachetur / immo senior factus. ⁊ ingenti iam ꝑ
turbatione elapsa non omnia s; aliquid admic
tit ⁊ partes excidentium suscipit / ⁊ ingredien
tibus haud quaq̃; se totum cõmictit / uoluptati
bus iam ad equalitatẽ reductis / ita uiuit / ut in
cidenti semp tanq̃; sortienti ipsiuz sui tradat /
quo adipleatur. Rursusq; alteri succedenti /
nullã spnens / s; oẽs eque nutriens. Adi. Sic
accidit. So. Iste quidem rationem uerã nõ
accipit / neq; in custodie sue arcem admictit /
siquis dixerit uoluptates parti esse bonoꝝ ho
nestaꝝq; cupiditatũ / partiz uo malaꝝ: ⁊ illas
exercendas esse ⁊ honorandas / has cõtra mode
randas ⁊ cohibendas. Deꝝ in his omnibus an
nuit / affirmatq; oĩs similes esse ⁊ pariter ho
norandas: Adi: Profecto quisquis ita affectus
est / id agit: So: Non ne ita indies uiuit ut in
cidentibus presentibusq; semp cupiditatibus
obsequatur? dũ uo; alias ebrietati modulatõni
busq; idulget / alias aque potu cõtentus est ⁊ ine
dia. iterdũ uo gymnastice studiis se exercet
non nunq̃; remissiori aio torpet / qñq; phie at
tingit studia. sepe etiã se ad rem. p. cõfert / ꝑ
ditq; i mediũ / qcqd obtulit sors ⁊ dicens ⁊ faci
ens. Ac si qñq; milites admiratur / ad eos fer
tur / sin mercatores / ad hos rursum aduentat /
neq; ordine ullo aut necessitate uitã suã diri
git S; iocũdã ⁊ liberalẽ ⁊ beatã hãc uitã apellãs
hãc assidue colit / Adi / Scite uitã popularis
hois nullum delectum uiuendi habentis / narra
sti / So / Arbitror equidem plenũ hunc diuer
sis plurimisq; moribus esse / pulchrumq; ⁊ uari
um quemadmodum ciuitatem illam uideri / quẽ
sane multi atq; multe feliciter uiuere arbitra

rentur: cũ reꝝ. p. atq; moꝝ in se mlta exẽpla
cõtineat. Adi. Ita est nimiꝝ: So. Esto nobis
uir talis populari rei. p. similis: utpote q popu
laris merito noĩetur: Adi: Esto: So: reliquũ
est / ut de preclara illa re. p. uiroq; preclaro
dicamus / tyrãnide atq; tyrãno: Adi. Omnino
So. Age uideamus o dulcis amice / quis naz ty
rãnidis ipsius sit modus. Pricipio qd ex popu
lari oritur ferme est pspicuũ: Adi. Manifestũ
So: Eadem igitur ratione ex populari tyran
nis oritur / qua ex paucorum potentia / popula
ris. Adi. Qua? So: Quod sibi ciues in pau
corum potentia tanq̃; bonum proposuerunt / ꝑ
qd ⁊ paucorum potẽtia inoleuit / id erat diuiti
arum copia: Nonne? Adi: Istuc ipsum: So.
Inexplebilis itaq; diuitiarum sitis / ceteroꝝ
q; officioꝝ negligentia ꝑpter ipsum questum
eã pdunt: Adi: Deꝝ id qd? So. Quinetiaz
eius qd in populari bonũ censetur / cupiditas in
explebilis ipsam quoq; peruertit: Adi: Quid
in ea potissimum censeri bonum dicis? So. Li
bertatem. Nam istud in populari ciuitate cense
ri preclarissimum audies. Ideoq; in hac sola
habitare par est eum uirum / qui natura sit liber
: Adi: Certe nomen istud libertas in hac ciui
tate frequentius predicatur: So: Non ne
quod dicturus eram. huius ipsius cupido insatia
bilis / ceterorumq; negligentia hanc mutat rẽ
p. cogitq; tyrannide indigere? Adi. Quo pa
cto? So: Qñ uidelicet popularis ciuitas siti
ens libertatẽ / malos pincernas presidentes nã
ciscitur ⁊ ea profusius q̃; decet sese ingurgitans
debachatur / ⁊ pricipes causas tanq̃; rigidiores
et tyrannicos / punit / nisi mites admodum sint
plurimumq; concedant licentie. Adi: Sic pr
sus accidit. So. At qui ⁊ eos qui principibus
parent / obiurgat / tanq̃; seruiles ⁊ pretii nullius
homines. pricipes autem subditis pares / ⁊ sub
ditos pares principibus / priuatim ⁊ publice lau
dat atq; honorat. An non necesse est hac in ci
uitate ad summam libertatem homines perueni
re? Adi: Proculdubio: So. Atq; hanc insitã
obedientie inpatientem licentiam. o. amice ꝑ
priias irrepere domos / seq; usq; ad bruta pro
tendere. Adi: Quo pacto hoc dicimus? So:
Quale uidelicet. si pater filio fiat similis / fili

osq; metuat: ⁊ filius patri sit par: nq; uereatur
parentes / neq; metuat: ut sit maxime liber:
Inquilinus preterea ciui ⁊ iquilino ciuis eque
tur. peregrinusq; similiter. Adi. Sic accidit
So. Hec utiq; / ⁊ alia non nulla minora simi
lia his eueniunt. Nempe ea in urbe preceptor
discipulos timet / eisq; blanditur / discipuli pre
ceptores spernunt: ⁊ similiter pedagogos. at
q; ut summatim dicam iuniores senioribus se
similes prestant. uerbisq; ⁊ operibus aduersan
tur. Seniores autem iuniorum gerunt uicem
et tanq̃; scurre facetiis eos delectant. ne seue
ri imperiosiq; uideãtur: Adi. Maxime. So.
Vulgi autem libertas extrema. o. amice / tali
in ciuitate quanta? quando quidem empta man
cipia nihilominus libera sunt q̃; emptores. et
quanta mulieribus erga uiros / uirisq; erga mu
lieres equalitas libertasq; sit / ferme dicere /
obliti sumus. Adi: An non secundum eschylũ
dicemus quod nunc nobis in buccaz uenit? So
Sic prorsus. Atq; ego quidem ita dico. profe
cto quanto liberiores sint hac in ciuitate bestie
que sub hominibus nutriuntur q̃; alibi / nemo ni
si expertus crediderit. Nam ⁊ catelle ut habet
prouerbium / perinde ac domine sunt. Et equi
et asini tanta per uias libertate progredi con
sueuerunt / ut in obuiũ queq; impetum faciant /
nisi cesserit. Ceteraq; oia summa agũtur licẽ
tia. Adi. Meũ certe mihi narras i somniũ. Nã
mihi rus proficiscenti frequenter ista cõtingũt
Vides quo tandẽ oium supradictoꝝ summa cõ
tendat. Ita siquidem hic delicatus ciuiuz aius
redditur / ut siquis paulũ qd seruitutis afferat /
egre ferant / neq; tolerent. Demũ uero leges
oẽs taz scriptas q̃; nõ scriptas cõtemnunt: neqs
illis presit dñs: Adi: Manifestũ id quidez. So
Nec o amice egregia illa ⁊ elegans res. p. est /
ex qua ut mihi uidetur / tyrãnis nascitur: Adi
elegans certe / s; quorsuz hec? So. Morbus por
ro q in paucoꝝ potentia serpens / eaz labefecta
uit / idem ⁊ in hac pululans excrescensq; nimia
ex licentia / popularẽ ciuitatem iugo seruitutis
subigit / Ac sũmati excessus ois uerti penitus i cõ
trariũ cõsueuit: i tempibus i arboribus / i aialibus
⁊ i rebus / p. maxime. Adi. Haud iiuria. Nimi
a eni libertas / haud ialiud uidetur q̃; nimiam in

seruitutem conuerti/ ⁊ priuatim ⁊ publice: So
Certe id ꝯsentaneum. Quare nō abre dicebaꝫ
nō ex alia re. p. qꝫ populari tyrannidem surge
re: extrema ex libertate/ grauissimā ⁊ accerri
maꝫ seruitutem: Adi: Sic ostendit ratio: So
At non hoc ut arbitror ipse querebas/ sed qui
nam morbus idem in paucorum potentia popu
lariqꝫ gubernatione innatus eam in seruituteꝫ
redigit: Adi: Vera narras: So: Dicebam uti
qꝫ ociosorum ⁊ prodigorum hominum genus
partim fortius ⁊ uirilius esse partim ignauius:
et illud quidem ducere hoc autem sequi: quos
quidem homines fucis in superioribus compara
uimus/ illos quidem fucis aculeos habentibus/
hos autem aculeis carentibus fucis: Adi: Et
merito: So: Isti quidem i quacumqꝫ fuerunt
ciuitate/ eam turbant/ quemadmodum pituita
ac bilis corpus. Quos oportet bonum medicū
et legum fundatorem/ non minus qꝫ sollertem
apum cultorem/ eminus precauere: primum
quidem ne oriantur in ciuitate/ ac si oriuntur
ut cum ipsis fauis protinus excidantur: Adi
Ita prorsus agendū: So. Sic igitur accipia
mus/ ut perspicacius quod querimus cognosca
mus. Adi: Quo pacto? So: Trifariam popu
larem ciuitateꝫ ut re ipsa est/ partiamur. Vnū
quidem hoc genus in ea propter licentiā nasci
tur/ non minus qꝫ in paucorum potentia: Adi
Est ita: So: longe autem acrius in hac qꝫ in il
la: Adi: Qua ratione? So. Ibi quia contēp
tui est/ ⁊ priuatum uiuit/ imbelle propter desi
diam fit. In populari autem id genus omne.
exceptis paucis presidet: ⁊ quod in eo acerri
mum/ dicit ⁊ agit. aliud autem iuxta tribu
nalia inherens susurrat/ nec tolerat/ siquis
alia dixerit. Quapropter omnia ab hoc gene
re paucis exceptis in ciuitate huiusmodi admi
nistrantur: Adi: Et maxime quideꝫ: So: Ali
ud igitur tale semper ex multitudine excerni
tur: Adi: Quale? So: Ex omnibus. n. que
stum agentibus qui natura modestissimi sunt/
utplurimum ditissimi efficiuntur: Adi: Con
sentaneum. So. Hinc utiqꝫ mellis copia ⁊ ube
rior ⁊ facilior fucis exprimitur. Adi. Quo
modo. n. ex his qui pauca possident copia mel
lis exprimeretur? So: Diuites ut arbitror ta

les fucorū herba uocantur: Adi. Sic ferme:
So: Populus autem tertium erit genus. quot
cunque ipsi sua dumtaxat curant/ nec alienis
se implicant: haud multum pecuniosi. Quod
quidem genus ⁊ plurimum est ⁊ in populari ciui
tate principalissimum: quotiens congregatur
Adi: Est certe: at non frequenter id facere
uult: nisi particeps mellis efficiatur. So: Nō
ne semper est particeps/ quatenus qui presidēt
expoliantes diuites/ dispertientesqꝫ populo/
sibi possunt utplurimum usurpare? Adi: pro
fecto ita fit particeps. So. Coguntur utiqꝫ
repugnare hi qui expoliati sunt/ pro uiribus in
populo dicētes atqꝫ agentes: Adi. Quid ni?
So: Occasionem itaqꝫ ab aliis acceperunt/ qꝫ
uis ipsi non cuperent/ rerum innouandarum:
quod isidientur/ populo ⁊ ad paucorum imperi
um intendat animum: Adi: Cur non? So.
Tandem uero postqꝫ populum uiderunt non
sponte sꝫ iscium/ a calunniatoribusqꝫ seductuꝫ
conari ut ipsis iniuriam inferat/ tunc sane ue
lint nolit/ reuera euadunt paucorum potentie
studiosi: haud ultro uolentesqꝫ/ sꝫ hoc illis ma
lum ingerit/ fucus stimulans eos ac pungens:
Adi. Valde quidem. So. Accusationes igi
tur/ litigia/ contentionesqꝫ mutue oriuntur:
Adi: Et maxime. So. Ideoqꝫ populus con
sueuit Vnum aliquem sui defensorem creare:
eumqꝫ nutrire. ⁊ uti magnum efficiat/ confo
uere: Adi: Consueuit certe: So. Ex quo pa
tet tyrannum ex radice tutoria pululare.
Adi. Certum id quidem: So. Que nam ori
go mutationis ex tutore in tyrannum? An ui
delicet postquam cepit qui preest id agere/
quod circa templum lycei Iouis in archadia
fabula refert. Adi: Quid nam? So: Quod
quisquis humana uiscera cum aliarum uictima
rum incisa uisceribus forte gustarit/ lupus fieri
cogitur. Non ne fabulam audiuisti? Adi: E
quidem: So. Eodem modo ⁊ iste cuius impe
rio ualde uulgus obtemperat/ cognato non ab
stinet sanguine. sed falsis ut solent cōfictis cri
minibus in iudicium trahit eos a quibus timet
et iniusta se cede cruentat/ uiri uitam extin
guēs/ gustansqꝫ lingua impura ⁊ prophano ore
generis pximi sanguinē ac nōnullos expellit/

enecat alios/ causatus. s. eris alieni/ reserati
ones partitionesque agrorum. Quare necesse
est einsmodi hominem uel ab inimicis iterfici
uel tyrannidem exercere/ lupumqꝫ ex homine
fieri. Adi. Necesse est oio. So. Iste qdem ad
uersꝰ opulētos hoies seditiosꝰ. Adi: Certe. S
Nōne ab inimicorū ui huic piculū imminet? Qui
si expulsus/ iuitis redierit inimicis/ tyrānus ef
fectus reuertitur: Adi: Cōstat. So: Ac si eū
calumniis publicis expellere nequnt uel occide
re/ uiolentam illi mortem cogitant/ clamqꝫ i
sidiantur: Adi: Ita certe fieri ꝯsueuit. So.
hinc solita illa oritur tyrannis occasio exigen
di. Nempe oms qui huc ascenderunt/ custodes
aliquos corpis/ ut auxiliator populi saluus sit
solēt a plebe reqrere: Adi: Maxime. So: dat
itaqꝫ eos plebs/ illi metuens: sibi ipsi nimis ꝯfi
dens: Adi: Magnopere: So: Cū hec uir pecu
niosus aiaduertit/ q ob pecunias plebi hostis/ ē
tūc certe iuxta oraculū creso datum adhermū
lapidosuꝫ fluuium aufugit: neqꝫ moratur: neqꝫ
timidus dici ueretur: Adi: haud quaqꝫ secūdo
iterum uereretur: So: Sane qsquis ꝯprehen
sus fuerit/ ultimo supplicio affici solet: Adi:
Necesse: So: At populi ille defensor magnus
magnifice haud quaqꝫ sese gerit: sꝫ alios pster
nit plurimos: ⁊ ipse in curru residet ciuitatis
tyrannus ex tutore effectus: Adi: Quid phi
bet? So: An uis enarremus beatitudinem uiri
huius/ ⁊ ciuitatis in qua uir talis innascitur?
Adi: prorsus qdem. So: pricipio qdem omnes
salutat arridens quibuscūqꝫ obuiꝰ fuerit: ⁊ no
men tyranni recusat/ pollicetur multa ⁊ priua
tim ⁊ publice/ ere liberat alieno/ agrosqꝫ distri
buit: populoqꝫ ⁊ familiaribus suis ac deniqꝫ om
nibus mansuetus ⁊ mitis esse simulat: Adi: Ne
cesse ē: So: At cum primū externos hostes/ p
tim sibi ꝯciliauit/ partim extixit/ rebus iaꝫ pa
catis/ stati ut populus duce semp indigeat/ bel
lum aliqd nititur excitare: Adi: Cōsentaneū
est. So. In quo illud insuper efficit/ ut qui
sub eo sunt plurimis exhausti sumptibus ad quo
tidianū uictum ꝯuerti cogātur: minusqꝫ aduer
sus tyrannuꝫ insidias meditentur? Adi: patet
So. Quinetiaꝫ siquos agnouerit liberali esse
ingenio preditos talesqꝫ ut impiū eiꝰ recusatu

ri uideantur ut ad eos extiguendos occasioneꝫ
habeat/ hostibus obiicit. his de causis necesse
est tyrānum semper noua bella mouere: Adi:
Necesse: So: Qua de re ciues sibi ifensos red
dit. Adi: Summopere. So. Verisimile est ut
non nulli eorū qui tyrannidi suffragati sunt ⁊
apud tyrannū plurimuꝫ possunt/ audacter tam
inter se qꝫ cum eo/ que geruntur imꝓbent: pre
sertim siqui altiori animo sint: Adi: Verisimi
le: So: Consentaneū est ut hosce omnes tyrā
nus e medio tollat/ si modo sit dominaturus:
quousqꝫ neminē relinquat amicorū uel hostiuꝫ
qui alicuius momenti sit: Adi: Manifestum id
quidem. So. Acute igitur inspicere illū opor
tet/ quis fortis/ quis magnanimꝰ/ quis prudēs
aut diues sit. Nempe usqꝫ adeo beatus est/ ut
seu uelit seu nolit his inimicus futurꝰ sit: eisqꝫ
insidietur/ quousqꝫ ciuitatē purgauerit. Adi.
Egregiam sane purgationem narras. So. Cō
trarium plane medicorum purgationi. Siqui
dem medici/ a/ corpore quod deterimum est ab
stergunt: quod uero optimum est/ relinqunt.
Contra tyrannus efficit. Adi. Ille quidem
sic facere cogitur/ si modo sit dominaturus.
So. Beata nimirum necessitate adstrictus est
que illi precipit/ ut uel cum plurimis improbis
uitam agat: a/ quibus etiam odio habeatur:
uel omnino non uiuat. Adi. Talis profecto
eius conditio est. So. Non ne quo infensio
res habet ciues/ dum hec agit/ eo pluribus ⁊ fi
delioribus satellitibus indiget? Adi: Quid p
hibet? So. Qui nam igitur huic fideles maxi
me? Vnde illos accerset? Adi. Vltro aduola
bunt undique multi mercede pellecti. So. Fu
cos iterum mihi uideris per canem quosdam di
cere/ externis ⁊ uariis ex gentibus confluen
tes. Adi. Vere tibi uideor: So. Quis au
tem ex indigenis? Non ne aliqui si uoluerit?
Adi: Quo pacto? So. Scilicet/ si propriis
seruis sublatis uoluerit ciues aliquos liberare
et satellitibus suis asciscere: Adi: Maxime
quidem: quoniam fidelissimi sibi hi sunt: So:
qꝫ preclaram narras tyranni possessionem?
siquidem talibus amicis fidisqꝫ hominibus uti
tur/ cum priores illos perdiderit: Adi: At ta
men talibus utitur: So. Atqui mirantur eum

amici tales: conuersanturq̃ cum eo noui ciues. Equiores autem uiri oderunt ac fugiũt: Adi: qd uetat? So: Nõ temere igitur tragedia sapiẽs artificium eẽ uidetur: atq̃ in ea euripides iure clarus habetur: Adi: Quam obrez? So: Quod 7 hoc ex profunda mente cecinit: Sapiẽtes tyrannos esse sapientum consuetudine: dixitq̃ hos sapientes esse qui cum his conuersantur. Adi: Quinetiam tyrannidem tanq̃ rem diuinam extollit. Aliaq̃ permulta iste aliiq̃ poete: So: Enimuero poete tragici utpote sapientes nobis ignoscent, 7 illis qui perinde ac nos rem. p. administrant, quod eos in nostraz rem. p. non admictimus tanq̃ tyrannidis probatores: Adi: Ignoscent ut arbitror, qcunq̃ inter eos facundiores sunt: So: Ceteras vero circumeunt ciuitates, turbam congregantes: 7 egregiis 7 grandib9 probabilibusq̃ uocibus, quibus non deest pretium, res: p: in tyrãnides trahunt 7 popularem statum: Adi: Vehementer: So: Nonne pro his pretiuz capiunt, honoranturq̃? in primis quidem ut uerisimile est, a, tyrannis: deinde etiam, a, populari conditione. At vero quo altius ascendunt in arduum rerum, p. uerticem, magis eoruz deficit honor quasi defessus crebriore hanelitu ansius progredi non ualeret: Adi: Ita nimiꝝ: So: Sed ne postquam huc digressi sumus: ulterius digrediamur, dicamus unde tyrãnus exercitũ illum suum, preclarum, uarium, semperq̃ diuersum alat: Adi: Constat in primis quod si que sunt sacre opes i ciuitate, eas surripiet: ꝯsumetq̃ quousq̃ illa sufficient que uenduntur dum leuiora exigit a plebe tributa: So: Quid si opes iste defecerit? Adi: Patet quod ex paternis aletur, 7 ipse 7 college ipsius contubernalesq̃ 7 scorta: So: Intelligo equidez quod populus qui tyrannum genuit, ipsum amicosq̃ eius enutriet. Adi. Ita cogitur. So: Quid uero? si succenseat populus dicatq̃, haud equũ esse ut adultus fili9, a patre amplius nutriatur sed contra, a, filio pater: neq̃ se ad hoc euzcreasse, ut postq̃ adoleuerit, tunc ipse seruis eius ministrãs, nutriat 7 ipsuz 7 ipius seruos, 7 alios oms undiq̃ ꝯfluentes eius adstipulatores. verũ ut, a, diuitibus his q preclari 7 boni existimantur in ciuitate, eo preside, liberetur: atq̃ ita iubeat populus abire illuz e ciuitate, eiusq̃ amicos, pinde ac pater filiũ domo una cũ debacantiũ turba depellens? Adi. agnoscet p Jo uez tũc demũ popul9 q̃lis ipse, 7 quali bestia delectatus sit, dum eã generaret atq̃ educaret, q̃ q̃ ipse debilior potentiores eicere tentat: So. Quid ais? Audebit tyrannus patri uim inferre, 7 si nõ obtẽpet uerberare? Adi: Immo uero. Nam auferet arma. So: patricidã ergo dicis esse tyrannũ: durũq̃ senectutis educatorez? Atq̃ ut uidetur, hec proprie est tyrannis Vtq̃ fertur, populus, seruitutis liberorũ fugiens fumum, in flãmam seruorum dominationis incidit: loco ingentis illius 7 importune libertatis, durissimã acerbissimãq̃ seruoꝝ subiens seruitutẽ. Adi. Ita nimirũ accidit: So: An non igitur probe a nobis dictum fuerit, si sufficienter narrasse asseueremus, quo pacto tyrãnis ex populari gubernatione nascatur: 7 nata cũ est, qualis sit. Adi. Valde qdez sufficiẽter:

Argumẽtum Marsilii Ficini in librum nonum de Justitia. ad Laurentium Medicem Virum magnanimum

Ocrates q̃ plurima de regia optima tũ uita tractauit: m̃lta etiã de ꝯtraria eius tyrannide disputat: ut 7 illã tanq̃ beatissimaz ꝯ. pbemus 7 hãc re pbemus q̃ miserimã. Quod nõ solũ igitur i oc tauo, s̃z i nono isup agitur d̃ tyrãnide: qua. s. rõe potissimũ fiat ex populari, q̃lis quoq̃ sit, q̃ noxia, q̃ ifelix, quo vz primã q̃ i aio fit tyrãnidẽ totis uirib9 deuitem9, uicissimq̃ regnuz aio intimũ ꝯplectamur. Per hec stati ad primũ recidibit disputationis uniuerse propositũ. Quo utiq̃ statuit demõstrare, iustitiã non opiniõe dũtaxat hũana esse laudabilem: s̃z etiã ipsa sui natura 7 honesta miꝝ imodũ 7 salutari esse ãte oia uenerandã. Iniustitiã quoq̃ nõ ob metum uel legũ ul' ifamie solũ uitupandã esse: s̃z ẽt pp ipm̃ malefice nature sue uenenũ pcul effugiẽdã. Justitiaz ũo cũ noĩat, alias legalẽ ꝯmunẽq̃ designat iustitiã, uirtutẽ. s. uniuersã sub legũ pui dẽtia istitutã. alias iustitiã magis pproprĩam siue distributiuã: per quam 7 i ciuitate pro meritis honores, premia, pene, distribuũtur: 7 in anima partibus anime pro dignitate nature actiones 7 munera tribuuntur: siue conmutatiuam: per quã 7 in ciuitate equo 7 legitimo pretio, res, uel reb9, uel pecuniis cõmutantur: 7 in animo ita quasi similiter conmutantur offĩcia, ut quantum ratio inferioribus consulit, tantundem uires inferiores pro rationis imperio necessaria subministrẽt: Inter hec nota tyrannicuz animum ita perturbatum esse, ut proprie iudicetur libidine perditus 7 temulentus, 7 furiosus, atque, immanis. Quippe cũ quasi fera immanibus iis libidinibus rapiatur, quarum feritatem ceteri solum somniantes interdum experiuntur. Que uero hic ad falsitatem 7 ueritatem 7 uaticinium somniorum pertinent, in theologia abunde tractam9. Considera q̃ diligenter mala connumeret omnia, quibus ciuitas oppressa tyrãni de premitur. Quã ue apte totidem mala ac etiam plura in tyranni animo numerat: adeo vt nihil miserabilius possit effingi. Mox disputationem totam huc tendentem ut sapiens iustusq̃ uita uite contrarie proferatur, in tria redigit capita. Primuz eẽ uult. Quod hactenus est tractatum: ex cõparatione vz. insipientis iniustiq̃ hominis ad ciuitatez quandam nulla sapientia 7 iustitia gubernatam. Vbi profecto apparet 7 ciuitatem illam 7 hominem equa ratione pessime 7 infelicissime se habere. Secundum uero caput nunc aggreditur, distinctionẽ illam partium anime repetens in raciocinandi 7 irascẽndi 7 concupiscẽdi naturas: quib9 tres quoq̃ uitas accomodat philosophicam ambitiosamq̃ 7 cupidam, cupidã iq̃ pecuniaꝝ grã uoluptatũ: i ꝺoq̃ auara ẽt nõiatur. Tres sil'r dispõit ptes i ciuitate, magrãt9, mili tes, q̃stuarios. pbat dei ñ uitã uirtute preditã magis eligendam esse q̃ uitiosam preterea quod sit reuera suauior. Nempe cum trium illorum quilibet uite sue uoluptatem ceteris preferat, solus id pphilosophus potest recte diiudicare, opus. n. est ad iudicium experiẽtia, prudentia, ratione. Principio quantum ad experientiam pertinet philosophus quidem et sui propriam 7 aliorum uoluptates est expertus: quo fit ut facile que sit preferenda, cognuscere possit. Cetetri uero philosophantis gaodia nunq̃ degustauere. Ideoq̃ uoluptates suas cum philosophantis gaudio comparare non possunt. Preterea solus philosophus perfecta pollet prudentia 7 assignandarum industria rationum: que quidem duo reliqua sunt ad iudicium necessaria. Cum ergo philosophus sapientis iusteq̃ uite gaudia ambitiose libidinoseq̃ uite anteponat oblectamentis, iure ex ipsius iudicis ueri sententia uitam virtute rectam uite uitio dissolute anteferre debemus. Tertium deniq̃ caput inde potissimum exorditur, quod in solo sapiente iustoq̃ uiro uoluptas uera reperiri potest. In ceteris autem voluptatez falsam 7 umbratilem esse constat. Quod quidem ita probatur uoluptates utplurimum uehementes repletiones quedam sunt indigentie. Atque ubi 7 quod impletur 7 quod implet uerius perfectiusq̃ est, impletionisq̃ modus purior atque efficacior, ibi uerior est uoluptas et perfectior 7 ingentior: Cum igitur intellectus ueritasq̃ intelligenda ueriorem perfectioremq̃ naturam habeant q̃ sensus atq̃ sensibile ac ueritas interius penetret intellectum q̃ sensibilem sensum: 7 sine mixtione doloris accedat, sequitur uoluptatem intelligentie ueriorem esse atque perfectiorem: Inter hec casu quodam nescio quid interserit mathematicũ cuius declarationem ex conmentariis in Timeũ accipies oportuni9: Attẽde deiceps ad illã anime nature figurã, in qua sub multiplicis bestie nomine intellige concupiscendi naturaz. Sub figura leonis, irascendi uigorem: sub forma hominis, rationez, 7 uide q̃ expresse depingat ambitiosi, iniusti, libidinosi hominis uitã, immo miseram seruitutem. Item ibidem accipe formulam, qua possis transitum animarum i bestias ita interpetrari ut in bestiarum affectus et habitus potius q̃ in corpora migrare dicantur: Preterea memento, quemadmodum in corpore perspicacia sensus, sanitas, robur, pl'chritudo, non opinione, sed natura sunt bona eoꝝq̃ ꝯtraria, mala similiter, sic i aia prudentiã, tẽpantiã, fortitudinẽ, iustitiã naturaliter eẽ bona, naturaliter quoq̃ hoꝝ ꝯtraria mala.

Deniqꝫ accipe totius vite formam / per quam ita corporea cuncta diſponas / ut animi temperantie conſonent. Atqꝫ eatenus eligas ſingula / quatenus conferunt ad animi ſanitatem: ⁊ contra que hanc impediunt procul effugias. habites ſemper mentis arcem. Atqꝫ ab ea nullis aut illecebris aut minis te precipitari pmittas: Cum uero ⁊ te ipſum ⁊ alios formare volueris ſuſpice perſpicuum reipublice huius exemplar in celo: in celo inqꝫ. i. ordine celeſtium motionum / atqꝫ altius in mente diuina: ut inde tandē ad ipſius imaginem / te ipſum primo / deinde familiam / tertio ciuitatem iuſte feliciterqꝫ componas.

Nonus Liber de Iuſto.

EXINCEPS Conſiderandū reſtat: qua ratione uir tyrannicus ex populari fiat, qualiſqꝫ ſit. ⁊ nunquid vitam ducat miſeram an beatam: Adi: Certe id reliquum eſt. So: Scis quid adhuc deſiderem? Adi. Quid? So Non dū ſufficienter diſtinxiſſe uidemur / quot ſint ⁊ quales cupiditates. Ac niſi id conſtet / obſcurior erit eius quod querimus inquiſitio: Adi: Oportunum uero adhuc erit. So. Prorſus quidem: atqꝫ aduerte quid in eis noſſe uelim. Eſt autem tale. Earum uoluptatum ⁊ cupiditatum que non neceſſarie ſunt / uidentur mihi quedam eſſe legibus repugnantes que omnibus quidem inſunt / a / legibus autem ⁊ melioribus cupiditatibus cum ratione pariter caſtigate / in quibuſdam hominibus vel omnino obſoleſcere / uel adeo reprimi / ut rare admoduꝫ exileſqꝫ reddātur. In aliis āt uehemētiores freqntioreſqꝫ euadāt: Adi. Quas potiſſimū iſtas uocas? So. q̄ i ſōnis ſepi⁹ excitātur. qn̄ aīmi pars illa ſopita lāguet / q̄ ratōis ē pticeps et manſueta eiuſque domina: Alia uero in qua feritas eſt ⁊ agreſtis inmanitas / cum ſit immoderato repleta potu atque paſtu / exultat / tentatqꝫ excutere ſonnum / ⁊ ſolitis libidinibus indulgere. Tunc quippe nihil eſt / quod non audeat, velnti ſoluta ⁊ libera omnibus uerecundie prudentieqꝫ preceptis: Vt aut cum matre corpus miſceri uideatur: aut cum quo uis alio homine uel deo / ſepe ⁊ bellua / atque etiam trucidare aliquem ⁊ impie cruentari. ⁊ / a / nulla prorſus uoragine abſtinere: nec ut breui complectar ab ulla inſania uel impudētia temperare. Adi: Vera nimium loqueris: Socrates. At cum quis ſalubri ⁊ moderato cultu atqꝫ uictu / quieti ſe tradiderit / ea parte animi in qua eſt ratio / excitata ⁊ recta: ſaturataqꝫ bonarū cogitationum epulis, ⁊ ad ſe ipſam contemplādo conuerſa / ea vero parte animi que uoluptate alitur / nec inopia preſſa / nec ſatietate affluenti / vt quieſcat maxime / neqꝫ optimaꝫ partem illam aut geſtiendo / aut merendo perturbet / ſed ſinat eam per ſe ipſam ſolam ac puram conſiderare / indagare / atque percipere qcquā ignotum hactenus / uel preſentiū / uel preteritorum / uel futurorum. Illa etiam tertia parte animi / in qua irarum extuat ardor / ſedata atque reſtincta uſqꝫ adeo ut nulli infenſa quieſcat: atqꝫ ita inquam partibus quidem duabus pacatis / mente vero erecta / ſonno ſeſe comparet / tunc demum mens pura veritatem attingit: neqꝫ iſonniorum uiſa nepharia ſeſe obiciunt: Adi. Sic prorſus exiſtimo: Socra. Vnicui Quid plura? Id ſummatim uolumus. Vnicui queqꝫ ineſſe ſpeciem quandam cupiditatum dirā agreſtem / atqꝫ iniquam. atqꝫ etiam in his qui inter homines maxime moderati uidētur. Quod in ſonnis fit manifeſtum. Siquid ergo dicere uideor, ⁊ conſentis / anima duerte: Adi. Conſentio equidem: So: Recordare qualem virū eſſe diximus popularem. Erat autem is / qui ab ineunte etate ſub parco nutritus eſt patre, qui lucri cupiditati indulxit ſolum. ceteras vero non neceſſarias / ſed ludi ornatuſqꝫ comites / ſpreuit. Nonne ita? Adiman: Ita prorſus: Soc. Conuerſatus deinde cum elatioribus uiris / pleniſqꝫ libidinibus his quas modo narrauimus / declinare cepit ad petulantiam omneꝫ eorumqꝫ mores: paterne parſimonie odio: Cum vero ingenio meliore eſſet qꝫ corruptores / utrimque diſtractus / mediam nactus eſt utriuſqꝫ moris affectionē, moderate utrumqꝫ ſequtus ut inſe putat / neqꝫ illiberalem neqꝫ diſſolutam vitam agens: ex paucorum potentie cupido mutatus in popularem: Adi: Erat uti que ⁊ eſt circa huiuſcemodi virum hec opinio: So. Pone rurſus huiuſ grauidioris effecti filium / primis ab annis / ſub parentis moribus enutritum: Adi. Pono. So. Ponas iterum eadē ſibi accidere que patri contigerant. ut ad omne trahatur flagitium ⁊ laſciuientis uite licentiaꝫ. quam tamen hi qui trahunt integram nominent libertatem. Pater autem aliiqꝫ domeſtici mediis iſtis cupiditatibus ſuffragentur: Qui uero ipſi opem ſuggerunt / quando. ſ. iam ſperauerint uehementes illi incantatoreſ / nutritoreſqꝫ tyrannidis / adoleſcentem ſe nō aliter continere poſſe / amorem in eo aliquem quibuſdam machinationibus excitent / preſidem tutoremqꝫ ocioſorum ⁊ ad libidinem illi ⁊ ingentem ſubminiſtrantium deſideriorum / alatum certe talium eſſe fucum. Nunquid aliud amorem putas? Adi: Nihil aliud: Socra. Quando uero circa ipſum ſuſpirantes cupiditates alie referte nidore, unguentis. coronis ac mero. reſolutiſqꝫ conſuetudinum talium uoluptatibus / coaugent prorſus aluntqꝫ deſideriū illud / atqꝫ ita fuco aculeum addunt tūc iam hic animi preſes furit omnino / dementia ipſa feruet / atqꝫ ſtipatus inde ſatellitibus ⁊ ſtimulo percitus / ac ſiquas intra ſe frugaleſ ⁊ uerecundas opiniones cupiditateſqꝫ offenderit / extirpat eas protinus ⁊ expellit: quouſqꝫ temperantiam omnem eiciat / ſeque forenſi ⁊ aliena inſania repleat: Adi: Egregie tyrannici uiri refers originem. So: Non ne ⁊ olīꝫ hanc ob cauſam amor tyrannus eſt dictus? Adi: Videtur plane. So: Et ebrius uir / o / amice non ne tyrannicum gerit animum: Adi: Sane: So: Quinetiam furioſus ⁊ extra ſe poſitus / non ſolum hominibus ſed ⁊ diis imperare contendit / ſperatqꝫ ſe id conſequuturum: Adi: Vehementer: So: Tyrannicus autem / o. beate vir reuera fit / quando uel natura / uel ſtudiis uel ambobus temulentus. amori obnoxius. furioſus euadit: Adi: Prorſus ita ſe res habet. So. Ita igitur talis vir, ut apparet efficitur. Viuit autem quo pacto? Adi: Id uero ut aiunt qui iocantur / mihi tu dices. So: Dico equidem. Poſt hec ut arbitror feſtis indulgent / baccanalib⁹ / conmeſſationibus / ſcortis, ceteriſqꝫ huiuſcemodi omnibus: hi quoꝝ tyrannus amor itus animi incolens penetralia / regit oīa: Adi: Neceſſe eſt: So: Itaqꝫ multe profecto dieſqꝫ nocteſqꝫ uehementes cupiditates multorum indige pululant: Adi: Multe quidem: So: Cito igitur ſiqui prouentus extiterint conſumūtur: Adi: Quid ni? So. Poſt hec utiqꝫ fenera ⁊ patrimonii diſſipatio. Adi. Proculdubio. So: Quando uero deficiunt omnia / neceſſe eſt cupiditates uociferari atqꝫ conqueri. que quidem frequentes ardenteſqꝫ in nido animi deliteſcunt. Eoſ autem ueluti ſtimulis quibuſdam perculſos / libidinibus ſcilicet aliiſ / preſertimqꝫ amore aliarum omnium tanqꝫ ſatellitum duce iactari / efferriqꝫ ad explorandum / ſiquis quicquam poſſideat: qd̄ uel fraude ſurripi uel ui eripi poſſit: Adi: Maxime. So. Quapropter coguntur / uel undiqꝫ uſurpare / uel ingentib⁹ ſtimulis ⁊ dolorib⁹ cruciari. Adi: Cogūtur plane: So. Num quēadmodū noue cupiditates ipſius adulte / priſtinaſ exſuparūt ⁊ que illaꝝ erāt / uſurpauere / ita ⁊ ipſe iuſtū eſſe cenſebit ut ipſe iunior plus hēat q̄ꝫ parētes: ⁊ ſi portionē ſuam ꝯſūpſerit / paterna inſuper eroget: Adi: Cur non? So. Quod ſi parentes illi nequaq̄ꝫ permiſerint / principio furari / eoſqꝫ decipere aggredietur: Adi: Omnino: So: Si iſtud non poterit / rapiet iā uimqꝫ parentibus inferet: Adi: Sic arbitror So. Ac ſi pater materqꝫ ſenes. o mirifice uir reſiſtant repugnentqꝫ / nunquid eos uerebitur atqꝫ ita ſe cōtinebit ut nihil agat tyrannicū? Adi: patri equidem ac matri ſic affecti hominis timeo. So. Per Iouem. o. adimante nū quid gratia nuper amate cuiuſdam concubine non neceſſarie / ueterem amicam neceſſariāqꝫ matrem / aut gratia ſpecioſi alicui⁹ nuper amati adoleſcentis non neceſſarii / deformem. ⁊ neceſſarium ſemen patrem / ⁊ amicorum omniuꝫ antiquiſſimum / uidetur tibi uir talis uerberibus obiecturus eoſqꝫ illis ſubiicturus / ſi eandem in domum conduxerit? Adi: Per Iouēꝫ

Omnino. Socra. Quam beatum esse uidetur/ tyrannicũ filium genuisse? Adi. Non multũ. So: Quid uero? cum parentum suppellectilis non sufficiet/ in eoq; iam erit examen confertissimum uoluptatum/an non primo parietem alicuius perfodiet domus: uel nocte tarde euntis pallium rapiet? Deinde etiam templum aliquod expoliabit atq; ĩ his oĩb⁹ eas quas oliʒ a pueritia de honestis ⁊ turpibus quasi iura quedam ex quibus iudicabatur/ opiniones habuerat/ Ille que nuper a seruitute solute sunt/ tanq̃; satellites stipantes amorem/ una cum eo iam superabunt. Que quondam dormiente illo p insomnia soluebantur: quando adhuc erat ille sub legibus paternisq; preceptis populari in se ipso institutus conditione. Tandeʒ uero amoris tyrannide irretitus/ qualis raro erat ĩ somnis/ talis semper erit uigilans: Nam ⁊ a nulla cede impia abstinebit/ uel ingluuie uel facinore. Sed tyrannice in ipso amor omni cum licẽtia ⁊ transgressione uiuens/ utpote qui solus sit dominus/ sibi subiectum hominem tanq̃; ciuitatem impudenter ad omnia rapiet/ unde ⁊ se ipsum ⁊ turbam suorum satellitum nutriat: partim extrinsecus ingressam ex improba quadam consuetudine/ partim intrinsecus ex eisdem moribus/ ab ipso solutam ⁊ liberataʒ. Nõne hec talis hominis uita? Adi. Hec prorsus. So. Ac si pauci tales in ciuitate sint/ ceteri uero oẽs modesti/ prodeuntes alium quẽpiaʒ utpote satellites armant muniuntq; tyrannũ ac si uspiã belluʒ inminet/ stipendio conducti propugnant: siue pax agatur/ ibidem in ciuitate/ minuta mala permulta cõmictent: Adi: Qualia? So: Furabuntur. muros fodient. marsupia incident: Expoliabunt predabunturq;. sacra rapient. captos homines seriure cogent. nec non calumniabuntur quandoq; si dicendo facundi sint. periuriisq; decipient homines ⁊ muneribus corrunpentur iudices: Adi: Minuta hec dicis mala/ si pauci tales sint: So: hec quidem si ad maiora comparentur/ dicuntur exigua. Atq; hec omnia ad tyrannum prauitate ⁊ miseria ciuitatis/ haud prope ut prouerbio fertur accedere putandum est. Quotiens .n. in ciuitate tales multi reperiuntur/ eosq; alii sequntur multi/ sentiuntq; ingenteʒ suorum copiam/ tyrannum procreant cum inscitia populi/ illum preceteris qui inter illos ita est affectus/ ut eius in animo tyrannum habent potentissimum: Adi: Consentaneum id quidem/ tyrannus quippe iste erit potissimus Socrates: Nonne facile id fit/ si cesserit omnes? Sin autem/ ciuitas tyranno huic obstiterit/ tunc sane is quemadmodum in superioribus patrem matremq; subegit/ sic rursus ⁊ patriam pro uiribus subiget: alios inducens iuuenes: hisq; seruire coget olim sibi charam patriam/ matriamq; ut more cretensium loquar: tã educatõe q̃; habitu. atq; is erit cupiditatis eius hominis finis: Adi: Sic prorsus. Socra. Non ne isti tales priuatim fiunt/ ante q̃; dominentur? principio/ cum his conuersantur ut plurimum qui blandiũtur illis ⁊ in omnibus assentantur. Ac siqua re indigeant/ idem ⁊ ipsi agunt/ submictunt se ⁊ quacunq; gerunt personam tanq̃; domestici. Doti uero compotes cum facti sunt/ extraneos se esse declarãt Adi: Et maxime quidem: Socra: Omnem ita etatem agunt. Amici quidem nemini unquã: Semper autem dominantes alicui: uel alicui seruientes. Libertatem uero ⁊ amicitiam ueram natura nunquam tyrannica gustat: Adi: Maxime. So. Non ne huiusmodi homines iure infidos nominabimus? Adimã. Iure. So. Quinetiam iniustos q̃; maxime fieri potest. si modo in superioribus recte inuiceʒ quale quid iustitia sit concessimus: Adi: Recte quidem So. Concludamus igitur/ qui sit uir pessimus Est autem is/ qui talis est uigilans/ qualem supra figurauimus somniãtem: Adi: Omnino: So: Talis utiq; fit/ quisquis natura tyrannicus maxime sit/ ut solus dominetur/ asseqtur. ⁊ quo diutius in tyrannide uiuit/ eo magis est talis. Glau. Ita necesse est. Socrates. Quis iniquissimus apparet/ ⁊ miserimus apparebit. ⁊ qui diutissime maximeq; potitur tyrannide/ maxime ⁊ diutissime iniquissimus reuera est ⁊ miserimus. Multis autem multa uidebuntur. Glauco. Ita se hec habere necesse. So. Tyrannicus uir ciuitati tyrannide oppresse similimus. Popularis uir populari: Ceteriq; similiter. Gla. Quid ni? So. Sicut se hẽt ad ciuitatem ciuitas/ uirtute ⁊ felicitate/ ita uir quoque se habet ad uirum. Glau. Nihil probibet. So. Quomodo se habet tyrãno subiiecta ciuitas ad eam que regi paret/ qualeʒ primo descripsimus? Glau. Contra omnino. Nam una quidem optima/ altera pessima. So. Haud interrogabo quem dicas. Constat enim. Uerum de beatitudine atque miseria/ eodem modo an alio iudicas? Neque uero tyrannice ciuitatis speciem ammiremur/ ad solum tyrannum respicientes/ aut ad eos paucos q cũ eo rerũ potiun tur: sed ut decet omnem penitus ciuitatem ingressi: lustremus singula/ ⁊ ad cuncta conuersis oculis feramus sententiam. Glau. Probe admones. Constat autem apud quemlibet nullam ciuitatem tyrannide pressa esse miseriorem/ nullamq; rege gubernata/ beatiorem eẽ. So. Si idem circa uiros obseruari iuberem/ num recte preciperem? uidelicet si censerem õ bis iudicare illum/ qui cogitatione possit uiri mentem irrepere/ ac mores penitus introspicere: neque ut pueri solent/ exteriorem intuens superficiem obstupescit: dum tyrannicam prospicit eminentiam/ quam procul aspicientibus frequenter ostentant/ sed perspicaciter indicat. Si inq̃; existimarem oportere nos omnes audire eum/ qui discernere ualeat: qui ⁊ una habitauerit/ ⁊ domesticis actionibus interfuerit: ubi nouerit quo pacto erga familiares singulos sit affectus/ in quibus maxime qualis sit apparet/ omnem exutus tragicum apparatum/ rursusq; popularibus in periculis/ atque hec omnia dinoscentem declarare iuberem quo pacto se ad alios tyrannus habeat/ quo ad beatitudinem ⁊ miseriam: nunquid recte iuberem? Gla. Recte admodum ⁊ ista iuberes. So. Uis ne fingamus ⁊ nos ex eorum numero esse: qui iudicare possint/ atque illis adheserint/ ut aliquem habeamus qui ad ea que interrogamus/ respõdeat? Gla. Uolo equideʒ. So. Age utiq;/ ita considera/ similitudinem/ memoriam repetens ciuitatis/ ac uiri: atque ita sigillatim uicissimq; utriusq; affectus animaduerte. Gla. Dic quales. So. Principio liberam ciuitatem tyrannicam/ dices/ an seruam? Gla. Maxime omnium seruam. So. Attamen in ea dominos ac liberos inspicis. Gla. Plane: sed exiguum quidem istum. Uniuersum uero/ ut ita dicam/ in ipsa ⁊ prestantissimum gen⁹/ turpiter ac misere/ seruũ. So. Si igitur ciuitati uir similis/ necesse est in illo eundem esse ordineʒ: multaq; illiberalitate ⁊ seruitute eius animum opprimi? easq; animi partes seruire/ que prestantissime sunt/ exilem uero partem/ ignauissimam/ dementissimam dominari. Gla. Necessarium: So. Quid porro? Seruum an liberũ huiusmodi animum apellabis? Glau. Seruum. So. Atqui serua ⁊ tyranno subdita ciuitas/ minime que uult/ agit. Glau. Nimirum. So. Tyrannicus igitur animus minime que uult/ efficiet: ut sic de toto animo dicam: sed stimulo semper percitus uiolento: perturbatione penitentiaq; replebitur. Gla. Quid ni? So. Tyrannicam ciuitatem/ diuitem ne/ an pauperem esse necesse est? Glau. Pauperem. So. Animum quoque tyrannicum/ mendicuʒ semper ⁊ inexplebilem necesse est esse. Glau. Est ut dicis. So. Metu uero solicitari an non necessarium est/ ciuitatem talẽ/ talemq; uiruʒ? Gla. Ualde. So. Lamentationes preterea/ suspiria fletus: angustias censes in alia ciuitate frequẽtiores te reperturuʒ? Gla. Nullo pacto. So. In homie insuper alio talia quedã plura inesse putas q̃; in tyrannico isto: ꝯcupiditatib⁹ amoribusq; insanit? Glau. Quo nam pacto? So. Profecto ad hec respiciẽs omnia/ ceteraq; generis eiusdem/ ciuitatem tyrannicam ciuitatũ omnium esse miserimam iudicasti. Glau. An non recte? So. Summopere: Uerum de uiro rursus tyrannico/ quid ais/ quotiens eadeʒ hec animaduertis? Glau. Longe cunctorum dico hunc esse miserum. So. Hoc non recte dicis. Glau. Quamobrem? So. Nondum hic est/ ut arbitror/ talis maxime. Gla. Quis ergo? So Iste forsitan tibi hoc miserior esse uidebitur. Gla. Quis inq̃;? So. Qui cũ natura tyrannicus sit/ uitã non agit priuatã/ sʒ ẽ infelix/ ⁊ sorte quadã eo deducitur: ut tyrãnide potiatur.

Gla: Ex his q̄ dicta sunt/uera te loqui coniie
cto. So: Ita est: Verū non talia quedam opi
nari oportet. Immo uero diligentissime tali
ratione inuestigare. De maximo enim quodam
nobis disceptatio ē/bona scilicet uita ac mala.
Gla. Scite. So. Attende itaque siquid dicā.
Videtur enim mihi ex his de hoc esse considerā
dū. Gla. Ex qb9. So? Ex uno quoqȝ. s. priua
torum/quotcunqȝ ita diuitiis abundāt/ut mul
ta habeāt mancipia. Isti namqȝ id tyrannis ha
bent simile/quod multis imperant. Interest
aūt/quod tyrānus pluribus dominatur. Gla.
Interest utique. So. Nosti quod isti securi cū
familia uiuunt/neque famulos metuunt? Gla.
Nempe. Quid eiȝ metuant? So. Nihil. Sed
nunquid causam tenes? Gla. Equidē: quoniā
uidelicet ciuitas uniuersa singulis priuatorum
succurrit: So. Preclare loqueris: Quid siqs
deorum uirum unum cui quinquaginta uł plura
mancipia sint/educat e ciuitate una cuȝ uxore
ac liberis/constituatqȝ i solitudine cum rebus
suis omnibus atqȝ mancipiis? ubi liberorum ho
minum nullus ferre huic auxilium possit/quali
eum et quāta formidine uexatuȝ iri existimas?
ne forte mancipia ipsuȝ et filios et uxorem inte
rimant. Glau. Summa ut arbitror: So: An
non cogetur seruis qbusdā blādiri? polliceriqȝ
multa: et manumittere/cuȝ sibi nihil opus sit?
Unde et ad ministros suos ipse adulator erit.
Gla. Cogetur penitus uł ita facere uł perire.
So. Quid? si alios adhuc de9 circulo disposue
rit proximos illi complurimos? qui nequaquā
substineant/ut alter alteri dominetur/ac siquē
deprehenderint sibi dominium uendicantē sup
pliciis extremis afficiant? Glau. Deteriorem
admodum eius conditionem fore censeo/si ho
stium uallo circumcludatur: So. An non tali
quodam carcere clausus est tyrannus natura ta
lis existens qualeȝ in supioribus explicauim9?
multis uidelicet diuersisqȝ timoribus et amori
bus agitatum. Cum uero ingenio sit apprime
cupido/huic soli neqȝ egredi usquā licet/neqȝ
inspicere: quot liberi alii cupiunt. Sed intra
edium parietes formidolosus ueluti mulier cō
moratur/inuidēs ciuibus aliis siquis extra me

nia spatiatur: et boni quicquam spectat. Gla.
Sic prorsus. So. An non huiuscemodi malis
plura insuper incurrit uir ille qui male seipsum
gubernans quem et tu modo miserimum iudica
bas tyrannicum haud quaquam priuatus uiuit
sed fortune ui quadam ut tyrānidem exerceat
cogitur: Cumqȝ sibi ipsi imperare non possit/
aliis imperare contendit: perinde ac siquis im
becillo corpore/et suis se uiribus non substinen
te/cogatur ut quietem agat secū ipse nunquā/
sed aduersus alia corpora certet ac pugnet.
Glau. Simillima inducis/o/socrates atque ue
rissima. So. Nōne igitur/o/amice glauco mi
serabilis omnino hec est conditio/duriorqȝ ui
ta est hominis nacti tyrann dem/ea uita quam
tu supra durissimam iudicabas. Glau. Valde.
So. Est autem re ipsa/quamuis alicui non ui
deatur/uere tyrān9/uere seruus/extreme adu
latiōi seruitutiqȝ astrictus: libidinib9 nequissi
morum hominum adulator: qui appetitus suos
explet nunquā: sed plurimis indiget semper:
atque inops reuera esse apparet/siquis penetra
lia animi ipsius inspexerit: Pauore quinetiam
perpetuo territus et solicitudine angustiaqȝ
uexatus: si modo ciuitatis eius statui cui preest
ipse est similis. Similis autem existit. An nō?
Glau. Et maxime quidem. So. Preter hec
uiro huic illa etiam tribuem9 que antea memo
rauimus: quod necesse est enȝ et esse prius et fie
ri postea multo magis cum tyrannidem est ade
ptus/inuidum/iniustum/expertem beniuolen
tie/impiuȝ/omnisqȝ nequitie sentinam ac fomi
tem. ex hisqȝ cuntis eē miserimum: atqȝ alios
etiam qui adherent ipsi/similes reddere. Gla.
Nullus mentis cōpos his ōtradixerit. So.
Age quemadmodū iudex omnia circūspiciens/
de singulis iudicat/ita tu i presentia/proferas
qui tuo iudicio prim9/beatitudine/q secūdus:
ceterosqȝ gradatim qui i numero quinqȝ sunt/
enarra: Regiū/honorifici imperii studiosum:
paucorum potentie cupidū: popularē/atqȝ ty
rannicū. Gla. At facile iudiciū istud. Nā quē
admodū sum ingressus istos quasi chores uirtu
te/prauitate/beatitudine/et huic ōtrario iter
se cōparo atqȝ iudico. So. Nū preconē condu

cemus? an ego hec potius nūciabo? Aristonis
filiū iudicasse uirum optimū et iustissimū/eē bea
tissimum: eumqȝ esse dixisse hoieȝ maxime oiuȝ
regium/seqȝ ipsum regentem. Pessimum uero
et iniquissimum/eē miserimuȝ: talemqȝ eum eē
q maxime tyrannus sit: seqȝ ipsum et ciuitatem
tyrannide premat. Gla. Ita sit promulgatū.
So. Nunquid addiciaȝ/siue lateant sic affecti
hoies/siue nō lateāt/hoies pariter atqȝ deos?
Glau. Addice. So. Esto igitur. Etenim una
hec demōstratio sit: secundā uero/si uidetur/
hāc conuenit intueri. Gla. Que nā ista? So.
Postquā sicuti ciuitas tres in spēs diuisa ē/ita
et cuiusqȝ aīa trifariam diuidetur/ut arbitror:
atqȝ hinc demonstratio secūda nascetur. Gla.
Que nā? So. Ista: Cum tres aie partes sint/
tres quoqȝ uoluptates eē uidentur: sua cuiusqȝ
partis propria. Cupiditates quoqȝ totidem et
principatus: Glau. Quo pacto? So. Partem
unam dicimus qua homo discit. Alteram/qua
irascitur. Tertiā uero pp uarietateȝ uno non
potuim9 proprio ipsius uocabulo nomiare: sed
ex eo quod in se continet maximū/uehemētissi
mumqȝ/concupiscibile apellauim9: pp uehemē
tiam earū cupiditatum q̄ ad epulas et pocula et
uenerea rapiunt: et ad ea q̄ ista sequuntur: nec
nō auarā cognomiauimus: qm̄ ex pecuniis maxi
me huiusmodi cupiditates explētur. Gla. Re
cte. So. Ac si uoluptateȝ eius et affectū lucri
esse dixerimus/in unaȝ maxime summā/reduce
mus orationeȝ: ut aliqd nobis certuȝ ipsi signi
ficemus: quotiens id ipsum parteȝ hanc aie dici
mus. Atque si totū hoc pecuniaȝ et lucri cupi
dum/nominemus/recte admodū apellabimus.
Gla. Mihi qdeȝ ita uidetur. So. Quid uero?
Irascendi naturā? non ne ad potentiaȝ/uicto
riam/gloriam/trahere totam asserimus. Gla.
Magnope. So. Si igitur eā contentiosam am
bitiosamqȝ apellabimus/nunquid recte? Gla.
Rectissime. So. At uero partem illam/qua
discimus/constat cuique omnem ad ueritatem
inuestigandam semper anniti/pecuniarumqȝ et
glorie minimā curam habere. Glau. Omnino.
So. Si tertium hoc discendi cupidum et phūȝ
nominabimus/haud ab re erit nomē impositū.
Gla. Est ut ais. So. Non ne dicimus i animis

quorundam unam illarum partium dominari/
in aliis aliaȝ/quamcunqȝ contigerit? Gla. Di
cimus. So. Propterea dicimus tria hominum
prima genera eē: philosophum/contentiosuȝ/
auaruȝ. Gla. Prorsus. So. Voluptatē quoqȝ
species tres/hisce subiectas/cuiqȝ suam. Gla.
Omnino. So. Si unumquemque istorum seor
sum interroges/que uita istarum dulcissima?
suam quisque ceteris anteponet. Auarus qui
dem lucri ipsius comparatione/honorum uł di
sciplinarum oblectamenta/nullius existimabit
nisi quid forsan ad argentum conferāt. Glau.
Vera loqueris. So. Ambitiosus auteȝ questus
delectationem molestam putat. Rursusqȝ eaȝ
que discendo percipitur/nisi doctrina inanem
et umbratilem hominum pariat gloriam. Gla.
Ita res se habet. So. Philosophum quoqȝ po
namus ceteras uoluptates floccipēdentē/dum
eas ad continuuȝ disciplinarum gaudium quo
ipse finitur inuestiganda ueritate comparat/
uocantemqȝ alias necessarias: quia illas sequtu
rus non sit/nisi cogat necessitas. Glau. Bene
id nosse oportet. So. Quando igitur cuiusqȝ
uite uoluptates ipsaqȝ uita in contentioneȝ ue
nient non de hoc quod est honestius aut turpi9
uiuere/vel melius aut deterius/sed ō suauiori
pacatioriqȝ uite statu qua ratione discernem9/
cuius sit sententia uerior? Gla. Haud satis ha
beo quid respondeam. So. Sic autem animad
uerte. Qua nam re iudicare oportet/quecūqȝ
recte diiudicanda sunt? Non ne peritia/pru
dentia/ratione? An habet qsquam alia/quibus
meli9 iudicet? Gla. Nullo modo. So. Atten
de igitur. Cum tres sint/quis maxime exper
tus est omnes quas narrauimus uoluptates?
Utrum auarus discendo qualis sit ueritas/ma
gis tibi uidetur expertus discendi iocūditateȝ
q̄ȝ philosophus lucri: an potius contra? Gla.
Permultum interest. Philosophum namque
necesse est uoluptatem alterius a pueritia degu
stasse: Auarum autem haud quaquā necesse est
in ueritatis inuestigatione quāta insit oblecta
tio pcepisse: expertumqȝ fuisse. Immo uero si
nitatur/non facile istud asseqtur. So. Longe
igitur prestat auaro philosophus/utrarumque
uoluptatuȝ expientia. Gla. Longe. So. Am p ii

bitioſus uero nunquid magis ſapiētie/q̄ꝫ philoſophus honoris guſtauit oblectamenta? Gla. Honor quidem omnes eos ſequitur: ſi propoſitum ſibi officium exſequitur. Et enim diues a multitudine honoratur: ⁊ fortis/ ⁊ ſapiens. Quapꝓ omnes quanta ꝓuenit ex honore uoluptas uſu ipſo intelligunt. Quāta uero ſit in ueritatis ꝯtemplatione ſuauitas ſolus ſentit philoſophus. So. Igitur quantum ad expientiaꝫ attinet optime phūs pre ceteris iudicat. Gla. Ualde. So. Quinetiaꝫ una cum prudentia ſolus erit expertus. Gla. Nihil prohibet: So. Preterea organuꝫ illud ꝑ quod iudicandū eſt/ non auari aut ambitioſi hoīs ſed philoſophi eſt inſtrumentum. Glau. Quale iſtud? So. Per rationes enim eē diximus iudicandum. Glau. Diximus. So. Rationes autem precipue philoſophi ſunt inſtrumenta. Glau. Patet. So. Si diuitiis ⁊ lucro/optime ſingula iudicarentur/que laudaret uł improbaret uir queſtui deditus/neceſſe eēt/hec eē uериſſima. Glau. Penitus. So. Sin autem honore/uictoria/fortitudine/q̄ ambitioſus ⁊ ad uictoriam ardentiſſimus iudicaret. Gla. Conſtat. So. Poſtq̄ꝫ uero experientia/prudentia/ratione/neceſſe eſt que philoſophus ⁊ rationum uir ſtudioſus laudat/eſſe ueriſſima. Quare cuꝫ tres uoluptates ſint/uoluptas partis eius/ qua diſcimus/ erit utiqꝫ ſuauiſſima/eiuſqꝫ dulciſſima uita/in quo hec pars dominatur. Gla. Nihil obſtat. So. Nempe philoſophus apud quem uere iudicandi eſt auctoritas/ſuaꝫ laudat uitam. Quam uero ſecundam eē uitam/aut quam ſecundā uoluptatem cenſet iudex? At cōſtat quod bellicoſi ambitioſiqꝫ hominis. Propiquior enim illi hec q̄ꝫ auari. Poſtremam igitur lucri cupidi uitam locare uidetur. Glau. Quid ni? So: Duo hec itaqꝫ ſibi inuicē ita ſuccedunt: hiſqꝫ iuſtus iam uicit iniuſtuꝫ. Tertiuꝫ uero olympicoꝝ ritu/ ſeruatori ⁊ olympio ioui tribuens/contemplare nullius preter q̄ꝫ prudentis uoluptatem ueram prorſus exiſtere neque ſinceraꝫ/ſed umbratilem atqꝫ inanem/ut ego ex ſapientum aliquo audiſſe mihi uideor. atque hic erit grauiſſimus iniuſti caſus atqꝫ ruina. Gla. Mirum ī modū: Uerū quo pacto iſtud ais? So. Ita certe inueniam/te reſpōdente perquirēs. Gla. Quere. So. Dic obſecro: non ne dolori contrariaꝫ dicimus uoluptateꝫ? Gla. Dicimus. So. Mediū quietiaꝫ quoddam ponimus/quod neque letari eſt neque dolere. Gla. Ponimus. So. Et cū mediū ſit/qetē uacationēqꝫ animi ab utroqꝫ. Non ne ita hoc dicis? Glau. Ita plane. So. Recordaris qualia eſſe ſolent egrotantiuꝫ uerba/dum morbo laborant? Gla. Qualia dicis? So. Nihil eē dulcius ſanitate: ſed eos latuiſſe aiunt q̄ꝫ dulce id ſit/ante q̄ꝫ egrotarent. Gla. Recordor equidem. So. Nec nō acerbiſſimis doloribus uexatos hoīes/exclamantes audis/ nihil eē dulcius q̄ꝫ ea afflictione uacare. Gla. Audio. So. Quinetiam aliis permultis huiuſmodi afflictionibus cruciatos hoīes audis/ dum cruciantur/ uociferantes/ aſſerenteſqꝫ/ dulciſſimum eſſe nullo dolore affici/preſentiqꝫ moleſtia ēe liberū. non autem dicentes dulciſſimum eē letari. Gla. Nempe hec illis quies tūc forte gratiſſima. So. At uero cum letari quis deſinit/uoluptatis ceſſationem illam moleſtā exiſtimabit. Glau. Forte. So. Quies igitur illa quam paulo ante utrorumque mediam eſſe diximus/quandoque utraque erit/tum dolor ſcilicet/tum uoluptas. Glau. Uidetur. So. Num fieri pōt/ut qđ neutrum ē/ſit utraque? Gla. Non/ut arbitror. So. Atqui in aīo uoluptas eſt aut dolor/ambo motus qdā inſunt. Gla. Utique. So. Tertium uero illud quod neque uoluptas/nōne quies aliqua ⁊ iſtorum medium eē nuꝑ apparuit. Gla. Plane. So. Quo pacto igitur rectū ē/qđ nō dolere ē/iocundū exiſtimare. Uel qđ non letari/moleſtū? Gla. Nullo. So. Nō iſtud igitur eſt/ſꝫ apparet ad moleſtū qdē iocūdū: ad iocundum uero moleſtū/id tūc qđ mediū ē ⁊ quies. Neqꝫ uiſa huiuſmodi ueri qcq̄ꝫ de uoluptate nobis offerunt: ſed quadā deceptione ꝓueniunt. Gla. Sic monſtrat ratio. So. Uidetur igitur uoluptates/q̄ dolorē nullū ſequūtur: ne ſepius iſtud ī preſenti diſputatiōe ita natura ꝯparatū exiſtimes: ut uoluptas quidem doloris/dolor uero uoluptatis priuatio ſit. Glau. Quorſuꝫ aſpiciaꝫ? So. Ubi nam tales ſunt uoluptates? So. Multe qdē ⁊ alie ſunt/ſed preſertiꝫ ſi aīaduertere uis/uoluptates que circa olfatum fiunt. He namqꝫ nullo priꝰ antecedēte dolore/repente ingentes proueniunt: ⁊ cum ceſſant/dolor eas nullus ſequitur. Glau. Ueriſſima narras. So. Ne credamus igitur doloris ceſſationeꝫ/ purā uoluptateꝫ eē/neque doloreꝫ/uolputatis abſentiam. Glau. Non. So. At uero earum q̄ ꝑ corpus ingrediūtur in animū uoluptateſqꝫ dicūtur/ferme maxime queqꝫ ac plurime/tales ſunt/ut doloꝝ liberationes ſint. Glau. Sunt ꝑfecto. So. Et q̄ circa hec futura ab expectatione naſcūtur/preguſtationes qdā uoluptatis atque doloris/eodem modo ſe habent. Glau. Eodem. So. Scis quales he uoluptates ſunt/ ⁊ cui maxime ſimiles? Glau. Cui? So. Putas aliquid in natura eē ſupremū/infimuꝫ/mediū? Glau. Equidem. So. Cenſes aliquem cum ab infimo ad medium fertur/aliud arbitrari q̄ꝫ ad ſummuꝫ aſcendere? ⁊ dum ſtat in medio/deflectitqꝫ oculos illuc unde uenerat/alibi eē opinari q̄ꝫ in ſupremo: cum id qđ reuera eſt ſummum non ſuſpiciat? Gla. Per iouem/non aliter hominem talem opinaturuꝫ exiſtimo. So. Si iterum deferatur/deorſum ferri opinabatur: ac uere putabit. Gla. Quid ni? So. Non ne hec ſibi eam ob cauſam contingunt omnia: quia nō dum expertus eſt quid uere ſupremum ſit/quid medium/quidue infimum? Glau. Manifeſtum id quidem. So. Nunquid ergo miraberis/ſi ueritatis imperiti homīes tum de multis aliis nō recte ſentiunt/tum etiam circa uoluptatem ⁊ dolorem/horumqꝫ medium/ſic afficiuntur/ut quotiens in dolorem feruntur/uere indicent/ doleantqꝫ reuera: quotiens uero a dolore ſurgunt in medium/ ⁊ repletionum ⁊ uoluptateꝫ aſſequi arbitrētur? Et quemadmodū qui iuxta nigrum/ſolum aſpiciunt fuſcum quoniam non uident album/clariſſimuꝫ illud exiſtimant/ita ⁊ qui doloris uacuitateꝫ comparant cum dolore/uerā aūt expti non ſunt uoluptatem/in iudicando decipiātur? Gla. Per iouem nō iſtud mirabor equidem? Immo uero ſi contra eueniret/potius admiraretur. So. Sic auteꝫ conſidera. Non ne fames ac ſitis ⁊ cetera generis eiuſdem uacuitates quedaꝫ ſunt corporis ipſiꝰ habitudinis. Gla. Cur non? So. Ignoranita uero ⁊ prudentia uacuitas quedam eſt habitus animi. Glau. Maxime? So. Impletur autem ⁊ illud dum alimenta capit/ ⁊ iſte dum intelligentiam accipit. Gla. Cur non? So. Que nā repletio uerior? Utrum q̄ per ea fit que magis ueriuſqꝫ ſunt/an que per [illegible]? Gla. Que per ea que magis ſunt. So. Que nam cenſes purioris eē ſubſtātie? Nunquid cibi/potꝰ/obſonii/ alimentorumqꝫ quorumcūqꝫ genera? An uere opinionis ſpecies: ſcientieqꝫ ⁊ mentis: ſummatimqꝫ uniuerſe uirtutis? In hunc auteꝫ modū iudica. Quod inheret ſemper ſimili immortaliqꝫ ⁊ ueritati/ ac etiam tale exiſtit/ ⁊ in tali quodam fit/magis eē tibi uidetur/an illud potius quod rei nunquā ſimili atque mortali: nec non tale eſt/ ⁊ in tali quodam efficitur? Gla. Longe preſtat quod ſemper ſimili eſt cognatum. So. Eſſentia utique rei ſemper ſimilis/ nunqd eſſentie magis ē/q̄ꝫ ſcientie particeps? Gla. Non. So. An ueritatis? Glau. Neque hoc. So. Sin autem ueritatis minus/non ne ⁊ eſſentie? Glau. Neceſſarium eſt. So. Non ne cōmuniter omnia circa corporis cultum genera/minus ueritateꝫ eſſentiamqꝫ participāt/ generibus his q̄ circa animi cultum uerſantur. Gla. Minus. So: Nunquid ⁊ corpꝰ ſimiliter minus q̄ꝫ animus? Gla. Et corpus. So. Nōne qđ repletur his rebus q̄ magis ueriꝰqꝫ exiſtūt/ quodue magis ueriuſqꝫ exiſtit/magis queqꝫ repletur? q̄ꝫ quod his rebus ipletur q̄ minꝰ ſunt? ipſumqꝫ ē minus. Gla. Quid ꝓhibet? So. Si ergo repleri rebus nature conſentaneis/eſt iocundum/ipſum utiqꝫ quod reuera uerioribuſqꝫ rebus impletur/naturalius ac ueriꝰ uera afficit uoluptate. Quod autem ea que ⁊ minus ſunt ⁊ minꝰ uera ſunt/accipit/minus uere firmiterue repletur: fallacioriſque ⁊ falſioris uoluptatis fit particeps. Glau. Neceſſe eſt omnino. So. Homines igitur prudentie uirtutiſqꝫ expertes/ ⁊ epulis rebuſqꝫ ſimilibus mancipati/ deorſum feruntur/rurſuſqꝫ ad mediū uſqꝫ ꝑueniunt/ ⁊ circa hec ꝑ oēꝫ uitā oberrāt: ſup hec uero emergunt nunq̄ꝫ/ ⁊ quod uere ſummū eſt/ neqꝫquā ſuſpiciunt: neqꝫ ad ſupa euehuntur:

neque uera ulla re quandoque fruuntur/neqꝫ
stabilem puramqꝫ gustāt uoluptatē: sed ueluti
pecora humum pni spectant/uentriqꝫ obedien
tes pascendo coheundoqꝫ etatem conterunt/
proqꝫ his rebus uberiꝰ potiūdis calcibus inter
se ⁊ cornibꝰ ferreis unguibusqꝫ decertāt/sese
inuicem ob inexplebilēꝫ libidinem trucidātes:
Utpote qui neque ueram ⁊ firmaꝫ sui partem/
neque ueris pabulis implent. Gla. Omnino/o
socrates uulgi uitam quasi quodam pandis ora
culo. So. Necesse est eos uoluptates prosequi
mixtas doloribus: que simulacbra uoluptatis
uere ⁊ umbre sunt: usque adeo inuicem dolori
bus comparatione mutua inquinate/ ut ⁊ uolu
ptates ⁊ dolores ex ea comparatiōe uehemen
tiores appareant: amoresqꝫ ipsarum huiusmōi
uoluptates rabidos insipientibus pariant. in
flammentqꝫ ad pugnam. Quēadmodum Stesi
corus ait troianos uere ipsius ignaros de hele
ne imagine inuicem decertasse. Glau. Necessa
rium est omnino ita id se habere. So. Quid ue
ro circa irascendi naturaꝫ? Non ne ⁊ alia que
dam horum similia contingāt necesse est: quan
do qs id ipsum peragit/uel inuidia propter am
bitionem: uel uiolētia propter contemptionis
cupiditatem: uel ira propter morum difficulta
tem absque ratione ac mente sequens honoris/
uictorie: ireqꝫ explectionem. Glau. Talia ne
cesse est etiam circa id fieri. So. Asserere igi
tur audeamus qd ⁊ circa partē questus auidaꝫ
⁊ aliam uictorie studiosam/quecūqꝫ appetitio
nes tales sunt/ut sciētie ratiōiqꝫ obtempent/
easqꝫ uoluptates sequantur ⁊ capiant: quas ra
tio ipsa concedit/uerissimas utique uoluptates
quoad earum natura uerax uoluptatum est ca
pax/adipiscētur: quippe cum pareāt ueritati/
ac insuper sibi proprias uoluptates percipiēt/
siquidē quod cuique optimuꝫ/id ⁊ maxime pro
prium. Glau. Proprium maxime. So. Quan
do igitur totus animus cum ea parte in qua est
philosophia procul ab omni seditione ꝯspirat/
tunc euenit/ut queque pars officio suo funga
tur/⁊ iusta sit: ⁊ sui proprias uoluptates atqꝫ
optimas adde/⁊ quoad fieri potest uerissimas
consequatuꝛ: Glau. Ualde. So. At uero cum

partium reliquarum aliqua superat: id protinꝰ
euenit/ut neque ipsa sui propriam reperiat uo
luptatem: ⁊ partes alias cogat/alienam mini
meqꝫ ueram uoluptatem sequi. Glau: Sic acci
dit. So. Non ne que longissime a philosophia
rationeqꝫ distant/ maxime talia quedam effi
ciunt? Gla. Prorsus. So: Longissime autem
distat a ratiōe: quod ⁊ a lege ⁊ ordine. Gla.
Uidelicet. So. Longissimo autem interuallo
seiuncte esse uise cupiditates ille amore arden
tes atque tyrannice. Glau. Omnino. So. Mi
nimo autem discrepare apparuerūt regie appe
titiones ⁊ moderate. Gla. Ita. So. Tyran
nus igitur a uera ⁊ propria uoluptate procul
admodum erit. Rex autem illi qꝫproximus.
Gla. Necesse. So. Amarissimam ergo tyran
nus uitam aget. Rex uero dulcissimaꝫ. Gla.
Necesse id prorsus. So. Scis ne quanto uiuit
tristior rege tyrannus? Glau. Sciam certe si
dixeris. So. Cuꝫ tres cupiditates sint/⁊ una
quidem legitima sit/adulteræ due/adulterarū
tyrannus supꝛema sortitus fastigia/dum legeꝫ
fugit ⁊ rationem/seruis quibusdam ⁊ satelliti
bus uoluptatibus se commiscet: ⁊ qꝫ lōgissimo
interuallo a uoluptate legitima sit seiunctus/
haud facile aliter/ nisi forsan hunc in modum
exprimi potest. Glau. Quemadmodum. So.
Ab homine paucorum imperii cupido/tertius
apparuit esse tyrannus. Medius namqꝫ istoruꝫ
popularis uir extitit. Gla. Ita est. So. Cum
tertio itaque uoluptatis/quo ad ueritatem si
mulachro post illum congreditur/si uera in su
perioribus diximus. Gla. Sic est dicendum.
So. Quin etiam paucorum potentie deditus/
tertius est a rege/si in eodem locamus optimaꝫ
tem ac regem. Gla. Tertius utiqꝫ. So. Tri
plo igitur numero secundum tripli rationem
distat a uera uoluptate tyrannus. Gla. Appa
ret. So. Planum itaque simulachrum secun
dum longitudinis numeruꝫ tyrannice uolupta
tis existet. Gla. Ualde. So. Secundum uero
potentiam ⁊ tertium augmentum/manifestum
est quanto discrepat interuallo. Gla. Manife
stum quideꝫ cōputatori. So. Siquis conuerso
ordine quantuꝫ uoluptatis ueritate supat rex

tyrannum quesiuerit/peracta multiplicatione
inueniet regem uite dulcedine superare tyran
num/⁊ tyrannum uite amaritudine regeꝫ/gra
dibus uigintinouem ⁊ septingentis. Gla. Mi
rabile nimium interuallum hoc inter iusti ⁊ in
iusti uiri uitam quoad uoluptatem atque dolo
rem cumulauisti. So. Uerus hic certe ⁊ cōue
niens uitis hominum numerus: siquidem ipsis
cōueniūt dies/noctes/ mēsesqꝫ ⁊ anni. Gla.
Conueniunt quidem. So. Atqui si tantum uo
luptate bonus iustusqꝫ uir maluꝫ ⁊ iniustum ex
superat/mirum certe est quāto etiam magis or
namento/decore/uirtuteqꝫ uite exsuperabit.
Gla. Mirum certe. So. At enim postquā huc
disputando deuenimus/repetamus que a princi
pio dicta sunt/ex quibus ad ista delati sumus.
Dictū quandoqꝫ fuit iniuste agere/illi pdesse:
qui cum omnino iniustus sit iustus tamen existi
matur. An non ita dictum? Glau. Ita. So.
Ad hec igitur ita i presētia disseramus: postqꝫ
una conuenimus quam uim ⁊ iusta ⁊ iniusta ha
beat opatio. Glau. Quo pacto? So. Ima
ginem anime figuremus: ut qui illa dixit/qua
lia dixerit/recognoscat. Gla. Qualem? So.
Talem aliquam: quales quondaꝫ memorantuꝛ
fuisse nature/chimere ipsius/scylle/⁊ cerebri/
⁊ alie multe: in quibus feruntur uarie in eodē
forme cōgenite. Gla. Feruntur quidem. So.
Finge itaque figuram unam bestie uarie admo
dum ⁊ capita circū multa habētis: capita inqꝫ
partim bestiarum domesticarum/partim agre
stium: que ⁊ permutare ⁊ producere ex se hec
omnia possit. Glau. Noui fictoris artificium
narras: tamen cum ad fingendum sermo qꝫ ce
ra facilior sit/figatur. So. Unaꝫ preterea his
adiunge superne leonis formaꝫ. Huic unam in
super hominis. Et amplissimum quidem primū
sit: angustius uero secundum atque tertium.
Gla. Facilia qdeꝫ ista: quare ⁊ formata sunt.
So. Coniūge igitur hec tria/ut ad unuꝫ ꝯficiēdū
inuiceꝫ cohereseāt. Gla. Iūcta sūt. So. Circū
pone extrinsecus ipsis hominis unius imagineꝫ
ut illi qui nequeat interiora inspicere/sed exte
rius duntaxat cernat operimētū/unum aīal/
homo. s. uideatur. Glau. Circūdedi. So. Di

camus itaque illi q asserit prodesse homini huic
iniuste agere/iuste uero uiuere nequaquaꝫ pro
desse/eum nihil aliud asserere/nisi prodesse illi
ut bestiam illam multipliceꝫ pascat ⁊ leonem/
⁊ fortiorem illam leonemqꝫ efficiat: hominem
uero perire fame permittat atqꝫ eneruet: usqꝫ
adeo ut propter imbecillitatem trahatur/quo
cunqꝫ cetera illa rapiunt: neque alterum cum
altero mansuefaciat/inuicemue conciliet/imo
sinat singula se inuicem morsibus lacerare: ac
pugnantia se mutuo deuorare. Gla. Omnino
hec diceret/quisquis laudaret iniuriam. So.
Ergo siquis dicat officia iusta pdesse: hec agē
da dicendaqꝫ monebit/ex quibus homo ille hu
iusmodi animalis interior/summam potentiam
consequatur/fereqꝫ illius pluribꝰ capitibus re
dimite tanquam colonus curam habeat: dome
stica quidem capita fouens/irrigās/ac nutriēs/
agrestia protinus amputans: dum leonis natu
ram ad hoc adiutricem accipit: communiterqꝫ
curat omnia: ⁊ inuicem mutua beniuolentia si
biqꝫ conciliat. Glau. Profecto hec ait: qui iu
stum laudat. So. Omni itaque ratione/qui iu
sta laudat/uera loquitur: q uero iniusta menti
tur. Nam ⁊ quo ad uoluptateꝫ ⁊ quo ad decus
⁊ quo ad emolumētuꝫ/iusti laudator/uera pro
nunciat: Uituperator autem neque ueri quicquā
affert/neque nouit quod improbat. Glau.
Nullo mō ut mihi qdē uidetur. So. Mitibus
itaque uerbis illi persuadeamus: neque enim
sponte delinquit. Sic iam interrogemus. O/
beate uir/nō ne ⁊ honesta uite instituta ⁊ tur
pia: ob talia quedam esse dicimus? honesta qui
dem: que partem nature ferinam homini immo
forte diuino subiciunt. Turpia uero que agre
sti domino subigunt māsueta. Consentiet nec
ne? Gla. Consentiet/si mihi crediderit. So:
Est ne aliquis cui prosit ex hac ratione iniuste
aurum usurpare/siquidem accidit ut dum acci
pit aurum/ prestantissimam sui partem igno
bilissime seruire compellat? Et enim si acci
piens aurum/filium suum uel filiam mancipium
efficeret agrestium ⁊ improborum hominum/
haud quaquam acceptio ista prodesset: neque
etiam si multum caperet: sin autem partem sui

diuinissimaꝫ/parti pphanissime scelestissimeqꝫ seruire cogit: neqꝫ misericordia tangitur/nō ne erit miser? ac multo/cū grauiori sui pernitie/auri muneribus est corruptꝰ/qꝫ eryphile/que contra uiri sui uitaꝫ monile illud accepit? Gla. Valde quidem: ut ego tibi pro illo respondeam. So. Non ne ⁊ intemperantiam olim apellatam tali quadā de causa putas: quoniam in ea/dira illa/ingensqꝫ ⁊ multiplex fera ultra qꝫ deceat relaxatur? Gla. Patet. So. Contumacia uero ⁊ insolentia improbatur: qñ leoninuꝫ ⁊ serpentinum illud genus augetur/adeo ut preterꝫ omneꝫ modestiā inualescat. Glau. Prorsus. So. Delitiosa uero mollities i huius ipsiꝰ resoluta nimiū remissione: qñ in ipso timiditatē ⁊ ignauiā procreat. Gla. Quid ni? So. Assentatio insup illiberalitasqꝫ/cū aliquis hunc ipsum animositatis uigoreꝫ turbulente multipliciqꝫ bestie subigit: ac pp questum/eiusqꝫ inexplebilem cupiditatem/deiicit illum: atque ita a primis annis assuefacit/ut ex leone uertatur in simiam. Gla: Magnope: So. Mechanicus uero mercenariusqꝫ affectus cur infamis habetur? Tunc certe hec in nobis infamia: qñ qs partis optime spēꝫ natura sortitus ē imbecillaꝫ: adeo ut bestiis que in eo sunt dñari non possit: imo colere illas queat studeatqꝫ dumtaxat ⁊ earuꝫ solum nosse blanditias. Glau. Videtur. So. Nōne ut huiusmodi uir a tali quodā duce regatur/a quali ⁊ optimus quisque regitur/seruuꝫ ipsum esse debere dicimus optimi uiri/diuinuꝫ in se ipso habentis impatoreꝫ: neqꝫ ad subiecti iacturā/parere illuꝫ debere supiori censemus: quemadmodū de subditis omnibus existimabat thrasymachus: sed qꝛ prestat cuique diuino sapientiqꝫ principi subici: maxime quidē/si talē in se ipso principeꝫ habeat/si non habeat/principi huic saltem exteriori: ut oēs simus/quoad fieri pōt cōsimiles ⁊ amici/eodem principe gubernati. Gla. Recte nimiū. So: Perspicuuꝫ quidem ex lege fit: qđ tale quiddā ipsius est cōsiliuꝫ: cum oibꝰ ciuibꝰ eqꝫ pspiciat. ⁊ imperiū illud in pueros idem ostendit: quo prohibētur sui iuris esse/prius qꝫ in ipsis quemadmoduꝫ in ciuitate rem. p. cōstituerimus: optimāqꝫ ipsorum partē colētes ex optima nostri parte exteriorꝫ huius principis loco/similem quendā in ipsis custodem in se ipso ac principem creauerimus. Atqꝫ eos tunc demuꝫ liberos esse pmittimus. Gla: Constat plane. So. Qua igitur ratione/o/glauco prodesse alicui asseremus iniuste/uel itempate/uł turpiter aliqđ facere? Ex quibus opibus deterior erit: dum pecunias/ampliores/aut aliā quāuis potentiam ꝯsequetur? Glau. Nulla. So. Quo pacto/iniurianti prodesse dicemus/ut ⁊ lateat omnes/⁊ non det penas? Nōne qui latet/etiam fit deterior? hoīs aūt deprehēsi castigatiqꝫ/pars illa ferina sedatur ⁊ mansuescit. Domestica uero pars libera tur. Et animus totus in naturā optimam restitutus/eo pretiosiorem sumit habituꝫ/tempantiam ⁊ iustitiam cum prudentia capiens/qꝫ corpus cum robur ⁊ formaꝫ cū sanitate ꝯsequitur/quo aīa ē corpore pretiosior. Gla. Sic ē oio: So. Quā ob rem quicūqꝫ mentis ē compos ad hoc oēꝫ suaꝫ instituet uitam. Nempe in primis eas disciplinas plurimi faciet/que taleꝫ animū ipsius efficiunt: alias auteꝫ spernet. Gla. Manifestum. So. Atqui neque corpus colet ⁊ nutriet/ut ferine irrationaliqꝫ uoluptati indulgeat: neque ad sanitatem id referet: neque studiose id queret/ut robustus uł sanus sit uel formosus/nisi una cum his colat ⁊ tempantiam: ita ut corpis harmoniā pp animi temperet consonantiam. Gla. Ita prorsus/siquideꝫ reuera futurus sit musicus. So. Sed neque uulgi estimatione commotus/ordineꝫ ⁊ concordiā in pecuniis possidendis/earumqꝫ cumulū ammirabitur: augebitue eas in infinituꝫ/infinitis malis obnoxius. Glau. Non certe ut arbitror. So: Verum ad interiorē sui rem. p. semp aspiciens cauebit ne quid in ea e suo statu dimoueat pp indigentiam pecuniaꝝ uel copiā. Atqꝫ ita semp ⁊ in compandis ⁊ in erogādis pecuniis/p uiribus gubernabit. Glau. Summope. So. Quin ⁊ honores ad ideꝫ referet: Naꝫ eos dumtaxat gustabit: ex quibꝰ melioreꝫ euasurum se spat: eos āt ⁊ priuatim ⁊ publice fugiet/quibꝰ detur bari posse unqꝫ presenteꝫ animi sui statum uerebatur. Gla. Non ergo remꝫ uolet ciuileꝫ administrare/si id curauerit. So: Immo p canē: sed in ipsa sui ipsius ciuitate. Et maxime quidem. Non tñ in patria forsan: nisi sors quedam diuina contigerit. Gla: Intelligo equideꝫ/qđ ea in ciuitate dicis quaꝫ nos condidimus in presentia: que ⁊ i uerbis est dumtaxat: interius uero nusqꝫ/ut arbitror: So. At forte in celo illius extat exēplar: Cōspicuū illi q ⁊ intueri uoluerit: ⁊ se ipsum ad illud/cum intuitus est/instituere. Nihil aūt refert/siue uspiā sit siue erit. Que eiꝫ illius officia sunt/aget solū: q alteriꝰ sunt/nequaquā. Glau. Consentaneum est.

Argumentum Marsilii ficini in undecimuꝫ de iustitia.

Actenus socrates diligentissimus humāi generis pedagogꝰ ad legalem iustitiam. i. uniuersam uirtuteꝫ per ipsam iustitie pulchritudineꝫ genus hominū prouocauit: ab iniustitia uero p iniustitie turpitudinem similiter reuocauit. Deinceps autē ⁊ ad illā p sempiternū eius fructum premiūqꝫ cohortabitur: ⁊ ab hac p sempiternuꝫ detrimētum eius ⁊ supplicium absterrebit: atque id est potissimū decimi huius offi ciuꝫ. Sed añ oꝫ precipuo hoc fungatur officio/phemio quodā utitur: in quo diligenter absoluit qđ ⁊ in priori bus libris attigerat/⁊ in fine noni reliquerat admodū saluti publice necessarium. Profecto noster hic morboꝝ medicus humanoꝝ i ea morbi specie curanda ē diligentior/quā ceteri non solum negligenter curāt: sed ne curant quideꝫ unquā: imo uero qđ deterius est/quasi rem salu berrimam diligunt/⁊ omni studio complectuntur. imitationeꝫ inqꝫ poeticam/qua ingeniosi poete dum pturbatos aīos acrius exprimūt/interim audientiū legentiumqꝫ animis perturbationes similes uehementius ⁊ pfundius imprimunt. Ac tanto magis omnes inficiunt/quanto laudātur ⁊ placēt: Prohemiū uero eiusmōi finem noni congrue sequitur. Ibi eniꝫ aīa i rationem distribuitur/⁊ i partes inferiores pturbationibus agitatas/quaꝝ imperium in aīa primum/deinde in ciuitate tyrannicū apellatur. Atqꝫ poetica imitatio partes eiiusmodi suscitat: fouetqꝫ ⁊ auget/irritans iram/titillans libidineꝫ/soluens risum/effundens lachrymas ⁊ querelas/iccirco rationis quideꝫ regnū labefactare/pturbationis uero tyrannideꝫ uidetur adducere. Quāobrem socrates pestem eiusmōi alioquin iocundā/sed maxime uenenosaꝫ pdit/ne ipsa nos pdat. Ac uide quāta charitate Plato noster ubiqꝫ humāo generi ꝯsulat/ea uidelicet disquirens circumspiciensqꝫ picula/q alius oio nullus suspicaretur: adde insuper ⁊ nature educatiōiqꝫ pprie. i. poetice ualde repugnās/mō strenue p publica salute ppugnet. Quā ob rem nemini mirum uideri debet Platonem hic ob ueritatis amorem uel homero suo nō parcere: qñ quidem ob iustitie cultum neqꝫ genio quideꝫ indulget suo. Homero aūt precipue derogat: ut p ipsum imitatorum principem/ceteros multo magis dānatos existimemus. Et qñ dicit ab homero neqꝫ diuina neque humana doceri/intellige laudes in philebo a Platone tributas homero/non ex platonis sententia/sed ex cōi opinione deductas. Probat aūt imitandi peritiam esse/ut narrauimus ualde periculosam. Preterea seruilem atqꝫ uilissimaꝫ. Siquidem imitatores neqꝫ res ipsas intelligunt neqꝫ faciunt: sed apparentes sensibus rerum formas sequti/uulgaresqꝫ de his opiniones aucupati/⁊ imagines quasdam referunt/⁊ sensibus pturbationibꝰqꝫ obsequntur/nulla rationis habita ratione. Quantum uero poetas improbat ubi pturbant/tm̄ probat si ad uirtutem ⁊ pietatē per honestas heroum laudes diuinosqꝫ hymnos hortentur. Veruꝫ ut qꝫuilis sit ois imitatio ex primat/artium genꝰ in tres diuidit spēs/utentem/fabricantem/imitantē. Et utenteꝫ qdem lyra. i. musicam ait supare artem lyre fabricatricem/qm̄ certo sibi prescripto fine/formam illi pponit opis fabricādi. Fabricantē uero superare pictorē/lyraꝫ coloribꝰ imitantē. Qualem iudicat ⁊ poetā/sic ad aures rerum imagines sicut pictor ad oculos referentem. Sed inter hec theologica quedam de ideis mysteria inserūtur. Que qm̄ in theologia latius apperuimus/raptim i presentia pstringemꝰ. Ascende age platonice ꝯtemplator ab iis formis quas in mundi materia sentis ad naturam formarum eiusmodi genitricem. Quam ⁊ si non sentis/

cogitã tamen infuſam mundi materie ceu uita
lem ſpiritum/⁊ plenum ſeminum ⁊ per ſemina
artificioſe ſingula diſponentem. Naturaȝ hãc
in mundo talem eſſe ſcito/qualem in te ſcis eſſe
potentiam uegetaleȝ. Ergo quemadmodum in
te uegetali nature intelligis preeſſe ſentiendi
uirtutem. Ita ⁊ in mundo naturã ſimilem ſed
communiſſimã in fontem redige ſentiendi quaſi
ſimilem ſed communiſſimũ. Deinde ⁊ in te ſen
ſum in rationem/rationẽ/in intellectum/⁊ in
mundo ſimiliter ſentiendi genus in rationaleȝ
naturã/atque hãc in genus intellectuale redu
cas. Preterea cum percipias in te ipſo intelle
ctum/id qđ intelligibile ẽ appetere/quaſi pfe
ctius/ab eoqȝ formari uelut potentiore/prepo
ne tam in mundo q̃ȝ in te naturaȝ intelligibilẽ
intellectuali nature. Intelligibile uero ideȝ
oĩo atque ipſuȝ ens apella. Huic denique quod
⁊ intelligibile ⁊ ens apellaſti/ipſum prepone
bonũ. Nam ⁊ ut bene ſis eſſe cupis/⁊ intelligi
bile gratia ipſius boni deſideras. Poſtquã hũc
aſcenderis/percipies uniuerſum ſacro quodam
ſeptẽnario deſignatuȝ/ab infimaqȝ materia ſur
gens per ſenſibiles qualitates: p naturã: p ſen
ſum: rationẽ: intellectũ: intelligibile ad ipſuȝ
bonum. Preterea ſpiritum bonum cuncta ſub
ſenario numero: quaſi die ſexto perfeciſſe/⁊ i
gradu ſeptimo/uelut ſeptimo die. i. in ſe ipſo
conquieuiſſe. Aliorꝫ namqȝ oĩuȝ finis eſt ipſuȝ
bonum. Boni igitur nullus extra ſe finis uł po
teſt eſſe uel fingi. Si bonum quo perficiantur
appetũt oĩa: conclude a bono effici oĩa. Item
ſi intrinſeca propriaqȝ uirtute oĩa facit/intel
lige ipſum uniuerſum in ſe ipſo complecti. At
qm̃ prima ideoqȝ ſimpliciſſima natura eſt/iccir
co formas in eo omniũ/formam ipſius unã eſſe
memento: quã Plato boni ipſius uocat ideã:
in qua dixit Timeus deuȝ/mundi opificẽ cum
creauiſſet mundũ requieuiſſe: dicens mũdi opi
ficem in circũſpectum ſuum ſe recepiſſe. Proin
de ipſa idea boni/ideas. i. ſpeciales omniuȝ for
mas ſpeciei dumtaxat inter ſe diſtinctas/in na
tura intelligibili generat/qua ens uniuerſum
modo quodã intelligibili comprehenditur: in
telligentia quoque oĩs mira quãdam ſup intelli
gentiam ratione. In hãc naturam intelligibi
lem omnes ſuſpiciunt intellectus/ab eaqȝ ſuſci
piunt ſtabiles formulas idearuȝ. Suſpiciunt ⁊
rationales aĩe: unde ⁊ formulas licet quodãmo
do mobiles accepunt. Poſt has rationaliũ for
mulas aĩarꝫ uirtutem quoqȝ ſenſualeȝ idearum
deſcendunt imagines. Deinceps in uegetalem
quoque naturaȝ ſemina. Per qȝ qualitates de
nique in materiã. Quando igitur plato inquit
deum ideas facere in natura/intellige in natu
ra mundoqȝ intelligibili angelicarꝫ capite men
tium. Quod aũt lectum dixit ⁊ menſaȝ exem
pli gratia dictum ſit/ut per hec artificia intel
ligas naturalia. i. per lectum ⁊ menſam/eum
q his utitur hoieȝ. Preterea exempluȝ in arte
prepoſite queſtioni accomodatius uidebatur.
Forte uero ⁊ formas regulis artiũ neceſſarias
ab ideis abeſſe non putat. Neque mirum uideri
debet hoieȝ artium formas habere diuinitus:
quum imaginationes artium beſtiis quoque non
deſint. Ac ſi eiuſmodi forme diuinitus in aĩa
fiant/iccirco dicentur fieri in natura/qȝ natu
raliter inſerantur. Quod ſiqs ad artificia que
dam uideatur ineptior/dicent euȝ platonici uł
p uaria diſtractum fuiſſe/uel ſe totum ad oppo
ſita cõuertiſſe. Nota platonis uerba dicentis
deum non intelligere ſolum/ſed ⁊ uelle/ſigni
ficantisqȝ deum intra ſe intelligendo concipe
⁊ extra ſe fabricare uolẽdo. Nota rurſus deuȝ
naturalis unius ſpẽi unam tm̃ ſpecie expreſſiſſe
ideam in ipſo intelligibili mundo/puta ſpeciei
humane idealem humanitatem unã. ſi eiȝ in ma
teria ubi innumerabilis mobilisqȝ uarietas eſt/
in ſingulis hominibus unio quedaȝ cõis nature
ſeruatur/multo magis i ſimplici ſtabiliqȝ natu
ra/pro una ſpecie naturali idea unica ſufficit.
Immo uero diuerſa hec ⁊ inſtabilia unam in ſe
nature cõmunionem nõ aliunde habere poſſunt
q̃ȝ ab ipſa ſublimis unitate nature. Rurſus ſi
ponantur humanitates due/certe qua ratione
utraque humanitas eſt/inter ſe non differunt/
imo ſunt unum. Ergo ſi differant/pfecto per
additamenta quedã utriſque ſubiuncta/inuicẽ
diſcrepabunt. Itaque neutra erit abſoluta hu
manitas ipſa/ſed humanitas quedã atqȝ talis/

⁊ humanuȝ quiddam potius q̃ȝ humanitas: Et
utrumqȝ tanq̃ȝ eiuſdẽ humanitatis particeps/
humanum ſimiliter apellabitur: atque preter
hec erit humanitas i ſe ipſa prius una q̃ȝ a ſubie
ctis pluribꝰ capiatur. Merito deus cum ſit ſim
pliciter cauſa/non eſt dicendus auctor quidam
hominis uel equi cuiuſdaȝ/ſed auctor hoĩs atqȝ
ſpecie pcreauit ideam. At qñ apud nos hic ho
mo generat illum/haud quaquã homo hic hoĩs
ſimpliciter dicendus eſt auctor/ſed quidaȝ ho
minis cuiuſdam auctor. Neque eiȝ ſolus homo
cauſa eſt/ſed eſt in cauſa/in numero uidelicet
cauſarum/neqȝ totum facit/non eiȝ materiam
primam aut aĩaȝ: neque ipſi homini dat princi
pium. Ante hunc enim paſſim erat homo/⁊ ſa
ne huius opera fit ubiqȝ fietqȝ homo. Ubi uero
Plato dicit deum ideam unã pergenuiſſe/quia
uidelicet/uel nolebat plures fore/uł aliqua ne
ceſſitas inerat/nõ fore plures/intellige in deo
ita nececeſſitatem cum uoluntate conuerti/
ideo ut neceſſarium ſit ita eẽ/qȝ deus ita uult
eſſe. Siquideȝ in ſumma diuinitatis ſimplicita
te non aliud eſt neceſſitas q̃ȝ uoluntas. Ergo ſi
dixeris neceſſe eſt deum ita uelle uel facere/cõ
uertam ſimiliter/uult deus ita neceſſariuȝ eẽ.
Merito ubi ſumma bonitas cuȝ ſumma poteſta
te concurrit/ibideȝ ſumma libertas cuȝ ſumma
neceſſitate conſpirat. Conſideranda ſunt
inter hec diuulſa quedã/ual de tñ utilia. Qua
le illud lectio uel doctrina niſi ad optimam ra
tionem uite conducat/ẽ inutilis. Qua quidem
re admirãda fuit uita ⁊ diſciplina pythagore
Ac iure mexẽ apud oẽs auctoritatis/platonis
etiã tempore. Iteȝ poemata ſi harmonica uer
borum compoſitio adimatur/momenti nullius
euadunt. Preterea uirtꝰ aut hoĩs aut rei in fa
cultate quadã conſiſtit ad finem illuȝ precipue
conferente/cuius gratia ⁊ res ipſa facta ẽ/⁊ ho
mo natus. Apparet interea quedam inter ſen
ſum rationemqȝ diſtinctio: qđ ſenſus plerũqȝ
circa magtitudinẽ ⁊ figurã numerumqȝ fallun
tur/⁊ pondus: interim tamẽ ratio p ipſam me
tiendi ⁊ numerandi/librandiqȝ facultatẽ indi
cium ſenſus emendat. Conſtat autem aĩaȝ non
poſſe eodem in tempore p eandem ſui potentiã
eadem de re mõ contrario iudicare. Apparet
ẽt uires appetẽdi nobis ineẽ diuerſas. Quippe
cum rem eandem ſimul appetamus atqȝ reſpua
mus. Aduerte non eẽ exigenduȝ a probo ciue/
ut oĩo nihil doleat: ſed ut naſcentem dolorem
eiuſmodi rationibus ↄſoletur: ubi apparet aliã
eẽ animi partẽ/q uelut egra indiget medicina/
aliaȝ que tanquã ſana medetur. He uero ratio
nes aduerſus dolorem ſunt precipue quatuor.
Prima/qȝ incertum eſt/bonum ne id ſit quod
accidit aut malum. Secunda/qđ qualecunque
ſit/certe paruipendendũ eſt. Nihil enim inter
ſomnia humana magnipendendũ. Tertia/qđ
nihil oĩo dolendo proficiamus. Quarta/qȝ do
lor id ſemper/quod ſubito nobis preſidio eẽ po
teſt/impediat. Confirmat hec ex eo qđ ⁊ ſupe
rari turpiſſimum eſt/⁊ ſupare pulcherimum.
Qui uero dolore uel alia quauis pturbatione
premitur/iam ẽ turpiſſime ſupatus. Ideo pre
cipit ut in aduerſis atqȝ perturbantibꝰ medici
dumtaxat utamur officio/qui dolentibus non
condolet/ſed medetur. Compat taloruȝ iacti
bus cotidianas uite ſortes: quas ita uult ratio
nibus emẽdari/quemadmodum iactus taloruȝ
artificio quodã ludi emẽdari uidẽtur. Sed
ſuperiora precepta ad ea que ſequuntur/quaſi
quedam preludia ſint. Maximuȝ quideȝ omniũ
id nobis inuita ppoſitum ſit certamen: quo ſu
peremus uitiũ/uirtutemqȝ conſequamur: cun
ctaqȝ oĩo que inter homines habẽtur bona/ut
ipſi boni ſimus/pro nihilo habeamus. Siquidẽ
proprium iuſtitie premium maius eſt q̃ȝ cuncta
q inter hoĩes poſſunt premia reportari: quippe
cum ⁊ ipſe iuſtitie ſplendor ſupra modum hec
oĩa ſupet: ⁊ in rebus mobilibus/breuibus/um
bratilibus repiri nequeat premiuȝ iuſtitie imo
bili/ſempiterne/ueriſſimeqȝ conueniens. Ex
his concluditur immobileȝ iuſtitie habitum pp
immobileȝ premium exoptari debere. Qđ qui
dem poſt preſentis uite curricula laboribus iu
ſtitie manet. Alioquin iuſtitia ipſa/que excel
lẽtiſſimũ iudicatur bonũ/iuſtis hominibꝰ foret
mala ob amores iuſtitie ↄtinue laborãtibꝰ/ſe
peqȝ affecctis iniuria/neqȝ iniuriã ulciſcentibꝰ

Adde ⁊ bona presentia eternorum desiderio contemnentibus: neque premiuꝫ apud hoīes iustitie / imo uero pro iustitia iniustuꝫ sepe supplicium reportantibus. Quam ob rem ne bonum noceat / ⁊ iustitia careat premio / ⁊ deus uł minus ꝓuideat / uel pro meritis non rependat / iudicandum est fore aīos imortales. Presertim ut tam iniusti / q uiuentes penas iniustitie non dederunt / saltem defuncti ꝑsoluant / q̄ꝫ iusti inter mortales oīo ſpreti / apud superos coronentur. Hinc nobile tradit preceptum. Animus īmortalis non debet ꝓ breui hoc / sed ꝓ uniuerso tempore eē solicitꝰ. Immortalitatē aīe Plato in phedro ⁊ phedone alibiqꝫ ostendit. Eiusmodiqꝫ ratione esse certas demonstrationes ostendit in libro de scientia dicēs uerba eorum q contraria sentiunt examinanti ridicula tandem euadere. Item in gorgia affirmās mysteria hec adamantinis rationibus esse ꝓbata. Preterea in hoc decimo / ubi post argumentationem subdit tum per talem argumentationeꝫ tum per alias multas cogi nos ad id confitendum. Arbitror equideꝫ in platonis uerbis uim quandam latere mirabilem a paucissimis intellectam: ut non mirum sit: si per argumentationes platonicas alii quidem demonstratū id existiment / alii uero nondum demōstratū. Demosthenī certe auditori platonis tanta efficacia ꝑ diuinam uoceꝫ persuasum fuit: ut dixerit / malle se honeste mori q̄ꝫ turpiter uiuere / postquā platonem atque Xenocratem đ aīoruꝫ imortalitate disserentes audiuerat. Eandeꝫ quoqꝫ in scriptis platonicis uim percepit Cleombrotus / ⁊ apud Ciceronem multi egesis auditores / q sese e corꝑis carcere ob desideriū alterius uite liberauerunt. Eandem platonicus ꝑcepit Boetius philosophia teste cōcedēs hoc sibi certis rationibus demonstratum. Eandem Aurelius augustinus ꝓsensisse uidetur / ubi ait hac đ re se nunquā dubitauisse. Cōfirmātur hec ab Auicēna / rationes quasdam ad hec demonstrationes esse dicente. Neque solum demonstrari posse Plato hic inquit / sed etiā facile demonstrari / apud illos ut arbitror: q cum ipsi purgataꝫ / segregatamqꝫ a corꝑe menteꝫ habeant / merito nō diffidunt posse quandoque aīaꝫ segregatam a corꝑe uiuere. Qm̄ quideꝫ experiantur ipsi mentē suā seiunctam a sensibus / uiuere melius q̄ꝫ coniunctam. Compertū ⁊ hn̄t aliorꝫ aīas imerlas corporibus / atque ideo uitiosas / uitio tn̄ morboqꝫ proprio non interimi: Et iccirco multo minus alieno. i. corporeo morbo posse corrumpi. Si quidem ⁊ corpus ipsuꝫ externo malo nō prius perdicitur q̄ꝫ intrinsecuꝫ inde inferatur malū / quo ꝓxime perimatur. Ceterum ne quis de aīe sue diuinitate diffidat / iubet illam a contractis ex amore corporeo sordibus penitus expurgare / purgatamqꝫ perspicere / q̄ꝫ pura / q̄ꝫ simplex / q̄ꝫ diuinorꝫ auida / tanquā diuinitati cognata / q̄ꝫ cito / q̄ꝫ plene luminis diuini sit capax? Qđ auteꝫ dicit aīas indies nō fieri numero plures / intellige non ita fieri / ut ex corporibꝰ oriātur ⁊ componantur. Quod qdeꝫ sequens ratio manifestat / dicens si diuina de corporibus componantur / tandem cū diuina nunquā resoluantur in corpora / fore ut nihil reliquum sit corporꝫ in natura. Rursus aduerte quod subdit aīaꝫ nō eē compositam: alioquin indissolubilem fore non posse. Atque intellige essentiā ad hoc ut dissolui non possit / oportere uel nullis compositā esse: uel si sit composita / non tamē ex materiis ullis componi: atque ita rursus conflari / ut in eius compositione multitudo non suꝑet unitatem: imo uero unitas ꝑ harmonicā unionem superet multitudinem / statusqꝫ motum. Concludē mysterium partim ad ꝓuidentiaꝫ / partim ad īmortalitateꝫ premiūqꝫ iustitie ꝑtinens: iustus quideꝫ deo euadit similis: iniustus uero dissimilis: Cumqꝫ non lateat deum hūc sibi eē similē / illum uero dissimileꝫ / rationi consentaneum ē iustum deo charum eē / atque amicum / iniustum contra. Propterea deuꝫ iustos tanquā amicos nullo pacto negligere: sed illis semꝑ ita prospicere ut eis singula quāuis uideātur aduersa tandem euadant ꝓspa / uel uiuētibꝰ uel defunctis. Verum cur nam hic historico quodam exemplo potius q̄ꝫ argumentationum diligentia mysteriuꝫ imortalitatis asseruit? Qm̄ ciues ad iustitiam non tam uerborū artificio / q̄ꝫ exemplo ⁊ oꝑe sunt ꝓuocandi. Preterea cur ad id confirmandum ꝓducit in medium hoīeꝫ a mortuis resurgentem? Quia ⁊ si rationibus immortalitas constet / ⁊ communis quedā iustitie execution / tamen locum / formā / dispositionem uł premii uel supplicii ab illo qui interfuerit oportet accipe. Quod nobis ꝓpe phedonis finem significatur. Neqꝫ abre resurrexisse testatur herū pamphiliuꝫ / ꝓ salute patrie in prelio mortuū: ut significet eos q ꝓ publico moriūtur bōo / ad ueram uitaꝫ resurrecturos: quanquā ex multis unus resurrexit ad nostram. Sed nunquid historia hec ē an fabula? Historiam esse uult Iustinus platonicus martirqꝫ christianus. Quod equidem non refellam. Ubi uero Plato apologum fabulamqꝫ nominat / exponi poterit historiam dici posse fabulam quotiens ultra res gestas augustiorem habet allegoriam. Quam ob causam olympiodorus quoqꝫ ait platoneꝫ historias ⁊ rōnes sepe fabulas apellasse. Et quoniaꝫ manes ⁊ iustitie loca figurasqꝫ aliter i phedro aliter i gorgia / aliter i phedone ⁊ hic / alibiqꝫ disponit / ꝑspicue patet hec preter loci formā sensum quoque allegoricū continere. Utitur aūt hic circa resurrectionem duodenario numero. Qui sperarꝫ mundanarū apud priscos ē numerus putantes octo super quatuor elementa esse celos. Quasi dicat opus esse uirtute diuina uniuersi domina ad mortuū suscitandū. Idqꝫ interdum ad hominū doctrinam diuina prouidentia fieri. Sunt ⁊ q dicant annum magnum quo hoīs anima suū explet circuitum per quem in idem redeat duodecimū annorꝫ milibus comprehendi. Tribusqꝫ annis eiusmodi annū mundi exequari magnum: quo mundi anima per firmamenti motū / suum peragit ambitū triginta sex annorū milibus peragendū. Circuitum uero anime nostre per duodecim agi annorꝫ milia inde uolūt / q2 oporteat per omnes discurrere speras chorosqꝫ demonum ⁊ deorum: q in phedro per duodecim ordines digerūtur. Sed qđ nam sibi uolunt hiatus in terra duo / totidēqꝫ in celo? ut intelligas aīas alia quidē uia ad terrena dscendere. s. habitu quodā corporeo / alia uero a terris ascendere. s. habitus illius purgatione. E celo similiter labi in elementa corporis elementalis amore: ac uicissim resurgere in celestia amore hoc restincto / celestiqꝫ accēso. Hic autem Orpheus amorem omnium tam superorum q̄ꝫ inferorum claues habere. Iudices animarꝫ i aere ⁊ ethere collocat / angelos ꝓuidentie diuine ministros. Post sententiam iusti celum petunt coram se ⁊ opera ⁊ iudicia preferentes: q2 uidelicet ⁊ se ipsos nouerūt / tam sibimet q̄ꝫ aliis lucēt. Iniusti contra descendūt sua ferentes a tergo. Neque enim cognouere se ipsos neque ꝓfuere sibi / sed ceteris exemplo sunt potius q̄ꝫ sibimet auxilio. Pratum in quo ⁊ ascendentes ⁊ descendentes ad tempus aīe requiescunt / media quedam regio est inter inferos ⁊ celestes / ac dispositio inter bonum habitum atque malū: ⁊ status beatitudinem inter / atqꝫ miseriā / lymbo similis in aere designatꝰ. Hic aduerte aīas que in superiori uita mutuā notitiam habuerunt / in altera inuicem se agnoscere. Item in eiusmōi prato diutissime residere aīas secūdū platonicos eorum / qui in īinfantia decesserunt: de quibus herus quedam īmemoria parū digna recensuit. Quia cum in neutrā partem declinauerit eligendo / neque obduxerint habitū / platonici eas in lumine tm̄ naturali relinqunt. At uero beatos quidem super naturale lumen / miseros auteꝫ infra id lumen positos eē putant. Agitur hic preterea de suppliciis purgatoriis. Sed cur nam culpa doloribꝰ aboletur? q2 uidelicet uoluptatibus inoleuit nōne ⁊ medici morbos plurimum a contrario curant? Animaduerte Platonem non temere ad delendā culpam numero uti denario / ⁊ centenario insuꝑ atque millenario. Sane ꝓ quolibet uoluptatis gradu decem adhibet supplicii gradus. Primo qdem queritur quā ob causam plures penduntur gradus pene q̄ꝫ percepti fuerint uoluptatis. Respondetur ob lese maiestatis diuine crimen ita deberi. Preterea / sicut beatitudinis gaudia iustitie humāe dolores exsuperant / sic miserie cruciatus iniustitie uoluptates. Denique neqꝫ tam facile delētur note q̄ꝫ facile imprimuntur: neque qui peccati habitum cōfirmauit si uixisset ultra delinquere desiuisset: queritur deinde cur gradus decem. Quid si plato mosaicum decaloguꝫ ē imitatꝰ: cumqꝫ arbitratus sit eum quodāmodo contra

precepta diuine legis decem agere/qui aliquot ex decē oīo neglexerit/iure decies iudicat cruciandum. Proinde/denarius numerus dicitur uniuersus. Omnes enim numeros uel intra se implicat/uel per se suosqꝫ explicat replicādo. Uniuersus auteꝫ numerus oportune animis purgandis accōmodatur: ut per hunc significetur uniuersam corpis labem deponendam eē prius q̄ꝫ ad uniuersi peruenias principem/penes quē nihil potest eē corporeum. Queritur post hec cur preter gradus penaꝝ decem/annos centuꝫ affligantur iniusti. Respondeo/qꝛ si ad centuꝫ usqꝫ uixissēt annos/quo termio uita hoīꝫ quodāmodo designatur/continue peccauissent. Attribuitur autē cuilibet decem graduum numerus centēnarius/unde numerus conficitur millenarius. Hinc illud cētum errant annos. Item ⁊ illud/mille rotaꝫ uoluere per annos. Preterea centum ꝓ uno accipietis. Nam his plato numeris non solum in supplicio sed etiaꝫ in quibusdam premiis utitur. Profecto si denarius in se ducatur multiplicando decies deceꝫ/ex eo nascitur centennarius. Deinde si reducatur i semetipsū/ꝯputādo decies decem decies/millenari⁹ ꝓcreatur. Itaqꝫ ⁊ denari⁹ uniuersus est numerus/⁊ centēnarius/millenariusqꝫ uniuersales sunt numeri. Item si ab uno procedas in decem/numerus nascitur linearis. Si a decem in centum supficiali efit numerus. Si a deceꝫ in mille/fit solidus. Ut ergo allegorice exponamus/iniusti hoīs aīa a se ipsa discessit in corpus/labeqꝫ est infecta corporea. Hāc utiqꝫ labem per denarium qui uniuersus est numerus expurgatura est uniuersam. Quod uero denarium oporteat in se duci centennariuꝫ ꝓcreando/significat aīaꝫ a corpore ad se per rationem emergere oportere. Deinde qđ opus sit denarium in se ipsum reducere millenarium generādo/allegorice docet aīaꝫ non solum erga se uerti debere ꝑ rationem/sed ꝑ intelligentiā quoqꝫ in se conuerti: atqꝫ ita in unitatem reduci propriam: qua deniqꝫ possit deo frui summa omniū unitate. Linearis auteꝫ numerus ⁊ supficialis ⁊ solidus mistice docent ad mentem purificandam nō solum extrinsecam operum/uerborꝫ/cogitationum superficiem/sed etiā profundissima queqꝫ penetralia diligētissime ꝑquirenda.

Post lymbum ⁊ purgatoriū descendit ad inferos. Sed platonicos uelle scito non solum in purgatorio temporales eē penas/uerumetiam in celesti quadā regione temporalia gaudia: ut utrinqꝫ par pari respōdeat. Sic eiꝫ distingūt. Aut sensus in uita oīo paruit rationi/aut oīo ratio sensui/aut semper inuiceꝫ pugnauerunt. Atqꝫ in ea pugna uel sensus plurimum uł ratio supabat. Anime igitur in quibus sensus ratiōi ꝑ habitum confirmatuꝫ prorsus obtemperauit/sempiternum premium consequuntur. Contra uero affecte/sempiternis suppliciis condēnantur. Medie uero/si supauit ratio/ad temporalia premia/sin uero sensus/ad tēporalia supplicia transferuntur. Quibus uero nullum consultandi datum ē tempus/lymbus apđ platonicos seruatur eligendi locus/hic sub prati noīe designatus. Etsi prata interdū platonici celestia presertiꝫ suprema nomināt/hic tñ prata aereā significant regionem: Quo eniꝫ pacto hic per prata significaret sublime celum: cum dicat ad hec aīas e celis alias descēdere: alias e terre uisceribus subito peruenire? Sint ergo ciusmodi prata sublimes quedā aeris plage cōtigue sublimibus illis terre plagis/quas in phedone describit i paradysi terreni formam/felices sub uere perpetuo habere cultores. Ibidē cāpos queqꝫ ponunt elysios/terrenos inquā. Nam celestes elysios celum habet octauū. Hinc illud Astra tenent celeste solum/formeqꝫ deoꝝ. Mitto in presentia ꝓculum ⁊ Plotinuꝫ/q ubi plato sempiternum dicit/exponunt uniuersum anni amplissimi tempus/quo singuloꝝ temporꝝ curricula peraguntur. Porphyrium quadā ex parte in hoc ⁊ Iamblicum magis probo: ut hinc intelligantur eterna. Ubi enim plato insanabilem dicit aīuꝫ/⁊ talem qui purgari possit nunquaꝫ/satis indicat eterna supplicia: atque uicissim gaudia infinita. Quo uero pacto alii quidā hec exponant/memoria dignuꝫ eē non censui. Preterea si platōis uerba ꝯsideraueris/agnosces cuāgelicū illud. ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ in exteriores tenebras euꝫ mittite. Sed addit hic ligato capite. Uinculum qdeꝫ capitis significat rationis impedimentuꝫ ⁊ luminis orbitatē. Modus uero manuum actiōis profectusqꝫ priuationē. Denique ligati pedes/non ducunt/non progrediuntur/non perueniunt/sed ui illata raptantur. Cognosces quoque sub igneorum hominū figura ultores demones penasque corporeas: idemqꝫ ex multis percipies coniecturis: Nota his ⁊ proprium exterioris uocabulum. Preterea tenebras ubi clauduntur hiatus. Sub noie quoqꝫ mugitus stridorē dentiū atque fletum.

Postq̄ꝫ uero loca ⁊ penaꝝ disposuit/⁊ gaudiorum per oppositam formam significauit/⁊ media tetigit/ad illas iam reuertitur aīas/que in prata partim e celo post premiū temporale/partim e terra post tēporale supplicium confluxerunt. Quas in elementalē rursus generationem dicit oportere reuerti: perqꝫ illaꝫ eaten⁹ progredi/quoad firmiorem statuꝫ siue firmissimum quandoque promereantur. Has inquit septem in prato dies ꝯquieuisse. Hunc tu septenarium si ꝑ septem planetas interpreteris iteꝫ per septem dierū septennarios/quibus ante motum fetus in aluo quiescit: ac etiam per septem quosque dies/in quibus gradatim in utero formantur. Forte non nihil afferre uidebere. Sed quid istud ad aīas? que neque amplius in planetis sunt: descenderunt eiꝫ/⁊ nondū aluo clauduntur. Descensure enim sunt in uterū postq̄ꝫ ad tria fata ꝑuenerint. Interea aereo corpore aeream incolunt regionem: Uerū esto si placet: Forte etiam quia interim quodam modo uiuunt steriles/sterili quodam numero deputantur/⁊ qm̄ septennarius neqꝫ ex aliquo numero gignitur aliquotiens repetito/neqꝫ gignit aliquem intra decem/aptissime conuenit animabus adhuc utrinque a generatione uacantibus: Attribuunt pythagorici eundem numerum Palladi: quia neque ex matre genita sit/neque genuerit: Conuenire uolunt ⁊ animis a terrena adhuc matre semotis/⁊ uniuersum sub Palladis sapientia contemplantibus: At cū primum ab eiusmodi uacatione consurgūt/subeūt octonarium qui⁹ ⁊ gignitur/⁊ primus est inter numeros solidus: Ideo cum aīa congruit ꝓpemodum ad corpus solidum accessura: Soliduꝫ uero octonarium apellam⁹: qm̄ ex binario per seipsum ter repetito ⁊ in se redeunte creatur/dimensionem trinam significante: Nam ex bis duo bis/octo complentur. Adde si colis musicam/uocem septimaꝫ esse penitus dissonā/octauam uero omnium maxime consonateꝫ. Consonare autem oportet tam corpus aīe q̄ꝫ utrunqꝫ fato/ut celestis aīa ineat cum corpore terreno cōmertium. Cuius quidem consonantie tandē expletis numeris/aīe iam ipsi ⁊ terra dissonet ⁊ ꝯsonet celuꝫ: si modo futura sit felix. Proinde quod quatuor dies ad generationis progressum/octo diebus prato subiungit. intellige in natura anime uegetali uim ⁊ affectum quendā quodamodo iam regnare ad formandum corp⁹ ex elementis quatuor constitutum. Item sub octaua consonātia opus est quarta quodamodo ad consonantiam accedente ⁊ quinta uera iam consonantia. Quinque uero fiunt si sequentes quatuor una cum precedente computare uolueris. Quinetiā uidebis hic duodenariū assignatum/quo aīe ad exordia generatiōis accedāt. Duodecim enim ad id opus est speraꝝ ⁊ diuinorum demoniorumqꝫ ordinum adiumento. Hox insup ⁊ consonantia duodecima perfectissima est ex diapason ⁊ diapente/ex octaua ⁊ quinta resultans/sua quadam gratia rebus congruens amatoriis/conueniēs quoque nuptiis. Eiusmodi uero anime iam iaꝫ amore quodā/ut ita dixerim/uenereo duce/terrenis conciliande sunt nuptiis. Sed cur plato cum duodenarium computaturus esset/ac post septem/residuum esset subiuncturus/non subito dixit quinque? ut uidelicet ⁊ per octo ⁊ per quatuor innueret mysteria que audisti: rursusqꝫ per diei unius iter additum ad complendū duodenarium/animaduerteres corpus ex quatuor compositūꝫ elemētis non prius ad aīaꝫ preparari posse q̄ꝫ ⁊ ipsum in unā quintamqꝫ formā quasi celo similem fuerit tempatum: ⁊ aīa unum ex se uitalem actū corpori facile imprimat figurato. Quoniā uero aīe ad composita declinātes corpora/fati legibus magna ex parte subduntur/⁊ uicissim fato duce ad illa labuntur/iccirco inquit has aīas in conspectuꝫ fati ꝓcedere. Principio igitur naturā ipsam sub lumie colūnari depingit/

qđ sit uinculū uniuersi. Naturā intellige uitalem seminariamq̄ȝ uirtutē ab ipsa mundi anima infusam materie mundi: Que ꝓpea lumen dicitur: qm̄ penetrās ⁊ uitalis. Item recta nuncupatur columna/q̄ȝ quasi ꝑ longum totam ubiq̄ȝ materiam penetrat/multosq̄ȝ formaꝝ gradus ꝓducit deinceps specie ⁊ genere differentes. Dicitur etiam ꝑ omnem extendi partem/⁊ celum undiq̄ȝ alligare: q̄ȝ tota ubique adest ⁊ cōtinet/multaq̄ȝ tanq̄ȝ per latera quedā inter se equalia ⁊ similia ꝓpagat. Ita tamen ut ex longitudine ꝑueniatur ad latitudineȝ: Qm̄ penetrando diffunditur: ⁊ quatenꝰ diffunditur/implet/regitq̄ȝ implendo. Hinc illud/Spiritus intus alit. Uarietas uero colorum/seminaliuȝ uirtutum declarat uarietatem. In hac utique natura/fatalis latet fusus/secundum imaginationem quidem/ipse sperarum axis geminis polis centroq̄ȝ decorus: secundum uero rationē/quoddā aīe mundane simulachrum uegetalisq̄ȝ uirtus eius nature presidēs/eamq̄ȝ uelut instrumentum mouens ad naturalia non solum artificiose sed etiam ineuitabiliter fabricāda: Ut nō solum ordo a natura sit in mundo/sed etiam a fato ineuitabilis ordo. Hinc illud in politico/mundus a naturali cupiditate fatoq̄ȝ ducitur. Sed tanta nature cuȝ fato cognatio est/ut uix inter se a philosophis discernantur. Ut autem imutabilem fati naturā exprimeret/fusum eius esse dixit ex adamante. Uertigium aūt. i. celū ex adamante rursus/aliisq̄ȝ materiis. s. astris nō soluȝ fixis sed ⁊ mobilibꝰ atque cōmunibꝰ: multipliciq̄ȝ formaꝝ uarietate. Euidēter deinde octo depingit speras/que a natura quidē agitantur/sed a fato nature p̄side imutabiliter agitātur: ⁊ instrumēta fati eē dicūtur. Inculcantur inter hec multa ad mensuras/profunditates/interualla/motiōes/harmonias/formas uirtutes/sperarum celestium ꝑtinentia/que in Timei ↄmentariis opportunius explicabimus. Sūmatim uero ex uelocissimo ⁊ ordinatissimo celorum motu/potentissimoq̄ȝ contactu melodiam ingenteȝ ⁊ uariam ⁊ suauissimam cogita procreari. Grauiores quidem uoces ex motibꝰ tardioribus/acutiores aūt ex uelocioribus/ex

mediis ūo/medias. At quoniā elemētalis auditus ad celestem melodiam caret proportiōe/sonus eiusmodi non auditur. Hic nouem musas atque syrenes esse cogitamus octo sperarum tonos cōcentūq̄ȝ ex tonis harmonicū. Proinde fatalē fusum. i. tractum inquit inter genua dee necessitatis uerti. Cui tres sint filie/lachesis/cloto/atropos: que una cum matre celestia uoluant. Mitto quid de his sentiat proculus/non solum ponens iouem unū uniuersaleȝ mundi totius opificem/sed tres insuper subeo ioues particulares opifices. Deinceps pari ꝓportione deam unam necessitatem in ordine illo custodientem oīa/in quo cōmunis iupiter cūcta cōposuit. Preterea tria fata. i. tris deas huius necessitatis filias: quarū alie alia sub matris imperio/procul a trāsgressione conseruent. Et necessitatem quidem deam oīo collocat sup mundum: filias aūt partim qdeȝ a mundo semotas/partim etiā declinantes ad mundū. Mihi uero sicut ⁊ plerisque aliis platonicorum magis placet/necessitateȝ eē mundi aīaȝ. Filias ēt tres/esse tres huius aīe uires ad fatalia pertinētes. Uocat aūt necessitatem/non q̄ȝ uel nature uel rationi inferat uiolentiā: sed q̄ȝ oīa in suo quodam ordine ab opifice reruȝ instituto ↄseruat: neq̄ȝ ꝑmittit quicq̄ȝ leges illius adeo transgredi/quin mox regrediatur ī leges. Celos uoluit genibus. i. infima parte sui/tanta uidelicet facilitate ut expeditissime interim cōtemplationis gaudio perfruatur. Sed hanc ipsam uegetalem eius partem tribus apellat nominibus. Lachesim quidem q̄ȝ rerum seminibꝰ grauida est/⁊ uitaꝝ sortibus atque formis: quas descensuris inserit animabꝰ. Cloton deinde qm̄ insitas uite sortes ordine suo euoluit in actuȝ uiuendi ⁊ explicat in effectū. Postremo Atropon qm̄ uitas iam euolutas i actum ꝓgressu quodā indeclinabili/ad ineuitabilem usque terminum conseruat atq̄ȝ custodit. Nōnulli primā nominant uestam. Secundam mineruam. Tertiam uero martem siue martiam. Deinde quod dicit parcas ad syrenuȝ motus harmonicos canere/accipe/fatales uires ad effectum per celestes motiones influxusq̄ȝ ꝓcedere: Sedes necessitatis

filiaruȝ q̄ȝ eius/ostendunt fatalis ordinis firmitatem: quasi oporteat mobiliū ꝓgressioneȝ ab ipsa motoris immobilitate regi atq̄ȝ ordinari. Sediū ūo paria iterualla instaȝ tū iter fata tū ꝑ fata distributioneȝ fieri euidenter ostendunt: Uestes albe tum fatoꝝ naturā inuiolatā ostendunt/tum innocentē. Nō eiȝ agit uniuerso malum/quod ab optimo uniuersi duce dependet. Corona describit impiuȝ. Cātare ē ꝑ temporꝝ iteruall a ea ↄgruitate digerere singula/qua diuina mens momento qdeȝ intuens tēporibus digerenda prescribit. Hinc fit ut parce oīs temporanea cantent. At cur Lachesis preterita? Cloto presentia? Atropos uero futura? Respondeat ꝓculus in preterito qdeȝ tria tēpora cogitari. Naȝ ⁊ preteriisse iam dicitur ⁊ qn̄q̄ȝ fuisse presens/⁊ ante q̄ȝ presens eēt/fuisse futurum. In presenti uero ipsuȝ cogitari presens. Qđ prius fuerat ⁊ futuruȝ. In futuro deniq̄ȝ futuruȝ dumtaxat agnosci. Per hec uero declarari precipuā esse lachesiȝ. Secūdo dignitatis loco cloton. Tertio atropon. Uerum cur naȝ parce globos tractāt manibus? mater uero nequaquā/qm̄ infime illius aīe uires cognatiores globis sunt q̄ȝ aīe ipsius substantia. Cur item lachesis gemina tangit manu? q̄ȝ ī exordio ⁊ medium continetur ⁊ finis. Cur deinde cloto ampliorē ⁊ ab extrinseco tāgit ambitū atq̄ȝ dextera. Atropos aūt angustiorē ab intrinseco atq̄ȝ sinistra? Quia euolutio uite ꝑ media ⁊ ab extrinseca exorditur causa/⁊ amplior est/cōtingit quoq̄ȝ ꝓsperior. Ineuitabilis aūt terminꝰ ⁊ ab intrinseca iam ꝑuenit ꝓprietate cōcepta/⁊ desinit ī angustum. Adde quod clā surrepit ⁊ ut plurimū ↄtra uotū. Quod aūt parcas inqt celū intermissione quadā tꝑis tāgere: ne putes fatales mundane aīe uires modo regere mundana modo non regere. Si eiȝ mutabilitas sit ī fato cuius ꝓpria īmutabilitas ipsa est nihil fingi poterit nō mutabile. Plato igitur humāo quodam more atq̄ȝ sermone/diuina pingens officia innuere uult/fata partiȝ res ipsas tractare/partim uero nequaq̄ȝ: tum q̄ȝ mundane aīe uirtus ipsa sue integritatis dignitate ↄsistens/actionē suā rebus gubernādis accommodat: ac uicissim dum accōmodat non miscetur. Tum q̄ȝ tempo

ralem ī opibꝰ uicissitudineȝ exhibent: ⁊ quā intermissionem ī opatione sua dicuntur habere: non ī se qdeȝ sȝ ī effectu demōstrāt: tum q̄ȝ naturalia qdem tractat/supnaturalia non attingit. Que eiȝ uel ad rōnē purā liberāq̄ȝ uł ad diuinā intelligentiā fato supioreȝ ꝑtinent/minime tangit. Talia eiȝ ad sublimē dei ꝓuidentiā celesti fato supiorē miro quodā ordine reducūtur. Similiter in politico scribitur/mundana alias a fato/alias a ꝓuidētia regi: non q̄ȝ intermissa quadā uicissitudine temporꝝ fiat eiusmodi ↄmutatio: sȝ q̄ȝ quotidie quedā sub fato fiant: quedā ꝑ ꝓuidentie leges sup fatalē serieȝ disponātur. Accedit ad hec/quod aīe nostre/alias ī prouidētia sunt oīo: alias prorsus ī fato/alias ī utroq̄ȝ simul. Cū eiȝ expedita tm̄ mente ↄtemplatrice uiuunt/in ꝓuidentia solū/penitusq̄ȝ libere uiuūt. Cū uero ī uegetali parte ad corpus hoc inclinatio inualescit: atque ad imaginationem usq̄ȝ talis inclinatio propagatur/ad fatuȝ iam declinātes/pariter a libertate degenerāt. At dum composito corpori coniungūtur/iam in ipsum corporis sui fatum sese mergunt/minusq̄ȝ admodum pristine retinent libertatis. Deniq̄ȝ postq̄ȝ affectus corporeos ī habitū contraxerunt fato iam funditus obruuntur/omni libertate priuate. Queritur quaȝ ob causaȝ hic anime naturali quodam instinctu ad lachesim uideantur accedere. Profecto in generali natura corporee machine omnium sunt semina specieꝝ/certis nō solū formis ⁊ modis/sȝ tēporibus quoq̄ȝ pululatura. Quinēt ił ꝓpria q̄libet ⁊ cuiuslibet spēi natura similis qdā ē seminalis ordo/sȝ ad spēȝ ꝓpriā ꝑtinens propagādā atq̄ȝ seruādā. Similis ⁊ ī quolibet sub specie indiuiduo fomes procliuitasq̄ȝ ad singula modis tēporibusq̄ȝ propriis ꝓducēda. Tres he nature deinceps ita disposite sunt ut indiuidualis seq̄tur spālеȝ/spālis simł ⁊ generalē: adeo ut plurimū qđ ex unіꝰ natura ē/pariter sit ex aliis: ⁊ particularis natura cū uniuersa ↄsentiat/Eadē ferme rōne se hēt fatū. i. prefiguratio q̄dā reꝝ explicādaꝝ/tū ī ipsa mūdi aīa tū ī duodeciȝ spaꝝ ⁊ sydeꝝ aīabꝰ: tū ēt ī aīabꝰ iā quasi particularibus. Quaꝝ in nūo sunt humāe. In uegetali ergo uirtute aīe nostre ꝓpriū quoddā inest fatuȝ q̄ī

⁊ inuoluta series futurorum/consentiens i for ma modoq; ⁊ tempore una cum fatis celestium animaꝝ/animeq; mundane. Quemadmodum igitur plāte cuiuslibet germen ꝓpriis quibusdā figuris ⁊ suo tempore pululās/sponte uidetur una cum uniuersali temporis uerni natura ad idem ꝓuocante concurrere/sic ⁊ anime suapte natura suoq; fato oportune ꝓprias quasdā tūc ꝓmunt uitas/qn̄ ad easdem similiter uniuersale conuocat fatum: Ita ut animatum chorus suis quibusdā saltandi figuris uariorumq; simul di uersitate saltantium fatalem imitetur cantum atque sonum. Cantum quidem intelligi malim in celestibus animabus/in īperis uero sonū: in nobis denique saltum. Tali quodam instinctu ad lachesim anime in auspiciis uite perueniunt ad sortes suas p sortes lachesis confirmandas. Confirmātur igitur per prophetam quendā. Propheta hic duo quedam significat/tum uni uersalem primūq; prouidentie influxum in ani mam/tum oportunitatem/sub qua eiusmodi fit concursus/ut anime ad id ferantur/quo ⁊ fatū perfert uniuersale. Quod ergo dicit prophetā disponere i ordinem animas/sortesq; a lachesi in eas trāsferre/significat hec omnia confirma ri tum per prouidentie diuine; fauorem/tum per concursus illius oportunitatem. Neque ab re dictum est parcas uniuersū quidem mani bus gubernare/sortes uero animaꝝ e genibus lachesis accipi. Nam cum uniuersi gubernatio prestantior sit q̄ dispositio animarum/merito illa quidem manibus hec aūt genibus perfici iu dicatur. Sedere autem in tribunali/auctorita tem exprimit ⁊ iudiciū. Inter sortes uero ui tarum atq; exempla talis quedā uidetur esse di stinctio/quod sortes quidem ad uires pertinēt uegetales: exempla uero ad imaginationes/su periores quidē/uegetali potentia/sed propin quas. Nempe cū primū i hac potētia talia que dam future uite semina pre ceteris inualescūt/ simul in imaginationē quoq; uite similis figure ⁊ machinamēta ꝯsurgūt/affectusq; feruescūt: ꝓinde ut apud nos sanguineā corpis affectionē hilaris imaginatio sequitur: collericā iracūda Melancolicā uero tristis. Fecundā luxuriosa.

Hactenus fatalis ꝓcedit necessitas. At eī ratio imaginatione supior: cuius ē racionaclo ꝯsiliū/⁊ electio ideoq; mot⁹ ad utrūq; liber/ ꝑcipiēs imaginatiōis figuras/atq; affect⁹/pōt eiusmōi uite descriptionē ꝓbare pariter atq; reprobare. Quā ob cāz dicit uirtutem esse a fa to liberā/culpāq; in uite deterioris electione eligentis esse/non fati. Nā ⁊ si ex fato est tam cōi q̄ ꝓprio nouā iam uitā ⁊ nūc aut prius eli gere. Ex ꝯsilio tn̄ est talē ꝓpriē eligere aut ta lem. Quippe si primā uiuēdi formā ab imagina tione oculis rōnis oblatā/ratio examinādo re iecerit/non deerit statim alia melior/rursusq; alia. Hinc illa ꝓuidentie inspiratio ꝓpheta co gnominatur. Premonstrat eī rationi quodā iudicii lumine/eam habere liberā ꝯsultandi eli gēdiq; facultatē: qdue potissimū ex temeraria electione sequatur. Dicitur ⁊ propheta sortes fundere/exēpla uiuendi ꝓponere: non solū q: ꝓuidentie influxus quodāmodo fatalia sancit/ sz q: fatales sortes ⁊ exempla fatalia ꝓducit in rationis examen atq; iudiciū. Quod autem in preconio nūciat/animas esse diurnas/exprimit eas ⁊ ibi esse in ꝑpetuo die: ⁊ uitā quā tantisa ciunt unum esse diē atq; nocturnū. Addit ini tium alterius fore circuitus/ut apiat mysteriū aiarū a celo i terrā uicissimq; remeātiū. Apel lat humanū genus/non mortale solū: sz ut aie sua mala presagiāt/addit mortiferꝝ quasi dicat corpis uitā eē aie mortē. Prenunciat deinde ⁊ si ratio a principio i eligenda uita sit libera/ postq̄ tn̄ elegerit i hac qdē reicienda/non am plius fore liberā: licet qn̄q; libera futura sit in ea qualiscūq; sit aliter atq; aliter ꝯponēda uel tēpāda. Si queras q̄re alie hoīū aie uitas alias eligāt/respondebunt alii spāles quasdā in aiaꝝ naturis differentias esse: alii indiuiduales qdē atq; ꝓprias: addentq; differentias illi multas ex superioris uite diuersitate deductas. Qd ⁊ plotinus ualde ꝯfirmat ⁊ sequentib⁹ maxie cō sonat. Proinde aie eligentes uitā/simul de monem sortiuntur electe uite ducem. De hoc alibi multa diximus. Hic ita distingue. Deos platonici alios cogitant extra mundum/men tes. s. seiunctas a corpe tanquā intellectuales speras colentes deum unū tanq̄ ipsaꝝ centrū firmissimum/⁊ stabilissimam unitatem. Alios

mundanos appellant/uidelicet ultra diuinum cultum uoluendis mundi speris accōmodatos. His demones subdunt quasi ministros ad ea q̄ uel in specie uel in speris uel ex speris fiunt di sponenda atque componenda. Totidē igitur numerant genera demonum/quot in diis mun danis demonū ducibus uires inueniuntur. At uero in quolibet mundano deo unitas ipsa sup prema est/substantie sue/qua diuinam referat unitatem. Post eam/est intellectus/simul oīa contuens: per quē mentes representet angeli cas. Item ratio per formas quadā progressio ne discurrens/talium propria animarum. Pre terea imaginatio quedā eatenus per particula res cōgrediēs formas/quaten⁹ per uniuersales ratio ipsa ꝓgreditur. Deinceps natura seqtur uegetalis spe uiuifica simul ⁊ motrix. Secun dum has quinq; uires genera quinque demonū computantur. Quorū ex numero celestes qui dem demones deorum mundanorum unitatem accommodate sequntur. Etherei uero demo nes. i. ignei deorum eorundem intelligentiā: Aerei demones rationem: Aquei imaginatio nem. Terreni uero naturam: quam in diis a pellauimus uegetabilē. Sub his orphici demo nes collocant subterraneos mundanorum deo rum corpora infimo quodā ordine referentes: scelerumq; ultores. Quorum hic Plato men tionē fecisse uidetur. Si queras quales potissi mum demones duces sint animarū in corpora descendentium/respondebitur nō celestes/nō ignei. Hi enim tanquam sublimiores reducunt animas non deducunt. Item nec aquei neque terreni. Hi enim tanquam infime generatiōis artifices/nō tam ducūt i fatali itinere animam q̄ in precipitia fati precipitāt. Aerei ergo re stant demones medii p media duces: qui ratio nis diuine comites humanam rationem in hoc itinere ducunt. Ex horum uero genere demo num alii alias ducūt animas: Saturnii quidem saturnias: Martii uero martias: aliiq; simili ter alias: accommodati potissimū/singuli sin gulis tum ex affectione animi propria/tum ex ꝓuidentia fatoq; cōmuni. Maxime uero secun dum electe uite formā. Hoc deinceps uite du ce subeunt iam anime tria fata: que solum ante conspexerant/uidelicet/⁊ ita statuente demo ne ordinis totius executore: ⁊ iam affectu cor poreo gradatim preponderante. Demum post tres parcas ad parcarum transeunt matrem ne cessitatem ipsam. s. cuius iam experiuntur im pulsus. Deinde sub uehemēti extu ire animas/ tria significare potest. s. corporei amoris ardo rem crescere/simulq; curam ⁊ solicitudinē au geri. Item per ignis speram e celo descēdere. Preterea caloris naturalis ministerium ad ter renum corpus uiuificandū. At quoniā nimia terrenorū cura/celestia obliuioni mādantur/ atque per obliuionem ex fertilitate sterilitas accidit/iccirco mox in letheum. i. obliuiosum descendant campum penitus sterilem. Et quia ob diligentem mortalium curam/negliguntur etherna: unde ⁊ obliuio nascitur ⁊ iactura/⁊ reminiscentie difficultas/inquit animas ī cam po letheo ad flumen amelitam. i. negligentie fundum usque descendere: ibiq; sub nocte recū bere. i. sub diuini luminis priuatione ꝓsterni. Uerum qd significat Amelite aquā nullo unq̄ uase cōtinere posse? Poetica hec quidem meta phora est/significans/inferiorem materiam/q̄ flumē dicitur fluitare per formas iugiter atq; fluctuare. Itē obliuionis uitiū/quod ē retine re nihil/sed statī effundere. Adde quod nullū extrinsecum substentaculū seruat animam pro pria negligentia pereuntem: Quod preterea necesse sit ex obliuionis fluuio bibere/patet/ quoniam ita fieri ex natura propria/⁊ cōmuni fato/⁊ prouidentia est institutum. Bibere aūt aut plus aque aut minus ex affectu ad corpus ꝓuenit magis minusue ꝓcliue: idemq; maioris minorisue obliuionis ē causa/siue potius maio ris aut minoris ad reminiscentiam facultatis. Has utiq; passiones quodāmō expitur aia i cor pore quodā ex aere crassiori cōposito i supiori cāpo/aū q̄ terrene matris utero cōcludatur. A celestibus eī corpib⁹ ad terrena non solū p elemētū sz p corp⁹ aereū fit descēsus. Subiun git aias in hoc aereo corpe ad mediā usque no ctem dormire/ostendens mox sub terreno cor pore non dimidiam iam sed integram ignoran tie noctem fore. Somnus testatur ⁊ rationis impedimentum ⁊ iudicii falsitate. Postremo cū ii

animas inquit fetui terreno insinuari sub tonitru quodam atqꝫ terremotu/duab⁹ ut puto de causis/tum indicans infelicibus auspiciis hunc carcerem ingredi/tum ostendens tam celestem qꝫ terrenuꝫ motum ⁊ quidem uehementem ad diuinam animam tam tetro carcere cohercẽdam concurrere oportere. Prosilire uero ad generationem animas stellarum instar/ultra figurã poeticam subinsinuat animas stellares esse quodamodo/⁊ ad stellas deniqꝫ redituras. Quõ autem plato de migratione animarum in corpora bestiarum/tam ridiculam affert fabellam ab anicularum fabulis nihilo discrepantem/profecto nos admonet/totum allegorice exponendum/videlicet rationales animas non in uitaꝫ bruti/sed brutam. i. quodãmodo bruto similēꝫ uicissimqꝫ demigrare. Quod quidem omnibus pene platonicis excepto Plotino maxime placuit. Idemqꝫ origenes in libris contra celsum confirmare uidetur. Tu uero ne negligas morale preceptum electionis recte peritiam cunctis rebus ⁊ artibus preponendam. Preterea tam multa de sperarum pulchritudine atque potentia hic adducta fuisse ut cogitemus iustitiaꝫ ⁊ premium in celo ingens consequturam. ⁊ ad optimam uiuẽdi electionem magnopere conducturam. Verũ dices iam magnanime Laurenti te hic a Marsilio ficino cõmentarium accepisse potius qꝫ argumentum. Esto sane operepretiũ fuisse arbitror/atque fore/ut argumentũ qdeꝫ promiserim/commentarium uero prestiterim.

Decimus liber de iusto.

Cogitanti mihi de hac quã nup uerbis cõdidim⁹ ciuitate/cum alia permulta recte admodum statuisse uidemur: tum uel maxime que circa poesim precepimus. Gla. Que naꝫ ista? So. Quod uidelicet nulla poesis pars que in imitatione consistit/accipiatur. Pre ceteris enim nunc est perspicuum/ut mihi uidetur/nihil tale a nobis esse suscipiendum/postquaꝫ singule seorsum animi distincte sunt spẽs. Glau. Quomodo istud ais? So. Vt uobiscum ista communicem: neqꝫ eniꝫ uos me coram tragicis imitatoribusqꝫ poetis aliis accusabitis/quicquid tale est/corruptela quedam mentis eorum eẽ uidetur: qui cum imitationes istas audiunt/medelam illam mentis non habẽt/qua potissimũ quales he fabule sint discernant. Gla. Quorsuꝫ ista? So. Dicendũ quidem. ⁊ si amicitia quedaꝫ ⁊ reuerẽtia a pueritia mihi erga homerũ contracta me detinet. Etenim in signum istorum omnium tragicorũ dux ⁊ magister primus extitisse uidetur. At ueritati uirũ non censeo preponenduꝫ. Quare quod institui/dicendum est. Glau. Omnino. So. Audi igitur: Immo uero respõde. Gla. Interroga. So. Nunquid explicare mihi potes omnino/quid imitatio sit? Neqꝫ enim ego satis qd sit/intelligo. Glau. An igitur ego intelligam? So. Nihil id mirum esset. Nam sepe contingit/ut qui hebetioreꝫ habent aciem/nõnulla prius intueantur/qꝫ qui cernunt acutius. Gla. Est ut dicis. Ceteruꝫ te presente/nunquam audereꝫ quod mihi uidetur/exprimere. Sed ipse uideris. So. Vis hinc exordiamur/solita illa nostra ratione considerantes? Speciem unam quamqꝫ ponere solemus/de quibus ideꝫ nomen imponimus. An nõ intelligis? Gla. Intelligo equideꝫ. So: Ponamus utiqꝫ nunc/quoduis e multis. Vt ecce/plures lecti sunt/atqꝫ mense. Gla. Quid ni? So. Idee tñ harũ rerũ due sunt. Vna lecti: mẽse ẽ altera. Gla. Ita est. So. Solemus autem dicere suppellectilis utriusqꝫ artificem/ideam respicientem suum opus efficere: Vnum quideꝫ lectos/mensas alterũ: quibus ipsi utimur: ceteraqꝫ similiter. Nullus eiꝫ artifex ideã ipsaꝫ fabricat. Quo eiꝫ pacto? Gla. Nullo. So. Vide preterea nunqd talẽ aliquẽ uoces artificeꝫ? Glau. Qualẽ? So. Qui facit oia quotcũqꝫ unusqsqꝫ artifex eorum qui manibus opantur. Gla. Potentem narras uiruꝫ atqꝫ mirabileꝫ. So. Nondum integram eius uim expressi: Forte uero multo magis miraberis/si expressero. Nempe idem iste artifex nõ solũ oia põt suppellectilia fabricare/sed etiã quecũqꝫ ex terra nascuntur efficit: ⁊ animalia omnia atque seipsum. Terram quoque celum ac deos ⁊ quecumque i celo sunt/⁊ sub terris apud inferos peragit. Gla. Sophistam narra mirabilem. So. Diffidis? Dic obsecro nunquid nullo modo huiusmodi artifex esse tibi uidetur? uel quodammodo istorum omnium faber eẽ: quodammodo uero non esse? An non aduertis hec omnia te quodãmodo efficere posse? Gla. Quis nam hic modus? So. Haud difficile istud: potes enim passim ⁊ celeriter omnia facere. Speculum accipe: passimqꝫ circumferas: Solem protinus facies/⁊ que in celo sunt. Terram qꝫ primuꝫ. Ocissime te ipsum/⁊ cetera pariter animalia/suppellectilia/plantas/⁊ quecunque nuper commemorauimus. Gla. Imagines istorum quidẽ: Res ipsas minime. So. Oportune nimium respondisti. Talis utiqꝫ faber ẽ ⁊ ipse pictor. Nõne? Gla. Est. So. At ipsum dices haud quaquam facere uera que facit: quanquã ⁊ aliquo pacto pictor quoque lectum facit. An non? Gla. Facit quidem ⁊ iste: sed apparentem. So. Nõne dicebas quod lecti faber/specieꝫ quidem ipsam non facit/quam esse dicimus id quod lectus ẽ/sed lectum aliquem. Glau. Dicebam equidem. So. Si id quod est nõ facit/haud sane quod uere est facit: sed tale aliquid/quale qđ uere est: non tamen ipsuꝫ quod est reuera. Perfecte aũt esse fabri aut lectoruꝫ aut aliorum artificiorũ/opus siquis dixerit/aberrabit. Glau. Non/ut uidetur his qui in disputationibus hisce uersantur. So. Nihil mirum igitur/si ⁊ hoc ad ueritatem est tenue ac friuoluꝫ. Gla. Non certe. So. Vis in istis quoque inuestigemus quis imitator iste sit? Gla. Si placet. So. Nõne tres hi lecti sunt? Vnus quidem in natura ipsa existens: quem deum dicem⁹ ut arbitror effecisse. Num alium quemquam? Gla. Nullum. So. Alter/quem faber conficit. Glau. Plane. So. Tertius uero quem pictor. Nõne? Gla. Est. So. Pictor itaqꝫ lecti faber ⁊ deus tres sunt/tribus lectorum speciebus presidentes. Glau. Tres utique. So. Deus igitur siue quia nolebat/siue quia aliqua necessitas inerat/non plures lectos/sed unum in natura ab eo lectum fieri/ita solum ipsum unum fecit lectum/qui sane est id quod est lectus. Duo auteꝫ tales/aut plures/a deo neqꝫ dum geniti sunt/neque gignentur. Glau. Qua ratione? So. Quia si duos faceret solos/unus iterum/cuius ambo haberent speciẽ/appareret/ipseqꝫ eẽt id quod lectus est/non autem duo illi id eẽnt. Gla. Scite. So. Hec cũ intelligeret deus/uelletqꝫ uerus eẽ auctor ueri lecti/non aũt lecti cuiusdam auctor quidam/unũ dumtaxat natura pgenuit. Gla. Videtur. So. Vis ergo hũc huius plantatoreꝫ uel tale aliqd apellem⁹? Gla. Par est: quãdo quidem natura ⁊ hoc ⁊ alia omnia fecit. So. Fabrum uero/non ne lecti opificem? Gla. Et hoc. So. Num ⁊ pictorem quoqꝫ factorem huius opis ⁊ opificem? Gla. Nullo modo. So. At quomodo ad lectum habere se dices? Gla. Aptissime dici mihi posse uidetur/imitator ei⁹ cuius opifices illi dicuntur. So. Ergo imitatorem uocas eum/qui tertium a natura facit. Gla: Valde. So. Talis utiqꝫ erit ⁊ tragic⁹/siquidem est imitator. Tertius quidam a rege ⁊ ueritate: similiterqꝫ alii omnes imitatores. Gla. Apparet. So. De imitatore quideꝫ consensimus. Sed de pictore mihi dicas uelim. Vtrum ipsuꝫ unumquodque quod est in natura imitari contendat? uel artificuꝫ opera? Gla. Artificum opera. So. Vtrum qualia sunt? uel qualia nobis apparẽt? hoc preterea mihi distinguas. Glau. Quomodo istud ais? So. Sic/lectus quideꝫ siue ex obliquo seu e regione cernatur seu quouis alio modo/nunquid a se ipso differt? Vel nihilo differt? aliter uero uidetur dispositus/aliter intuẽtib⁹? ceteraqꝫ similiter. Gla. Sic apparet quideꝫ: differt autem nihilo. So. Animaduerte ⁊ istud: quid in singulis intendit pictoris industria? utrum ut se habent res singulas imitari? an quod apparet potius/ut apparet? Imaginis apparentis uel ueritatis potius imitatio? Gla. Apparentis imaginis. So. Procul igitur a uero est imitator: atque ut uidetur ppterea omnia potest facere/quia exiguum quiddaꝫ cuiusqꝫ attingit simulacrũ. Quemadmodum pictor pinget nobis coria

rium/fabrũ/⁊ opifices alios cum nihil in arti bus his intelligat: uerumtamẽ si peritus sit pi ctor/expresseritqꝫ fabri ipsius imaginem quã procul ostendat/pueros dementesqꝫ homines ita decipiet ut uerus esse faber illis appareat. Glau. Quid ni? So. Ceterum/o/amice hoc i huiuscemõi omnibus cogitandum. Quotiens aliquis nobis de hoc ipso nunciat/se uidelicet homini occurrisse in omnibus artibus erudito/ perfectissimeqꝫ pre ceteris intelligẽti quecũqꝫ alius quiuis intelligat: huic ꝓtinus responden dum/quod fatuus est: ⁊ in magum quendã pre stigiatorem incidit: cuius imitationibus est de ceptus. ut sibi uisus ille sit in omnibus sapien tissimus: ex eo quod ipse nequeat scientiam ab inscitia ⁊ imitationem a re uera discernere. Gla. Verissima loqueris: So. Nõne posthac tragediam discutere decet/ducemqꝫ ipsius ho merum? postquam a nõnullis accepimus/tragi cos poetas artes omnes intelligere/humanaqꝫ omnia tam ad uirtutem qꝫ ad uitium pertinen tia: nec nõ et diuina. Porro poetã bonũ opor tere si recte que componit sit tractaturus/eorꝫ habere scientiã/uel non posse cõponere. Qua re discernere id debemus/utrum q eos laudant imitatoria poetarum industria decepti sint/ eorumqꝫ opera dum aspiciunt/haud plane per sentiant tertio gradu distare a ueritate: faci liaqꝫ factu esse uel homini ueritatis ignaro. Umbras quippe non res ueras faciunt. An for te non nihil dicant. ac reuera poete boni/in telligant/de quibus uulgo bene loqui uiden tur. Glau. Discernendum omnino. So. Si/ quis possit ambo perficere ⁊ id quod in imitatio ne cadit ⁊ eius simulachrum/nunquid eum pu tas in simulachris fingendis immoraturum? idqꝫ opus sibi in uita tanquam optimum propo siturum? Gla. Minime. So. Nempe si ueram eorum que imitatur peritiam habeat/multo magis operibus ipsis qꝫ eorum imitationibus/ ut reor/incũbet: conabiturqꝫ multa ⁊ precla ra opera sui monimẽta posteritati relinquere: satiusqꝫ cẽsebit ut ipse laudetur ab aliis/qꝫ ut ipse semper alienorum operum sit laudator. Gla. Ita equidem arbitror: neque enim equus

honor/aut equum emolumentũ. So. Ceterũ de aliis quidem rationem minime exigamus/ homerũ aut alium quemuis poetarum interro gantes/siquis eorum medicus reuera fuerit/nõ solum uerborum ad medicum spectantium imi tator/quos nam sanos poeta reddiderit/ut ue terum hominũ uel recentium? Quemadmodũ esculapius. Aut quos reliquerit artis medicine discipulos? Quemadmodũ ille filios. Sꝫ neqꝫ ab eis de aliis artibus sciscitemur: mittamus eiꝫ reliqua. At uero de maximis illis preclarissi misqꝫ rebus quas tentat homerus/bellis/castris rebus. p. ⁊ honꝫ disciplinis: par ẽ ita eũ inter rogare. O dulcis homere/si non es a ueritate tertius/fingis ne uirtutis imaginem: quem imi tatorem in superioribus definiuimus/sed es se cundus/potesqꝫ narrare/que studia homines uel meliores uel deteriores priuatim publiceqꝫ efficiant/dic obsecro que nam ciuitas per te re ctius disposita est? sicuti lacedemonia p lycur gum: perqꝫ alios multos multe ⁊ anguste ciui tates ⁊ ample. Cuius potissimũ urbis homies legum te optimum predicant conditorem? ⁊ beneficia in se tua commemorant? charondam quidem italia ⁊ sicilia celebrãt. Nos solonẽ. Te uero quis predicabit ⁊ qualem? Gla. Nul lus ut arbitror/beneficia eius commemorat. Quem neqꝫ ipsi homeri assertores testari hoc audent. So. Quod precipue bellum homeri temporibus eo consultore uł duce/feliciter ex peditum commemoratur? Gla. Nullum. So. Preterea que uiri huius tanquam in his rebus sapientis inuenta ad officia uite ⁊ artis aptissi ma referũtur? ut thaletis milesii ⁊ anacharsis scythe. Glau. Nihil tale. So. Si minus publi ce/at saltẽ priuatim: quibus nam homerus ipse dum uiueret/discipline dux dicitur extitisse? qui ⁊ eius consuetudine delectati sint/⁊ poste ris homericam aliquam rationem uite tradide rit? Quẽadmodũ ⁊ pythagoras in hoc summa cum auctoritate uixit/⁊ posteri etiam his tem poribus uitam pythagoreã celebrantes/inter ceteros illustres habentur. Glau. Neque tale quid rursus de homero narratur. Creophylus enim/o/socrates forsitã homeri familiaris disci

plina etiã magis qꝫ nomie ridiculus apparebit/ siquidẽ uera sunt/que de homero narrantur. Dicitur enim negligentior ad eius disciplinã fuisse dum sub ipso uiueret. So. Dicitur sane. At enim/o/glaucon si reuera poterat homerus instruere homines/ac reddere meliores/utpo te qui in his rebus non imitationis tantum eẽt uerum etiam intelligentie cõpos/cur non mul tos sibi uendicauit amicos? cur non uiuens ho noratus est? cur nõ amatus? Profecto abderi tes prothagoras ⁊ prodicus chius/aliiqꝫ ꝑmul ti possunt hominibus sui temporis suadere/pri uatim singulos adeuntes/nunquam eos rem fa miliarem ⁊ publicam recte gubernaturos/nisi ipsi eos erudiant: ⁊ ob hanc sapientiam tam ar denter amantur/ut uix sectatores eorum se cõ tineant quin capite eos circumferant. Home rum autem uel hesiodum/eorum temporum ho mines/si poete illi quicquam iuuare eos ad uir tutem potuissent/nunquid permisissent oberra re tam diu passim carmina decantantes? quin potius eos magis qꝫ aurum complexi fuissent/ induxissentqꝫ eos secum domi familiariter ui uere. Ac nisi ꝑsuasissent/eos ipsi sequuti eẽnt/ quocunque pergerent/quoad satis essent eorũ in studiis eruditi. Glau. Vera prorsus mihi lo qui uideris/o/socrates. So. Ponamus igitur oẽs ab homero incipiẽtes poeticos homines/ uirtutis imaginum imitatores eẽ: ceterorũqꝫ similiter quecumque canunt: ueritatem uero nequaquam attingere. Sed ut paulo ante dixi mus pictor uerisimilem coriarii pinget imagi nem/cum ⁊ ipse de coriaria nihil intelligat: ⁊ imago illa coriarius ipse appareat illis: qui rẽ ipsam nequaquam intelligunt: ⁊ ex coloribus figurisqꝫ prospiciunt. Glau. Prorsus. So. Haud secus poetam dicemus colores quosdam artium singularũ nominibus uerbisqꝫ exprime re: cum ipse ꝺ his nihil intelligat/sed imitetur dumtaxat: adeo ut his qui hec ex uerbis cõside rant/bene dicere uideatur: siue de coriaria di cat i uersu rhythmo ⁊ harmonia: siue de re mi litari seu de quibuslibet aliis. Usque adeo natu ra quadam aurea poetica ista demulcent. Arbi tror autem nosse te qualia uideantur hec opera

poetarum/cum musice coloribus spoliata consi derantur. Animaduertisti ne unquam. Gla. Animaduerti. So. Non ne perinde se habent ac facies eorum qui propter adolescentiam for mosi potius sunt/qꝫ pulchri/quales risu reddũ tur/quãdo ipsos flos ipse deseruit. Gla. Oio. So. Age igitur ⁊ hoc aiaduerte: Imitator/ simulachri auctor/rem ipsam haud quaquam in telligit/sed apparentem rei ipsius imaginem. Gla. Ita est. So. Ne imperfectũ id relinqua mus: sꝫ ad sufficiẽtiã ꝯtẽplemur. Gla. Dicas. So. Pictor habenas pinget ac frenũ. Glau. Plane. So. Faciet autem coriarius/erariusqꝫ faber. Glau. Valde. So. Nunqd intelliget pi ctor: quales eẽ debẽt habene quale frenũ? Vel neque ipse quidẽ factor/siue erarius faber siue coriarius: sed solus ille/qui his uti scit/eques. Gla. Vera loqueris. So. An non circa omnia sic esse dicemus? Gla. Quomodo? So. Circa quodcumqꝫ has eẽ tres artes. Utentem/facien tem/⁊ imitantem. Glau. Certe. So. Virtus igitur pulchritudo/rectitudo: cuiusque instru menti animalis ⁊ actionis/non ad aliud refer tur qꝫ ad usum/cuius gratia/quodcumqꝫ est fa ctum/uel genitũ. Gla. Ita est. So. Necesse est igitur eum qui utitur aliquo/peritissimum esse/⁊ operis factori significare/qualia bona uel mala facit in usu eius quo utitur. Quemad modũ tybicen tybiarum effectori significat q tybie ad usum aptissime sint: ordinatqꝫ quales oporteat facere: ille autem ministrat. Glau. Quid ni? So. Nõne hic intelligens/de aptis ⁊ ineptis tybiis pronunciat alteri? Ille uero credens efficit. Gla. Plane. So. Circa idem igitur instrumentum/factor quidem rectã ha bet fidem de pulchritudine ⁊ prauitate: adhe rens intelligenti/coactusqꝫ ab intelligente au dire: Utens autem scientiam. Gla. Prorsus. So. Imitator autem num habebit scientiam ex usu eorum que pingit? utrum pulchra sint ⁊ recta/uel contra? Vel opinionem rectam/ ex eo quod necessario intelligenti adhereat? instruaturqꝫ ab eo qualia queqꝫ pingenda sint. Gla. Neutrum. So. Ergo neque intelliget/ neqꝫ recte opinabitur imitator/circa eorũ que

imitatur/pulchritudineꝫ uel contrariū: Gla: Non uidetur: So: Gratiosus erit i effectione imitator quoad sapientiam in his que facit? Gla. Non multū. So. Veꝝtamē imitabitur: haud intelligens quo pacto unumquodqꝫ bene se habeat an male. Sed ut uidetur quale uidetur multis ⁊ ignaris esse pulchrum hoc imitabitur: Gla: Quid eniꝫ aliud? So. Hec sufficienter nobis asserta uidentur: imitatores scilicet nihil estimatione dignum intelligere de his rebus/quas imitātur: Sed esse iocum quendā imitationem potius q̄ꝫ rem seriam: Omnesqꝫ eos qui tragicaꝫ poesim in iambis heroicisqꝫ carminibus tractāt/imitatores pre ceteris eē. Gla. Et maxime quideꝫ. So. Per ioueꝫ: Imitatio autem ista circa aliquod tertio gradu distans a ueritate/uersatur. Nōne? Gla. Est ut dicis. So. Ad quale igitur eorum que i homie sunt/pertinet/quatenus uim habet eiusmodi? Gla. De quo nam interrogas? So. De tali quodaꝫ. Magnitudo eadem eminus atque cominus per aspectum/non equa uidetur. Gla. Non. So. Eadem quoque obliqua ⁊ recta in aqua nobis ⁊ extra aquam aspicientibus: cauaqꝫ iterum ⁊ ꝓminētia propter uisus circa colores errorē/uidentur. Omnisqꝫ huiusmodi in anima nostra turbatio inesse comperta est. Quaꝫ quidem nature nostre passionem aggressa adumbrationis ipsius facultas/⁊ prestigioruꝫ ingeniositas/ceteraqꝫ machinamenta/nihil magice seductiōis intentatum reliquunt. Glau. Vera loqueris. So. An non metiendi/numerādi/librandi peritie aduersus hec oportuna sunt hominū adiumenta? ne in nobis id preualeat quod apparet/maius uel minus aut plus aut grauiꝰ: sed quod metitur/computat/ponderat. Gla. Quid ni? So. Atqui hoc rationalis animi partis est officium. Glau. Huius ipsius. So. Hoc aūt sepe numero metiente indicanteqꝫ maiora esse non nulla uel minora/aliis alia/uel equalia/contraria simul circa eadeꝫ hec nobis apparent. Gla. Sic accidit. So. An non alias diximus fieri non posse ut eadem ui anime simul ⁊ circa eadē cōtraria opinemur? Gla. Ac merito diximꝰ. So. Vis igitur anime que preter mensuraꝫ opinatur/haud eadeꝫ erit atque illa/que cum mensura. Glau. Non certe. So. Sed enim quod mensure raciocinationisqꝫ credit computationi/animi pars optima est. Gla: Nihil obstat. So: Qđ ergo repugnat isti/ignobilis aliqua nostri pars erit. Glau. Necesse. So. Vt hoc assereremus/supra dicebā/quod pictura ⁊ ois imitandi facultas/procul a ueritate suum opus exercet: rursusq; cum aliqua nostri parte prudentie prorsus expte congreditur ⁊ amicitiā contrahit ad sincerū uerūqꝫ nihil. Gla. Maxime. So. Vilis ergo imitādi facultas uili cuidā se cōmiscens/uilia procreat. Glau. Apparet. So. Vtrū talis ē ea dumtaxat que ad uisuꝫ spectat? An ea etiam que ad auditum? quā poesim uocamus. Gla. Probabile est hanc insuper eē talem. So. Ne igitur ei soli credamꝰ quod ex pictura uerisimile nobis apparet: Sed ad eam ipsaꝫ cogitationis naturaꝫ: cui sese accomodat poetica imitatio/ueniamus: uideamusqꝫ num uile quiddam sit/an pretiosum. Gla. Sic oportet. So. Hunc ergo i modū proponamꝰ. Imitatur quidem poesis homines aut ui aliquid aut sponte agentes/existimantesqꝫ ex actionibꝰ/uel bonum sibi aliquod eē uel malum/ideoqꝫ uel dolore affectos uel uoluptate. An aliud qcq̄ꝫ? Glau. Nihil aliud. So. Nunquid in his omnibus homo secuꝫ ipse consentit? Vel potius quē admodum secundum uisum dissidet/ut narrauimus/deqꝫ eisdem contrarias in se ipso simul habet opiniones/ita ⁊ in agendo secum ipse dissidet atque pugnat? At nunc mihi uenit in mentem quod nihil est de hoc nobis in presentia disceptandum. Nam in superiori disputatione ō his satis una conuenimus: animuꝫ uidelicet nostrum confessi/multis ⁊ uariis huiuscemodi cōtentionibus sibi eodem in tempore aduersantibus agitari: Glau. Probe: So. Probe id quidem. Veruꝫ quod tūc a nobis est pretermissuꝫ/nunc mihi uidetur expediendum: Gla: Quale istud? Vir ꝓbus cum taleꝫ habeat aiaꝫ/si amiserit aut aliqđ aliud sibi charissimū/faciliꝰ q̄ꝫ ceteri feret/ut diximꝰ: Glan: Plane. So. Nunc aūt ⁊ id consideremꝰ: Vtrum oio nō dolebit. Vel hoc qdeꝫ ipossibile; Dolorē uero quodāmō moderabitur: Glau. Hoc certe est uerius: So. Hoc mihi de ipso in presentia dicas. Vtrū hunc censeas dolori magis repugnaturū: quando a similibus spectatur hominibus/uel quando solus est/aliorum consortio destitutus? Gla. Permultum interest/si in aliorum conspectu sit. So. Porro cum solus erit multa ex mere re pronunciabit: que emittere coram aliis erubesceret. Multa faciet: que conspici ab aliis nunquam uellet. Glau. Est ita. So. Quod obstare iubet/ratio est ⁊ lex. Quod autem ad dolores rapit/perturbatio. Glau. Vera loqueris. So. Cū homo circa ideꝫ simul cōtrariis motibꝰ agitetur/necessario duo quedā illa eē dicimꝰ. Glau. Proculdubio. So. Alterum quidem legi obtemperare paratum est/utcunqꝫ iniunxerit. Gla. Quo pacto? So. Lex utique dictat optimum eē in aduersis q̄ꝫ maxime fieri potest/quietem agere/neque conqueri: tanquaꝫ incertum sit/bonuꝫ ne id sit/an malū/quod accidit. Neque propter dolorem quicquam proficiamꝰ neque ulla humanarum rerum magnipendenda sit. Illudqꝫ quod subito presidio eē potest/dolor impediat. Glau. Quid hoc ais? So. Consultare inq̄ꝫ circa ea que acciderunt in primis oportet/⁊ tanquam in talorum iactu/secundū iacta/quomodocūqꝫ ratio melius rem habere se dixerit/negocia sua disponere. Neque uero si quid aduersi inciderit ꝓsternere nos debemꝰ; atque ut pueri solent cum offendūt in lapideꝫ/procidentes circa id quod lesit/eiulando morā trahere. Sed animum assuefacere ut ad sanandum presto adsit: ⁊ quicquid egrotat/dimissis lamētationibus corrigat. So. Oportunuꝫ hoc quidem est aduersus fortune ictus remedium. So. Quod sane optimum est/rationi huic libēter obtemperat. Gla. Constat. So. Quod uero ad ꝑturbationis recordatōeꝫ/luctūqꝫ rapit in eisqꝫ diutius detinet/irrationale/lāguidū/formidolosum. Gla. Ita dicendū. So. Quod querulum est/imitationem plurimam ac uariaꝫ suscipit. Prudentem uero pacatumqꝫ morem semꝑ sibi ipsi similē: neqꝫ facile possumus imitari: neque si imitemur/facile percipietur a turba in theatrum uariis ex gentibus confluente.

Alieni namqꝫ affectus ipsis imitatio fit. Gla Sic ē omnino. So. Imitatio uero poete haud ad hoc intendit: ut huic animi nature sua sapiētia placeat: si uulgo sit placitura: sed queruluꝫ animi moreꝫ uariumqꝫ obseruat: qui imitatiōe facile possit effingi. Gla. Patet. So. Merito igitur imitationem poeticam reprehendemus/pictorisqꝫ imitationi alterne respondere dicemus. Primo qđ ī eo similes sunt/quod utreqꝫ quo ad ueritatem uilia operantur. Deinde etiā quod parti anime rationis experti similiter suf fragantur: ⁊ optimam deserunt. Atqꝫ iccirco iure eā in ciuitate legitime gubernāda nequāq̄ꝫ accipiemus: quoniam hanc animi partem suscitat atque alit: dumqꝫ hanc roborat/rationis compotem uim disperdit. Atque ut ille qui in ciuitate potentes faciens improbos/proderet ciuitatem/probosqꝫ destrueret. Ita ⁊ imitator poeta/peruersam in animum cuiusqꝫ inducit rempublicā/dum illi animi parti blanditur/que sine mente est/neque maiora minorave discernit: sed eadem tum parua tum magna existimat: atque huic simulacbra fingit/longe a ueritate remotus. Gla. Longe quidem. So. Nondum quod maximum ex ea malū prouenit/enarrauimus. Vehementissimum quidem hoc existimandum est detrimētum/quod probos quoque uiros paucis admodum exceptis corrumpere possit. Gla. Cur non id possit/siquidē id ipsuꝫ efficit? So. Auscultans ꝯsidera: nōne ⁊ optimi quique nostrum cum audimus homerum aut alium quemuis tragicuꝫ imitantem heroum aliquem dolore afflictū/uociferanteꝫ/⁊ deflentē q̄rulis fortunā suaꝫ modulis/⁊ pectora pugnis ꝑcutiēteꝫ/delectamur quodāmodo/inhiātesqꝫ ad illa sequimur ea/unaqꝫ afficimur. ac serio studioseqꝫ illum ut poetam bonum laudamus/qui sic nos maxime moueat. Glau. Animaduerti. So: Quotiēs autem aliquem nostrum propriꝰ quidam inuadit meror ex contrario nos bene stare ꝯtendimꝰ/siquo pacto eq̄tē agere ⁊ tolerare ualeamꝰ: quasi hoc qdeꝫ uiri sit/mulieris illud qđ antea laudabamꝰ. Gla: Plane: So: Quā preclara hec laus? qn absurdū ē ut q taleꝫ spectat uirū/qualē eē se minime uellet pudoretqꝫ

maxime: non tamen abhominetur: sed delecte
tur ⁊ laudet. Glau. Preter rōnē id prsus.
So. Certe si ⁊ hoc mō istud animaduerteris.
Gla. Quomodo? So. Qđ uidelicet id quod i
ppriis calamitatibus ui cohibetur, phibeturqꝫ
in lachrimas fletusqꝫ erumpere ⁊ nature sue la
chrimarum auide indulgere, illud ipsum est, qđ
poete explēt, cui penitus blandiuntur. Tunc
certe ⁊ quod natura in nobis est optimum, ut
pote nec ratione nec usu sufficiēter instructū,
querulum istud desinit custodire, quasi alienas
spectet perturbationes: nihilqꝫ sibi dedecori
sit, si dum uir alius q uirtute prestare se predi
cat, imoderatius defleat, ipse laudet eum ⁊ mi
sereatur. Quin oblectationem illam lucrari se
putat. Neque ulla ratione ex contemptu poe
sis illa carere se uellet. Pauci sane animaduer
tunt, ut arbitror, qđ ex alienis i ppria traiice
re aliqd necesse est. Nāpe cū in alienis erūnis
flebile ingeniū illud nutriueris uehemētiusqꝫ
reddideris, haud facile illud in propriis coher
cebis. Gla. Vera nimium loqueris. So. Nōne
eadem de risu est ratio? Quod eiꝫ ipse effusiori
risu imitari erubesceres, cum i comedica uł pri
uata imitatione audis tanquā ridiculum liben
tissime auscultas ⁊ imitaris: Idemqꝫ hic facis
quod in imitatione flebili fieri diximus. Nam
ingeniū illud tuum ad risum pronius quod ipse
in⁊te a risu continueris, ueritus scurrilitatis
crimen, hic iam resoluis in iocos uehementio
remqꝫ sensim reddis risus ipsius affectum: ut ⁊
propriis in gestibus in risus ultra qꝫ deceat
ipsius deferri incipias: ⁊ scurra ridiculus co
medie iocis imbutus euadas. Glau. Vehemen
ter quidem. So. Idem quoque de uenereis ⁊
iracundia dicimus: deqꝫ omnibus animi cupidi
tatis ac affectibus ō tristibus ⁊ iocūdis: quas
oēs actiones nos sequi in superioribus diximus:
⁊ talia quedam poeticā imitationem in nobis
effingere. Nutrit enim ista, dum fouet atque
irrigat: cum potius ariditate extenuāda sint.
Efficitqꝫ ut hec dominetur i nobis, cū subesse
potius deceat: ut meliores beatioresqꝫ ex dete
rioribus ⁊ miserioribus euadamus. Gla. Haud
aliter dicere possum. So. Siqñ itaqꝫ glaucon
homeri laudatores offenderis, audierisqꝫ dicē
tes homerum omnem greciam erudisse: proqꝫ
rerū humanarū gubernatione ⁊ disciplina, po
tam hunc obseruari monētes, ⁊ ad eius institu
ta omnem uitam instruere: memento his eē con
gratulandum tanquā pro facultate sua optimis
uiris: concedendūqꝫ homerū apprime poeticū
esse: tragicorūqꝫ precipuū. Scito aūt hymnos
in deos, ⁊ i optimos uiros laudationes dunta
xat ex poesi in ciuitate admittere oportere.
Si autē uoluptuosā mus[a] i cāticis ⁊ carminibus
acceptaueris, uoluptas in ciuitate ac dolor, p
lege ⁊ p illo quod semp optimū uisū est ratiōe
scilicet, dominabuntur. Gla. Vera loqueris.
So. Hec itaqꝫ in eam sententiā dicta sint no
bis quod merito e ciuitate poesim que talis sit
expulimus. Gla. Sic enim ratio cogebat. So.
Id quoqꝫ addiciamus, ne rigiditatis nos rusti
citatisqꝫ accuset: qz uetus quedam extat inter
poesim philosophiamqꝫ dissensio. Cuius certe
contentionis argumēto nobis dicta hec eē pos
sunt, que subiiciā aliaqꝫ permulta. Nempe ca
nis illa garrula ad aures dñe latrans, id signifi
cat. Et magnus ille in dementiū uaniloquiis.
Et turba superstitiosorū sapientum exsupās.
Item quod dictum est. Qui minuta ⁊ tenuia
meditātur: paupertate premuntur: Atqꝫ alia
inumerabilia signa harum contrarietatis appa
rent. Verumtamen id quoque dicatur, quod si
uoluptatis ministra poesis imitatioqꝫ quicquā
ad eam rationē afferre possit, ut in ciuitate re
cte instituta accipi debeat, libēter accipiemus,
ut eius fruamur oblectamētis. Ita enim nobis
ipsi conscii sumus. Enimuero quod uerū uide
tur, pdere nephas ē. Nam ⁊ tu, o, amice non
ne ab ea mulceris? presertim homerica. Glau.
Valde. So. An non equum est eam prodire in
medium sese defendētē uel cantilena uł metro
quouis alio? Gla. Omnino. So. Concedamus
utique ipsius defensoribus quicunqꝫ poete qdē
non sunt, sed poetarū amici, ut absqꝫ carmine
eam defendant, asserentes eā non modo incun
dam sed ⁊ utilem esse ad rem. p. ⁊ hominum ui
tam instituendam. Quam quidē defensionem
equo animo auscultabimus: lucro enim id nobis

DE REPVBLICA

fore existimamus: si non suauis tamen: uerum
etiā utilis nobis appareat: Gla. Quid obstat?
quin lucro id futurū sit? So: Alioquin, o, dul
cis amice: quemadmodū qui quandoqꝫ aliquid
amauerunt: si deinde censeāt amorem sibi illū
inutilem fore, licet egre amare desistant, desi
nūt tñ, ita ⁊ nos propter īgenitum nobis talis
poesis amorē ex pulchrarū rerū. p. educatiōe,
benigne quidem expectabimus optima uerissi
maqꝫ appareat. Quousque tamen rationē pro
se ipsa afferre non poterit, ita eam audiemus:
ut oratiōe supra a nobis exposita nosmetipsos
ueluti quadam incantatione aduersus pericula
īminentia muniamus: cauētes ne delitiis amato
riis uulgiqꝫ amoribus rursus irretiamur. Illud
quoque sentiemus non ita esse huiusmodi poesi
studendū, quasi uera sit aut seria. Verum ca
uendū ab ea audienti cuiqꝫ est, interioriqꝫ ani
mi sui rei. p. metuenti. Et que de poesi narra
uimus, de hac prorsus existimanda. Gla. Con
sentio equidem. So. Ingens porro, o, amice
glaucon, ingens neque quātum uidetur, est cer
tamen, bonum effici aut malum. Quamobrem
neque pecuniarū gratia neqꝫ honoris neqꝫ po
tentie neque poetici ullius oblectamenti iusti
tiā ceterasqꝫ uirtutes negligere decet. Gla.
Assentior equidē, ex his rationibus que narra
uimus, arbitror autem ⁊ quemuis alium eadē
confessurum. So. Atqui ingentia uirtutis pre
mia mercedesqꝫ illi propositas, nequaquā nar
rauimus. Gla. Immēsa dicis premia, siqua ma
iora sunt, his q rettulimus. So: Quid magnū
breui in tempore eē potest? Nempe omne hoc
tempus a pueritia ad senectutis extremū, exi
guum quiddam est ad uniuersum. Gla. Immo
uero nihil. So. Immortalem uero rem censes
breui hoc pro tempore quidē, pro uniuerso ue
ro nequaquam debere esse solicitā? Gla. Pro
omni certe: sed quorsū hec? So. An ignoras
immortalem eē hominis animam ⁊ ab interitu
liberam? Tum repente conuersus in me glaucon
ammiratusqꝫ intulit: per iouē ignoro equidē.
Tu uero nunquid ostēdere potes? So. Certe
nisi iniurius eē uelim, puto autē ⁊ te id posse.
Neque enim difficile. Glau. Mihi quidē diffi
cile istud. Te uero libenter audirem, id quod
negas esse difficile, declarantem. So. Audies
iam. Gla: Dic. So. Bonum aliquid uocas? ⁊
malum aliquid? Gla. Voco. So. Nunquid de
his idem tibi qđ ⁊ mihi uidetur? Gla. Quid?
So. Malū puto oē qđ dissoluit atqꝫ corrum
pit. Quod uero seruat ⁊ iuuat, bonum. Gla.
Et ego. So. Bonū ne cuiqꝫ, aliquod ⁊ aliqđ
malum esse dicis? Veluti oculis lippitudinē ⁊
toti corpori morbum: Frugibus cibisqꝫ erugi
nem. Lignis cariē ⁊ putredinē. Eri ferroqꝫ
rubiginem. Atqꝫ ut dico, ferme in omnibus se
cundum naturā proprium cuiqꝫ malum ac mor
bum? Gla. Equidem. So. Quotiens huiusmo
di quicquā alicui accidit, deterius illud efficit:
ac deniqꝫ totū dissoluit ⁊ perdit. Gla. Quid
ni? So. Proprium igitur cuiusqꝫ malū, suaqꝫ
prauitas, quodlibet corrumpit. Ac nisi id cor
ruperit, nihil aliud unqꝫ corrumpet. Neqꝫ. n.
quod bonum est, aliquid destruit: neque rursus
id quod nec bonum, nec malum. Gla. Quo eiꝫ
pacto? So. Siquid igitur tale est, ut ei malum
aliquod sit, quod ipsum deterius efficit: dissol
uere tamen ipsum non ualet, certe ita naturali
ter affecte rei nullus eē potest interitus. Gla.
Consentaneū est. So. Est ne aliquid quod ani
mam prauam faciat? Gla. Et maxime quidem
que cōmemorauimus, iustitia, intemperantia,
timiditas, ⁊ inscitia. So. An quicquā ex his
animam perdit? Atq animaduerte, ne decipia
mur, existimantes iniquum ⁊ insanum hominē
cum in flagitio deprehensus est, tunc ab iniusti
tia que anime uitium est, corrumpi. Dic age.
Nōne corpus proprium eius uitium morbus li
quefacit, resoluit: atque eo deducit, ut non sit
corpus? ⁊ q paulo ante diximus omnia, ex pro
prio malo quatenus adheret ⁊ inest, inquināte,
esse desinunt? Nōne ita? Glau. Ita prorsus.
So. Nunquid ⁊ animā eodem pacto iniustitia
⁊ reliqua prauitas cum inest sua ipsa presentia
disperdit ⁊ tabefacit? quousque in mortem tra
hens, a corpore separet? Gla. Nullo modo
istud. So. At uero absurdum illud est, ut alie
num uitiū interimat aliquid, cui proprium ui
tium non prebet interitū. Gla. Preter rōnē

profecto. So. Attende glaucon. Ex ipſa cibo
rum ꝓpria prauitate/qua uel uieta ſint/uel mar
cida/uel quōcunque aliter affecta dicātur/cor
pus perire poſſe non arbitramur. Verū ſi cibo
rum defectus corpori proprium ipſius defectū
intulerit/dicemus per illos corpus/ab eius ui
tio morbo ſcilicet perdi. Corpus uero ipſū cū
aliud ſit ex ciborum quorū alia natura eſt alie
no defectu/niſi proprium defectū induxerit/
diſſipari poſſe nunquam exiſtimabimus. Gla.
Recte nimium loqueris. So. Eadem ratiōe/
niſi corporis detrimentū ipſi anime ipſius ani
me propriū intulerit detrimētum/haud quaq̄;
exiſtimare debemus/ex alieno malo abſque pro
pria prauitate/animā interire: neque alterius
malo alterum diſſipatur. Glau. Ita ratio mo
net. So. Aut igitur hec redarguamus/quaſi
non recte dicātur. Aut quoad hec integra per
manent/neq; ex febre aut alio quouis morbo/
neque iugulatione/neque etiam ſiquis corpus
imminutiſſima queque diſcerpat/diſſipari aiaʒ
cōcedamus. prius q̄; oſtenderit aliquis propter
has corporis paſſiones animam ipſam/iniquio
rem prophanioremq; fieri. Quatenus autem
alienum malum adeſt alteri/nec propriū cuiq;
malum adheret/corrumpi aliquid minime con
cedamus. Gla. At enim nemo id unquaʒ oſten
det morientium animas propter mortem iniu
ſtiores effici. So. Siquis auteʒ obiicere nobis
audeat/quod deterior ⁊ iniuſtior fit qui mori
tur/ne cogatur immortales eſſe animas confi
teri/oportere dicemus/ſi uera is dixerit uiro
iniuſto letiferam iniuſtitiam eē/ſicuti morbū:
⁊ ab hoc ipſo perimēte ſua quadam natura/eos
qui ſuſcipiant/perimi: ocius quidem illos q ma
xime/ſerius cōtra/qui minus. neque fieri dum
taxat/quod nunc fit/ut iniuſti propter iniuſti
tiam tūc demū moriātur: cū eos alii penis affi
ciunt. Gla. Per iouē haud grauiſſimū quiddā
malum iniuſtitia eſſe uidebitur/ſi erit uiro ini
quo letifera. Malorum ſiquideʒ liberatio erit.
Arbitror autem contra eē omnino: ut ⁊ alios
pro uiribus interficiat/⁊ hominem ſui partici
pem/uiuacem maxime faciat: ⁊ apprime perui
gileʒ: uſq; adeo lōge abeſt ab ea ut ſit letifera.

So. Scite loqueris. Quādo eniʒ propria pra
uitas ſuumq; malum animam perdere nequit/
nunquam malum ex alterius pernitie atque ad
aliud institutū ultra id cui proprie accidit/uel
animam uel aliud quicquam diſſoluet. Glau.
Nunquam: ut probabile eſt. So. Cum a nullo
prorſus malo ſiue proprio ſiue alieno interima
tur/patet/eā ſemp eē neceſſariū eſſe. Si ſemp
eſſe: ⁊ imortalē exiſtere. Gla. Neceſſe. So.
Hoc igitur ita ſe hēat: Ac ſi ita ſe hēt aiaduer
tas eaſdem ſemper animas fore? Neq; eniʒ pau
ciores unquam erunt: cum nulla prorſus inte
reat. Neque rurſus plures. Si enim immorta
lium quicquā plus efficiatur/ex mortali effice
tur/eruntq; demum immortalia omnia. Gla.
Vera loqueris. So. At uero id nequaquaʒ exi
ſtimamus: ratio namq; prohibet. Neque iterū
arbitramur animam ueriſſima ſui natura talem
eſſe/ut uaria/diſſimilis/atq; differēs in ſe ipſa
ſit. Gla. Quomodo iſtud ais? So. Haud faci
le eſt/ſempiternū eſſe quod ex pluribus conſti
tutum eſt: neque optimam compoſitionem eſt
ſortitum. Vt nobis de anima nunc apparuit.
Glau. Conſentaneum eſt. So. Diuinā igitur
immortalem eſſe ⁊ ratio preſens ⁊ alie cogere
poſſunt. Siqs uero qualis ipſa reuera ſit/inſpi
cere cupit/haud quaquaʒ intueri eam debet cō
munione corporis/maliſq; aliis inquinatam:
quemadmodum ipſi nunc intuemur: ſed qualis
cum pura fuerit/diligēter ratione diſcernere.
Vbi certe ⁊ multo pulchrior apparebit: ⁊ cla
rius cum talis erit quid iuſtū ſit quid non ⁊ re
liqua que ſupra diximꝰ indicabit. Nunc quidē
uera de ipſa/qualis uidetur in preſentia/dixi
mus. Non aliter uero eam ſpectauimꝰ/q̄; mul
ti marinum inſpiciant glauconem. Illi ſiquidē
non facile poſſunt glauconis antiquam conſide
rāre naturaʒ/eo quod antique corporis partes
partiʒ fracte/partim ɔtrite ſint: ⁊ ab undis pe
nitus diſſipate: aliaq; illi rurſus inhereāt ɔchi
lia: alga. lapides: ex qbus multo magis fere pre
ſe fert imaginem q̄; nature prioris aſpectum.
Ita ⁊ animam nos ſemper aſpicimꝰ malis innu
meris inquinatam. Sed enim illuc oculos con
uertere decet/o/glaucon. Glau. Quo nam?

So. Ad eius inquam philoſophiaʒ/⁊ circa illā
oportet animaduertere: que attingit animus:
⁊ quibus cum conſuetudinem inire affectat ⁊
nititur: utpote qui cognatus ſit diuino immor
tali ⁊ ſempiterno. Qualiſq; preterea futurus
eſt/ſiquando eiuſmōi totus ſequatur naturaʒ/
per hunc affectum nixumq; eductus ex pelago
quo ad preſens ſubmergitur: nuduſq; emergēs
excuſſis petris ⁊ oſtreis: que ſibi nunc tanquā
ex terra nutrito/terrena lapidoſa/⁊ agreſtia
plurima inhereſcūt: propter eam utique alimo
niam/quam plerique beatam exiſtimāt. Tunc
demum ueram naturaʒ ipſius animi contempla
bimur: agnoſcemuſq; utrum uaria ſit/an ſim
plex: qualiſue ſit omnis eius conditio. Nunc
autem animi humana in uita affectus ac ſpecies
ſatis ut arbitror/declarauimus: Glau. Pror
ſus quidem. So. Nōne cetera quideʒ in hac di
ſputatione expoſuimus? premia uero ipſius ⁊
honores nequaquam attulimus/quemadmoduʒ
homerum uos ⁊ heſiodum adduxiſſe dicebatis/
ſed iuſtitiam ipſam ipſi anime optimum premiū
eſſe comperimus. Iuſteq; agendū eſſe monſtra
uimus/ſiue gigis habeat anulum ſiue etiam plu
tonis galeam. Gla. Vera loqueris: So. Cete
rum nunc quoque preter hec nulla inuidia pro
hibet/quo minus iuſtitie ⁊ uniuerſe uirtuti ea
premia tribuamus: que ipſa anime comparat ⁊
ab hominibus ⁊ a diis/tam uiuente homine q̄;
defuncto. Glau. Magnopere. So. Nunquid
ergo reſtitutis mihi/que in ſermone mutuati
eſtis? Gla. Quid maxime? So: Dedi equideʒ
uobis/iuſtum uirum uideri iniuſtum: iniuſtūq;
iuſtum. Vos enim petieratis: licet eniʒ fieri nō
poſſet/ut iſta homines deoſq; laterent/tamen
cōcedi hoc diſputationis gratia placuit: ut iu
ſtitia ipſa ad iniuſtitiam ipſam comparata iudi
caretur. Non recordaris? Glau. Quid ni re
cordeʒ? So. Poſtquam igitur iudicate ſunt/
ego iterum poſtulo a uobis exponi/quā iuſtitia
mercedem a diis ⁊ hominibus referat: ut ⁊ pal
mā ab opiniōe ⁊ manifeſta exiſtimatiōe repor
tet/qua iuſtitia ſui participes decorat: poſtq̄;
aperte uiſa eſt etiam ipſa ſui preſentia beneficia
nobis conferre: neque eos decipere/qui uere

eam poſſidēt. Gla. Debita poſtulas. So. Pri
mum quidem hoc mihi reddetis: quod qualis
eorum uterque ſit ⁊ iuſtus ſcilicet ⁊ iniuſtus/
deos non latet. Gla. Reddemꝰ. So. Si deos
id non latet/unus quidē a deo amabitur/alter
odio habebitur: quemadmodum i principio con
feſſi ſumus. Gla. Eſt ita. So: Deorum autem
amico omnia quoad fieri poteſt a diis optima
tribuuntur: niſi quid mali ex priori delicto/ei
neceſſitate quadam imineat. Glau: Omnino.
So. Sic itaque de iuſto uiro exiſtimandū/ſiue
in paupie/ſeu morbis ſiue quibuſuis aliis ex iis
que mala uidentur/fuerit conſtitutus/huic de
mum uel uiuenti uel mortuo ad bonum aliquod
iſta conducere. Neque eiʒ a diis unquā negligi
tur/quicumq; conari uoluerit iuſtus euadere/
uirtutiſq; officiis/quoad homini licet/deo ſi
milis fieri. Gla. Decens eſt talem uirum a ſimi
li non contemni. So. De iniuſto auteʒ contra
omnino eſt ſentiendum: Glau. Vehementer.
So: Apud deos igitur iuſto uiro hec dabitur
palma. Glau. Sic arbitror: So: Apud homi
nes autem non ne ſic euenit? ſi uera fateri debe
mus. Callidi quideʒ homines ⁊ iniqui perinde
faciunt ac curſores illi/qui ab inferioribus cur
runt bene/a ſuperioribus minime. Nam primo
celeriter exſiliunt. Tandem uero riſum repor
tant auribus demiſſis/⁊ ſine corona diſceden
tes. Veri autem curſores ad fineʒ perueniunt/
adeptiq; premiū coronantur. Viris iuſtis ſimi
liter idem utplurimum accidit. Nempe in fine
cuiuſque actionis conſuetudiniſq; ⁊ uite/pro
bantur/muneraq; ab hominibus referūt: Gla.
Magnopere. So. Subſtinebis ne ut ego ōhis
que tu de iniuſtis/adducam? Dicam equidem.
Iniuſti eni cū ad maturā etateʒ peruenerint/
ciuitatis muneribus ꝑ arbitrio funguntur: ma
trimonia quibus cum uoluerint ⁊ dādo ⁊ acci
piendo uiciſſim ineunt: ac ſummatim quecunq;
de illis tu/ego nunc de his affirmo. Rurſuſq;
de iniuſtis hominibus aſſero/pleriq; enim ipſo
rum quāuis ad tempus ſua uitia celent/tandeʒ
in curriculi calce/quales ſint deprehendūtur.
ridiculi prorſus euadūt: ⁊ in ſenio miſeri a pe
regrinis ⁊ ciuibus obiurgātur: uerberāturq;/

eaqʒ omnia patiuntur que tu aspera esse reuera
dicebas. Torquebūtur eñʒ ⁊ inurētur. porro
quecunque ipse commemorabas/audire iterum
ex me putato. Sed ut dicebam uide/an sis ista
toleraturus. Gla. Perferam equidem. nam de
centia loqueris. So. Hec itaque sunt premia/
mercedes/⁊ munera que iusto uiro preter ea bo
na que ipsa in se iustitia continet/a diis ⁊ homi
nibus tribuūtur: Gla. Egregia ualde hec sunt
⁊ stabilia: So. At eñʒ hec ⁊ numero ⁊ magni
tudine nihil sunt/si ad ea cōparentur/q̄ utrūqʒ
defunctum expectant. Audienda uero ⁊ ista
sunt: ut omnia sufficienter que utrique conue
niunt: comprehendantur. Glau. Dicas uero
non quidem ut iam nimis multa: sed tanquam
libentissime audituro. So. Equidem tibi non
alcini apologum/sed prestātissimi uiri/eri har
menii genere pamphilii/reserabo. Qui cuʒ ob
cubuisset in prelio/sublatis aliis decimo die ca
daueribus iam corruptis/integer quideʒ incor
rupto corpore repert⁹ fuit/domumqʒ delatus
pro officio sepulture. Ubi duodecima a morte
die/dum pyra esset impositus resurrexit/⁊ q̄
interim uiderat/rettulit. Inquit ergo: postq̄ʒ
eius anima fuisset a corpore separata una cum
pluribus quendam in locum demonium perue
nisse. In quo terre duos primos uidit hiatus/
duosqʒ alios e conspectu superne i celi regione
conspexit. Inter hiatus uero huiusmodi seden
tes iudices/q postquam animos iudicauerunt/
iustos quidem ad dexteram superne per celum
ascendere iubent/in anteriori eorum parte si
gna eorum q̄ iudicauerint/suspendentes. Iniu
stos contra ad sinistram infernis omninʒ que fe
cerant in uita post tergum signa ferentes. Cū
uero ad iudices ipse quoqʒ accessisset/illos asse
ruit respondisse/fore eum hominibus nuncium
d̄ his que illic uideat/oportere: Iussisseqʒ illū
audire ⁊ intueri quecunque eis in locis fierent
diligenter. Uiderat igitur illic per utramqʒ ce
li terreqʒ portā animas lata sentētia abeūtes/
per alias item duas/ex terra quidem ascenden
tes aīas/puluere/squalore/macieqʒ cōfectas:
E celo auteʒ alias nitidas descendentes. Uide
riqʒ inquit animas undique uenientes tanquaʒ
longa itineratione defatigatas/libenter i pra
to quod ibi est tanquam celebri in conuentu re
cumbere: ac se inuicem quecunque mutuam no
titiam habuerint/salutare: easqʒ omnes tamq̄
ex terra q̄ʒ que e celo conuenerint/sese ultro
citroqʒ de his que suis in locis uiderint percon
tari: sibiqʒ uicissim ad singula respondere: has
quidem dolentes ac flentes memoria malorum
que in preterito sub terris itinere ⁊ perpesse
sunt ⁊ uiderūt. Esse aūt illud mille iter anno
rum. Illas uero que de celo descenderāt: nar
rare delitias/pulchritudinisqʒ ingentis specta
cula. Multa quideʒ illa referre que longo ordi
ne recitabat prolixe nimium narrationis/o
glauco. Summā uero hāc eē dixit. Quoscūqʒ
aliis iniurias intulisse constaret/penas sigilla
tim pro quolibet decies reddidisse. hoc uero p
quodlibet annoruʒ centennariū esse: quasi hec
uite humane sit meta: ut anime decuplam iniu
rie redderent pensionē. Itaqʒ siqui cedis mul
toruʒ causa fuerint/ciuitatesqʒ ⁊ exercit⁹ pro
diderint/uel homies in seruitutē impegerint/
alicuius alterius flagitii ⁊ sterilis conscii fue
rint in his omnibus p quolibet facinore penas
decuplas penderent. Atque iterum siqui bene
ficia fuerint aliqua largiti: iustitiamqʒ ⁊ pie
tatem coluerint/eadeʒ pensione premia repor
tarent. De his uero q statim ac nati sunt decel
sere/aut breue tempus uixerunt/quedam pa
rum digna memoria recensebat. Erga deos
autem ⁊ parentes pios ul impios ⁊ homicidas
qui cede manus proprias polluerunt/maiorib⁹
⁊ premiis ⁊ penis affectos eē narrabat. Inqt
eñʒ se interfuisse/ubi aliū interrogauit quispiā/
Ubi nam ardieus magnus esset. hic autē in qua
dam pamphylie ciuitate tyrann⁹ fuerat: annis
iam mille tempore ex illo peractis. Qui seneʒ
patrem ⁊ maiorem natu fratrem occiderat:
aliaqʒ plura impia scelera perpetrauerat. In
terrogatumqʒ illum asseruit respondisse. Nō
uenit ardieus/neqʒ ueniet. O dirum specta
culum. Dum enim egressuri hiatum peterem⁹:
cetera omnia perpessi/illum protinus uidimus
aliosqʒ cum eo/omnes ferme tyrannos: inter
quos ⁊ priuatos nōnullos/qui magna scelera

perpetrauerant: quos ascensuros se propemo
dum confidentes hiatus ille minime permitte
bat. sed horride mugiebat quotiens aliquis eo
rum qui uel insanabiles essent/uel nondum pur
gati egredi niteretur. Aderant igitur illic fe
roces quidam uiri aspectu ignei: qui cum mugi
tum subito perpendissent/hos seorsum rapie
bant/ardieum scilicet eiusqʒ persimiles: mani
busqʒ ⁊ pedibus ⁊ ceruice deuinctis/prosterne
bant eos excarnificabantqʒ: ⁊ secus uiam quan
dam ad exteriorem partem raptatos/tribulis
lacerabant: pretereuntibus indicantes/quam
illi ob causam talia paterētur: quodue proiiciē
di in tartarum deferrentur. Ubi cum multa ua
riaqʒ eos terrerent/hic pauor uehementissi
me uexabat: cū in ascēsu mugit⁹ excitabatur:
quo silente quisque libētissime ascēderet uideba
tur: ac penas quidem ⁊ supplicia huiusmodi re
censebat: atqʒ uice uersa eiuscemōi beneficia.

Cum uero anime ille in superioribus cōme
morate in prato dies septeʒ requieuerint opor
tere eas dicebat octauo surgentes die illinc re
cedere: ⁊ quarto demum die ad locum aliqueʒ
peruenire. Unde superne per totū celum atqʒ
terram extensum uideatur lumen/tanquam co
lumna erectum iris simillimū/clarius tamen ac
puri⁹. In id diurno itinere pcessisse: uidisseqʒ
ibi in medio lumine extrema celestium ligami
num ex celo extensa. Esse enim lumen istud ce
li uinculum: quem admodum triremium subcin
ture. Atque ita circumferentiam omnem esse
contentam. Ex apicibus uero suspensum neces
sitatis dee fusum: per quē omnes circuitus per
agantur. Cuius hasta qdeʒ ⁊ cuspis ex adaman
te. Uertigium uero ex hoc aliisque generibus
mixtum: Cuius natura huiusmodi sit/secundū
figuram quidem qualis apud nos cernitur. Ani
maduertenduʒ tamen ex illius sermone/pinde
se habere ac si in uno quodaʒ amplo cōcauoqʒ
uertigio ⁊ per totuʒ sculpto/minus aliud simi
leqʒ insertuʒ iaceat: ita congruens/ut plerūqʒ
cadi/qui inuicē inseruntur: atqʒ ita tertium ⁊
quartum: ⁊ alia quatuor: octo enim illa uerti
gia esse/insertos inuicem circulos/labia supne
ostendentia. dorsum uero unius uertigii conti
nuum circa hastam efficientia. Hastam uero
illam per medium octauum/perqʒ totum esse
transiectam. Primum igitur extimumqʒ uerti
gium labii circulum habere latissimum. Sexti
autem secundum: Tertium quarti: Quartum
octaui: Quintū septimi. Quinti sextuʒ. Ter
tii septimum. Octauum uero secundi. Primi
item atque maximi circulum uarium esse. Se
ptimi lucidissimum. Octaui autem uertigii cir
culum/colorem a septimo irradiāte suscipere.
Secundi uero ac quinti similes inuiceʒ illis ali
quantulo flauiores. Tertiuʒ sane colorem can
didissimum possidere. Quartum/subrubeum.
Secunduʒ uero sextum albedine superare. Ac
fusum quidem totum uolutiōe simili circumfer
ri. Cum uero totum uoluatur/septem interio
res circulos motu totius contrario tardius cir
cumuerti. Ex his plane octauū motu rapidissi
mo agitari. Secundos uero alterum alteri con
sequenter: septimum/sextum ⁊ quintum: Ta
li uero tertium motu ferri/ut quartum circum
uoluere uideatur. Quartum autem tertium/
⁊ quintum secundum. Fusum uero in necessita
tis genib⁹ circumuerti. Superne preterea cui
libet circulo herere syrenem cum globo una
delatam/uocem unam tonum unum uidelicet
emittentem. Unam tamē harmoniam ex omni
bus octo concinere. Alias autem tres necessi
tatis filias equali inuicem interuallo i throno
sedere. parcas uestibus albis/capite coronato:
Lachesim: Clothon: Atropon. Que ad syre
nem harmoniam canant. Lachesis quidem pre
terita. Presentia clotho. Atropos uero futu
ra. Et clothon quideʒ cū matre simul intermis
sione quadam temporis/dextra manu tangen
tem fusi extimā circumferentiā uertere. Atro
pon uero sinistra iterum interiores similiter.
Lachesiʒ deniqʒ uicissim utraqʒ manu utrimqʒ
tangere. Illuc animas ergo cum uenerint/
statim oportere ad lachesim accedere: Ubi illi
co propheta aliquis primum singulas disponit
in ordinem. Postea cum ex genib⁹ lachesis sor
tes ⁊ uitarū exempla susceperit/aliquod subli
me tribunal ascēdēs sic fatur. Necessitatis
filie ipsius uirginis lachesis preconium hoc.

o aie diurne/circuit⁹ alteri⁹ initiū/mortalis ac mortiferi gen̄ris/ñ uos dēmō sortietur sꝫ uos dēmōem poti⁹ eligetis. Qui uō prior sortēz ce perit/prior eligat uitam: Cui necessario inhe rebit. Uirtus autē inuiolabilis ac libera. Quā prout honorabit quis aut negliget ita plus aut minus ex ea denique possidebit. Eligentis quidem culpa est omnis. Deus autem extra cul pam. Hec fatus/sortes sup omnes fundit: ex quibus quilibet eam rapit/que super ipsum ceciderit. Neque licet cuipiam quotus ordine sit agnoscere/nisi cū ceperit. Tunc enim dum taxat quotus sit/sortitus intelligit. Post hec item exempla uitarum coram ipsis in pauimen to disponit/multo plura q̄ꝫ que hic ad presens apparent. Esse uero hominum atque omnium animalium uitas omniformes asseruit. Tyran nides enim in illis extare: partim perpetuas/ partim ad tempus: q̄ medio in spatio corruāt/ in paupertatem delapse exiliū ⁊ inopiam. Ex tare ⁊ preclarorum uirorum uitas/partim spe cie/decore/uiribus/certaminibusque prestan tium: partim maiorum generositate nobiliuꝫ. Ignobiliumqꝫ rursus uirorum uitas similiter. Et mulierum eodem modo. Anime uero ordi nem ⁊ conditionem nō inesse/eo quod necesse sit ut aliam uitam eligens conditionis alterius efficiatur. Cetera uero inuicem/partim diui tiis ⁊ paupertatibus esse cōmixta: partim mor bis uel sanitate: partim istoruꝫ medium obtine re. Ubi profecto/o/glauco omne hominis con sistit periculum. Quamobreꝫ omni studio dan da opera est: ut quisque nostrum obmissis cete ris disciplinis/hanc querat/assequaturqꝫ pro uiribus disciplinam: per quam ⁊ possit ⁊ sciat uitam bonam a mala discernere: ⁊ quoad fieri potest ex omnibus eligere meliorem: Animad uertens q̄ nūc diximus omnia/quid coniuncta inuicem uel disiuncta ad uirtutem uite condu cant: Necnon intelligat/quid pulchritudo cū paupertate uel diuitiis iuncta: ⁊ quali cum ha bitu anime/malum operatur uel bonum. Quid ue nobilitas uel ignobilitas. Uita priuata ⁊ im periuꝫ: Robur ⁊ imbecillitas: Uelox ingeniū ⁊ tardum: ceteraqꝫ huiusmōi que natura circa

animam sunt/⁊ que acquiruntur/inuiceꝫ copu lata faciunt. Ut ex his omnibus singulorum na tura ualeat ad anime naturaꝫ respiciens melio rem uitam a deteriori discernere/deteriorem eam appellans que iniustiorem animam efficit. Potiorem autem/que iustioreꝫ. Reliqua uero contemnat. Uidimus enim ⁊ uiuēti ⁊ mortuo electionem hanc optimam eē. Cum hac igitur opinione instar adamātis firma atqꝫ rata opor tet ad inferos proficisci/ne quis illic diuitias malaque huiusmodi ammiretur: neue in tyran nides ⁊ alias huiusmodi actiones incidens mul ta ⁊ insanabilia scelera perpetret: ipseqꝫ rur sus deteriora ppetiatur. Immo uero sciat me diam semper istorum omnium missis extremis uitam eligere: ⁊ in hac uita ⁊ in futura. Ita enim quisque fit beatissimus. Enimuero q̄ tūc rediit illinc nuncius/significauit dixisse pphe tam: quod etiam ultimo cum prudentia eligen ti uita occurrit expetenda: non mala studiose uiuenti: ne uel primus eligat negligenter/uel nouissimus propter hoc doleat atque torpeat: Cum hec dixisset/illum qui primo sortem acce perat/inquit illico properantem tyrannidem maximam elegisse: ac propter inscitiam auidi tateqꝫ haud sufficiēter singula pri⁹ examiasse: ⁊ iccirco latuisse illum/quod ea in uita fato de cretum erat/ut filios suos ederet/aliaqꝫ mala plurima sustineret. Postquaꝫ uero per ocium electam uitaꝫ considerasset/eiulasse illum/ele ctionem noxiam deplorantem: neque seruan tem que propheta predixerat: neque seipsum tanquam malorum causam criminantem: sed fortunam demonesqꝫ ⁊ reliqua omnia potius q̄ꝫ seipsum. Fuisse uero illum ex his qui de celo descenderant: qui sane in superiori uita/in ci uitate aliqua moderata uixerat: uirtutemqꝫ usu quodam absque philosophie studiis exercu erat. Neque pauciores ex his/qui ex al to cadunt q̄ꝫ ex aliis utpote malorum ignaros decipi eligendo. Eoruꝫ uero qui ex terra uene runt/plurimos quia ⁊ ipsi calamitatibus labo rauerint ⁊ laborantes alios uiderint/haud te mere uitam eligere. Quam ob causam/ac etiā propter sortis fortunā bonorum malorumqꝫ

multis animis mutationem cōtingere. Porro si quis semper cum in hanc uitam uenerit/since re philosophetur/neque electionis sors ultima sibi contingat/ex his que illinc nunciantur ap paret eum nō hic solum felicem fore: sed ⁊ pro fectionem hinc illuc/regressionemqꝫ huc iterū haud sane terrenam ⁊ asperam agere/sed leneꝫ atque celestem. Hoc quoque consideratione di gnum spectaculum eē dicebat/quomodo singu le aie uitas singulas eligebāt. Miserabile qppe istud/ridiculum/uisuqꝫ mirabile. Electionem uero secundum uite prioris consuetudinem ut plurimum fieri. Animam eniꝫ inquit/que olim orphei fuerat uidisse/cygni uitam/odio mulie bris generis eligentem: nolentem uidelicet ex mulieribus a quib⁹ occisus fuerat/nasci. Tha myris uero philomene: cygnum etiam conspe xisse ad humane uite electionem conuersum. Aliaqꝫ musica animalia/ut consentaneum est/ similiter: Aliquaꝫ uero ex sortibus/leonis ele gisse uitaꝫ: hanc uero aiacis telamonii fuisse di cebat/fieri hominem fugientem/dum armoruꝫ iudicium olim datum mente reuolueret. Post hūc Agamēnonis animā ppter erumnas/odio humani generis uitam aquile asciuisse. Atalan tes autem animaꝫ cui media quedam sors conti gerat/intuitaꝫ dixit q̄ꝫ maximis honoribus uir certator afficiatur/continere se non potuisse quin uitam certatoris eligeret. Animā deinde Eppanopeensis ad artificiose mulieris naturaꝫ protinus aduentasse. Longe uero inter nouissi mas ridiculosi thersitis animā simiaꝫ induisse. Casu uero/ulixis anime sortem ultimam conti gisse. Quo circa ⁊ ad eligēdū ultimā aduenisse dicebat. Preteritorū auteꝫ laboruꝫ memoria/ ab ambitione cessanteꝫ/diuqꝫ prius q̄ꝫ eligeret circumeuntem quesisse priuati hominis mini meqꝫ curiosi uitam. Eamqꝫ uix tandem alicu bi iacentem ⁊ neglectaꝫ ab aliis repperisse: di xisseqꝫ nō aliam se uitam electuram fuisse/etiā si sortem primam nacta esset. Quare uitam il lam libenter fuisse complexam. Ex feris item aliis in homines transire animas asserebat ⁊ in uiceꝫ commutari. Iniustas quidē in feras agre stes: Iustas auteꝫ mansuetorum animalium ui

tam capessere: atque omnes hunc in modum cō fici mixtiōes. Cum uitas/omnes anime grada tim ut sors dederat/elegissent/longo illas or dine ad lachesim uidit accedere. Lachesim ue ro cuique demoneꝫ quem ceperat queqꝫ/ipsius uite custodem prescribere: electorumqꝫ operū exsecutorem. Demonem hunc in primis ad clo thon animam ducere: ⁊ sub illius manu reuolu tioneqꝫ ⁊ uertigine fusi/approbare quam sorti ta fortunam elegerat. Cum uero ipsam tetige rit/statim ad atropi filationem ducere/immu tabilia stamina facientem. Illinc postea ppere necessitatis thronuꝫ adire: per quem cum tran sierint omnes/sub uehementi calore ⁊ estu in campum lethenm proficisci/arboribus ⁊ omni bus quecunque terra nascuntur/penitus desti tutum. Recumbere igitur ipsas aduentāte no cte iuxta amelitaꝫ flumen asseruit: cuius aquā uas nullum contineat. Atque ipsius aque bibe re aliquantum cuique necessarium. Eos autem qui prudentiam ducem non habent/ultra q̄ꝫ de ceat bibere. Semper uero bibentem omnium obliuisci. Cum uero ad mediam noctem dormis sent/subito tonitru ⁊ terremotu excitos repē te alium alio sursum ad generationem consur rexisse stellarum instar prosilientes. Se uero flumine ex illo potare prohibitum fuisse nar rabat. Quomodo autem in corpus redierit/ ignorare. Sed subito i diluculo circumspicien tem ait se ipsum pyra impositum conspexisse. Atque ita/o/glauco seruata ē fabula: neqꝫ pe riit: Nosqꝫ seruabit pariter/si ipsi parebim⁹: ⁊ lethenm. i. obliuionis fluuium bene transibi mus: nullaqꝫ macula animam inficiemus. Quā ob rē si meis sermonib⁹ obtempabim⁹: imorta leꝫ fore aiaꝫ arbitrātes/taleqꝫ ut ⁊ mala possit ⁊ bona oia sustinere: uiaꝫ semp ad supiora du centē sequemur: Iustitiāqꝫ cuꝫ prudētia omni rōne colem⁹. Ut ⁊ nobis ipsi sim⁹/⁊ diis/ami ci: dum hāc ducim⁹ uitā/⁊ postq̄ꝫ uirtutis pre mia reportauerimus tanquaꝫ potiti uictoria ⁊ triūphis/⁊ hic ⁊ i millenario annoꝝ itinere: qō enarrauimus/nos feliciter habeamus.

Rei. p. Platonis finis.

Compendium Marsilii ficini in Timeum. Et primum de Subiecto libri.

Quemadmodum in parmenide cūcta diuinoꝝ genera prouiribus cō prehendit: sic oīa in Timeo ꝯplectitur naturalia / ⁊ utrobiqꝫ plurimum pythagoricus est / sub psona pythagorica disputans: Atqꝫ ī Parmenide qdeꝫ / parmenidē ⁊ Zenonē eleates pythagoricos: q̄ ō diuinis scripserāt imitatur: In timeo aūt / Timeum locruꝫ pythagoricuꝫ: q librūꝫ ō uniuersi natura cōposuit / sequitur: Ita tamen ut bis non eloquētiam solum adiungat: sed mysteria. Quoniam uero diuina quidem naturalium pricipia ⁊ exēplaria sunt / naturalia uero diuinoꝝ effectus atqꝫ imagines / iccirco ⁊ in Parmenide dum de diuinis agit / interim descēdit ad naturalia / ⁊ in Timeo naturam tractans / surgit sepius in diuina. Neqꝫ iniuria diuinitateꝫ simul naturāqꝫ copulat. Natura. n. diuinitatis ē instrumētū. Atqꝫ ita uel ō naturalibus agit diaine / quemamodum. Aristoteles uel de diuinis naturaliter agit. Interserit quoqꝫ mathematica tanqꝫ utroꝝūqꝫ media / diuinoꝝ. s. atqꝫ naturalium. Que uidelicet / per numeros quidem diuina / permensuras uero significent naturalia. Sit ergo huius libri subiectum ipsa uniuersi natura. i. seminaria quedam ⁊ uiuifica uirtus toti infusa mundo / anime quidem mūdane / subdita / materie uero presidens / eudemqꝫ ordine singula pariens / quo ⁊ anima ipsa ꝯcepit tā diuinā suspiciens mētem / q̄ꝫ appetēs bonum.

De ordine libri ⁊ partibus eius.

Patebit aūt / naturaꝫ uniuersi ipsumqꝫ uniuersuꝫ nō ex se qdem ꝯsistere / sꝫ ex supiori diuinaqꝫ causa dependere. Patebit insup quot in gradus natura distribuatur / celestes elementales / simplices compositos / rationales / ratione carentes. Patebit totaꝫ sub luna generationem ad animal rationale quasi finem dominumqꝫ referri. Multa preterea de hoc ipso animali tum ad animam tum ad corpus spectantia tractabuntur. Multa quoqꝫ de rebus que a natura infra rationale animal componuntur. Et ut sūmatim dicam / de triplici mundo tractabitur silicet. de diuino celestiqꝫ ⁊ humano. Ostendetur quoqꝫ omnium que in mundo componūtur ipsiusqꝫ mundi / duo qdeꝫ precipua intrinsecus elementa esse. s. materiam atqꝫ formā: tria uero extrinsecus esse principia. s. efficienteꝫ mūdi causam ⁊ exemplarem atqꝫ finalem. ⁊ efficientem quidem esse diuinam potentiam ⁊ intelligentiam atqꝫ uoluntatem. exemplarem uero ideas intelligentia diuina conceptas. finalē deniqꝫ bonum.

De introductione ad dialogum.

Eteꝝ ut ad ipsam dispositionem dialogi ueniamus / Plato quiqꝫ ꝯtinuos disputationibus destinauerat dies: in primo qdeꝫ Socrates ī pyreo una cum polemarco / glaucone / Adimanto / Trasimaco Sophista de re. pu. disputauit Secundo uero die ī urbe recensuit eadē Timeo ⁊ critie atqꝫ Hermocrati / ⁊ quarto cuidā absqꝫ nomine peregrino forsan timei comiti. Tertio die hoꝝ epilogum faciunt. Quo quasi exhordio mox facto Timeꝰ disputat de natura / presentibus tribꝰ Socrate / Critia / Hermocrate / Quartus. n. q absqꝫ nomīe secūde interfuit narrationi / iam abest a tertia. nō eiꝫ cuiuslibet ē / secretioribꝰ īteresse. Quarto āt die orōneꝫ habuit Critias Quintus deniqꝫ nōdum dies illuxit. Commode admoduꝫ post diuine apud homines rei publice tum disposioneꝫ tum epilogū ad celestē rem publicam huius exemplar. in Timeo accessit ab ipso deo compositam. Deinde ad mundi generisqꝫ humani antiquitatem / ⁊ res miras a ueteribus strenue gestas.

Allegoria historie que narratur in prologo.

Narrat autē inter dialogi huiꝰ exhordia historiā de bello quondam inter athenienses atlanticosqꝫ commisso. Hanc utiqꝫ Crantor tempore primus Platonis interpres nudaꝫ absqꝫ allegoria historiaꝫ accipit. Quidā uero cōtra / tanqꝫ solā allegoriā. Sꝫ hos redarguunt ꝓbatissimi quiqꝫ platonicoꝝ affirmātes qdeꝫ historiā: qꝛ plato dixerit: Sermo futurus est ualde mirabilis / sꝫ oīo uerus. Sensum preterea Platoni nihil usqꝫ temere molienti allegoricum existimant adhibendum. Bellum igitur

illud inteꝛ athenięses atqꝫ atlanticos imaginꝫ
pre se ferre putāt oppositionuꝫ que in uniuerso
sunt oiuꝫ. Bellum eiꝫ. i. oppositionē apō hera
clitum eē oiuꝫ prēꝫ. Amelius qdeꝫ oppositionē
adducit iter firmamētū atꝫ planetas: presertiꝫ
qm̄ in critia dicitur atlanticā insulā i septeꝫ cir
culos fuisse diuisaꝫ. Origenes uero oppositiōeꝫ
supioꝝ demonū ad iferiores atꝫ uictoriā: illis
potētia / his numero excedentibꝰ. Numenius
āt dissensionē excellētiuꝫ aiaꝝ sequentiū palla
dem aduersus alias aias / gn̄ationē sub neptūno
sequētes. Porphyrius pugnā inter dmones de
ducētes i gn̄atiōeꝫ / ⁊ aias ad supa ↄtendētes di
stinguit tripliciter demones / alios eē diuinos /
alios eē scdꝫ habitudinē quandā: quoꝝ numeꝝ
pticulares impleāt aie sortē nacte demonicā /
alios eē malos ⁊ noxios aiabꝰ / hos igitur demo
nes ifimos ↄflictare cū aiabꝰ i ascensu semp atꝫ
descensu: presertiꝫ occidētales demones. nam
eaꝫ ab egyptiis plagā noxiis accōmodari demo
nibus. Proinde iamblicus / syrianꝰ / pculus his
addunt oppositionē ipsaꝫ i uniuersis uigentem
ppetuo / inter unū ⁊ multitudinē: terminuꝫ ⁊
infinitatē: ideꝫ ⁊ alteꝝ: statū et motū: ex qbꝰ
sub primo oia ↄponūtur. Item ens aut p se aut
nō p se. Rursus eēntia uel icorporea uel corpo
rea: ⁊ icorporea qdē uel nō declinat ad corpa /
ul' declinat. Corpea uero ul' nō caduca ut cele
stis: ul' caduca ut elemētalis. Deniqꝫ i celo qdē
oppositi iter se motꝰ / ⁊ diuerse uirtutes. Sub
celo āt repugnātes iter se q̄litates / summatim
uero hoꝝ oiuꝫ discrepātia p antiquuꝫ illud bel
luꝫ significatur: ⁊ ubiqꝫ supiora prestātioraqꝫ
p athenienses / alia p occidētales significātur.
Eiusmodi uero allegoria disputationi timei nō
mediocriter conuenit. Confirmatur etiaꝫ per
ea que in critiam commentamur.

Casus phetontis / diluuia / incendia / Minerue descriptio.

b Ic iterum te admoneo / ut memineris
nouem annoruꝫ milia ab Eudoxo milia
mensium computari. Item phetonttem solis fi
lium fulminatum excussisse terram significare
apud quosdam uastam cometam natura solarē /
tandem dissolutam intollerabiles estus conci
tauisse. Forte etiam incendia que narrat moy
ses missa diuinitus. Ubi uero ad diluuia perue
nit / memento ignem quidem omniuꝫ efficacissi
mum esse: aquam uero efficaciorem esse terra /
⁊ patibilem minus aere. Item ignem diuidere
potenter atque penetrare: aquam undique ual
de percutere. Ideo per duo hec elementa ua
stiores calamitates accidere. Adde ⁊ finalem
causam / quia uidelicet per exitium factum ab
his duobus sequitur maius bonum / idest fecun
dior rerum regeneratio / q̄ꝫ per aeris pestes ter
reqꝫ hiatus: ideo prouidentiam ad amplissimuꝫ
exitium his duobus precipue uti. Cui sic rote
celestes inde recte obtemperāt: ut quibus tem
porum interuallis exitium immo reformatio
nem fore deus instituit / iisdem planete omnes
ad astra uel ignea uel aquea stellis quoque fixis
ad ideꝫ conducentibus rite concurrant. Memi
neris preterea neptunnum quideꝫ prouidentiā
naturalem / palladem uero prouidentiam intel
lectualem significare. atque hanc ipsam palla
dem a platonicis describi / diuinitatem sapiēter
simul atque potenter / tum celestia exornan
tem / tum que sub celo fiunt edificanteꝫ. Inter
astra arieti precipue presidēteꝫ ⁊ equinoctialis
circuli duceꝫ: ubi potissimuꝫ uigere putāt / mo
tricem uniuersi uirtutē. Mādabis memorie an
reuꝫ epigrāma: qd̄ pculus i egyptioꝝ historiis
legit Minerue tēplis iscriptū. Ego suꝫ q̄ sunt:
que erūt / ⁊ q̄ fuerūt. Uelum meū reuelauit ne
mo. Queꝫ ego fructū peperi / sol ē natus.

Precepta de uotis ⁊ precibus electissima.

n Si uero plato ad deum peruenit suppli
citer adorādū: audi porphyriū diuinas
supplicatōes ita pbātē. Cū deꝰ nobis puidat /
ac res nostre possint aliter se hēre / certe preꝝ
nostraꝝ usu utiliteꝛ adoramꝰ / uꝫ si boni simꝰ:
sic eiꝫ utpote similes facti deo ppiꝰ cōiūgemur
In qua qdeꝫ ↄiūctiōe adoratiōis uis tota consi
stit. Nempe cū dei filii simꝰ / sꝫ ab eo quasi i exi
lio ⁊ carcere segregati / suppliciter adorare de
cet / quo hinc liberati reuertamur ad patrem.
Alioquin similes eoꝝ erimꝰ / q parētuꝫ patroci
nio sunt orbati. Profecto cum uniuersi ptes si
mus / uniuerso pculdubio indigemus. Ipsa. n.
ad totū ↄuersio ptibꝰ saluteꝫ prestat. Sine igi
tur uirtutē sectaris adorādꝰ ē tibi q totā uirtu
tem ↄtinet. Ipsuꝫ nāqꝫ eē bonū / cā erit ⁊ tibi
eius qd̄ tibi expedit boni / siue corporeuꝫ optas
bonū / extat i uniuerso uirtꝰ oia ↄtinēs corpa.
Inde igitur puenire necesse ē / ptibꝰ qbuscūqꝫ
saluteꝫ. Cōptum uero hēmus excellentissimos
quosqꝫ apd oēs gētes sapiētia uiros diuinis po
tissimū uotis icubuisse precipue indoꝝ brachma
nas. psaꝝ magos / grecoꝝ theologos. Caldeos
aūt / ⁊ aliud qddā adorauisse. Ipsaꝫ. n. supoꝝ
uirtuteꝫ appellātes deū uno hoc nomie uenerati
sunt. Hec porphyrius. Post hūc discipulū eiꝰ
diuinū Iāblicū audiamꝰ hac i re i primis a pcu
lo ↄprobatū. Oia ex deo ita sunt / ut nusqꝫ uel
minima q̄qꝫ deserātur a deo. Ubiqꝫ. n. diuina
uiget unitas / p quā res q̄qꝫ ↄsistunt: ac ppetuo
quodā itimoqꝫ circulo ad deū ipsū a quo ⁊ i quo
sūt / mirabiliter reuoluūtur / Alioqni nihilū re
pēte pruerent. Ab unitate diuina oia pdeūt /
pdeuntiaqꝫ unitatē q̄ꝫdā ipsis ipressam retinēt
diuine unitatis imaginē: qua ⁊ reuocātur i illā
⁊ reuocata pficiuntur. Hec ipsa aias rapit ad
uota / qbus unio cuꝫ deo nobis penitꝰ ipleatur.
Qd̄ si natura ex deo manās quasdā rebꝰ qbusdā
ↄuenientes cū supis pprietates inseruit / p quas
quodāmō ad supos sese uertāt / ceu ad soleꝫ sola
ria / ad lunā uero lunaria / multo magis aiaꝝ pa
ter rapientes ad se uires eis ipressit. Que qdeꝫ
i primis i diuina q̄daꝫ unitate itellectu supiore
necnō i ipsa itellectuali reflexiōe site uidētur.
Ipsam ūo nrāꝫ i deuꝫ restitutionē adoratio sup
plex hinc orta absolute ↄsumat diuinā i nos bn̄
ficētiā naturali trahēs ↄgruitate: copulās ado
etiam celi portio quelibet si forte ponatur i me
dio, repente ascendet in rectum, breuiori uideli
cet tramite patriam petitura: & tamen celi mo
tus proprius est circuitus. & terra si separetur
a centro, descendet: & tamen eius proprium est
quiescere. Profecto quelibet spera mobilis tam
elementalis quam celestis pro figura sua naturali
ter mouetur i orbem: sic loco suo plenius fruitu
ra. Motus autem rectus ubicunque est, non tam na
turalis est, quam reditus in naturam. Sicut uero
corpori circuitus conuenit, maxime conuenit
igni. Cum enim a terra distantissimus sit etiam per
naturam, sicut terra est semper imobilis, ita ille
semper est mobilis. Si semper mobilis, ergo in
orbem. Quod enim mouetur in rectum, pacto
spatio quod finitum est, finit & motum. Moue
ri uero i circulū tam ignem quam aerem, ostendit
circuitus cometarum. Circuitū quoque aque testa
tur influxus perpetuus & effluxus. Manere uero opor
tuit terram, ut in diuisibili & stabili centro fo
ret similior, eoque commodius frueretur. Moue
ri autem superiora ut uaria semper pro motionis ua
rietate producerent. Neque negent aliqui ce
lum esse calidum, sed negent potius esse urens.
Neque dicant solis lumen sola repercussiōe ca
lefacere, sed sola comburere. Nam lune radii
repercussi nihil calefaciunt: cum i ea uirtus aquea
dominetur. Calefaciunt autem solis radii salubri
ter pro ignea solis uiuificaque natura. Neque obi
ciant ex tardiori lune motu cōtingere, ne lune
radii calefaciāt. Nam & si ponitur eē tardior,

tamen tāto ꝓpinquior est q̃ʒ sol hominibus/ ut debeat si non tantum/ aliquantum tamen calefacere/ si repercussione dumtaxat proueniat calefactio. Neque adducant estum esse ignis proprium. Siquidē quo minus aliene miscetur materie/ minus urit. Sed dicant lumen ignis proprium. Quo eniʒ purius/ eo lucidius/ licet oculis quibusdaʒ non manifestius: ⁊ lucet longius q̃ʒ calefaciat/ ⁊ prius illuminat ⁊ momento: ⁊ calorem largitur calefacto post ignem ad tempus seruante calorē: lumē uero largitur nulli/ utpote sibi proprium. Siquideʒ abeunte igne/ simul abit ⁊ lumen.

De spiritu mundi. i. de intellectu et aia/ et intelligentia/ ⁊ natura.

Ostquam uero tractauit quemadmoduʒ deus corpus cōstruxit mundanum/ deinceps quemadmoduʒ mundanam aiaʒ tempauit/ aggreditur disputandum. Ostendit interea se ante oculos posuisse prius ⁊ informem molem q̃ʒ formatam: ⁊ mox formatā quodāmodo prius q̃ʒ animatam/ non quia uel informitas ante formationem fuerit: uel formatio corporalis ante aiaʒ: sed ut cognosceremus/ tam formabileʒ naturam formationis corporee gratia/ q̃ʒ corpoream formationeʒ gratia aie tanquaʒ finis/ esse diuinitus institutam. Volens itaqʒ deus opus perfectum facere/ uiuum ⁊ intellectualem effecit munduʒ: atque ut ex ipso spiritu ⁊ materia mundi cōmodius aial unuʒ cōnecteretur: materiam distinxit i quatuor/ ut diximꝰ/ elemēta/ quasi animalis huiꝰ humores: qr ⁊ spiritū eius in quatuor uoluerat esse distinctum. Quatuor enim ad mundi spiritum ptinent. Primum quidem intellectus in se manens imobilis spere motor siue rector ita regendis spis ab auctore rerum omnium institutus. Secundum spere aia/ motor mobilis quidem/ sʒ mobilis per se ipsuʒ. Tertium intelligentia quedam huic aie a deo ⁊ intellectu superiore diuinitus insita. Quartum natura. i. seminaria uitalisqʒ uirtꝰ ab aia passim infusa materie. Intellectus qdem ⁊ aia substantie sunt. Intelligentia uero atqʒ natura sunt qualitates. Illa qdem anime. hec uero materie/ Horꝫ quatuor imagines sunt quatuor elementa. Ignis eniʒ intellectuʒ refert. Terra naturam. Intelligētiā aer. Aqua denique aiaʒ. Et sicut igni tria ꝓpria sunt/ tria quoqʒ opposita terre/ mediisqʒ media quadāʒ ratione cōueniunt/ sic tria intellectui propria/ eorꝫ qʒ opposita propria sunt nature/ mediis quoqʒ media. Intellectus eiʒ indiuiduus est/ uniformis/ ⁊ ethernꝰ. Natura diuidua/ ⁊ multiformis/ ⁊ temporalis. Anima uero inter hec media per intelligentiam quidem magis intellectus ipsius particeps euadit q̃ʒ nature: p animaleʒ uero potentiam/ cum natura potius q̃ʒ cum intellectu consentit. Quamobreʒ partim indiuidua dicitur/ partim quoque diuidua. Item uniformis similiter ⁊ multiformis. Rursus etherna partim ⁊ temporalis. Proinde quatuor uite secundum quatruplicem mundi spirituʒ numerantur. Saturnia quidem uita in intellectu suspiciente patrem suum celum. i. deuʒ celi fabruʒ. Iouialis āt i intelligentia ad actionē iam mobilem declinante. Venerea in aiali uirtute iam amāte materiaʒ. Dionysiaca i natura quasi ebria. i. immersa materie. Preterea sensus simili ratione quatuor i uniuerso cōnumerātur. Primꝰ utiqʒ sensus i aia mūdi: cōis inqʒ sensus ⁊ unus. i. imaginaria quedā uirtus itelligētiā eius cōnutās/ ⁊ formas rerꝫ pticulares attingēs/ ut illa uniuersales: attingēs inqʒ itrinsecꝰ: ideoqʒ nullis indiget instrumentis: neque extra procedit usqʒ neque patitur. Secundus uero sensus in animabus sperarum est atque stellaruʒ/ cōmunius certe impatibilisqʒ similiter: sed extra ꝓcedens. Tertius in particularibus animabꝰ/ ultra uim cōmuneʒ/ iam per instrumenta singula distributus: ⁊ extra se porrigens/ atque a passione exoriens: sed desinens in iudicium. Quartum denique sensum pythagorici concedunt plantis: imo sensus simulacrum/ ⁊ id quidem stupidum/ nullum iam habens iudicium qualitatis: sed in sola positum passiōe/ uoluptatis cuiusdam atqʒ doloris. Sensus primus intellectum representat Secundus intelligentiaʒ. Tertius uim animalem. Quartus deniqʒ naturalē. Meminisse uero oportet ipsam mundi materiam neque aliter suscipe animam q̃ʒ p naturam: neque aliter

intelligentiam q̃ʒ per animaʒ. neqʒ aliter intellectum q̃ʒ p intelligentiaʒ. Quēadmodum per terram accipit aquā. per hanc aerem. per hunc ⁊ ignem. Ceterum quod deinceps his simile sequitur/ animaduerte. Ait. n. deus animam in medio posuit. eamqʒ inde extendit p totuʒ: ac demum per ipsam extrinseca mundi protexit. Primo quideʒ significat animaʒ/ ⁊ implere totam mundi moleʒ/ aliis. s. uirtutibꝰ alias mundi partes moderātem. ⁊ suprema sui circa mundum uirtute. i. intellēctuali prouidentia mundum exsuperare. Quod āt uirtꝰ aie ab ipso medio porrigatur p uniuersum bis p quatuor gradus exponitur. Primo quidem a media terra passim uirtutē cōnectendi protendit/ a media aqua diffundit uim uitalem: ab aere similiter sensualem: ab igne rationaleʒ. Deinde a media mundi spera uim ut diximus cōnectendi: a spera lune generabiliū ingenerabiliūqʒ media uim uitalē: a sole mundi corde sensualeʒ: a ꝫodiaco medio firmamēti rationalē. Cum uero duplex sit ad deum ordo rerum: alter quo ab eo procedunt: alter quo procedentes conuertuntur ad ipsum/ Plato processionis ordineʒ secutus ē: ubi ait. Deus intellectum in anima/ animam locauit in corpore. Conuersionis quoque ordinem cogitans ait. Deus animam in medio positam/ protendit eam inde per totum: ⁊ interim aliqd eius eduxit extra munduʒ: quo uidelicet dum ꝓuideret mundo/ cōuerteretur ad deum.

De compositione anime: ⁊ quod per quinariuʒ in ea componenda oportune proceditur.

Voniam multa que ptinent ad sperarum aīas/ mētes/ motiōes/ compositionē aie/ in theologia planius exposuimus/ iccirco i illis exponēdis hic ⁊ fuimꝰ et erimꝰ breuiores. Nā ad nōnulla magis propria iam ꝓperamꝰ. Principio quinarium numerum cōpositioni partitioniqʒ anime conuenire tribus de causis arbitramur. Prima/ quia sicut quinarius ex primo pari primoqʒ impari cōstat/ sic anima ex diuidua indiuiduaqʒ natura. Scis āt parem numerum appellari diuiduum: imparē uero indiuisibilē: qm in partes equales diuidi nequit. Secunda/ quoniam genera etiā quibus a deo cōponuntur omnia/ per quinque distribuuntur. Sunt enim essentia/ idem/ alterum/ status/ motus. Animā uero uelut omnium mediam precipua quadam ratione ex ipsis quinque omnium generibus cōpositam arbitrantur. Tertia/ quia cum anima sit medium uniuersi/ naturaliter quinarium suscipit. uniuersi numeri mediū. Est enim quinarius perfectuʒ denarii mediuʒ. Nam cum quinquies rite denariuʒ diuidamꝰ/ medium est eque distans i qualibet diuisione quinarius. Primo quidem si decem/ in noueʒ diuiseris atqʒ unuʒ: uidebis quinarium inter unum nouemqʒ esse medium pariter utrinque distans. Si secundo in octo atque duo partiri decem uolueris/ rursus quinariū equale inter hec medium reportabis. Si tertio in septeʒ atque tria/ uel quarto i sex ⁊ quatuor/ iterum medium uerum accipies inter extrema quinarium. mediuʒ ubiqʒ dicimus arithmeticum. Qđ autem quinto decem partitus in quinque atqʒ quinque/ medium quinariū habeas/ dictu superuacuum est. Quasobres plato in distributiōe uniuersi tum corporis/ ut ita dixerim/ animabilis tum animi: quinqʒ potissimum capita adducit in mediuʒ. Nam utrobiqʒ primum agit de ipsa rei ipsius/ ut ita dixerim/ subsistentia atque fundamento siue corpis inqʒ siue anime. Secundo de partium utriusque cōcordia. Tertio de specie ex partiuʒ concordia resultāte. Quarto đ uirtutibus speciei. Quinto de actionibus/ que a uirtutibus oriuntur. Volunt uero platonici ad essentiam anime tria illa. s. subsistentiam/ concordiam/ speciem pertinere. p hec sequi uirtutem ⁊ actionem. Concordiam inquam. i. cōgruam contemperantiā/ ⁊ hanc quinariam. s. generum/ partium/ rationum/ uirium/ actionuʒ. Constat eniʒ anima ex illis rerum quinqʒ generibus: per que ⁊ partes eius proprie assignātur. Suscipit rursus a deo rerum omniuʒ rationes. Habet hinc uires multas propriasqʒ: per quas edit ⁊ actiones. Vbi uero animaʒ apellat cōcordiam uel cōcentum: memineris platonem i phedone quidem negare animā esse harmoniam. s. partiuʒ corporaliuʒ: ex ipsis cōfectam: in eisqʒ iacentem. In timeo autem affirmare aiaʒ harmoniā esse. s. partium cō i

ſuaꝝ / in ſe manẽtẽ : ⁊ ex ſe corpus ꝯtẽperãtẽ.
Preterea ubi ait. Cõpoſuit deꝰ ex idiuiſibili
ſẽpqꝫ eodẽ ſe mõ habente eẽntia / itẽqꝫ ex illa
que circa corpora fit diuiſibilis / mediam eſſen
tie ſpeciem. i. animam / expone hec per illa que
dicit alibi : fecit deus mundum uiuentem / ani
matum / intellectualem. Ubi enim dicit uiuen
tem / deſignat uitam quandam naturalem per
mundi corpora ſparſam / una cum corpore mun
di extenſam / mobiliterqꝫ agentem. Ubi uero
ait intellectualem / intelligit intellectus ange
licos / qui proprie regẽdis ſperis prefecti : ⁊ in
diuiſibiles ſunt ſecundum locum / ⁊ immutabi
les ſecundum tempus : oppoſito ſe modo haben
tes atque naturalis uita formaqꝫ corporea diui
ſibilis atque mutabilis. At ubi ait / animatum /
ſignificat ipſam anime mundane ſubſtantiam :
cuius eſſentia quidẽ ⁊ indiuiſibilis eſt ⁊ imuta
bilis / ut intellectus. dici tamẽ poteſt quodam
modo diuiſibilis atque mobilis : quia fons pro
prius eſt uirium quarundam ad diuiſibilia ⁊ mo
bilia declinantium. Uirtus autem actioqꝫ par
tim indiuidua ⁊ immobilis / quatenus congruit
cum diuinis / ⁊ ſtabiliter agit. partim uero ⁊ di
uiſibilis eſt quodãmodo / tum quia multiplex /
tum quia ad corpus multiplex diuiſumqꝫ decli
nat : ⁊ mobilis / quia temporaliter operatur.
hanc itaque animaꝫ apellat eſſentie ſpecieꝫ ter
tiaꝫ inter indiuidua eternaqꝫ ac rurſus diuidua
atque temporalia mediaꝫ. Quod auteꝫ ubi mun
dum d nominat intellectualem / ſignificare ue
lit intellectus angelicos / ex eo ꝓbatur : quod
mundi corpus ꝑ uitam paratur ad intellectuꝫ.
ergo quemadmodum ſe habet ad uitam / ſimili
ter ad intellectum. Itaque ſicut non ſolum ha
bet naturaleꝫ uitam in materia mundi iacentẽ /
ſed uitam etiam animalem. i. animam in ſe exi
ſtentem / ita non modo habet intellectualem
qualitateꝫ infuſam anime / uerum etiam intelle
ctualem ſubſtantiã in ſe ipſa manentem. Ubiqꝫ
enim qualitates certe ad certas ſubſtantias re
ducuntur : ut quemadmodum uitalis qualitas
ad uitalem ſubſtantiã : ita intellectualis quoqꝫ
qualitas ad intellectualem ſubſtantiam refera
tur. Componit autem animã quinque potiſſi
mum modis. Primum. ſ. ex ipſis quinqꝫ rerum
generibꝰ. Item ex numeris. Tertio ex concẽ
tibus numeroſis. Quarto ex initiis figuraꝝ.
Quinto ex principiis motionum / uidelicet ut
poſſidens methaphyſicoꝝ mathematicorumqꝫ
rationes ita cuncta cognoſcat. ſ. eſſentias / nu
meros / concentus / figurasqꝫ ⁊ motus. Item
quatenus anima diuinis cognata eſt : ex rerum
generibus que primo diuinis inſunt / dicit eſſe
compoſitam. Quatenus cognata eſt naturali
bus / miſcet eam figuris ⁊ motibus. Quatenus
auteꝫ inter utraqꝫ medium obtinet numeroſis
eam concentibus rationibusqꝫ contemperat.
Quinqꝫ uero illa. ſ. eſſentiam / idem / alteruꝫ /
ſtatum / motum genera rerum nominat : quõ ex
illis preter primum omnia componãtur. Eſſen
tia quidem manifeſte ſignificat rationeꝫ rei cu
iusqꝫ formalem : innuit quoque eſſe / tanquam
actum eſſentie proprium. Idem uero dicitur :
quoniam quodlibet ⁊ ſecum in primis / ⁊ cum
aliis congruit. Rurſus additur alterum : quia
quandam tum intra ſe ipſum / tum ad alia diffe
rentiam habet. preterea ſtatus. Quippe cum
aliquandiu ſuam quandam retineat unitatem.
denique motus hoc in loco exituꝫ quendam ex
potentia in actuꝫ / ſiue eſſendo / ſiue quomodoli
bet intrinſecꝰ extrinſecusue agẽdo ſignificat.
At ſuper hec quinque genera ponuntur tria :
terminus / infinitudo / mixtio. Super tria hec
ponitur ipſum unum. Eſſentia quidem diuinuꝫ
ipſum unum ſequitur. Idem uero ſtatusqꝫ ter
minum. Sed alterum atque motus infinitudi
nem comitatur. Denique ſicut ipſa mundi qua
tuor elementa per ſummum gradum locauimus
in celeſtibus : per medium ſub luna : per infimuꝫ
uero ſub terra : ſic genera quinque ſumma qua
dam ratione ponimus in diuinis. Media in ani
ma : infima uero ſub anima. In diuinis enim ⁊
unitas multitudinem ⁊ terminus infitudinem
ſuperat : ⁊ idem excedit alterum : ⁊ ſtatus pre
ualet motioni. In rebus auteꝫ inferioribus ani
ma contra fit : ⁊ que ibi ſuperabant / hic uiciſſiꝫ
iam ſuperantur. In anima potiſſimum equalis
euadit ſingulorum ad ſingula temperatio : ut
non immerito hanc precipue tum rerum mediã
tum muſicis rationibus temperatã eſſe uelint.
Congruunt anime mathematica : utraque eniꝫ

inter diuina ⁊ naturalia media iudicãtur. Con
gruunt muſici numeri anime plurimum. Mobi
les eniꝫ ſunt : proptereaqꝫ animaꝫ / que eſt prin
cipium motionis / rite ſignificant. Non ſolum
uero per numeros / ſed etiam per figuras deſcri
bitur anima : ut per numeros quidẽ incorporea
cogitetur : per figuras autem cognoſcatur ad
corpora naturaliter declinare. Cõuenit trian
gulus anime. Quia ſicut triangulus ab uno an
gulo in duos protenditur / ſic anima ab indiui
dua diuinaqꝫ ſubſtantia profluens / in naturam
corporis labitur penitus diuiſibilem : ac ſi cum
diuinis conferatur / diuiſa uidetur. Que enim
illa per unam ⁊ ſtabilem uirtutem agunt / atqꝫ
ſubito : hec per plures mutabileſqꝫ uires actio
neſqꝫ peragit / ac temporis interuallis. Sin ãt
cõferatur cum naturalibus / indiuiſa cenſetur.
Non enim alibi habet partes alias loco diſiun
ctas / ut illa : ſed etiam in qualibet totius parte
tota. neque omnia mobiliter temporeqꝫ perſe
quitur / ſicut illa : ſed non nihil etiam ſubito cõ
ſequitur : etherneqꝫ poſſidet. Licet in hoc inſu
per animam cum triangulo comparare : quod
triangulus prima figura eſt / earumqꝫ pluribus
conſtantes lineis producuntur in rectum. Ani
ma ſimiliter prima omnium in plures diſtribui
tur uires / que in ipſa intelligentie ſubigũtur :
ac produci uidetur in rectum / dum a diuinitate
labitur in naturam : in quo quidem deſcenſu ab
intelligentia ſumma in tres profluit uires infe
riores. i. in diſcurſum quendam rationalem / in
ſenſum / in uegetandi uirtuteꝫ. Quemadmodũ
⁊ triangulus a ſigno productus in tres deduci
tur angulos. Dico autem animam ex omnium
genere primaꝫ / ⁊ ex pluribus quodãmodo uiri
bus commiſceri : ⁊ in rectum / ut ita dixerim /
cadere. Mens eniꝫ angelica ſuper animam infe
rioribus intra ſe nullis indiget uiribus : ſed pu
ra mens eſt / totaqꝫ mens atque ſufficiens. Iteꝫ
ad inferiora non uergit / ſed in diuinitatem ſo
lam / unde eſt / circuli more cõuertitur. Ideoqꝫ
eius actio circulo comparatur. Una eniꝫ actio
eſt ⁊ equalis / ſicut ex una ⁊ equali linea circu
lus / ⁊ mira quedam utrinſque capacitas. Pre
terea circulus prima eſt ⁊ ultima figurarum.
Prima quidem / quia una circum contentus eſt
linea. Ultima / qꝛ figure ex pluribus lineis con
ſtitute / quo plures ſubeunt facies / eo propin
quius paulatim ad circuli formam quaſi finem
uidentur accedere. Similiter et intellectus
omnium primus ꝓcreatur a deo / ⁊ intellectua
lis uultus. i. abſolutus ordo rerum ultimꝰ oiuꝫ
in ſpeculo nature refulget. Ad queꝫ naturales
forme quaſi fineꝫ magis gradatim magiſqꝫ acce
dunt. Sed de intellectu alias. Nunc ad animã
reuertamur.

Cur anima rei compoſite comparatur. Cur cõ
ſonantie muſice.

t Ria potiſſimum de anima in preſentia
querimus. Primum / quam ob rem pla
to animam fingit rei compoſite ſimileꝫ / Secun
dum / quam ob cauſam rei concordia quadam cõ
poſite. Tertiuꝫ / cur conſonãtie muſice. Prin
cipio anima ⁊ ſi indiſſolubiliter compoſita eſt /
tamen tanta eſt multiplicitate compoſita / ut
naturali quadam inclinatione ad ea uergat que
ſunt omnino compoſita. Iccirco compoſitis /
quibus cum naturali quadam non dico conſan
guinitate / ſed affinitate cõſentit / quedã eo
ſimilis figuratur. Deinde qꝛ media reruꝫ ẽ / me
rito ⁊ ex omnibꝰ componitur / ⁊ concorditer
cuncta deuincit : ideoqꝫ cuidam uel concordie
uel cõcorditer compoſito comparatur. preſeꝫ
tim quoniam que ĩ natura inter ſe pugnant / ani
ma conciliat inuicem / conciliata connectit / cõ
nexa cõſeruat. Itaque non iniuria concordia
quedaꝫ ſubſtantialis / ſiue ſubſtantia maxime cõ
cors indiſſolubiliſqꝫ aĩa iudicatur. At cum illa
etiã que ceteris ſenſibus apprehẽdũtur / ſepiſſi
me cõcorditer ꝯpoſita ſint : querebatur tertio
cur plato concordie potiſſimum muſice ſimileꝫ
expreſſerit animam. Reſpondetur ad hec : mu
ſicam conſonantiam in elemento fieri omnium
medio : pqꝫ motum / ⁊ hĩc qdẽ orbicularẽ ad au
res ꝑuenire : ut nõ miꝝ ſit eã aĩe cõuenire tum
medie reꝝ / tum motionis principio ĩ circuituꝫ
reuolubili. Adde q̃ cõtẽtꝰ potiſſimũ ĩter illa
q̃ ſentiũtur quaſi animatus affectũ / ſenſuqꝫ co
gitationeꝫ aĩe ſiue canẽtis ſiue ſonãtis ꝑfert in
aĩos audiẽtes. Ideoqꝫ ĩ primis cũ aĩo cõgruit.

Preterea que ad uisum quidem spectāt / ⁊ si pu
ra quodāmodo sunt / tamen absqꝫ motionis effi
cacia ⁊ per imaginem solā absque rei natura se
pius apprehenduntur: ideo paruꝫ admoduꝫ mo
uere animos solent. Que uero ad olfatum / gu
stum / tactum / quasi ualde materialia potius in
strumenta sensuuꝫ titillant / q̄ꝫ animi intima pe
netrent. Concentus āt per aeream naturaꝫ in
motu positam mouet corpus: per purificatum
aerem / cōcitat spiritum aereum aīe corporisqꝫ
nodum: per affectum / afficit sensuꝫ simul ⁊ ani
mum: per signif cationem / agit in mentem. De
nique per ipsum subtilis aeris motuꝫ / penetrat
uehementer. per contēperationeꝫ lambit suaui
ter. per conformeꝫ qualitateꝫ mira quadam uo
luptate perfundit. ꝑ naturaꝫ tam spiritalem q̄ꝫ
materialeꝫ / totum simul rapit ⁊ sibi uendicat
hominē. Et ꝓfecto siquis tanta musaꝝ arte di
ligentiaqꝫ / concentus offerret auditui / quanta
nature artisue cura / uel sapores gustui / uł mol
lia tactui offerūtur / ꝓculdubio cognoscerem⁹
apollineꝫ multo magis animuꝫ rapere melodia
q̄ꝫ uel bachus uino gustuꝫ / uel uenus pruritu ta
ctum / soleat occupare. Accedit ad hec q̄ȯ ubi
plato mundi fabruꝫ inducit loquentē tum secuꝫ
ipso raciocinando / tum ad reliqua imperando /
eloquium ipsuꝫ quasi apollineum cantum appri
me musicū: origineꝫ mundani tam animi q̄ꝫ cor
poris esse putat: ⁊ aīaꝫ inde natā musica simili
ter rōne citharā pulsare celestē. Et ꝓfecto q̄ȯ
in celesti melodia est tum ex tardiori motu gra
uis tonus / tum ex motu ueloci ori ton⁹ acutus /
ideꝫ sub celo ē grauitas ⁊ leuitas: Item frigus
⁊ calor: Rursus humor siccitasqꝫ elemētoꝝ.
Idem i generatione reruꝫ materia ē ⁊ forma.
Idem i humanis ingeniis / māsuetudo ⁊ magna
nimitas / tēperantia atqꝫ fortitudo: ⁊ quemad
modum ex graui acutaqꝫ uoce / sic ex geminis
cunctis quas narrauim⁹ naturis ubiqꝫ fit unuꝫ.
Cum igitur cōsonantia musica quasi uiua sit et
rōnalis et efficax. Iteꝫ utpote q̄ꝫ similima / aīo
q̄ꝫ gratissima. Rursus totū sibi hoieꝫ uēdicet /
⁊ q̄ȯ maius ē / ꝑ ipsam factus sit aīus / facta sint
oīa / ꝑ ipsaꝫ cōseruentur / ꝑ ipsaꝫ ⁊ moueantur:
haud ab re plato noster aīaꝫ effectricē / seruatri
cem / motricē oīuꝫ naturaliuꝫ musicis precipue

numeris rōnibusqꝫ descripsit: numeris inq̄ꝫ nō
mathematicis accidētibus / ut qdaꝫ calumnian
tur: sed idealib⁹ numeroꝝ methaphysicisqꝫ ra
tionibus constitutaꝫ.

Propositiones ⁊ ꝓportiones ad musicā pytha
goricam ⁊ platonicaꝫ pertinentes.

P Thongum. i. sonuꝫ melodiis aptuꝫ uo
cant: quo ⁊ grauiorē ⁊ acutiorē facile
quis edere possit / ut neque tam profundus re
missusqꝫ sit / ut sit silentio similis: neqꝫ tam al
tus ⁊ intentus / ut ꝑstrepat. Grauem sonū mo
tu remisso ⁊ tardo: acutuꝫ intētiore ⁊ uelocio
re creari putāt. Quemadmoduꝫ uero remissus
admoduꝫ ⁊ tardissimus motus / ad quieteꝫ quasi
uidetur accedere / sic sonus grauissimus ad silen
tium. Rursus sicut uehemētissim⁹ celerimusqꝫ
motus ad uiolētiā / sic ad offensionē sonitus acu
tissimus. Internalla uero sonoꝝ apellant cer
tos excessus inter eos in acumine grauitateqꝫ
mutuos. Cōpositiones āt cōgruentiū sonoruꝫ
ex oportunis ꝓportionibus cōsonantiuꝫ cōiun
ctiones. Coaptiones quoqꝫ fidium i musicis in
strumentis: siue in unico tetrachordo / qualē ⁊
inuenit mercurius / ⁊ orpheus cōfirmauit. siue
in duobus tetrachordiis ꝑ chordas septem una
coniunctis: qualia trepander dicitur effecisse:
siue i geminis tetrachordiis ꝑ chordas octo di
spositis atqꝫ disiunctis: quoꝝ lycaonē samium
fuisse asserūt auctoreꝫ: siue i tetrachordiis qua
tuor coniunctis: atqꝫ ex fidibus quindecim gre
coruꝫ tandē oiuꝫ approbatione cōstātibus. In
his oib⁹ tetrachordis gradatiꝫ diatessaron reso
nat cōsonātia. Iam uero post sonoꝝ / interual
loꝝ / cōpositionū mētionē ad ꝓportiōes ex qb⁹
fiunt ꝯsonātie / ꝓcedam⁹. Proportionē equali
tatis nomināt / q̄ fit iter terminos oīo iter se pa
res ⁊ equales: ut iter unū hoc atꝫ unū illud / ⁊
cubitū atꝫ cubitū. Inequalitatis āt / q̄ inter im
pares uł inequales: ut iter unū atꝫ duo: ⁊ cubi
tum atꝫ bicubituꝫ. Et hec qdem altera maioris
inequalitatis / ut dupla / altera ūo minoris: ut
subdupla. Preterea ꝓportioneꝫ inequalitatis
triplicē in presentia ꝯsiderare debem⁹. Primā
qdeꝫ / quā multiplicē nomināt / ut duplā / triplā

quatruplā / q̄ ꝑ maioreꝫ numeꝝ nō diuidit mino
rē: sꝫ resūmit multiplicatqꝫ totū / siue bis siue
ter: atqꝫ ita ꝑ modū numeri ifinite multipliba
bilis ifinite ꝓcedit. Secūdaꝫ ūo / quā supparti
culareꝫ nuncupāt: in qua maior numer⁹ preter
id q̄ȯ minorē cōprehēdit semel totuꝫ: diuidit
ipsuꝫ ꝯcinde: partēqꝫ diuisaꝫ supponit toti: sꝫ
pteꝫ quā uocam⁹ aliquotā. i. ex qua aliquotiēs
replicata fit totū. Haꝝ prima ē sexqaltera: in
ter binariū ⁊ ternariū. Ternarius eiꝫ binariū
cōprehēdēs / addit insuꝑ unitatē: q̄ bis resunta
binariuꝫ efficit. Secunda sexqtertia inter qua
tuor atqꝫ tria: atqꝫ ita i infinitū ꝑ modū conti
nui diuisibilis infinite ꝓceditur. Tertia ē suꝑ
partiēs: q̄ toti suꝑaddit pteꝫ: q̄ aliquotiēs acce
pta totū ꝓprie creare nō ualeat: qualis ē inter
quinariū ⁊ ternariū. Nam qnarius ultra terna
rium adiūgit binariū: q ⁊ semel sumptus nō im
plet ternariū: ⁊ bis accept⁹ / excedit. Propor
tio hec q̄ꝛ totū diuidit i ptē restitutioni totius
ineptaꝫ / inepta uidetur ad ꝯsonātiā: in qua oīs
diuisio i totū ⁊ multiplicatio in unū necessario
restituitur. Secūda uero apta cēsetur: q̄m ⁊ si
diuidit / tñ ab ipsa restitutionis facilitate nō er
rat: ⁊ i ipsa termini eē inuicē cōmēsurabiles in
dicātur. Differentia eiꝫ inter duo atꝫ tria ē uni
tas. hec ūo cōis ē utriusqꝫ mēsura. Accepta eiꝫ
bis metitur binariū: ter accepta / ternariū. Sꝫ
inter quinariū ⁊ ternariū differētia ē binari⁹.
hic āt nō pōt aliquotiēs acceptus uel ternariuꝫ
uel quinariū ullo pacto metiri. Proportio ūo
prima cōcētibus accōmodatissima ē. Nō eiꝫ di
uidit: sꝫ ⁊ multiplicādo restituit: ⁊ restituēdo
multiplicat. Neqꝫ querit aliunde mensurā / ut
supparticularis: sed minor terminus maiorem
metitur: in dupla bis / in tripla ter replicatus.
Neqꝫ ab itegritate / neqꝫ a simplicitate cadit.
Supparticularis āt ab itegritate qdeꝫ labitur.
diuidit eiꝫ / sꝫ seruat multiplicitatē. ꝑ unā eniꝫ
quādā diuidit pteꝫ. Suppartiēs ūo non modo
amittit itegritatē: sꝫ etiā simplicitatē / ubi plu
res cōmiscet ptes / in unū quiddā restitutiōi to
tius ineptuꝫ. Idcirco hec a cōsonātia dissonat /
due ūo supiores ꝯsonāt. Magis āt multiplex /
maxime dupla. Nempe i hac non uidetur aliud
proprie aliud suꝑare: sed suꝑari quodlibet a se

ipso. Nam in dupla binarius suꝑat unum uno.
Quaternarius binariuꝫ binario: similiterqꝫ de
inceps. Adde quod prima est inter primos nu
meroruꝫ terminos / unitatem scilicet binariūqꝫ
progenita. Progenita inquaꝫ sola / absque alia
rum commertio quasi libera ⁊ ab omnibus abso
luta. Tripla uero dum inter unum oritur atqꝫ
tria / sociam habet sexquialteram simul inter
duo triaqꝫ nascenteꝫ. Quatrupla quoque uide
tur sexquitertie cōmisceri. Nam cum primum
quatrupla nascitur quatuor inter ⁊ unum / ori
tur simul ⁊ sexquitertia quatuor inter ⁊ tria.
Iteꝫ dupla proxime oritur / ab ipsa equalitatis
ꝓportiōe / ab hac tripla ⁊ sexquialtera. Iteꝫ a
tripla quatrupla ⁊ sexqtertia nascitur: alieqꝫ
similiter. Quod quidem / nisi prolixitatem ue
rerer / perspicue demonstrarem. Ad duplam
igitur tanquam ad principium atque finem cēs
alie rediguntur: eamqꝫ uel diuidunt / uel multi
plicant. Dupla enim prima / integra / simplex /
absoluta / et equalissima est: ut non mirum sit
cōsonantiam ex hac ipsa nascenteꝫ esse omniuꝫ
perfectissimam: et apellari diapason: quia et
ipsa per omnia protendatur: ⁊ omnes propor
tiones reducantur ad ipsam. Uerum anteq̄ꝫ
consonantias prosequar / ammonendi sumus:
quem greci longon nomināt / nos rationeꝫ pro
portionemqꝫ nominare: ⁊ quam illi analogiā /
nos rationis cōparationeꝫ siue similitudinē ra
tionis. Et ꝓportionalitatē rursus / apellatiōe
uere tam elegāti q̄ꝫ ꝓpria. Et ꝓportionē qdeꝫ
inter duos fieri terminos. ⁊ q̄ñ rite fit cōducēs
uꝫ ad melodias definiri mutuā duaꝝ quātitatū
inter se cōmēsurabiliuꝫ habitudinē / ut dupla in
ter unuꝫ atqꝫ duo. ⁊ sexqaltera inter duo atqꝫ
tria: similesqꝫ deinceps. Proportionalitatem
uero definiri mutuam duarum proportionum
compationem. Ceu quando dicimus. Quemad
modum se habent duo ad quatuor / ita quatuor
se habēt ad octo / ꝑ rōnem uꝫ utrobiqꝫ duplaꝫ.
Que quidem compatio / q̄ꝛ inter tres fit termi
nos / cōtinua nominatur. Discreta uero ē / quo
tiēs inter plures efficitur: ceu quādo ita cōferi
mus. Sicut duo ad quatuor / ita octo ad sexde
cim sese habent. Item comparationem eius n o
id esse tripliceꝫ / scilicet / arithmeticam / geome

tricam / ⁊ harmonicam. Aritbmeticam in numeri paritate cõsistere. Sic inter tria ⁊ septē medius est quinarius / numero eodem / scilicet / binario / alterum terminuȝ superans / ab altero superatus / per proportioneȝ utrinqȝ bipartientem. Geometricam uero in rationis equalitate sitam esse: in qua sunt multiplex atqȝ supparticularis. Quando uel ita comparamus: sicut se habent tria ad nouem / ita nouem ad septem atque uiginti. nam utrobique tripla. Item qđ est nouenarius iuxta senarium / idem ē senarius iuxta quaternariuȝ. Nam ⁊ hic ⁊ ibi ē proportio sexquialtera. Denique proportionem harmonicam in quadam similitudine collocant: ꝑ quam tribus terminis in ordinem positis sicut maximus terminus aspicit minimum / similiter differentia inter terminos maior minorem respicit differētiā. Si eniȝ ponas / tria / quatuor / sex / differētia inter sex ⁊ quatuor est binari⁹: differentia inter quatuor ⁊ tria / unitas: sicut auteȝ inter sex ⁊ tria dupla ratio est: ita inter duo ⁊ unum est ratio dupla. Higet hic altera quoque similitudo / scilicet / portionum. Simili namque extremorum portione medius terminus excedit / atqȝ exceditur. Quaternari⁹. n. superatur a senario per tertiam senarii parteȝ: superat quoqȝ ternariuȝ tertia ternarii parte. In hac utiqȝ artificiū uersatur harmonicum: quod proportiones quideȝ suppartientes quasi disgregatas dissonasqȝ deuitat. Multiplices āt ⁊ supparticulares admittit / cōponens duplas ex sexquialtera atque sexquitertia: per harmonicam qualeȝ diximus rationeȝ concordi uarietate gaudentem. Amat uero quemadmodum dicebamus comparationes multiplices / necnon superpaticulares ea insuper ratione / quod ibi tāta ē ad ideȝ restituenduȝ ꝓcliuitas: ut quando plures rationis eiusdem inuicem componuntur / medium in se ductum tantumdem multiplicet / quantum / extrema si inuicē perducantur. Pone / duo / quatuor / octo: sicut aūt bis octo / sic ⁊ quater quatuor / sexdecim procreāt. Iteȝ pone / quatuor / sex / nouē: sicut ergo quater nouem / sic etiam sexies sex multiplicant sex atqȝ triginta. Similiter si duo inter extrema / media iterieceris. puta inter duo atqȝ sexdeciȝ posueris / quatuor atque octo: Omnes eniȝ hi deinceps numeri dupla proximuȝ ratione conspiciunt. Si ergo duo in sexdecim ducas / tantundem reportabis / ac si quatuor in octo perduxeris. Idem contingit in ceteris tam superparticularibus q̄ȝ multiplicibus. In superpartientibus āt nō fit ideȝ. Dispone tria / quinqȝ / septē. Sicut a septennario ad quinariuȝ est habitudo supbipartiēs: sic a quinario ad ternariū. Utrobiqȝ eiȝ due quedā ꝑtes toti insuꝑ apponitur. Si ducas ternarium in septennarium / non eundem numerum procreabis / ac si quinarium in se ipsum. Primo itaque gradu sunt multiplices / per quoniam preter id quod modo dicebamus / eas numeri omnes respiciunt etiam unitatem / dum aspiciunt numeros. Secundo gradu superparticulares: quia ⁊ si unitatem ipsam non spectant / semper tamen unam quandam spectant partem ad integrum unum acomodatam. Tertio sup partientes: quia horum neutrum uidentur aspicere. Quamobrem hanc odit habitudinem facultas harmonica / tanquam concordie reluctantem. Optat enim uel ex ipsa equalitatis proportione uniuocum unisonumqȝ conficere: uel ex rationali. i. multiplici ⁊ superparticulari inequalitatis proportione equiuocum equisonumqȝ conflare. Taleȝ uero equisonum conflat ex dupla / qualis unisono sit q̄ȝ ꝓxim⁹: quia in dupla ⁊ minor terminus maiorem metitur: metiendoqȝ adequat. ⁊ maior ubi minorē superat / nō alio numero q̄ȝ ipsomet minore / ut ita dixerim / exsuperare uidetur.

Quō in musicis cōsonantiis unum ex multis efficitur: per quod consonatia definitur.

Quemadmodum medici peritissimi certos inuicem succos certa quadam ratione cōmiscent: per quam in unam nouamqȝ formā plures atque diuerse materie cocant: et ultra uim elementalem / uirtutem quoque celestem mirifice nanciscantur / quod in mytridatis cōfectione ⁊ andromachi tyriaca ē manifestū: similiter artificiosissimi musici grauissimas uoces quasi materias frigidas: uoces item acutissimas quasi calidas: rursus mediocriter graues ut humidas

mediocriter ⁊ acutas ut siccas tāta ratione cō temperant: ut una quedam forma fiat ex pluribus: que ultra uocalem uirtutem consequatur insuper ⁊ celestem. Quod quidem ex eo quod democritus theophrastusqȝ aiunt / ⁊ pythagoras effectu probauit / euidenter apparet. Nam certis concentib⁹ morbi quidam tam corporis q̄ȝ animi mirabiliter curati dicuntur: ut nō mirum sit ueteres sapientes in idem. i. apollineuȝ numerum tam medicine q̄ȝ musice originē retulisse. Utraqȝ eniȝ medicina est: Sed altera quidem ex corpore animam: altera uero ex anima curat corpus. Accōmodatissime etiaȝ apollini melodie fonti uaticinium tribuerunt. Sola eiȝ melodia ab omnibus quotcunqȝ distrahunt animum retrahens contrahit in se ipsum: in auditum quendaȝ / ut ita loquar / interioreȝ / quo nō uoces solum / sed ⁊ rōnes uocum percipiuntur / sedatisqȝ perturbationib⁹ celesti contemperat harmonie: diuinaqȝ celitus effundit oracula.

Sed ne qs forsan neget ex acuta grauiqȝ uoce tertiam fieri communemqȝ uocalem formā: cogitanduȝ est graues uoces acutis ꝑfectius cō misceri posse q̄ȝ succis succi ꝑmisceri dicātur. Primo q² uocales materie ob subtilitatem suā continuumqȝ motum uniformemqȝ in cunctis corporis aerei qualitatē facili⁹ consumatiusqȝ q̄ȝ succi ⁊ crassi ⁊ ad motum ineptiores ⁊ qualitatibus admodū discrepātes conflantur i unū: qđ si in unum / ergo ⁊ ad unam nouamqȝ formā aptius parātur concipiendam. Deinde / quoniā instrumentuȝ uocis naturale / intrinsecum / uiruti uitali / animali / rationali q̄ȝ ꝓximum atqȝ obedientissimum facilius ꝑfectiusqȝ arti obtemperat musice / ad unum ipsuȝ quo spectat / conficienduȝ q̄ȝ extrinseca medicis instrumēta. atqȝ etiam si pulsetur cithara digitis / fidelius obsequētur musici uoto fides q̄ȝ medicis herbe. Ac si in herbarum cōgestam molem ultra industriā ⁊ operam medicorū agit deinde natura: ⁊ tempore quideȝ certo: multo magis in uocalem materiam tractabilē admoduȝ ⁊ formabilem agit natura subito / natura inquam ubique uiuens uiribusqȝ munita celestibus in materiaȝ celo similiorem ⁊ quasi uiuam: cui quidem repente nouam / uiuam / mirificam adhibet formam: ꝑ quā occulta uirtute uires suas i corpus experitur ⁊ animuȝ. Proinde quemadmoduȝ in corpore ex elementis quatuor naturaliter constituto / qualitates elementorū quatuor / unaȝ ⁊ ut quidam nominant / quintā conficiunt / cōplexionē uidelicet subiectaȝ uirtuti speciali occultis modis celitus prouenture / sic ⁊ uoces plures rite cōmixte unuȝ quendaȝ inuicē resonāt reboatuȝ uirtutis noue atqȝ mirabilis fundamentuȝ. Nā si ex sonante cithara in citharaȝ similiter tēperataȝ / resonat repente non nihil: ⁊ ex chorda uibrata / statim i chordaȝ eque tentaȝ transit uibratio similis / cui nam dubiū sit ex pluribus uocibus una quadaȝ ratione conflatis unaȝ subito nasci quasi formaȝ cōeȝ cunctis: per quaȝ plura sint unuȝ / ideoqȝ ut unuȝ percipiantur a sensu / ⁊ in unuȝ quendaȝ congrediantur effectuȝ. Cōstat idem ex uoluptate sensus: in quo cum una forma sit ex multis / oblectatio plena prouenit ex una similiter forma que congrue cōficiatur ex multis. Hinc fit ut audire diutius unisonuȝ tedeat: in quo sine ulla inequalitate sentiatur equalitas. Fit insuꝑ ut disson⁹ offendat sonus: in quo in unuȝ differētia non cōspirant: ideoqȝ multa perspicue discernūtur a sensu: ⁊ ab ipso quasi gustantur ut multa. Gustantur inquā / q² sic ferme ad uocuȝ / ut gustus ad saporū afficitur mixtioneȝ. Hinc propheticuȝ illud. Dulciora melle ori meo eloquia tua domine. Deniqȝ siue graues soni acutos absorbeāt / siue acuti graues occupent / non prouenit delectatio: ⁊ tamen unio quedaȝ ubique requiritur. Cum uero unio uel ex absorbente uł ex occupante nō placeat / reliquum ē / ut sola placeat / que noua et efficax ex moderata quadaȝ conflatiōe resultat. Hinc igitur consonantia definitur. Soni grauis et acuti mixtura uniformiter ad aures suauiterqȝ accedens. Est āt mixtura hec ei similis / que in saporibus gustui satisfacit: in quibus sapor dulcis nimium atque pinguis uoci remissiori admodum grauioriqȝ similis iudicatur. Sapor auteȝ acutiissim⁹ acutissime. Sed dulcis sapor acrimonie mixtus: uocem refert moderate grauem. Mixtus uero salsedini uel acumini medoicriter acutam representare uidetur. Ac tum demum permixtio multiplex implet sensum / cum non

discernitur ut multiformis: sed se ipsam insinuat uniformem. Tradunt physici sonum in orbicularem figurā multis gradatim amplificatam circulis ad aures peruenire, nō aliter quam qui in stagno ex iactu lapidis ab alto circuli multiplicātur ad litus. Concentum uero ex grauibus acutisque conflatum, uelut unam formam et hanc rotundam quidem, sed ovalem illabi auribus arbitramur. In qua quidem octaua uox quasi per acutiorem uerticem, uocis prime latitudinem sibi continuās, ex se ipsa atque prima unam iam cōflat uocem. atque sicut oculus ovalem rotunditatem tanquā unam uidet figurā, quamuis hinc latam magis, inde minus, sic auditus uocem ex graui octauaque resultantem haurit, tanquam unam ab amplo quodam profundo quasi in acutā sublimitatē oui instar gradatim sese ac suauiter attollentem. Hinc fieri arbitramur, ut et natura eiusmodi quasi figuram audiendi instrumēto tribuerit: similemque instrumento loquendi, et ars preterea similem quoad fieri potuit musicis instrumētis. Ea certe consonantiora sunt, que ovali figure propinquiora.

Que cōsonātie ex quibus proportiōibus oriātur.

Pythagoram ferunt, cum apud erarios fabros annotauisset, ex malleorum ictibus consonantiam lege ponderum prouenire: collegisse numeros, quibus sibi consentiens diuersitas ponderum continebatur: deinde tetendisse neruos tam uariis ponderibus alligatis, quam uaria in malleis fuisse didicerat, atque hinc manifeste considerauisse: ex neruo, qui super alium sexquioctaua ratione protendebatur aduersus alium discerni tonum. i. plenum integrumque sonum: qualis erat nouē ad octo proportio. Neque potuisse tonum in duo hemitonia inter se equalia distribuere, quando neque nouenarius in partes duas secaretur equales. Sed inuenisse hemitonium alterū quidē esse paulo maius dimidio: alterum uero paulo dimidio minus: quod ille diesim, plato limma uocauit. Quantū uero deficiat hemitonium minus ab integro tono et a uero hemitonio plato in interuallo horum indicat numerorum. s. inter ducenta quadraginta tria atque ducenta quinquaginta sex. Cum enim octaua pars minoris illius numeri sit triginta et prope semis: hic uero maior numerus, super minorem illum addat dumtaxat tresdecim: neque tonum reddit neque integrum hemitonium. Animaduertit deinde pythagoras integram plenamque toni, ut ita dixerim latitudinē, duobus sonis et uno interuallo cōstare. atque ita prima cōsonantie adeptus est elementa. Quarum prima diapason extitit ex prima uidelicet proportione. i. dupla resultans: ubi. s. chorda hec super illam ex duplo pondere, duplo magis tenta, dum pulsarentur ambe, duplo uehemētius citiusque in suam sese recipiens rectitudinem uoce longe acutiorem uicissim lōge grauiori reddebat: adeo tamen amicam, ut quasi unicus appareret sonus se ipso hinc angustior, inde amplior. Sonum hūc ubi occurrebat acutior, modulādo metitus est in octauo altitudinis gradu a graui connumerato uidelicet graui esse locatum. Item octo quidem sonis et interuallis septem, tonis autem sex ferme constare. Preterea ubi inter fides ratio intentionis remissionisque sexquitertia erat, inuenit cōsonantiam diatessaron: tonos quidem duos et hemitonium minus: sonos autem quatuor, et interualla tria comprehendentē. In sexquialtera uero repperit diapentem: et in hac tonos tres et hemitonium minus, sonos uero quinque et quatuor interualla percepit. Animaduertit deinde diapason ex diatessaron et diapente componi. quia ratio dupla que gignit diapason, ubi habet medium, ex sexquitertia et sexqaltera, ex quibus ille fiunt, constituatur. Prima enim dupla medium habēs, duorum est ad quatuor: composita ex sexquialtera inter tria atque duo: et ex sexquitertia inter quatuor atque tria. Sed in habitudine tripla diapason diapentemque considerauit, habentem sonos quidem duodecim: sed undecim interualla. Nam diapason quidem in dupla, diapente uero in sexquialtera sedem habet. At sexquialtera duple continuata efficit triplam. Sex enim aduersus tria dupla est. Adde nouem, unde ad sex nascitur sexquialtera, statim triplam a nouem habebis ad tria: neque tamen fit tripla, si duple adieceris sexquitertiam: utpote si illi senario adiunxeris octonarium. deest enim sexquioctaua. s.

nouem ad octo. Et quoniam sexquitertia duple addita, fit superpartiens, ut octo ad tria: est enim hic habitudo dupla superbipartiens per bisexquitertiam: ideo Pythagoras prohibuit ultra duplam idest diapason repente cōtinuare per sexquitertiam diatessaron: quamuis Ptolemeus alicubi subiunctionem hanc admittat. cōmode uero adiungitur sexquitertia. hinc enim fit proportio quatrupla et per quatruplam consonantiam diapason habens sonos quindecim et quatuordecim interualla: puta si posita tripla inter nouem atque tria, subiunxeris duodenarium, qui ē aduersus nouenarium sexquitertius, acquires subito quatruplā ex duodecim ad tria nascentem. Ultra uero quatruplā progredi uetat gratia melodie: non solum quia ex uehementiori motu fractioneque in sensum prouenit uiolentia. sed etiam quia cum primum ultra primam quatruplā quincupla nascitur inter quinque atque quatuor, oritur simul superbipartiēs inter quinque atque tria, que dissonantiam intermiscet. Sed ut citra quatruplam redeamus: uetat etiam uitandi torporis gratia infra sexquitertiam sepe descendere. Uetat sexquitertias sepe duas continuare, tum quia alioquin displicent, tum quia non implent duplam atque diapason. Si disponas nouem, duodecim, sexdecim, sexquitertias quidem duas habes: duplam uero nequaquam. Deest enim sexquioctaua. s. decem et octo ad sexdecim, ut dupla a decem et octo nascatur ad nouem. Neque libēter geminas cōtinuat sexquialteras. he namque continue duplam superant sexquioctaua. Quodquidem, si quatuor, sex, nouem descripseris, deprehēdere poteris. Hic enim due sunt proxime sexquialtere a quatuor usque ad nouem. Nouenarius autem octonariū, qui duplus ē ad quatuor, sexquioctaua superat portione. Ex hoc apparet potentiam sexquialtere uero duple dimidio esse maiorem. ex quo etiam patet potentiam sexquitertie tantundem dimidio esse minorem: quandoquidem ex ambabus dupla creatur. Superatur quidem sexquitertia a sexquialtera per octauam unicam portionem. Ab octo enim ad sex habes sexquitertiam: sed a nouem ad sex habes sexquialteram. At uero ad nouem ad octo sexquioctauam: et hac ipsa sexquioctaua parte cōprehēdis sexquitertiam a sexquialtera superari. Meminisse uero oportet diatessaron. i. comparationem sonorum quatuor ad quartā altitudinē ascendentiū per se quidem auditam non approbari: recipi tamen ex eo libenter, quia facile tono addito fit diapente gratissima uocis quinte concordia. Item quia si uim diapente connectitur, diapason conficit omnium perfectissimam. Neque uero turbare quemquam debet: quod cum dixerimus diatessaron quidem quatuor: diapēte uero quinque sonos habere: tamen diapason ex utrisque compositā sonos nō plures dicamus habere quam octo. Nam ubi de compositis agimus consonantiis: ita in quatricordiis inuicē cōiugatis fides ipsas disponamus, sonosque continuamus: ut ultimus prime consonātie sonus, sit primus secunde in ipsa compositiōe sequentis. Hinc ergo res admonet, ut ad septichordium trepandri regrediamur: in quo quarta chorda bis pulsatur, ut quodāmodo euadat octachordium. Quam quidem coniugationem propterea secutus, ut arbitror, est trepander: quia multiplicatio uocum manifeste inter se discrepantiū ad sonum usque septimum augetur. Octauus autem iam mira quadā similitudine redit ad primum, quemadmodum et ratio dupla per quam creatur, restituit minorem quem superat numerum: dum eundem excedit eodem. Nonus reuertitur ad secundum: et dissonat ut secundus. Decimus ad tertiū: et cōsonat sicut tertius. Undecimus ad quartū. Duodecimus ad quintū. Ad sextum tertiusdecimus: Sed quartusdecimus redit ad septimū. Denique quintusdecimus ad octauū. et cum octauo simul ad primum. Primum uero grauissimumque sonum hypaten nomināt. Sequentem parhypathen. Tertiū, lycanon. Quartū, mesen. Quintū, paramesen. Quintum, paramesen aut triten. Sextum, paranetem. Septimum uero, netem. Preterea si in qualitate motuque diuturno comparatio fiat: hypaten cum saturno, sequētesque sequentibus planetis ordine conferemus. Sin autem in motu diurno eiusque celeritate uel tarditate, uicissim hypaten cum luna: sequentesque deinceps cum planetis superioribus comparabimus: Inueniemusque graucei celo sonos mixtos


gentis: eosdemq; orbes altero quidē motu acutum tonum edere: altero uero grauem. Item ex ingentibus globis ingentes: ex diuinis diuinos: ex multiplicibus reuolutiōibus pari ratione multiplices. Et quemadmodum ultra septimum sonum reuolutio fit in idem: sic super planetarum septem distinctos orbes: omnia reuolui in unum orbem: in se ipso eiusmodi septennarium mirabiliter cōplectentē. Sz ō iis alias. Redeamus ad cōsonantias: easq; iam fine quodam proprio cōcludamus. He quidē tres apud ueteres numerantur. Prima diatonica: in qua quodlibet quadrichordum per hemitonium minus procedit: ⁊ tonum atq; tonum: quam tum sapientes alii tum plato uel maxime ante alias comprobant: tanquam maxime omniū naturalem quandoquidē ab hemitonio minore quasi molli materia ritu nature procedit ad ualidiorem toni materiam, formamq; habet simplicē ⁊ mansuetam simul atque robustam. Adde, qd potissimum conuenit quadrichordo: in quo diatessaron ex geminis tonis ⁊ hemitonio procreatur. Secunda cōsonantia, cromatica nuncupatur: que per hemitonium minus atque hemitonium maius ⁊ triemitoniū, discurrere consueuit. sed hanc utpote molliorē philosophi reprobant. Tertia nominatur harmonica, progrediens per quartam ferme toni partē, rursusq; per quartam similem atq; ditonū. Hec quoq; non probant ob perceptionis ⁊ usus superstitiosam difficultatē. Multa uero que in presentia ad eadē spectantia pretermittimus, in octauo epistolarum nostrarū libro diligentius pertractamus:

De harmonica anime compositione.

Eus animam mundi procreaturus, eam ex indiuidua atq; diuidua cōflauit essentia. Prima hec apud platonem diuisio in essentiam. s. ⁊ indiuisibilem proprietatem atque diuisibilē ē cōmunissima. Nam quod indiuiduū dicit, continet in se qd neque secundum locum secatur in partem extra partem. Neque secundum tempus a priori diffluit in posterius. Per primum quidem apellatur idem: per secundum status ⁊ stabile. Similiter quod indiuiduū nunc cupatur: in se ipso complectitur: ⁊ quod loco diffunditur, ⁊ quod tempore labitur. Per primum quidem apellatur alterum: per secundum motus ⁊ mobile: motus inquā in naturalibus. Quapropter sub illa diuisione que dicebat animam ex eēntia indiuidua ⁊ diuidua glomerari. Quinque rerum genera quodāmodo continentur: essentia, idem, alterū, status, motus. Plato uero breuitatis gratia nō replicat qnq; sed tria. Repetit enim essentiam, idem, alterum: quasi sufficiant. Nam ad idem quidem sequitur status: ad alterum uero motus. Atque uicissim ad statū sequitur idem: ad motum similiter alterum. Inquit autem deum ex essentia ⁊ eodem ⁊ altero unam conflauisse naturam, tam exacta cōmistione, ut i essentia eius ubiq; idem inesset ⁊ alterum: atque uicissim in ipso eius eodem inesset ⁊ alterū ⁊ essentia: rursus in ipso eius altero ⁊ essentia lateret ⁊ idem. Nam essentia per idem habet, ut ⁊ secum ipsa aliisq; congruat: per alterū ⁊ quodāmodo in se distinguitur ⁊ multo magis a ceteris. Idem uero ⁊ alterū ambo ut existant ab essentia sortiuntur. Sed idem a se ipso conuenientiā possidet: ab altero differentiam: Ipsum uero alterū a se quidem differentiam: sed ab eodem cōgruitatem simul ⁊ ordinem. Horum uero congeriē generum Plato cōducere putat anime, ad res omnes tum iudicādas tum etiam peragēdas. Nempe, quoniā ex essentia constat, quid sit unumquodq; definit: quia ex eodem, cognoscit quid simplex. ⁊ si compositum qua unione coniunctum: ⁊ quomodo secum ipso aliisq; cōsentiat. quia ex altero: quid sit diuersitatis in quolibet: ⁊ qua conditione uel in se digeratur, uel secernatur a ceteris. quoniā ex statu: quale ⁊ quo pacto quod uis in se ipso permaneat. quia ex motu cōstat: agnoscit a quali res queq; ⁊ quali ratione dependeat. Item qualia ⁊ quo modo faciat. Preterea per essentiam, dat esse rebus. p idem res sibi coniungit ⁊ aliis. per alterum uero seiungit. per statum in natura propria confirmat ⁊ ordine. per motum mouet, ⁊ efficit, ut moueantur, ⁊ agant. Quamobrem non imerito plato in anima fabricanda, rerum

omniū genera certa quadā ratione cōmiscet. Mixta uero hec inuicē ait harmonica ratiōe, non arithmetrica: alioquin iniusta foret alicubi distributio: neq; geometrica tantū proportione: alioquin tanta foret equalitas in mixtura, ut cum extrema corporum diuersitate proxime conspirare non posset. At harmonica ratio uariorum similitudine constans, ⁊ dissimilia facit similia: ⁊ inequalia communi quadam equalitate connectit. Eiusmodi āt est aie tum ad seipsā tum ad corpora qualitas ⁊ officiū. Siue enim agat secum ipsa, tam intelligentie, ut ita loquar, identitati quandam miscet alteritatē, q; rationis alteritati quandā identitatem. Similiter in imaginatione facit ⁊ sensu. Siue agat in corpus, in ordine quodam stabili quasi identitate pducit motionis alteritatē. Quod apparet in celo. Itē sub celo in ipsa generationis alteritate p continuatum ordinem seruat identitatē. ⁊ utrobiq; cōseruat eēntiā atq; restituit. Quamobrē deus aiā mundi cōponens utitur harmonica ratione, tum in rerū generibus inuicem commiscēdis, tum in portionibus ipsis, quas ab eis accipiebat ad aiā cōponendam: tum in aie uiribus ortum eius e uestigio comitantibus: tum in mundi speris aie congruentibus. Talē uero mixturā aie cōuenire Plato nō solum rōnibus pscrutatus ē: sed etiā coniecturis acceptis a mundo diligenter auspicatus. Cum enī eiā mūdi corpus ⁊ sub aia positū, ⁊ eius gratia factum, ⁊ ab ea rectum, motum reformatum cōtemplaretur, nature consentaneum iudicauit: ut a figura mundi uelut imagine, formam quandā eius aie tanq; exemplar cōiectaremus. Quibus itaq; pportionib; speras mundi cōpositas, dispositas, agitatas, suspiciebat, eisdē ferme. i. harmonicis rationib; eius aiā auguratus est esse contempatam. ut quēadmodum apō musicos a concētu artificiose mentis profluit ⁊ concētus i uocē, sic ab harmonia celestis anime in mundum transeat harmonia.

Sed platonē ipsū iam audiam;. Unā principio accepit portiōē ex uniuerso. Secundā uero prime partis duplā. Deinde tertiā, que secunde quidē, sexquialtera esset. prime uero tripla. Postea quartam, secunde duplā. Quintā deinceps, tertie triplā. Sextā prime octuplā. Postremo septimā, q partib; sex ⁊ uiginti primam excederet. Hec ille. Constituamus ergo triangulum, in cuius apice locata sit unitas: a qua terni utrinq; numeri profluant. hinc pares: inde similiter ipares. hac uidelicet rōne: ut a parte altera post unitatē primū duo, deinde quatuor: demum octo. Altera ex parte sub unitate similiter, primū tria, deinde nouē: postremo septē atq; uiginti. Prima itaq; portio quam accipit deus ex ipso generum, ut ita loquar, fermento ad aiā effingendā, est unitas. Secunda binarius, prime duplus. Tertia uero ternarius: cuius ratio tripla est prime, hoc est unitatis: sexquialtera uero secūde. i. binarii. Quarta portio quaternarius duplus secunde, hoc est binarii. Quinta nouenarius: cuius tripla ratio tertie. i. ternarii. Sexta octonarius cuius octupla ad primā. i. unitatē proportio. Septima uiginti septē, ratio quidē ad nouenarium tripla: unitatē uero excedēs partibus sex atq; uiginti. In his utiq; numeris ratiōes cēs cōprehendit harmonicas. Nā in sexquioctaua inter nouē ⁊ octo pportione, pgenuit tonum musis nouē obtempantem: In sexquialtera inter tria ⁊ duo diapentē gratiā uocis quinte uenerea. In sexquitertia inter quatuor atque tria diatessaron mercurialē uocis quarte naturam, sese consonātiis accomodantē. In dupla inter duo ⁊ unū. Item inter quatuor ⁊ duo, rursus inter octo ⁊ quatuor diapason. i. uniuersam ⁊ absolutā octaue uocis pepit melodiam, apollini dedicatā. In tripla iter tria ⁊ unū. Item nouem inter ⁊ tria, rursus uigintiseptē atq; nouē, diapason diapentē. i. octaue simul ⁊ quinte Iouialē cōposuit simphoniā. In quatrupla inter quatuor ⁊ unum, ⁊ octo atq; duo simphoniā cōtexuit disdiapason, iterū p sonos quindecim apollini concinētē. Uenustatē uero tum uocis tertie pricipiis iseruit diatesseron: tum uocis sexte, finibus subnexuit diapentes: ut ōlicatiori uocis utriusq; mollitie, hinc qdē secunde uocis, inde uero septime aspitas leniretur. Ita eiā tertia uox ⁊ sexta sunt mollitie similes, sicut secūda cedēs a prima, item septima degenerās ab octaua sunt asperitate psimiles.




14
C. Timei

Principio ubi deum ait accepiſſe portiones ſeptem/myſterium tetigit tum in muſica/tum etiã in natura. In muſica qdẽ/qm̃ ad ſeptimuꝫ uſqꝫ graduꝫ oĩs uocum ꝓgreditur diſcrepãtia: poſt quẽ fit ad eadeꝫ reuolutio: in natura uero tum qꝛ multa ꝑ ſeptẽnariũ in naturalibus tranſigũtur. Qua de re ceteri platonici ſatis multa dixerũt: tum qꝛ ſeptẽnarius unitateꝫ hẽt ut copulam gemine trinitatis. atque ex his geminis ⁊ ſe ipſa rurſus explicat trinitateꝫ. Eiuſmodi uero eſt uniuerſi ſimilitudo. Quod quidem i tria principio diſtribuitur: unde Plato hic ternarium cõmẽdauit. Diſtribuitur inqꝫ in etherna ⁊ tẽporalia horumqꝫ media. Etherna ſub trinitatis ꝓprietate poſſident/in eſſentia quidẽ ſimplicitatem. In uirtute uero ſtabilitatem. In actione reflexionẽ. Temporalia uiciſſim i trina dimenſione cõpoſitiõeꝫ habẽt eẽntie. Iteꝝ uirtutis mobilitatẽ. Actionis deniqꝫ trãſitũ. Inter has uero trinitates ethernoꝝ atqꝫ tẽporalium aĩa mediũ obtinens gradum efficit ſeptimum. Efficit quoqꝫ nonum: hic etiã a platone laudatuꝫ. Nonuꝫ inqꝫ/qm̃ ipſa tres hẽt uult9. Nã ⁊ ad ſe ipſam ⁊ ad ſupiora inferioraqꝫ conuertitur. Iuuat hic anteqꝫ reuertar ad ſeptennarium/parum p adhuc ternariũ una cum nouenario cõmendare. Trinitas numeroꝝ prima/principium/⁊ mediũ/finẽqꝫ reꝝ cõtinere uidetur: atqꝫ ſola iter numeros ratione quadã indiuidua cõtinere. Siquideꝫ ſingula hec ſingulis ſignificat unitatib9. Preterea ſiue cauſas reꝝ ꝑcurrere libeat/triplicẽ in cauſis inuenies proprietatem. Sunt eiꝫ cauſe in ſeipſis. Efficiunt effectus. ⁊ factos reducendo ꝑficiunt: ſiue ad effectus deſcẽdas cõſiderãdos/deprehẽdes ſimiliter trinitatem. Naꝫ ⁊ effectus ſunt i cauſis. ꝓcedunt ab illis. conuertuntur ad illas: Siue ad aĩaꝫ te cõtuleris/q̄ ſublimes cãs cum infimis cõnectit effectibus/aſpicies eam/in ſe ipſa manentem/⁊ declinantẽ ad effectus ⁊ ad cãs aſcẽdenteꝫ. Atq hec aĩa triplici ſeptennario regit mundum. Primo qdeꝫ occultis quibuſdã ſeptẽ uiribus planetaꝝ in firmamẽto p cãs dominantium. Secundo ſepteꝫ planetaꝝ formis/in globis ſeptẽ firmamẽto ſubiectis. Tertio ſeptem muneribus planetarum/generationeꝫ ſub luna regentibus. Quippe cum ſub luna/in igne uiſibi ficum qdeꝫ lumẽ ſoli: calor ãt urens marti ſubiciatur. In terra ſupficies uaria mercurio. Moles auteꝫ tota ſaturno. At in mediis regnat humor: ⁊ aereus qdeꝫ obtempat ioui. Aqueus uero lune. Mixtus deniqꝫ ueneri. Itẽ agẽtes cauſe ſequntur ſolẽ. Materie lunã. Fecũditas cauſarum agentiũ iouem. Materiaꝝ fecunditas uenereꝫ. Expeditio ad effectũ uelox/martẽ atqꝫ mercurium. Illum qdẽ pp uehemẽtiã. hunc ãt ob ipſam dexteritatẽ multiformẽqꝫ uirtutem. Cunctoꝝ uero cõtinuatio pmanẽs ſaturno potiſſimum dedicatur. Ceteꝝ hic p tres ſeptennarios ordo ꝓgreditur a ſeptẽnariis: q̄ ſecunduꝫ tres aĩe mundane uires diſtribuuntur. In hac eiꝫ intelligentia eſt circulus ſtabilis. Circulus qdeꝫ/qꝛ illuc unde ẽ/reflectitur: Stabilis/qꝛ ſubito. Sub intelligẽtia quaſi ſub firmamento tres ſunt uires. ſ. ratio uniuerſalis/imaginatio/uegetatio. In ratiõe ſunt tres circuli quodãmodo mobiles atqꝫ tẽporales. Prim9 ab aĩa ad cãꝫ amandã atqꝫ uiciſſim/naturali quodã inſtinctu clam ita ferẽte. Secundus a reꝝ cauſis ad effectus cõſiderãdos atqꝫ cõuerſo. Tertius a formis ideiſqꝫ magis uniuerſalibus ad minus uniuerſales õcurſus uiciſſimqꝫ recurſus. In reliquis duab9 aĩe uirib9 oĩo ſunt circuli quatuor ſimiliter tẽporales: in utraqꝫ bini. Primus ad cãꝫ ſuã reflexio naturalis. Secundus ab eiſdeꝫ formis ad eaſdẽ certa q̄daꝫ interuallis certis ⁊ ꝑpetua reuolutio: p quã ⁊ i celo ꝯfigurationuꝫ ⁊ ſub celo tranſformationuꝫ tẽporalis ⁊ certa reuolutio ꝓuenit/ Itaqꝫ circuitus generatiõis neceſſario celi circuitũ ſeqtur. hic ũo circuitũ aĩe. Reuolutio aĩe orbem intelligẽtie comitatur. Motus qdẽ aĩe/ſi ab intelligẽtia penit9 deſeratur/ſtatim tam in pcipiẽdo q̄ꝫ i agẽdo/ſolũ tranſibit i rectũ. Quod ãt repetat ſemetipſaꝫ/ſi mileſqꝫ p alia giros glomeret/ſortitur ab intellectu quodã ſupiore: q ⁊ manẽs i ſe ⁊ ſubito cõuerſus i cãꝫ/largitur itelligẽtiã aĩe/p quã quaſi porrectã manuꝫ ſiſtit aĩaꝫ natura ꝓpria uagabũdam: motũqꝫ eius inrequietũ ⁊ ad rectã extra ſe lineã naturaliter ꝓniorẽ: retorquet i orbeꝫ/ Hinc aĩa mediũ inter motũ rectũ atqꝫ quietẽ. Hinc aĩa in ſemet reditura meat: mentemqꝫ profundam circuit: ⁊ ſimili ꝯuertit imagine celũ. Sꝫ de iis i theologia diffuſi9. Redeam9 ad numeros.


Summa numerorum harmonicoruꝫ ad cõpoſitionem anime conducentium.

Unitas in ſupiori figura ſignificat ipſam aĩe unitatẽ ſimplicitatẽqꝫ ſublimẽ ⁊ propriam diuine unitatis imaginẽ/⁊ i ipſa manentem. Dualitas ꝓceſſum aĩe i ꝓprietateꝫ ſuã unitate inferioreꝫ/⁊ quadã iam rõne multipliceꝫ. Trinitas regreſſum eius ad unitatẽ tum ꝓpriã tum diuinã. Quatrinitas ꝓgreſſionẽ aĩe a ſe in materiã quatuor elemẽtoꝝ gradib9 digerẽdã. Septẽnarius uirtutẽ eius p ſeptẽ planetaꝝ ſperas elemẽta recturã. Octonarius uim p octauã ſperã planetas gubernaturaꝫ. Nouenarius munus aĩe octo ſpas i unã formã cõciliaturum. Uigintiſepteꝫ numeri ſumma/plenitudineꝫ eius/q̄ ſe i omnibus collecturã. Nam uigintiſeptem ſumma ſupradictos numeros continet. atqꝫ ex illis deinceps ordine poſitis/ut cõputãti patet impletur. Neqꝫ abre pares i figura ⁊ impares numeri deſcribuntur. Quo p pares qdẽ natura aĩe diuiſibilis. p impares ãt indiuiſibilis cogitetur: et feminea ſimul uirtus ⁊ maſcula. Colliguntur quoqꝫ numeri/lineares/⁊ ſupficiales/⁊ ſolidi: ut cognoſcamus aĩaꝫ penetrare p oĩa/⁊ amplificari paſſim/penitusqꝫ iplere. Deſcendit utranqꝫ figure latus ad ſoliduꝫ utrinqꝫ numerum. Hinc qdẽ ad octo inter pares: inde uero inter impares ad ſeptẽ atqꝫ uiginti. Ut cogitemus aĩaꝫ utraqꝫ ſolida. ſ. tam cõpoſita q̄ꝫ ſimplicia ꝓrius iplere. Interualla uero numeroꝝ dupla ⁊ tripla ⁊ reliqua q̄ prediximus/quid proprie i aĩa ſibi uelint/⁊ ſi apd platonicos adhuc eſt ignotũ/licet tñ in preſentia forſan hunc in modum/ut ita dicam/uaticinari. Deſcribatur itaqꝫ triangulus iteruꝫ: in cuius ſummitate ſit eſſentia. In latere uo ubi numeri pares deſcribebãtur/deſignetur ifinitudo/⁊ deinceps alteritas atqꝫ mot9. At i latere/ubi diſponebãtur ipares/ſit terminus: deinde idẽtitas p ordineꝫ ſtatuſqꝫ ſequatur. Hic qdem ſeptẽ ſimiliter habebim9 unitates: quoꝝ aĩa ſub eadẽ ad ſe inuicẽ



ratione forſitan particeps fingi põt/ſub qua ab initio deſcripti limites numeroꝝ inuiceꝫ ſe reſpiciunt: ut aĩa eiuſmodi ꝓportiõe tam quinqꝫ reruꝫ genera/q̄ꝫ duo geneꝝ elementa. i. terminum infinitudinemqꝫ/participet. Sit igitur exẽpli gratia cõpatio eſſentie ad cuncta ſimul cõiuncta/ſexquioctaua. Forma eiꝫ totius cõis uno ſaltem excedit gradu quaſi tono/ꝓprias partium qualitates. Sit ſub eſſentia infinitudo. i. formabilis aptitudo. Comitetur hãc terminus: uelut ipſius forma: Sitqꝫ termini ad infinitudinẽ ꝓportio dupla. Supari eiꝫ oportet ab actu potentiã patiẽdi. Infinitudineꝫ ſequatur alteritas. Sed terminuꝫ comitetur identitas: Atqꝫ hec ipſa identitas alteritatem ſupet ſexquialtera rõne. Poſt hec ſequatur motus alteritatem. Status ãt identitatẽ: Supetqꝫ ſtatus motuꝫ ꝓportione ſexquitertia. Quod plato ſignificauit dicens. hec ab illis uix ſupari. Quod ſi ꝓportiones hic explicatas cõſideraueris/inuenies inſuper triplas ⁊ quatruplas. Sicut ab initio patuit in figura. Nã motum qdeꝫ ad infinitudinem/inuenies eẽ triplum. Statum uero ad eandem quatrupluꝫ. Ceteruꝫ ut excogitare poſſimus harmonicã participãdi ꝓportioneꝫ in aĩa/non ſoluꝫ ſecundũ quinqꝫ reꝝ genera ⁊ elementa duo/uerum etiã ſecunduꝫ uires ꝓprias: ſeptẽ gradib9 diſtributas/reddamus iam ſingulas aĩe uires/ſingulis uel generibus uel elementis. Sunt ãt he uires/unitas/intelligentia/uoluntas/ratio/imaginatio/uis cõnectendi/uis generãdi. Poſtremas uero has duas uires ſepe ſub una uel nature ul' uegetatiois appellatiõe/cõplectimur. Conferamus igitur hoc pacto. ſ. Anime unitatem/eſſentie. Uoluntatem infinitudini. Intelligentiam termino. Imaginationem alteritati. Rationeꝫ identitati. Generãdi uim/motui. Connectendi uirtutem/ſtatui. Similesqꝫ ſupioꝝ inter has uires/ꝓportiones excogitemus. At ſi equales in aĩa ꝓportiones reruꝫ alibi eſſe diximus: Nõ arithmeticaꝫ paritatem/ſed equalitatem harmonicaꝫ intelligi uolebamus.

Per interualla ſperaꝝ plato interualla rõnuꝫ inter anime partes aucupatur.




l15 C. Timei


Quemadmodum ex imaginis liniamentis sepe uiuentis forme liniamēta coniicimꝰ, sic ex hoc imaginario celestis aīe uultu, quē in speculari materia mundi cōspicimꝰ, uerā eius faciē ꝑ uiribus coniiectamus. Dupla igitur ⁊ tripla ⁊ cetera interualla ī prima numeroꝝ figura descripta, plato inueniri arbitratus ī speris, ad aīe partes ⁊ uires, unde in spās translata sunt, retulit. Putauit eī quantum spatii a terra usque ad lunā extat, duplum a terra ad solem usqȝ ꝑtendi. Quātumqȝ ab ipsa usqȝ ad solem, triplum ab eadem eē ad uenerem. Rursus quantum a terra ad uenerē, quater tantum ab eadem ad mercurium. Item quantū ad mercurii stellā ab ipsa terra, nouies tantū a terra ad martē. Et quātū a terra ad martē, octies tantum a terra ad iouem. Quantumqȝ a terra est usque ad iouem, septies ⁊ uicies tantū a terra usque ad saturni circū. Hic inter cetera uides grauiores planetas iouē atqȝ saturnū utrinqȝ ꝑ sol. dos numeros designari. Et si alibi ex nonnulloꝝ pythagoricoꝝ opinione, alias interuallorum mensuras recensui, platonicas tū ꝓbabiliores existimo. Per hec autē forsan intelligi possunt, que in decimo de re. p. de speris obscurius inuoluuntur. Item ꝑ illa que ō numeroꝝ ꝓportionumqȝ uirtute tractauimus coiectari possunt que in octauo de re. p. de celesti circuitu ⁊ numeris ⁊ ꝓportionibus implicantur.

Quomodo repleantur duploꝝ triploꝝumqȝ numerorum interualla.

Plato postqȝ primā excogitauit figurā septem limites continentem: in qua duple atqȝ triple rationes cōprehenduntur, deinceps alterā effingi iubet figuram adeo maiores numeros cōplectentem: ut ubi duple sexquitertiis sexquialterisqȝ replentur, he quoqȝ medie sexquioctauis sic impleantur: ut sexquitertiarum spatia tonum capiant. Describamus ergo figurā prime similem: sed senarium ponamus in apice: post quē longo spatio subdamus eius duplum. i. duodenarium: idqȝ spatiū occupemus octonario simul ⁊ nouenario. Deide similiter



lōgo spatio uigintiquatuor post duodecī describamus: ⁊ in hoc ipso spatio sexdecim decemqȝ ⁊ octo ponamus. Eodē ordine inter uiginti quatuor ⁊ quadraginta octo, uelut media triginta duo ⁊ triginta sex inserentes. Hactenus duploꝝ latus absoluimus. Deinceps uero triplorum spatia cōsumemus, ꝓcul a senario secernentes decem ⁊ octo senarii triplum: atque interponentes... ter eos nouem ⁊ duodecim designemus. Similiter inter decē ⁊ octo ⁊ quinquagintaquatuor eius triplum, uigintiseptē ⁊ trigintasex collocemus. postremo a quinquagintaquatuor ad eius triplū, cētū sexagintaduo. ꝑgemina similiter media. s. octuaginta unū centūqȝ ⁊ octo ꝑtendiamur. Ut ergo ad primā figure huius duplam habitudinē reuertamur, cōsideremus inter sex ⁊ duodecī medietates duas, octo. s. atque nouem. Et octonariū quidē inter sex ⁊ duodecī rōne harmonica se habere. Nā ⁊ excedit senarium, tertia senarii portiōe, ⁊ exceditur a duodenario, portione similiter duodenarii tertia. Item ad senariū sexquitertius ē. sed duodenarius ad ipsum ē sexqalter. Preterea differētia inter duodecim atqȝ octo quaternariꝰ ē. Differentia uero inter octo atqȝ sex, binarius. Sic igitur quatuor ad duo, sicut duodecim ad sex duplicem continent rōnē. In his uero que diximus artificium uersatur harmonicū: cōparemus quoqȝ nouē ⁊ ad sex ꝑ sexquialterā: ⁊ ad octo ꝑ duodecī ꝑ sexquitertiā qualitatē, ⁊ ad octo ꝑ sexquioctauā ꝓprietatem: qua resonet tonus. Intelligemꝰ ꝑfecto hac ipsa sex ⁊ octaua duos sexquitertios conligari. i. octo ad sex, nouēqȝ ad duodecim. neqȝ deest medietas his numeris aritmetica. Siquidē nouenariꝰ senariū quidē excedit ternario, ⁊ a duodenario pariter ternario supatur. Similiter ꝑ rōnes easdē in duplis sequētibus ꝓcedemꝰ, cōligātes duplas quidē ꝑ sexqtertias ⁊ sexquialteras. Itē sexquioctaua ꝓportione sexquitertias geminas cōnectentes: Similiter ferme excepto tono per triplas discurrere licet. Qm̄ uero sexquitertie rōnes non solum ex duobus tonis fiunt, uerum etiam ex hemitonio: ⁊ hoc qdē minore, cui deest ad plenum hemitonium particula quedā, iccirco plato inquit, in sexqtertiis portiunculā quādā



esse relictam. Ceterum quidnā sibi uelit in aīa figura hec ꝑ ampliores numeros explicata, nondum satis uidetur a platonicis explicatū. neque nos ī presentia explicabimus: nisi forsan dum plura ac saltem duo media inter extremos terminos collocat, subintelligi uelit genera rerum elementaqȝ in aīa: q̄ opposito se inuicē modo respiciunt, qualitates duas inter se inuicem reddere. Uelut si ubi terminus tangit infinitudinem, indefinitā reportet termini qualitatē: Atqȝ uicissim. Ubi infinitudo tāgit terminū, determinatam infinitudinis subeat passionem. Preterea ⁊ ī termino sit infinitudo quodāmō terminalis. Et uicissī ī ipsa infinitudine terminus indefinite progrediēs. Accedit ad hec qō ⁊ inter ipsas aīe uires talia quedā cogitari media possunt. ⁊ aīa ad sui ipsius exēplar, in mundo inter ea que longe distant, duo saltē media inserere consueuit: Tonus āt plenū significat motū pulsumqȝ aīe tam in seipsa q̄ȝ in celo. At hemitonium remissiorē ī elementis. Et usque adeo a primo deficientē: ut ꝑfectionis eius dimidia minorē suscipiat portionē: totus deniqȝ superior de harmonia tractatus triplicē concordiam significare uidetur. s: inter aīā atqȝ corpus. ⁊ inter aīe partes inuicem. atque iter partes corporis inuicem.

Diuisio anime, motus, ⁊ tempus.

Quod uero ait ipsā generū cōmixtionē in consumatione aīe fuisse consumptam: intellige aīā a deo ꝓcessisse ꝑfectā, ut suā ferme ideam ipleuerit. Diuisio preterea ī longū, ostendit ꝓprium aīe motum naturaliter esse rectum. s. in sensum, ⁊ uegetandi siue mouendi naturam. Item ob id secat in duo: ut ostendat tum in aīa duplicē esse rectum motū. s. ad sentiendum atqȝ mouendū: tum ab aīa ī corpore similiter esse geminum. s. uniformem atqȝ multiformem. Intersecat uero lineas duas ad aīā figurandam: deinde eas reflectit in girum: indicans naturā aīe ex se ad rectum motum ꝓcliuiorem, ab ipso deo ꝑ intelligentie munus circulari motui prorsus accōmodari, geminis inquam circulis. firmamento. s. nō erranti: ac post firmamentum orbibus peruagantiū planetarū. Firmamenti qdē circuitus ipsā identitatis intelligentieqȝ naturā ꝓprie refert. Anfractus āt multiplices, planetaꝝ ꝓprie naturam alteritatis inferiorumqȝ aīe partium representant. Sed ex ipso interiori animi motu simul ⁊ tempore, tēpus ī mundo una cū motu cōsequitur.

Tangit inter hec pauca quedā atque coīa: que ad astronomiā ꝑtinēt: sed hec facile quiuis uel mediocriter eruditus intelligit. ⁊ ō his nimis multa platonici quidā, tum greci, tum latini pertractant. Surgit mox questio de ideis: ac ō generibus animaliū mundanoꝝ, de quibꝰ in theologia latissime ꝑtractauimꝰ. Preterea quod de ipsa deorum quorundā demonumqȝ genealogia recenset, quidnā habeat uerisimilis, in theologia similiter ⁊ alibi declaratur.

Que a deo proxime, ⁊ que per media fiant.

Actenus patere cuiquam pōt: ab intellectu diuino mūdi opifice aīos deosqȝ mundanos ⁊ demones: ⁊ oēs mundi speras, spēsqȝ ipsas rerum absqȝ mediis causis ꝓcessisse. Que āt ō materia prima sit iter platonicos ambiguitas, narrauimus ab initio. Mandat ergo post hac architectus mundi filiis suis. i. animabus speraꝝ stellarumqȝ ⁊ demonum: uel etiam inferiorībꝰ angelis, ut ad imitationē sui, mixtionē sub luna reꝝ aggrediātur: hominiqȝ subiciant oīa: rationalēqȝ eius aīā ab eius acceptā, corpori caduco cōciliēt ꝑ uitā quandā irrationalē partim ab ipsis, partī ab aīa hoīs dependentē. Notabis āt in ipsis dei uerbis: quicquid ꝓxime fit a deo, sempiternū esse. Et quicquid ulla ratione cōponitur, quatenꝰ cōpositū ē, esse etiā dissolubile: Sed quatenus ꝑ diuinā uoluntatē cōposita qdā ita cōflātur: ut ī eis unitas super multitudinem, indissoluta seruari. Notabis insuper: ubi ait deū in suo habitu ꝑmanere dum mandat, ministros āt sequi, nihil mutabilitatis in deo eē dum mobilia regit ⁊ mouet. In ministris āt eius ꝓuidentiā eē mutationi cuidā propinquiorem. Deniqȝ in his omnibus mosaicum illud, Ego sum qui sū, cognosces mirifice confirmatum.

De hoīe quoad pertinet ad aiaꝫ atqꝫ corpus.

Rationalem hoīs aiaꝫ ait a deo ex eisdem rerū generib⁹ eodē in cratere cōmixtis atqꝫ mundi aiaꝫ fuisse conflatam. Crater significat ipsaꝫ uite rōnalis ideam: sꝫ adiungit ex reliquiis supioris cōmixtionis fuisse confectam/ significans pticulares uitas/ uniuersali uita/ inferiores esse. Tum uero deus aias. i. singulos ordines animarū/ singulis stellis accōmodat. Adhibet ⁊ uehicula. i. etherea corpa. Docet ⁊ fatales leges: dum aiabus infundit formulas ideaꝝ: p quas aie in se quādoqꝫ cōuerse/ rōnes rerū agnoscere possint. Qđ āt ď aie descensu fatali atqꝫ circuitu inquit/ alibi est expositum.

Post hec ministri dei fabricā humani corporis psequntur/ occultis eam uinculis cōnectentes. Per uincula hec occulta intellige complexionem hoīs eē adeo tempatā celoqꝫ psimileꝫ: ut uix in ea elementaliū qualitatū excessus appareat. Subdit deinde circuitus aie ī mole corporis impediri. Hic tu añ alia memēto aiaꝫ nostram simili rōne/ atque mundi aiaꝫ contextam fuisse: similesqꝫ circuitus possidere. Circuituꝫ ergo intelligentie impediri ait/ rōnis uero circuituꝫ distrahi. Duabus precipue rōnibus: tum qꝛ prius q̄ꝫ adultū sit corpus/ aia tota ī fabrica corpis occupatur: tum qa q̄ extrinsecus sensus mouent/ in teneriori etate offendunt uehementius: ⁊ pp nouitatē reꝝ animū circa corporea reddant admirabundum. His ergo de causis/ ⁊ intelligentia a diuino uacat officio: ⁊ rationalis ipse discursus circa inferiora distractus/ quasi demens/ turbatur ⁊ fallitur. Sic igitur totus anim⁹ pūersaꝫ figurā subit/ uitāqꝫ ducit laboriosam: dum ratio cedit sensibus: pinde ac siquis caput pro pedib⁹ humi figat: pedes uero p capite tollat ī altum. Iam uero q̄ de membrorum corpis dispositione adducit ī mediuꝫ/ satis a medicis ptractantur. In quibus id potissimū obseruabis: caput dici non principale solū/ sed etiā totū in corpe: reliqua eniꝫ solum ut capiti seruiāt/ adiuncta fuisse. Ex quo colliges hoīeꝫ contēplationis gratia eē natum. Sequitur de sensuum instrumentis. Que uero in his ď uisu dicūtur/ a calcidio satis: ⁊ que de somniis/ alibi satis exponuntur a nobis. Considerabis mox firmā de causis platonis nostri sententiā: res qualitatesqꝫ corporeas que nō ex se/ immo ab incorporea quadā causa mouētur/ ⁊ diriguntur ad finē: non esse reuera cās appellādas: sed latentis pūidentie instrumenta: Causam uero precipuā esse uoluntatē pūidentie/ ad exēplar sui sic oia disponentis: ut optime se habere iudicat ⁊ decernit. Itaqꝫ finaleꝫ cāꝫ prescriptā in pūidentia/ summaꝫ plato asserit causaꝝ. Tum confirmat iteꝝ hoīeꝫ eē natū ad celestia contēplanda: imo uero ad ipsuꝫ celi motorē p uirib⁹ imitanduꝫ. Et quemadmodū dixerat ui ūꝫ/ sic ⁊ auditum contēplationis ⁊ discipline gratia nobis esse tributum: item ut p sensibilē harmoniam: animi quoqꝫ motus harmonice componamus. Ceteros autem preter uisuꝫ auditūqꝫ sensus/ quasi minus conducant ad speculandum/ nihilipendit.

Quomodo mundus ex mente ⁊ necessitate cōpositus sit.

Postquam tractauit de formali mundi ordine: quē ideo uocat intellectuꝫ: qm̄ est intelligentie diuine simulachrum: tractat iam de materia mundi: quam ideo necessitatē nominat/ qꝛ nō pp se ipsaꝫ/ sed tanq̄ꝫ formis ultimus necessaria/ est introducta. Item qꝛ mundus ob eius amixtioneꝫ de forme nō nihil necessario patitur. Hinc illud/ Mundus ē ex itellectu ⁊ necessitate compositus. i. ex ipso formaꝝ ordine atque materia. Possumus quinetiaꝫ sub necessitatis noīe/ intelligere non materiaꝫ solum: sed aiaꝫ quoqꝫ eius in primo pcessionis sue signo. uelut informem materie instar consideratam. Utraqꝫ enim tam aia q̄ꝫ materia in primo originis sue signo informis quidē est: sed facile ē formabilis p intelligentie munus: unde ⁊ ipsi aie rōnes seminaqꝫ formarū naturalium infunduntur: ⁊ materie qualitates atque forme. Qđ āt ait añ mundi dispositionē/ elementa quodāmō extitisse/ intellige quasdā elemētoꝝ uires tam formatrices in aia: tum formabiles ī materia. Item quod inquit materiaꝫ añ mundum absque ordine fuisse iactatam: expone/ potentiam aie motriceꝫ etiā añ intelligētie munera potuisse/ materiam agitare/ sed pcul ab ordine. Preterea ubi ait mundum a deo exornatum fuisse per suasa pri⁹ necessitate: sic accipe. ut prima illa materie aieqꝫ natura quamuis cogitetur informis/ tamen preparationē a deo ad formas adeo formabilē suscepit ab initio: ut nō potuerit eē paratior. Obseruāda iter hec ē illa distinctio: qua dicitur uniuersum in exordio libri/ in duo fuisse diuisum. i. exemplar atque simulachruꝫ. nunc uero distinguendū esse in tria. i. exēplar ⁊ simulachrum ⁊ materiā. Hic primo quidē uideri pōt reipsa idem esse/ ipsum exēplar mundi ⁊ efficientē eius cāꝫ ⁊ finalem. Deinde totum mundi ordinē non tam substantiale quiddā esse q̄ꝫ inuisibilis mundi simulachruꝫ. Preterea qđ materiā ⁊ supra secreuit a mente/ ⁊ hic a mentis secernit simulachro/ coniectare possumus materiā non tam p ideam pp̄riam q̄ꝫ p ideā forme a deo pcedere: neque antecedenti pposito sed quodāmō consequenti/ ab intelligentia/ ut ita dixerim/ adinuentā. Tum uero et materiā esse ⁊ quid sit ⁊ quo pacto se habeat/ ex ppetua transmutatione formaꝝ/ diligenter ostendit: ex qua ēt materiales formas eē quodāmō falsas argumētatur. Deinde p eas ad ueras idealesqꝫ formas ascendit: que oia in theologia planius declarantur. Adduxit in medium multa materie nomina. s. spēꝫ inuisibileꝫ. Sinum informē omniumqꝫ capaceꝫ formaꝝ. Naturam. Potentiam. Matrem mundi. Nutricem formaꝝ. Subiectum. Receptaculum. Locum. Sed ex hoc loci noīe ridere licet pipateticuꝫ adeo ineptū/ siue maleuolum potius: ut dementie platonem insimulet/ quasi materiā uoluerit locum eē proprie mathematicum. Quodquideꝫ p cetera materie noīa euidentissime confutatur. Denique ex eo qđ materia pp̄riā sibi uendicat informitatem: Argumentare unitatem sibi pariter uendicare. Si eiꝫ informis/ ergo ⁊ indistincta. Si ita/ ergo ⁊ unum. At ex eadeꝫ informitate nō sibi uēdicat esse: sed p ipsaꝫ potius cadit ab eē. Cum igitur unuꝫ atqꝫ ens nō eque materie congruant/ eadem inter se esse non possunt. Est āt unum superius ente: qm̄ latius sese fundit: presertim cum priuationi insup cui non conuenit ens/ tn̄ cōueniat unuꝫ. Ex hoc rursus argumentamur materiam a summo tantum principio rerum posse produci.

Quomodo physica constent ex mathematicis. Ac de elementis ⁊ mixtis.

Deinceps phhysica per mathematica pbaturus/ in primis mathematicoruꝫ doctrina laudat tanquā oīs eruditiōis ingenue uiam. Longum Laurenti foret ī presentia recensere quot nostris temporibus mathematicā ingressi uiam/ ad finem puenerint exoptatuꝫ. Petrum leonem spoletinuꝫ nouimus mathematicoꝝ maxime beneficio/ nō aristotelicos tantuꝫ/ uerum etiam platonicos iam sensus penetrauisse. Florentie uero Baptistam leoneꝫ albertuꝫ ab eisdē disciplinis exorsum/ opus in architectura pulcherrimum edidisse. Quid dicam de Francisco berlinghierio nostro niccolai filio? non ne hic mathematicoꝝ bñficio fretus ď cosmograpia uersibus scripsit egregie? Memineꝫ uero turbet/ qđ Plato pythagoreorum more ex mathematicis/ physica cōponere uideatur. Non eniꝫ intelligi uult naturalia corpa ex figuris et numeris tanquā ex elementis ⁊ partibus: sed tanquam ex terminis/ quadaꝫ resolutione cōponi: qđ uidelicet naturalia ī illa quasi priora/ ac ueluti terminos resoluātur. Non ne termini corporum dimensiones sunt atqꝫ figure. Numeri etiā termini figuraꝝ? Preterea spēs naturales subiecto non soluꝫ comuni: sed pp̄rio indigēt. Figuris āt satisfacit comune subiectum. At numeri neqꝫ proprio neqꝫ comuni neqꝫ ullo prorsus corporeo indigent fundamento. Ex quo patet figuras quideꝫ naturalibus speciebus: numeros āt figuris esse priores. Triplicem ergo in rebus ordinem pythagoras platoqꝫ cogitabāt/ specierum/ figurarum/ et numerorum. Triplicem similiter inter ideas: adeo ut ⁊ in rebus ⁊ in ideis/ species in figuras/ figure resoluantur in numeros: Atque certe spēs/ figuris certis/ certe figure/ certis numeris quodāmodo congruant: rerum ordine oīo sic exigente. Quam obrem ubi aiunt speciem ignis ex pyramidali figura/ ⁊ pyramidem solidam/ ex triangulis quatuor/ ⁊ hos ex quaternario ternarioue constitui/ significare uolunt proprietatem quandam in his cunctis communiteꝫ esse persimilem. Et

comparanda hec inter se potius q̃ȝ cõponenda.

Hac utique ratione figuram igni pyramidalem tribuit. Aeri figuraȝ facies habenteȝ octo quam nominat octaedram. Aque facies habentem uiginti: quaȝ icosaedram uocat. Terre facies sex habentem, nomine cubum atque talum. Uniuerso deniqȝ duodecim facies possidenteȝ. Et pyramidalem quidẽ figuraȝ ideo conuenire uult igni: quia tenuis, ⁊ ad incisioneȝ pre ceteris apta, ex paucioribusqȝ triangulis constituta: ideoqȝ oĩuȝ leuissima figuraꝝ. Figuram uero cubicam terre, qȝ solidissima atque stabilissima sit. Figuras alias mediis elementis, quoniã ad motum atque statum inter ignem ⁊ terram, medio modo se habẽt. Duodecaedram, que duodecim facies habet, cõgruere putat mundo ꝑ speras duodeciȝ: ac signa duodecim i çodiaco. Resoluit ãt solida i plana. Plana uero i triangulos: precipue in eos qui rectanguli nominantur: Quoꝝ unus scalenus sit .i. scalaris latera omnia inequalia possidens. Alter isoceles .i. equicrurus duo habẽs equalia latera: Alĩ triangulum equilaterem in quo neqȝ rectus angulus neque linea in ꝑpendiculum recta sit, minus cõponendis planis aptum existimat. Cõstituit ex scalenis pyramidalẽ, ⁊ octaedraȝ, icosaedrãqȝ moleȝ: cum pyramis ex triãgulis quatuor equilateribus constituatur: quorum quilibet in sex triangulos scalenos diuiditur. Octaedra figura ex octo similib⁹: quoꝝ quisque in sex triãgulos scalenos similiter distribuitur. Icosaedra figura ex uiginti similibus: quoꝝ quilibet simi liter i sex scalenos euadit. Isoceles ãt triangulus figure cubice dicitur elementuȝ. Quatuor eniȝ isoceles triangulum cõcurrentes quadrangulum cõplent. Ex huiusmodi uero quadrangulis sex cubus efficitur. Deniqȝ dodecaedram figuram mundo, ut dicebam, accomodauit: qm̃ syderum forme duodecim suspiciuntur in çodiaco: quoꝝ quelibet in partes triginta secatur. Similiter in figura dodecaedra intueri licet pentagonos duodeciȝ, sigillatim in triangulos equilateres quinqȝ diuisos: ita ut unusquisque rursum ex triangulis sex scalenis conficiatur: Et i omni mole dodecaedra trecẽti sexaginta reperiãtur trianguli: quot etiã in çodiaco portiones existunt.

Tractat uero deinceps de motibus passionibusqȝ elementoꝝ. Item quo pacto distinguãtur in ꝑtes, ⁊ inuicem misceantur: ⁊ quos effectus mixtione conficiant. Preterea qualis sit tum elementoꝝ tum mixtoꝝ inuicem cõmutatio. Inter hec õ mixtis imperfectis agitur, ⁊ de ꝑfectis: de liquoribus, ⁊ lapidibus ⁊ metallis: sed hec ferme oĩa pythagorico more sub obscuris metaphoris inuoluuntur. Apertioribus autẽ uerbis platonẽ auditoribus suis tradidisse putamus: ⁊ aristoteleȝ pre ceteris manifestius eadem litteris cõmendasse. Horum itaqȝ oĩuȝ a libris Aristotelis õ generatione atqȝ meteoris interpretatio requirat. Tractat insup de passionibus q̃ ab elementis aĩaliuȝ sensibus inferũtur. De passionib⁹ inqȝ, ⁊ occultis ⁊ manifestis. De uoluptatis doloriseqȝ speciebus: Que in philebo ⁊ nostro de uoluptate libro perspicue declarantur. Agit preterea de sensib⁹ ipsis eorumqȝ obiectis. Distinguit sapores, odores, ⁊ uoces, atque colores.

Iteꝝ õ hoĩe quantũ ad aĩaȝ spectat ⁊ corpus.

Consideratione dignum est quantum nos admoneat Plato noster, dandã eẽ operaȝ, ut nos ipsos ꝓ uiribus cognoscamus: meminerimusqȝ oĩa ĩfra lunaȝ fuisse nobis a deo subiecta: neq̃ ipsi ↄtra dignitatẽ nostrã inferiorib⁹ nos uicissiȝ subiciam⁹. In ipso eiȝ toti⁹ disputationis exordio õcretuȝ ẽ de uniuerso tractari, usqȝ ad ipsaȝ hoĩs geniturã. Rursus i medio disputationis cursu diis a patre precipitur exornare hominem, dominum aĩaliuȝ: quem ad imaginẽ ⁊ similitudineȝ suaȝ eẽ uelit atqȝ preesse. Deinde paucis interiectis reditur ad hoĩeȝ. Demuȝ ꝓpe finem resumitur, qõ primo fuerat institutũ, oȝ õ uniuerso usqȝ ad geniturã hoĩs fuisse tractandum: Atqȝ i cũctis mosaico more ꝓbatur hoĩeȝ in diuino hoc opificio ⁊ in primis ꝓponi, ⁊ postremũ fieri quasi fineȝ. Ergo nunc ⁊ obmittẽs alia, repetit diuinũ in hoĩe generãdo mãdatũ: ⁊ in hoc absoluẽdo diuinoꝝ obsequiuȝ ministrorum, neqȝ id qdeȝ iniuria. Predixerat eiȝ soluȝ in terris hoĩeȝ iustitiã ⁊ supos eẽ culturum: ut maxime rõni sit consentaneum, deos geniturã hoĩs diligẽter excoluisse, Sed his obmissis, que sequntur expediamus. Iteruȝ de aĩa irrationali tractatur nõ a deo ꝓxime, sȝ ꝑ sequẽtes mobilesqȝ cãs constituta. Que rõnali subiecta sit celitus, a deo demisse. Irrationaleȝ uero aĩaȝ platonici nõ tam substãtiale aliquid, q̃ȝ accidentale quiddã ẽe putãt quasi rõnaliũ uestigiũ aĩaꝝ: In quo sensus qdeȝ sint, sȝ ꝑ diuersa corpis instrumenta diuisi, atqȝ patibiles. Sensum ãt in ipsa aĩe rõnalis substantia ponunt cõeȝ simplicẽ impatibileȝ: q non ꝓprie accipiat illatas a corporibus passiões: quẽadmoduȝ sensus alter: sed alteri⁹ sensus ꝑcipiat, siue poti⁹ indicet passiones. Proinde rõnalis aĩe substantiã indiuisam ⁊ in se consistentem eẽ ꝓbãt: neqȝ capiti uelut substẽtaculo, cõmẽdatã: sed quasi uel instrumẽto ipsi⁹ accõmodatã, uł cuidã i suo genere simili cõparatam. Irrationalẽ uero i membris quodãmodo residere. ⁊ partẽ qdeȝ eius audacie ⁊ iracundie cõpotẽ cordi, ꝑtem uero cõcupiscentie deditã iecori cõmẽdatã. Uerum de hoc ipso iecore mirã pythagoricoꝝ notabis opinioneȝ: uidelicet, id mẽbrũ ex certa soliditate ⁊ clara pariter lenitate, sic eẽ cõtempatuȝ: ut speculi modo imagines reꝝ accipiat, facile admodum atque reddat. Profecto quẽadmodum imaginatio uehemẽs grauide mulieris i fetu tenerrimo sepe exprimit rei desiderate notas. Ita uehemens siue mentis notio, siue sensus imaginatio naturã iecoris specularẽ facillime format. In hoc ipso speculo demones supiqȝ futuroꝝ effingunt imagines, quotiẽs pacato ꝓrsus aĩo aliunde illic imagines nõ pingũtur. Itaqȝ futuroꝝ nore speculo huic infuse i menteȝ ꝓtinus imaginationẽqȝ resultãt: sȝ illic sepe imaginib⁹ alius adeo ↄfundũtur, ut futura portẽdere nequeãt. Quando uȝ uel mens prudentie officiis occupata circa gubernãda distrahitur, uel imaginatio similibus negociis occupatur. Ubi uero rõnis imaginationisqȝ uacãt prudẽs ⁊ continuata ⁊ laboriosa discursio, sepe imagines futuroꝝ a superis i speculũ nostrũ ꝓsilientes, inde i iudiciũ manifeste resiliunt. Uerum quidnaȝ portendãt discernere illius ẽ officiũ, q ab antecedentibus in consequẽtia prudenter sagaciterqȝ discurrere cõsueuit. At uero discursio talis impedit uaticinium: ut merito alii sint qui preuidẽt: alii qui preuisa interpretantur, ⁊ explicant. Post hec ꝓseqtur materiaȝ latissime a medicis explicatam õ humorib⁹ cõplexionibusqȝ ⁊ mirabili humani corpis artificio. Atq elegantiaȝ platonis in hoĩs corpe describendo adeo admiratus ẽ Bartholomeus fontius noster rhetor egregi⁹: ut preclara orõne ꝓbauerit, neqȝ lactantium, neqȝ corneliũ celsuȝ, neqȝ ciceronẽ ipsuȝ eadeȝ in re describenda ad mirã platonis eloquentiaȝ accedere potuisse. Inter hec preceptũ religiosum considerabim⁹. non esse õ diuinis ulterius affirmãdũ, q̃ȝ diuinũ confirmet oraculũ. Item ꝓuidentiã in hoĩe cõponendo nullã oĩo aliã habuisse rationẽ, nisi ut cõtẽplationi foret aptissimus. Rursum res naturales i effectibus ꝓducẽdis non esse ꝓprie cãs, sed diuine ꝓuidentie instrumenta. Principalem nãqȝ cãȝ singulorum in ea intelligentia sitam eẽ: que boni rõneȝ habens, singula future cõmoditatis gratia fabricat. Definit deinceps quid sanitas corpis sit, quid morbus: Distinguit quoqȝ morboruȝ, tum alioruȝ tum febrium spẽs: singuloꝝqȝ rationes assignat. Quales esse potissimũ rationes, quas apõ Galienũ platonicũ legi iandiu existimaui, ac nup a Georgio cyprio insigni medico sum in sententia confirmatus. Hic eiȝ his diebus cum ad me curãde matris mee gratia frequẽter accederet: meqȝ reperiret hec ipsa legentem, miro quodam ordine galieni mentem cum platonica mente coniunxit. Post hec ãt ꝑfectaȝ hoĩs ualitudinẽ definit cõeȝ corpis animiqȝ concordiam. Quã tunc demũ possideri putat: qñ tam corpus q̃ȝ aĩa i se ipsis disponũtur bene: deinde simul optime componũtur. Optime inquaȝ .i. equali quadaȝ mensura: ut neqȝ robur animi nimis excedat modum corpis: neqȝ robur corpis supet animi modum. Sed añ q̃ȝ perfectã hãc definiat sanitatem, animi morbum distinguit in duos .s. ignorantiã ⁊ insaniam. Insaniã uero dupliceȝ eẽ ait. Unam qdeȝ occultã: q̃ in continua ꝓnaqȝ ad insaniã affectione cõsistit. Puta habitũ quendã ad ꝑturbationẽ aliquã ꝓpensissimum. Alterã uero manifestã .s. quã uel aliqua ꝑturbatio supramodũ adaucta detegit, ut i grãdu summo cupiditatis et uoluptatis timoriseqȝ

⁊ doloris ⁊ ire: uel napores humorum incluſi mēbris inducūt/ut atra bilis ex ſanguinis/uel bilis uel ſalſe pituite aduſtione pueniēs. Jnterea ubi ait/neminē ſpōte eē malū/ſꝫ pp naturā ꝯſuetudinēqꝫ ōprauatā/Jtellige naturalē pro cliuitatē nō mediocriter p oppoſitā ꝯſuetudinē cohiberi ab initio potuiſſe. Sꝫ ꝓcliuitatē illā diuturna ꝯſuetudine cōfirmataꝫ: extirpari qdē oīo nō poſſe/exacta nihilominꝯ doctrina exhortationibusqꝫ amputari. Docet poſt hec colere corpus ſimul ⁊ aiuꝫ/ꝑpetuo quodā exercitationis motu. Exercitationis inqꝫ moderate. Motu inqꝫ ꝓprio ⁊ ad bonum ꝓpriū rite directo: quo utrunqꝫ exercitatū atqꝫ nutritū tm̄ uiriuꝫ conſequatur/ut alteri non ſuccumbat. Optat qdeꝫ plato corpus aīo cedere/ſꝫ nō ita ſuccūbere/ut motus animi ſubſtinere nō poſſit. Optat corpus ualiduꝫ atqꝫ firmū: ſꝫ ſub aīo longe ualidiore. Mox quantum exercitationem laudet/attēde. quātū temerariuꝫ pharmacoꝝ uitupet uſum. Proinde quēadmodū tam corpus q̄ꝫ aīaꝫ ꝓpriis exercere ⁊ confirmare motibꝯ iuſſerat/ſic tres aīe uires. i. rationaleꝫ/aīoſaꝫ/cupidā: ſuis qūalibet motibꝯ precipit ꝯſeruare. Verum tamē rationaleꝫ alimentis frequentioribus enutriri: ne ceteris ſuccumbere compellatur. Ait intellectū homini ꝑ demone datuꝫ. ſ. intimo. Alteꝝ eīꝫ demonē habet externū. Jtem rectū corpis habitum quaſi celeſti tributum. Rurſus eum q uires irrationales ſupra modum nutrit/mortaleꝫ euadere: quaſi doceat quomodo accipiendum ſit/ubi ait hoīeꝫ fieri brutuꝫ. i. bruto ꝑſimileꝫ. Addit eum q precipue alit menteꝫ ſic īmortalem fieri/ut īmortalitatis nulla pars deſit. Jmꝑfecta eīꝫ imortalitas ē/q̄ motum agit ꝑpetuuꝫ. Perfecta uero/q̄ manet: qualis utiqꝫ eſt in eo q ſola iam intelligētia uiuit: euaditqꝫ ex hoīe demon: Ex quo intelligitur etiā quando ait hoīeꝫ effici brutū/id non ꝓprie/ſꝫ quadā ſimilitudine dici. Preterea ex eo quod ſubdit feminas ortas ex maſculis/ſi placet/obſcure nobis referat moſaicum illud Euam ex uiro fuiſſe ꝓductam. At uero gradus brutoruꝫ oēs paulatim ex grauiori rōnalis aīe lapſu multiplicari/Jntellige aīaꝫ noſtram ob quandā liberi motus infinitatē/poſſe ⁊ intra ſe in brutoꝝ oīuꝫ affectus habituſqꝫ prorueꝛe: ⁊ extra ſe ſupplicii loco inter ſimilia bruta/uel brutoꝝ loca diuino quodā transferri iudicio. Jtem oēs inferioruꝫ ꝑſeuiuentium dotes in hominis anima tanquaꝫ ꝑfectiſſima contineri: atque brutoruꝫ aīas in ipſo rerum generatioīsqꝫ ordine/ad noſtrā referri/quaſi finem. Si hunc in modum progreſſionē anime rationalis in alias: atque uiciſſim in hāc aliarum regreſſionē acceperis/forſan a platonico ſenſu non aberrabis. Jpſe enim hic ſub perſona pythagorica loquens/fabulam oportune confingit pythagoricarum ſimileꝫ fabularum: atque ne hec quaſi ſub hiſtorica ueritate forſan admitteremus/non aliter q̄ꝫ poete ſoleant animaliuꝫ transformationes/adducit. Hec igitur ſic accipito/timeiqꝫ libruꝫ eo fine concludito: qui doceat nos/deuꝫ ante omnia colere: qui bona oīa ſola benignitate prouidentie ꝓcreauit.

Decreueraꝫ magnanime Laurenti breuiora hic quemadmodum argumentum decere uidebatur/afferre: multaqꝫ amplioribus cōmentariis que in timeum iam deſignauimus/reſeruare: Sed philippus ualor platonicoꝝ ſtudioſiſſimꝯ penes queꝫ uniuerſo platonico opi in Agro maiano extremā manuꝫ impoſui/plura me hic coegit effundere. Philippus ualor/ualorie uirtutis generoſiſſimus heres: Cui ego plurimum debere me fateor/tum quia platonica egregiaqꝫ omnia magnope colit/tum quia ſingulari amore erga te tuoſqꝫ omnes afficitur.

Timeus platonis.

Socrates: Timeus: Critias: Hermocrates.

Unus/duo/tres. Quartꝯ autē o/amice timee ubi naꝫ eſt? Ut qui heri a me cōuiuio accepti eſtis/hodie me uiciſſiꝫ accipiatis. Ti. Aduerſa ualitudine laborat/o/ſocrates. Non eīꝫ ſponte ab hoc cetu ⁊ diſputatiōe abſtinuiſſet. So. Ergo tui/o/timee ⁊ iſtorum erit officii: quod quarti illiꝯ abſentia deeſt/implere. Ti. Jta ꝓrſus. Quare nihil quoad fieri poterit/pretermittemus. Nam cum laute abs te heſterno epulo accepti fuerimꝯ/nefas eſſet/ſi epulas tibi ꝓ uiribus ſimiles libenter nō redderemꝯ. So. Num recordamini/que uobis ⁊ q̄ꝫ multa tractanda propoſui? Ti. Partim quideꝫ tenemus memoria: partim uero tu/ſi exciderint/ſuggeres. Jmmo uero niſi moleſtum ſit/breuiter illa ab exordio repete: ut nobis iterū cōfirmentur. So. Faciam equidem. Summa diſputationis heſterne erat res. p. qualis mihi ⁊ ex qualibus uiris optima poſſe fieri uideretur. Ti. Nobis certe omnibus ualde probata ſunt o/ſocrates que dixiſti. So. Principio agricolas ceteroſqꝫ artifices a militibꝯ ſeparauimꝯ. Ti: Certe. So. Cum uero cuiqꝫ quod pro ſua nature inſtinctu precipue ſuum eſt/⁊ ſingula tm̄ ſingulis artibus officia tribueremꝯ/illis quoqꝫ quos pre ceteris bella gerere oportet id unum dūtaxat ꝓtegēde. ſ. ciuitatiſ munꝯ iniūximꝯ/⁊ aduerſus exsternos hoſtes/⁊ aduerſus ciues rei. p. euerſores: ita ut erga ſubiectos tanquā natura amicos mites ſint: cōtra hoſtes uero in prelio ferociſſimi. Ti. Jta ꝓrſus. So. Duplicem ſane naturā i cuſtodū animis eē debere tractauimus/⁊ iracundā ⁊ philoſophico ingenio precipue accōmodataꝫ/ut recte i ſuos manſueti ſint: i alienos uero feroces. Ti. Proculdubio. So. Quid āt de nutritiōe dicemꝯ? Nōne gymnicis exercitationibus ⁊ muſica ceteriſqꝫ decentibus diſciplinis/eos a nobis inſtitutos fuiſſe? Ti. Valde quidem. So. Jta educatos homines neqꝫ aurum neqꝫ argentuꝫ neqꝫ aliud quicquam proprium aut habere aut putare ſtatuimus: ſed tanquam adiutores publicoſqꝫ miniſtros ſola mercede contentos eſſe/tanta ab his quos tuentur exhibita quanta moderate uiuentibꝯ ſufficere uideatur: ſtipendio preterea publico in cōe uti noluimus: ⁊ ad cōeꝫ inter ſe uictum impendere/ut ceteris poſtabitis omnibus ſolius uirtutis ⁊ cuſtodie curaꝫ habeant. Ti. Hec quoque ita abs te dicta fuerunt. So. Naturam preterea mulierum non aliter q̄ꝫ uirorum effingi precipimus: ſtudiaqꝫ oīa tam belli q̄ꝫ pacis mulieribus cum uiris eſſe cōia. Ti. Jd quoque dictum. So. An tenetis memoria que de procreandis liberis diximus? Forte uero ob rei ipſius nouitatem firmiter tenuiſtis? Cōes quippe nuptias liberoſqꝫ ſtatuimus: ut nemo natos ſuos diſcernat/ſꝫ oīs ab omnibus conſanguinei exiſtimentur/duꝫ equales ferme natu fratres ſororeſqꝫ uiciſſiꝫ ſe iudicāt: maioribus uero patrum uel auoruꝫ reuerentiā exhibent. erga minores āt tanquā filios ⁊ nepotes afficiuntur. Ti. Hec quoque memoratu facilia ſunt. So. Ut aūt q̄ꝫ optimi ab ipſo initio ꝓ uiribus gignerentur/magiſtratus utriuſque ſexus nuptiis prepoſuimus: Qui clam ſortibus quibuſdam opaꝫ darent: ut praui prauis/boni contra bonis mulieribus miſcerētur. neqꝫ ulla ob hoc diſcordia orieretur/cum i congreſſu minus ꝓſpero quiſque fortunaꝫ potius ſit q̄ꝫ conſiliū principū culpaturus. Ti. Recordamur. So. Preterea ſanximus bonoꝝ fetus i patria alēdos eſſe/alioꝝ uero alios alio clam mittendos. Adultos demū utroſqꝫ diligēter ꝯſiderādos: ut ſiqui inter relegatos bone indolis ſint/in patriā reuocentur. ſiqui uero inter domeſticos contra uideantur affecti/ſimiliter relegentur. Ti. Jta ſtatutuꝫ eſt. So. Num ſatis iam heſternam diſputationeꝫ quantum compendio licet/narrauimus? an aliquid etiā a me pretermiſſuꝫ/o/amice timee recēſeri ꝯſideras? Ti. Nihil ſane. hec enim ferme ſunt que tractaueras. So. Audite deinceps quo pacto erga hāc quam deſcripſimus rem. p. ſim affectus. Cōpa

ratione plane uobis aperiam. Quemadmodum
siquis animalia eximie pulchritudinis intuitus
seu picta/seu uiua quidem sed torpentia/motus
gestusque uiuentium et certamen aliquod eorum
expectare desideret/sic ego nunc libenter ali
quem narrantem audirem/quo pacto supra de
scripta ciuitas cum finitimis ciuitatibus decer
taret: quidue tanta eius educatione disciplinaque
dignum in bello uel pace tam dicendo quam agen
do erga ciuitates singulas demonstraret. Equi
dem/o/critia et hermocrates mihi conscius sum
non posse me eam urbem uirosque pro dignitate
laudare. Me quidem non posse nihil mirum: sed
de ueteribus quoque et huius seculi poetis idem
existimo: non quo poeticum genus contemnam:
sed quod euidens unicuique sit imitationis stu
diosos ea facile et optime imitari: in quibus fue
rint educati. aliena uero longeque ab eorum edu
catione remota operibus quidem difficile/uer
bis etiam difficilius posse prout conuenit emu
lari. Sophistas utique et dicendi et aliarum fer
me preclarissimarum artium peritos esse arbi
tror: sed quia multas quotidie ciuitates perrant/
nec proprias sedes ullas habent/uereor ne con
iectura quidem assequi nequeant/quam multa et
qualia uiri philosophi atque ciuiles tam bello
quam pace erga singulos uerbis et operibus agant.
Sola igitur uestra professio superest/tum natura tum
disciplina philosophie et rerum gerendarum stu
dio pollens. Timeus quidem iste ex locris que
urbs in italia iustissime gubernatur/nobilitate
et opibus prestantissimus summis magistratibus
et honoribus functus est: et ad summa totius phi
losophie fastigia/ut opinor/ascendit. Critiam
quoque scimus hec utraque consecutum. hermo
cratis etiam naturam educationemque his omni
bus que diximus tractandis esse accommodatam/
cum multis testimoniis moneamur/dubitare
non licet. Quapropter rogantibus uobis heri
de republica disputari/libentissime parui: cum
cogitarem quod deinde instituto operi superfo
ret/a nemine commodius quam a uobis modo ueli
tis/posse tractari. Cum enim ciuitatem ad bel
lum idoneam constitueritis soli omnium uos/et
que eam decent/uicissim omnia tribueritis. Cum
uero in superioribus que mihi iniuncta fuerant
perfecissem/que modo rettuli uobis tractanda
commisi. Uos autem communi consensu impe
ratum munus mutuo mihi parandi nunc sermo
num conuiuii recepistis. Ego igitur adsum ad
promissas epulas paratissimus. Her. Nos quoque
omnes/o/socrates ut pollicitus est modo timeus/
quod iubes pro uiribus exsequemur: presertim
cum nulla excusandi sit ratio/quo minus id fa
cere debeamus. Nam preterito die cum dispu
tatione peracta mox ad hospitium quo apud cri
tiam suscepti sumus rediremus/et inter eundum
primo et domi rursus de his rebus uerba fecimus.
Hic igitur nobis ueterem narrauit historiam:
quam uelim/o/critia socrati modo recenseas:
ut cum audiuerit/iudicet nunquid ad eam rem
quam nos exsequi iussit/conducere uideatur.
Cri. Faciundum est: si ita timeo quoque uide
tur/tertio disputationis huius participi. Ti.
Uidetur sane. Cri. Audi socrates miram qui
dem: sed plenam ueritatis historiam: quam so
lon septem sapientum sapientissimus recense
bat. Erat enim domesticus admodum amicusque
dropidis proaui nostri: quod in suis carminibus
ipsemet sepe testatur. Auo autem nostro critie
ut ipse nobis senex postea referebat/quandoque
narrauit: res gestas huius urbis memorabiles
diuturnitate temporis hominumque interitu ob
litteratas. Unum uero pre ceteris facinus insi
gne recensuit: quod uobis nunc narrandum cen
seo: ut et tibi morem geramus/et deam cui ho
dierna pompa dicata est/hac narratione quasi
quodam hymnorum cantu/ut par est/honore
mus. So. Recte loqueris: sed quid istud tan
dem est? quod critias non quasi uerbis descri
ptum/sed quasi ab hac ciuitate quondam gestum
ex solonis narratione uobis aperuit? Cri. Re
feram priscam mihi puero traditam ab auo hi
storiam. Cum ageret critias annos/ut ipse
dicebat/circiter nonaginta: ego uero decem/
celebrareturque solemnis ille dies: in quo ad can
tum carminum pueri conuocabantur: congre
gati sumus et nos una cum proximis notisque pue
ris: nobisque a parentibus carminum canendo
rum certamen est iniunctum. Ubi multorum

poetarum carmina non pauca memoriter pro
nunciata sunt. et solonis uersus a plurimis pue
rorum utpote nouitatem poematis admiranti
bus decantati. Tum contribulis quidam/seu
quod ita iudicaret/siue quod critie blandiri
uellet/uideri sibi inquit cum in ceteris sapien
tissimum fuisse solonem/tum in carminibus poe
tarum omnium generosissimum. His uerbis/ut
recte memini/ualde letatus est senex. atque
ita ridens inquit. Si solon/o/aminander non
tantum relaxandi animi gratia/sed dedita
opera serioque sicut alii poesim esset secutus/uel
historiam quam ab egypto reuersus instituerat
absoluisset/a qua quidem seditionibus ceterisque
ciuitatis fluctibus deturbatus medio in cursu
destitit: nec homero hesiodoque nec alio quoquam
poetarum/ut opinor/inferior extitisset. Ad
hec ille. Qua de re o critia tractare solon in
stituit? So. De maximis inquit rebus ab hac
ciuitate quondam gestis/quarum memoria apud
nos temporis diuturnitate et interitu hominum
extincta est. Dic queso inquit/o/critia: quid
illud opus et quomodo actum: et a quibus habi
tum tanquam uerum solon narrabat? Cri. Est
inquit egypti regio delta: cuius e uertice scin
duntur nili fluenta. Eius campi/saitica pascua
nominantur: In quibus maxima ciuitas est:
quam saim uocant. Unde amasis fuit rex. Urbis
eius fundatrix dea fuit/quam egyptii neithen/
greci athenam nominant. Ipsi porro homines
atheniensium amici sunt/eisque genere quodam
coniunctos esse se predicant. Quo solon pro
fectum se honorifice acceptum fuisse referebat.
Et cum de uetustatis memoria ab illis sacerdo
tibus qui in hac re ceterorum peritissimi erant/
quesisset/expertum se esse dicebat: neque se
ipsum neque alium grecorum quemquam cogni
tionem antiquitatis ullam habere: Quandoque
uero coram sacerdotibus/ut eos ad sua narran
da prouocaret/de antiquissimis illis athenarum
historiis uerba fecisse: phoroneo primo et nio
be/postque inundationem mundi de pyrrha et deu
calione/eorumque posteritate: et de temporibus
quibus singula contigerunt. Tunc ex sacerdo
tibus quendam grandem natu dixisse. O solon
solon: greci pueri semper estis. nec quisquam
e grecia senex. Cur istud diceret percontan
te solone: respondisse sacerdotem. Quia iuue
nis semper uobis est animus: in quo nulla est ex
uetustatis commemoratione/prisca opinio:
nulla cana scientia. Quod ideo uobis contigit:
quia multa et uaria hominum exitia fuerunt/
eruntque. Maxima quidem aut ignis conflagra
tione aut aque inundationibus prouenire ne
cesse est. minora uero aliis quibuslibet calami
tatibus fieri. Nam quod apud uos fertur/phe
tontem quondam solis filium currus ascendis
se paternos: nec patris aurigatione seruata/
exussisse terrena/ipsumque flammis celestibus con
flagrasse: quamuis fabulosum uideatur/uerum
quodammodo esse putandum est. Fit enim lon
go temporum interuallo celestis circuitus per
mutatio quedam: quam inflammationis uasti
tas necessario sequitur. Tunc hi qui edita et
arida incolunt loca magis pereunt/quam mari flu
uiisque uicini. Nobis porro nilus cum in plerisque
rebus salutaris est/tum huiusmodi a nobis ar
cet exitium. Quando uero dii aquarum collu
uione terre sordes diluunt/pastores ouium atque
bubulci qui iuga montium habitant/periculum
illud euadunt. Uestre autem ciuitates in pla
nitie site impetu fluminum ad maria rapiuntur.
Sed in hac nostra regione neque tunc neque
alias unquam aqua in agros superne descendit.
Contra uero sursum e terre uisceribus scatu
rit. Quamobrem antiquissimarum rerum apud
nos monimenta seruantur. Proinde ubicunque
nec imbrium tempestas nimia nec incendium in
gens contingit/licet alias pauciores/alias plu
res semper tamen homines sunt. Quecunque
uero a nostris siue a uestris siue aliis nationibus
gesta sunt memoratu digna/modo ad aures no
strorum peruenerint/nostris in templis descri
pta seruantur: Apud nos quidem et alias gentes
res geste nuper/litteris monimentisque tradun
tur. sed certis temporum curriculis illuuies

immiſſa celitus omnia populatur. Ideo qui
ſuccedūt / ⁊ litteris ⁊ muſis orbati ſunt. Quo
fit ut quaſi iuuenes iterum ſitis ⁊ rudes / prete
ritarum rerum omnium prorſus ignari. Nam
⁊ ea ipſa que modo ex ueſtris hiſtoriis recenſe
bas a fabulis puerilibus / o / ſolon paruꝫ diſtāt.
Primo quod unius tantuꝫ inundationis memi
neritis / cum multe preceſſerint. Deinde quod
genus maiorum ueſtroruꝫ in regione ueſtra cla
riſſimū ⁊ optimuꝫ ignoretis: ex quo tu ⁊ athe
nienſes ceteri nati eſtis / exiguo ſemine quon
dam publice cladi ſuperſtite. Quod propterea
uos latuit / quia ſuperſtites illi eorumqꝫ poſte
ri litterarū uſu multis ſeculis caruerunt. Fuit
enim ante exitialem illam terre illuuioneꝫ / o /
ſolon athenienſium ciuitas tam belli q̄ꝫ pacis
officiis preſtātiſſima: eiusqꝫ opa legesqꝫ omni
bus quorum memoria ad nos peruenit / excel
luerunt. Tunc ammiratum ſolonem obnixe
ſacerdotes obſecrauiſſe ait / ut omnia diligen
ter priſcorum ciuium opera reuelarent. Atqꝫ
illi ſic a ſacerdote quodam fuiſſe reſponſum.
Nulla hoc inuidia prohibet ſolon. Dicaꝫ equi
dem libenter tui ⁊ ciuitatis ueſtre gratia. Ma
xime uero gratia dee / que ⁊ ueſtram illam et
hanc noſtraꝫ cōdidit: educauit: inſtituit: prio
rem ueſtram annis mille / ex terra et uulcano
accipiens ſemina. poſterioris autem huius no
ſtre urbis res octo annorum milibus geſte in
ſacris litteris continentur. Illorum ergo ci
uium qui in hoc nouem milium annorum tem
pore ante nos fuerunt / inſtituta et preclara
facinora / breuiter ſolon in preſentia tibi per
ſtringaꝫ. Deinceps uero cum plus dabitur ocii
accepto hiſtoriarum libro / latius exponemuſ.
Ac primum leges illorum conſidera quo pacto
cum his noſtris conueniant. Multa enim hic ſi
milia illis reperies. Principio quod ſacerdo
tes ſeparati ab omni turba uitam agunt. Dein
de uaria opificum genera ita inter ſe diſcreta
ſunt: ut ſuum quiſqꝫ agat. promiſcue uero nul
lus. Similiter paſtorum / uenatorum / agricola
rum inter ſe diſtincta ſunt opa. Milites quoqꝫ
hic / ut noſti / ab aliis omnibus ſegregati / belli
ca dumtaxat tractare a lege iubentur. Arma
tura etiam / ut clippeorum iaculorumqꝫ uſus /
apud utroſque perſimilis. his primi nos in aſia
uſi ſumus. Et dea ut illis in locis ſic nobis pri
mis hec tradidit. Prudentie quoque ⁊ mode
ſtie magna ſicut uides noſtris legibus ab initio
cura fuit: diuinationis inſuper ⁊ medicine / et
ſanitas nobis p hec diuinitus ꝓcurata. Demuꝫ
quecumqꝫ ad hec attinent diſcipline / diligen
ter inſtitute a lege reperiuntur. Huiuſmodi
inſtitutione ⁊ ordine priorem ueſtram urbem
dea a primordiis exornauit: cum in urbe con
denda eam regionem elegiſſet que ob aeris tem
periem prudentiſſima ingenia procrearet. Sp
pote enim bellicoſa et ſapiens dea regionem
eligendam cenſuit talem / que eſſet ſui ſimi
les homines editura. His itaque legibus uel
etiaꝫ honeſtioribus inſtitutionibus formati ue
teres athenienſes omni uirtutum genere cete
ris omnibus excelluerunt: ut decebat eos: qui
diis geniti eruditiqꝫ eſſent. Multa quidem et
mirabilia ueſtre ciuitatiſ opera in monimentis
noſtris leguntur. ſed unuꝫ magnitudine ⁊ uir
tute precipuum facinus. Traditur eniꝫ ueſtra
ciuitas reſtitiſſe olim innumeris hoſtiuꝫ copiis:
que ex athlantico mari profecte prope iaꝫ cun
ctam europam aſiamqꝫ obſederant. Tunc eiꝫ
erat fretum illud nauigabile: habens in ore ⁊
quaſi ueſtibulo eius inſulam: quas herculis co
lūnas cognominatis. ferturqꝫ inſula illa libia
ſimul ⁊ aſia maior fuiſſe: per quaꝫ ad alias pro
ximas inſulas patebat aditus: atque ex inſulis
ad omnem cōtinentem e conſpectu iacentem /
uero mari uicinam. Sed intra os ipſum portus
anguſto ſinu fuiſſe traditur. Pelagus illud ue
rum mare: terra quoque illa uere erat conti
nēs. In hac athlātide inſula maxia ⁊ ammira
bilis potentia extitit regum: qui toti inſule il
li multiſqꝫ aliis: ⁊ maxime terre continentis
parti: preterea ⁊ his que penes nos ſunt / domi
nabantur. Siqdē tertie mūdi parti q libia dici
tur uſque ad egyptum imperauerunt: Europe

uero uſque ad tyrrenuꝫ mare. Horum uis oīs
una collecta noſtram / o / ſolon ueſtrāqꝫ regio
nem / ⁊ quicquid intra columnas herculis con
tinebatur / inuaſit. Tunc ueſtre ciuitatis uir
tus i omnes gentes enituit. Que cum oēs ma
gnanimitate belliciſqꝫ artibus antecelleret /
partim una cum aliis grecis / partim ſola cete
ris d̄ſerentib⁹ / extrema diſcrimina ſubiit / ho
ſteſqꝫ expugnauit / amicis ſeruata uel reddita
libertate / Poſt hec ingenti terremotu iugiqꝫ
diei unius ⁊ noctis illuuione factum eſt / ut
terra dehiſcens ueſtros illos una omnes belli
coſos homines abſorberet: ⁊ atlantis inſula
ſub uaſto gurgite mergeretur. Quam ob cāꝫ
inauigabile pelag⁹ illud ꝓpter abſorte inſule
limum relictum fuit. Hec / o / ſocrates eorum
que critias maior a ſolone accepta narrabat /
ſumma eſt. Sed dum preterito die de republi
ca ciuibuſqꝫ ſuis diſſereres / ſubiit mihi quedā
ex recordatione ammiratio / cogitanti uideli
cet diuina quadam ſorte factum eſſe / ut ſimi
lima quedam haud ab re ſolonis hiſtorie trade
res. ob eam uero cauſaꝫ nihil tūc protuli / quo
niam ex diuturna negligentia non ſatis remi
niſcebar. Satius igitur eſſe cenſui / ut prius
q̄ꝫ referre uobis inciperez / mecum ipſe repete
rem. Ideo uero ſtatim imperio tuo conſenſi:
quia confidebam ut in rebus huiuſmodi maxi
me decet / aliquid me quod propoſite rei con
grueret reperturuꝫ. Ita heri / ut iſte ait / poſt
diſceſſum protin⁹ his tunc recordabar / recen
ſui. A nocturnis deinde uigiliis pene omnia
recuperaui. Profecto que in pueritia diſcim⁹
diutius firmiuſqꝫ / ut fertur / meminiſſe ſole
mus. Atque haud ſcio / an que heri audiui / re
ferre nunc omnia memoriter poſſiꝫ: que uero
puer accepi / mirabor equidem ſiquid eorum e
memoria mihi exciderit. Ea quippe cum uo
luptate ⁊ ioco audiebam: cum et ſenex ille li
benter me doceret / ⁊ ego ab illo ſedulo ſciſci
tarer. Quapropter quaſi quedam litterarum
inuſte indelebiliter note / ea mihi omnia in
fixa memorie permanſerunt. Atque his etiaꝫ
ante ſolis ortum ipſa narraui: ut una mecum
eſſent ad hanc orationem paratiores. Uerum
ut ad id quo hec omnia ſpectant / me conferā:
paratus ſum / o / ſocrates / nō modo ſummatim
ſed ſigillatim ſicut audiui omnia enarrare.
Ciuitatem utique ⁊ ciues quos quaſi per fabu
lam heſterna diſputatione finxiſti / rem ueraꝫ
eſſe ponemus. Ciuitatem quidem illam / athe
nienſem hanc urbem eſſe. Ciues quoque quos
ipſe excogitabas noſtros illos maiores a ſacer
dote narratos fuiſſe cenſebimus. Nempe oīa
hec congruent: neque ab re fuerit / ſi ciues
tuos reuera priſcos illos extitiſſe dixerimus.
Quare communiter rem ipſam inter nos par
tiētes conabimur omnes muneri abs te nobis
impoſito pro uirib⁹ ſatiſfacere. Sed uide / o /
ſocrates nunquid ſermonem hunc probemus /
an alium exigamus. So. At enim quem / o /
critia ſermonem magis q̄ꝫ iſtum probabimus?
qui preſentibus dee ſacris propter propinqui
tatem quandam mirifice congruit. Maximuꝫ
uero illud eſt non fictam a nobis fabulam / ſed
ueram hiſtoriam recenſeri. Quonam igitur
pacto ⁊ unde / hac ſpreta / diſputationem aliā
exordiemur? Certe nō licet. Ideo bonis for
tune auſpiciciis oportet iam tam uos diſſere
re / q̄ꝫ me pro heſterna narratione / hodie ſilen
tio uos audire. Cri. Conſidera ſocrates / an
commode mutuum tibi conuiuium diſpoſueri
mus. Uiſum nobis eſt / ut Timeus tanquaꝫ in
aſtronomia noſtrorum omnium peritiſſimus /
maximeqꝫ in rerum natura cognoſcenda uer
ſatus / primus diſſerat / ita ut a mundi genera
tione exordiens uſque ad generis humani na
turam deueniat. Atque ego deinde ſuſcipiēs
homines a timeo quidem genitos / a critia ue
ro ut plurimum inſtitutos / ſecundum ſolonis
ſermonem legemqꝫ in iudicium ueſtrum addu
cam: ciuitatiſqꝫ iſtius ciues efficiam eos / qui
priſci illi athenienſes fuerunt: quos iam ex
tinctos ſacre egyptiorum littere in luceꝫ e te
nebris eruerunt / adeo ut de illis deinceps tan
quam de ueteribus athenienſib⁹ uerba fiant:

So. Copioſam et ſplendidam diſputationis
menſam apparuiſſe mihi uideriſ. Tua ergo in
tereſt/o/timee inuocatis ſecundū legeꝫ diis/
diſputationem iam exordiri. Ti. Probe con
ſulis ſocrates. Nam cum omnes qui mentis
quoquomodo compotes ſunt/in opis cuiuſli
bet uel magni uel parui principio/inuocare
deum ſoleant/quanto nos equius eſt de uni
uerſo ſiue genitum ſit ſiue ingenitum diſputa
turos/niſi forte deſ pimus/inuocare diuinam
opem? Ergo deos omnes deaſqꝫ precamur/in
primis quidem ut ea dicantur a nobis/que il
lis placeant: deinde ut nobis ipſi conſtemus.
Quantum ad deos attinet/ſic a nobis oratuꝫ
ſit. Sed quod ad nos ſpectat/poſcendum eſt/
ut ⁊ uos facile aſſequamini: ⁊ ego ſecundum
mentis propoſitum rem ipſam qua de agitur/
tranſigam. Principio ita mihi diſtinguenduꝫ
eſſe uidetur: quid ſit quod ſemper eſt carens
generatiōe: quid uero quod gignitur quideꝫ/
neque eſt unquam. Illud intellectu per ratio
nis indaginem percipi poteſt: cum ſemper ſit
idem. hoc opinione per inrationalem ſenſum
attingi: cum gignatur: ⁊ intereat: neque ue
re unquam ſit. Quicquid autem gignitur/ex
aliqua cauſa neceſſario gignitur. Sine cauſa
uero oriri quicquam impoſſibile eſt. Quando
igitur opifex in operis alicuius conſtructione
ad id quod eodem modo ſe habet/aſpicit: et
huiuſmodi quodaꝫ uſus exemplo ideam uimqꝫ
in opus educit/pulchrum fieri tūc opus omne
neceſſarium eſt. Quando uero ad id quod fa
ctum eſt/reſpicit/minime pulchrum. Vniuer
ſum igitur hoc/celum ſiue mundum ſiue quo
alio uocabulo gaudet/cognominemus. De
quo primum conſideremus/quod in queſtione
de uniuerſo ante omnia inueſtigari debet.
Vtrum ne ſemper fuerit ſine ullo generatio
nis principio. an genitum ſit ab aliquo princi
pio ſummens exordium: idqꝫ profecto cerni
tur tangiturqꝫ ⁊ corpus habet. Omnia uero
huiuſmodi ſenſus mouēt. Que ſenſus mouēt/
opinione per ſenſum percipiuntur. Hec uero
talia eſſe cōſtat/ut gignantur ⁊ genita ſint.
Quicquid autem gignitur ab aliqua cauſa ne
ceſſario gigni aſſeruimus. Opificem quidem
⁊ patreꝫ mundi inuenire difficile/⁊ cum iam
inueneris predicare eloqui uulgo impoſſibile
eſt. Rurſus conſiderandum eſt utrum mundi
faber ſit imitatus exemplar: Id ne quod ideꝫ
ſemper ⁊ ſimile eſt: an id quod genitum fue
rit. Atqui ſi pulcher eſt hic mundus ⁊ opifex
mundi bonus/ſempiternum certe exemplum
maluit imitari. Sin ſecus/quod ne dictu qui
dem fas eſt/generatum exemplar eſt procter
no ſecutus. Cum uero ⁊ mundus omnium ge
nitorum pulcherrimus ſit/⁊ eius auctor cau
ſarum omnium optimus/dubium non eſt/quin
ſempiternum ſit ſecutus exemplum. Sic igi
tur generatus/ad id eſt effectus/quod ratio
ne ⁊ ſapientia ſola comprehendi poteſt/⁊ im
mutabile permanet. Ex quo efficitur/ut ne
ceſſe ſit hunc mundum alicuius ſimulachrum
eſſe. Rationem uero originis naturaliter ex
plicare/difficilimuꝫ eſt. Ideo de ſimulachro
⁊ exēplo ſic diſtinguamus. Rationes utique
cum iis rebus quas exprimunt/cognationem
quandam habere uidentur. Ergo cum de re
firma ⁊ ſtabili ⁊ mente cōprehendenda diſſe
ritur/ſtabiles ſimiliter immutabileſqꝫ ⁊ qꝫ
maxime fieri poteſt inexpugnabiles rationes
eſſe oportet. Cum uero de ipſius rei firme ſta
biliſqꝫ ſimulachro diſputatur/ueriſimiles ra
tiones ſufficiunt: que ita ſe ad ſuperiores ha
beant rationes/ut ſimulachruꝫ ad exempluꝫ.
Nempe quod eſt ad generationeꝫ eſſentia/id
ad fidem eſt ueritas. Cum ergo/o/ſocrates
multa de diis mundiqꝫ generatione a multis
dicta ſint/ne mireris obſecro/ſi rationes de
iis probatiſſimas exactiſſimaſqꝫ afferre non
poſſim. Satis enim factum putare debebis/ſi
non minus probabiles qꝫ quiuis alius rationes
attulerim. Equum eſt meminiſſe/et me qui
dixeram ⁊ uos qui iudicabitis/homines eſſe:
ut ſi probabilia dicentur/nihil ulterius requi
ratis. So. Scite loqueris/o/timee: Quare

nos ut iubes agendum putamus. Exordium
quidem hoc orationiſ mirifice approbauimꝰ.
Sed age deinceps diſputationem perage.
Ti. Dicamus igitur quam ob cauſam ille re
rum auctor generationem ⁊ hoc uniuerſum
conſtituit. Bonus erat. Bonus auteꝫ nulla
unquam aliqua de re inuidia tangitur. Er
go cum liuor ab eo alieniſſimus eſſet/omnia
ſibi quantum fieri poterant ſimilima fieri
uoluit. Siquis hanc gignendi mundi cauſaꝫ
precipuam/a/prudentibus uiris acceperit/
rectiſſime profecto accipiet. Itaque cū uel
let deus bona omnia fore/nihil uero quoad
natura pateretur/malū: quicquid erat quod
in cernendi ſenſum cadere poſſet/aſſumpſit.
non tranquillum ⁊ quietuꝫ/ſed temere agita
um ⁊ fluitans: idqꝫ ex inordinata iactatio
ne redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat
eſſe preſtantius. Fas autem neque erat neque
eſt quicquam niſi pulcherimum facere eum/
qui ē optimus. Cuꝫ igitur excogitaſſet/inue
nit nihil eorum/que ſecūdum naturam aſpe
ctui ſubiecta ſunt/ſi expers intelligentie ſit
intelligente alio totū toto pulchrius unquā
fore. Intellectum uero alicui ſine anima da
ri nō poſſe. Hac ratione mentem quideꝫ ani
me/animam uero corpori dedit: totumque
ita mundum conſtituit/ut pulcherrimum na
tura opus optimumqꝫ foret. Quocirca ſicut
ratio nobis hec probabilis perſuadet/dicen
dum eſt/hunc mundum animal eſſe/idque in
telligens. reuera diuina prouidentia cōſtitu
tuꝫ. Hoc poſito/quod ſequitur/uideamꝰ
ad cuius animalis ſimilitudinem deus mūduꝫ
conſtituit. Vni cuidam proprieque anima
lium ſpeciei ſimilem feciſſe/ne arbitremur.
Naꝫ ſi imperfecto animali ſimilis eēt factꝰ/
pulcher certe nō eſſet. Immo uero illius a
nimalis eum ſimilimum ducamus/cuius ani
malia cetera ⁊ ſingulatim/⁊ generatim par
tes ſunt. Id ſiquidem uiuentia omnia/que
ſola mente percipiuntur/in ſeipſo complecti
tur/quemadmodum mūdus hic nos ⁊ cetera
que cernuntur animalia continet. Volens
itaque deus omnium que intelligi poſſunt pul
cherrimo ⁊ undique abſoluto mundum hunc ſi
milimum reddere/animal unum ipſum effecit/
aſpectui ſubiiectum: animalia cuncta natu
re ſue conuenientia intra ſuum limitem conti
nens. Proinde recte ne mundum unum di
ximus? an rectius plures innumerabileſue di
ci oportuit? Vnum profecto: ſi modo ad uni
us ſimilitudinem ſit formatus. Quod enim
uiuentia omnia quecunqꝫ intelliguntur conti
net ſocium alterum habere non poteſt. Alio
quin aliud animal/quod hec duo contineat/
eſſe oporteret: cuius duo hec partes ſint nec
illorum/ſed tertii huius/mundus hic ſimula
chrum rectius diceretur. Vt igitur hic mun
dus eſſet animali abſoluto ſimilimus/ex eo
quod ſolus atque unus eſſet/iccirco neqꝫ duo
neque innumerabiles procreati ſunt: ſed unuſ
mūdus unigenituſqꝫ factꝰ ē ⁊ erit. Quoniā
uero corporeus/ſpectabiliſque ⁊ tractabilis
erat futurus/ac ſine igni uideri nihil poteſt:
nihilque ſine ſolido tangi/et ſolidum abſque
terra nihil/ideo in operis huius exordio de
us ignem primo terramque creauit. Sed
duo ſola abſque tertio quodam commode co
hercere non poſſunt: mediumque aliquod uin
culum utrorumque deſiderant. Vinculoruꝫ
uero id eſt aptiſſimum atque pulcherrimum/
quod ex ſe ⁊ ex iis que aſtringit/qꝫ maxime u
num efficit. Hoc maxime proportio ratioqꝫ
alterne comparationis aſſequitur. Quando e
nim in tribus numeris aut molibus aut uiri
bus medium ita ſe habet ad poſtremum/ut pri
mum ad medium: uiciſſimque ut poſtremum
cum medio/ita medium cum primo congru
it/Tunc quod medium eſt ⁊ primum fit ⁊ po
ſtremum. Poſtremum quoqꝫ ⁊ primum media
fiunt. Ita neceſſitas cogit/ut omnia que ſic
deuincta fuerint/eadem inter ſe ſint. Eadeꝫ
uero cum facta ſint/efficitur: ut omnia ſint
unum. Quod ſi uniuerſi corpus latitudi
nem habere debuiſſet/nullam uero profundi

tatem unum sane tum ad seipsum tum ad extrema uincienda interiiectum medium suf fecisset. Sed cum soliditatē mundus requi reret / solida uero non uno sed duobus sem per mediis copulentur / inter ignem ⁊ ter ram / deus aerem aquamque locauit: eaque ita inter se inuicem quoad fieri poterat / comparauit: ut quemadmodum ignis ad ae rem / ita aer ad aquam: ut aer ad aquam / sic aqua ad terram congrue cōferatur. Qua ex coniunctione ita constitutus est mundus ut aspici tangique possit. Propterea ex hu iusmodi rebus numero quatuor mundi corp⁹ conflatum est: ea connexum comparatione qua dixi. Ex quo seipsum amicitia concordi complectitur: atque ita apte coheret / ut ne queat dissolui ullo modo / nisi / ab / eodem / a / quo est colligatum. Quatuor igitur earum rerum quamlibet integram mundus accepit. Ex omni quipe igni / aere / aqua / terra ipsi us faber ita ipsum composuit / ut nullam eu iusquam istorum partem aut uim extra relin queret: Idque ea ratione fecit. primum qui dem ut totum hoc animal quammaxime per fectum ex perfectis partibus esset. Deinde ut esset unum: cum nihil extra relictum fue rit: ex quo alterum generetur. Postremo ne quis ipsum morbus aut senectus attingeret. Uidebat enim eam esse naturā corporis ut im portuna caloris uel frigoris aliarumque re⁊ nimis uehementium accessione leuatur: et in morbos / seniumque impulsum deficiat. Quam ob causam rationemque unum totum ex omnibus totis: et perfectis perfectum / morbi / ⁊ senectutis expertem / deus mundū constituit. Cui ⁊ figuram maxime congruā ⁊ decoram dedit. Animal quippe hoc / quod intra suum ambitum erat animalia omnia con tenturum / eam figuraꝫ precipue requirebat: in qua figure omnes continerentur. Qua propter phericum fecit: in quo omnis ex tremitas parib⁹ / a / medio radiis attingitur.

que quidem figura omnium perfectissima sibi qꝫ ipsi similima iudicatur. Putabat eniꝫ simile dissimli multo pulchrius esse. Le nem preterea hunc globū extrinsecus undiqꝫ expoliuit. Nec immerito summa cum equa litate tornauit. Nec enim oculis indigebat / quia nihil extra quod cerni posset / relictuꝫ erat. Nec auribus / cum nihil superesset foris quod audiretur. Nec erant aere circumfusa externa mundi / ut respirationē requireret. Nec membris quidem tali bus opus erat: Per que noua alimenta susci peret: aut decocti cibi excrementa emicte ret: nulla decessio fieri poterat / nulla ac cessio. Nec enim erat aut quo aut unde talia fierent / Ipsū enim se cōsumptione ⁊ se nio sui ipsius alit. Ita nempe diuina ar te fabricatus est mundus / ut omnia in seipso ⁊ / a / seipso / patiatur / ⁊ agat. Ratus .n. est ille auctor / mundum si sibi ipse sufficiat / prestantiorem fore / q̄ꝫ si aliorum amminicu lis egeat. Nec ei manus necessarias esse duxit: quia neque capiendum quicquam erat neque repellendum / Nec pedibus / aut ali is ad progressū statum ue membris op⁹ erat. Motum enim illi congruum suo corpori tribuit: qui ex septem motibus unus ad men tem maxime / ⁊ intelligentiam pertinet. Id oque cum illum per eadem / ⁊ in eodem ⁊ in seipso circumduxisset / effecit: ut circulari cō uersione moueretur. Sex autem reliquos motus separauit ab eo: ⁊ ab eorum erro re ⁊ peruagatione / penitus liberauit. Ad hanc igitur conuersionem que pedib⁹ non egebat / crura pedesque non dedit. Cū hec igitur deus ille qui semper est / de aliquā do futuro deo cogitaret / lenem eum effecit equalemque: ⁊ / a / medio ad summum undi que parem. Corpusque ex corporibus totis ⁊ perfectis / totum atque perfectum. Animam autem in eius medio collocauit: perque totum tendit: atque ea corpus ipsum

etiam extrinsecus circumtexit: mundumqꝫ hunc unum ⁊ solum solitariumque ⁊ circula rē uolui in circulū statuit. Qui propter uir tutem / secuꝫ ipse facile cohercere possit / nul lius alterius indigens satisqꝫ ipse sibi notus atqꝫ amicus. Itaqꝫ omnib⁹ his de causis mū dū opifex eius beatum deuꝫ effecit: sꝫ animā haud ita ut modo dicere cepimus / tum deni que cum corpus ei effecisset / procreauit: nꝫ enim qui hec coniunxit / parere iuniori anti quius permisisset. Sꝫ nos multa utpote for tune participes considerate et temere loqui mur. Ille uero tam generatione q̄ꝫ uirtute priorem antiquioremqꝫ animam corpore cō stituit. utpote que obedienti corpori esset imperatura. Ex his uidelicet atqꝫ hoc pac to. Ex ea substantia que indiuidua ⁊ semp eadem similisqꝫ est / ⁊ ex ea rursus que circa corpora diuidua fit / tertiam substantie spe ciem commiscuit mediam: que rurs⁹ esset na ture ipsius eiusdem / ⁊ nature ipsius alteri⁹ particeps: eamqꝫ per hec mediam constituit inter indiuiduaꝫ substantiam: ⁊ eam que cir ca corpus diuiditur. Ea cum tria sumpsisset in unam speciem omnia temperauit. Ubi na turam eius quod alterum diuersumqꝫ uoca mus commixtioni repugnantem cum eo qd̄ idem dicitur ui quadam conciliauit. Postq̄ꝫ uero duo illa cum substantia commiscuit: ⁊ ex tribus unum fecit / rursus id totum in ea q̄ decuit membra partitus est: quorum quodli bet ex tribus / eodem. altero substantiaque constaret. Fuit autem talis illa partitio. Unam principio accepit ex uniuerso porti onem. Secundam autem prime partis du plam. Deinde tertiam / que secunde sexqui altera esset / prime tripla. postea quartam / se cunde duplaꝫ. Quintam deinceps tertie tri plam. Sextam prime optulam. Postremo septimam / que partibus sex ⁊ uiginti primaꝫ excederet. Post hec dupla ⁊ tripla in terualla repleuit: partes rursus ex toto

descecans: quas interuallis ita locauit / ut bina essent in singulis media siue / ut ita di xerim / medietates: quarum una eadeꝫ parte excedit alterum extremorum / eadem ab al tero superatur. Altera medietas pari nu mero extremum unum superat / pari supera tur ab altero. Cum uero sexquialtera inter ualla / sexquitertia / ⁊ sexquioctaua sampsis set / ex his nexibus in primis spatiis / sexqui octauo interuallo / sexquitertia omnia exple bat: particula singulorum relicta. Huius auteꝫ particule interuallo / ea assumpta inde habebatur numeri ad numerum in terminis compatio / que est inter ducētos quinquagin ta sex: ⁊ ducentos quatragita tres. Iam ue ro commixtum illud unde ista secernebat totum / huiusmodi partium sectione cōsum ptum erat. Tūc serieꝫ hāc uniuersā i longū secuit ⁊ ex una duas fecit: mediāqꝫ medie i spēm chi grece littere acomodauit. Deiñ in orbem torsit / quoad ita coirent inter se capi ta / ut linee ipse ⁊ secum ⁊ inter se inuicem / e / regione intersectionis ipsius coniungerē tur: atqꝫ eo motu qui in eodem ⁊ similiter semper reuoluitur undiqꝫ est eas circumple xus: ⁊ circulorum alterum exterio rem / in teriorm alterum fecit. Exteriorem quideꝫ lationem eiusdem nature: Interioreꝫ uero alterius nominauit / atqꝫ illam que erat ipsi us eiusdem nature cognata / in latus ad de xteram partem: eam uero que alterius / per diametrum ad leuam flexit. Sed principa tum dedit eiusdem ipsius similisqꝫ agitatio ni. Eam namqꝫ solam indiuisā reliquit. In teriorem uero cuꝫ sexies diuisesset / septēqꝫ orbes inequales dupli / ⁊ tripli interuallis effecisset singula cuꝫ tria sint utriusque con trariis inter se cursibus orbes peragere ius sit. Et ex septem interioribus tres quideꝫ pari celeritate / quatuor uero ⁊ ad se ⁊ ad re liquos tres celeritate quideꝫ impari / debita tamen ratione conuerti. Postq̄ꝫ igitur se

cundum creatoris illius mentem tota anime
constitutio absoluta fuit / mox omne corpo
reum intra ipsam effinxit : mediumqꝫ medi
e accomodans apto modulamine copulauit.
At illa / a / medio per omne usque ad celi ex
trema se porrigens / eiqꝫ extrinsecus circun
fusa seqꝫ in seipsa conuertens ita sempiterne
sapientieqꝫ uite in uniuersum tempus diui
num dedit exordium. Et corpus quidez ce
li spectabile factum est : Anima uero oculo
rum effugit obtuitum / rationis / ⁊ modula
minis compos : ab auctore suo omnium que
semper sunt ⁊ sub intelligentiam cadunt op
timo ipsa quoqꝫ optima omnium que genita
sunt effecta. Quoniam igitur ex tribus par
tibus / eodem. s. ⁊ altero et essentia confla
ta est. ratione proportionis distincta atque
compacta : nec non i seipsā orbe reflectitur /
quotiens aliquid attingit quod essentiā diui
duam habet ⁊ quod indiuiduam / in seipsā
omnino conuersa quid sit utrunqꝫ discernit /
⁊ cui quid idem sit / a / quo alterum ⁊ diuer
sum. Ad qd quoqꝫ ⁊ ubi / quomodo / ⁊ quan
do esse huiusmodi aliquid uel pati cōtingat /
tam in his que gignuntur / q̄ꝫ in illis que sē
p sūt eadē. Ratio porro ad ipsū q̄ō idē ē uer
gēs atqꝫ ueridica tā circa alterum q̄ꝫ circa i
dez uersata ⁊ sine sono strepituqꝫ omni in eo
q̄ō seipso mouetur reuoluta qñ ad sēsibile ali
qd ꝯuertit / si tūc etiam alterius diuerseque
nature circulus recte p omnē ipsius animaꝫ
rem ipsam nunciet / opiniones fideiqꝫ assen
siones firmas uerasqꝫ producit. Quando
rursus circa rationale se uersat / ⁊ ipsius q̄ō
idem est circulus se apte reuoluens rem de
nunciat / intellectus necessario scientiaque
perficitur. Hec quisquis i alio q̄ꝫ in anima
fieri dixerit a uero penitus aberrabit :

Cum igitur hoc / a / se factum sempiterno
rum deorum simulachrum moueri ⁊ uiuere
pater ille qui genuit animaduerteret / dele
ctatus est opere ; ⁊ hac ductus letitia opus

suum multo etiam magis primo illi exem
plari simile reddere cogitauit. Itaqꝫ quē
admodum illud sempiternum animal ē : ita
uniuersum hoc pro uiribus tale facere sta
tuit. Illius quidem animalis eterna natura
est. Quod genito operi congruere omnio
non potest. Idcirco imaginem eui mobilem
effingere decreuit : ac dū celum exornaret /
fecit ethernitatis i unitate manētis / ethe
nam quandam in numero fluentem imagi
nem : quam nos tempus uocamus. Dies por
ro ⁊ noctes ⁊ menses ⁊ annos qui ante ce
lum non erant / tunc nascente mundo nasci
iussit : que omnia temporis partes sunt.
Atqui erat ⁊ erit que nati temporis species
sunt / ñ recte etherne substantie assignam⁹.

Dicim⁹ enim de illa / est / erat / ⁊ erit : Sꝫ
illi reuera solū eē competit. Fuisse uero ⁊ fo
re deinceps / ad generationem tempore pro
cedentem referre debemus. Motus enim du
o quidā illa sunt. Etherna autem substanti
a cuꝫ eadem semper ⁊ immobilis perseueret /
neque senior seipsa fit unquaꝫ neque iunior :
neque fuit hactenus neque erit in posterum
/ neque recipit eorum quicquam / quibus res
corporee mobilesqꝫ ex ipsa generationis cō
ditione subiiciuntur. Nempe hec omnia tē
poris imitantis euum seqꝫ numero reuoluen
tis species sunt. Sepe etiam dicimus quod
factum est / esse factum : quod fit / in genera
tione esse : quod fiet / esse faciendum : ⁊ q̄ō
non est / non esse. Quorum nihil recte ⁊ ex
acta ratione dicimus. Sed exquisitaꝫ de
his discussionem presens disputatio non re
quirit : Tempus uero una cum celo factum
est : ut una orta / una etiā dissoluātur : si qua
his dissolutio unquaꝫ cōtigerit : ⁊ ad exem
plar etherne nature ideo factum est : ut mun
dus hic illi prestantiori quoad potest simili
mus sit. Ille enim mundus huius exemplar /
omne per euum est. Hic uero perpetuo p
omne tempus fuit fitqꝫ solus ⁊ erit. Hac ra

tione consilioqꝫ dei tempus creare nolen
tis / sol ⁊ luna / ⁊ alie quinqꝫ stelle q̄ uocan
tur erratice facte sūt : quo temporis numer⁹
distiguatur atqꝫ obseruetur. Cū uo stellaꝝ
huiusmodi corpora septem fecisset deus / se
ptem orbibus qui alterius ipsius diuerseque
nature circuitu uoluuntur / adhibuit. Lunā
in primo supra terraꝫ circuitu posuit. In se
cūdo solē. Luciferi deiō globū ⁊ Mercurii
sacrū ut ꝺ̄ orbez circulis affixit : soli ueloci
tate equalibus : potētia uo illi contrariis.
Quo fit ut apprehendant se inuicem ⁊ / a / se
uicissim apprehendantur similiter he stelle :
Sol / Lucifer / ⁊ Mercuri⁹. Ceterarū stella
rum ordines progressusqꝫ ⁊ ratōes siqs oio
percurrere uelit / plus erit opere ipso / quod
operis gratia summetur. Hec enim forte / a /
nobis p dignitate rei alias si dabitur ociuꝫ
tractabuntur. Postquam uero singula que
ad seriem temporis pertinebant conuenien
tem sibi pgressū sortita sūt / corporaqꝫ nexi
bus compacta uitalibus animalia euaserunt /
prescriptum tenorem ⁊ institutum ordinem
tenuerunt. Vt uidelicet secundum alterius
diuerseqꝫ nature obliquam agitationem eius
dem ipsius agitationi subiiectam / orbes illi
partim ampliorem partim angustiorem cir
culum peragant. Et que minorem / ueloci
us : que maiorem / tardius reuoluantur. Se
cundum uero ipsam eiusdem nature lationeꝫ
que uelocissime percurrunt comprehendenti
a / a / tardioribus comprehendi uidentur :
Omnes quidem eorum circulos superna illa
uertigo uaria circuitione reuoluens / propte
rea quod isti duobus simul contrariis motib⁹
agitantur / id quod tardissime ab ipsa que ue
locissima est recedit / proximū declarauit.
Vt autem esset quedam uelocitatis illorum
tarditatisqꝫ nobis mensura certissima / om
niumqꝫ octo motuum perspicua esset chore
a : accendit lucem clarissimā deus in secūdo
a / terra circulo, quam modo solem uocam⁹.

Cuius splendore celum omne illustraretur :
⁊ animantes omnes quicunqꝫ natura numeri
capaces sunt / ipsi⁹ participes efficerentur :
usum numerandi discentes ab illo eiusdem
simlisqꝫ nature circuitu. Hinc quoqꝫ noc
tis dieiqꝫ uarietas orta est : Propter hec ēt
unius sapiētissimiqꝫ circuit⁹ reuolutio. Mē
sis uo pcurs⁹ quando luna lustrato circulo
suo solem consquuta est. Anni / ubi sol suum
peragrauit orbem. Ceterorum autem syde
ꝝ ambitus ignorātes homines preter admo
dum paucos / nꝫ nomine certo illos apellāt :
nꝫ numeris inter se distinctis ꝯmetiuntur.
Itaqꝫ / ut ita dixerim / nesciunt horum per
uagatōes idipsū eē q̄ō rite dicitur tēp⁹ mul
titudine ifinita ⁊ uarietate mirabili preditas /
Est tamen intellectu facile quod perfectus
numerus temporis / perfectum tunc demum
compleat annum / cum octo ambitus ꝯfectis
suis cursibus quos orbis ille sēper idez simili
terqꝫ pcedēs metitur / ad idē se caput rettu
lerint. Has ob causas nata sūt ea astra q̄ p ce
lū meātia ꝯuersiones hūt : ut hoc omne aial
q̄ō uidemus esset perfectissimo animali illi
q̄ō mente perspicitur harmonie imitatione
simillimum. Iaꝫ uero cetera usqꝫ ad tempo
ris ortum ad imaginem propositi exēplaris
effinxerat. Sed quia mundus hic non dum
animalia omnia intra suum ambitum conti
nebat / ex ea parte deficiebat ad illud exem
plar imaginis huius similitudo. Hoc igi
tur quod deerat / superni illius exemplo de
us explebat. Quot igitur ⁊ quales mēs
ideas in eo quod est animal inspicit / totidez
⁊ tales hoc mūdo ꝯtineri oportere excogita
uit. Sūt āt quatuor. Vna qōꝫ deoꝝ celestiū
genus ꝯtiet. alia uolatile ⁊ aeriuagū. Tertia
aque liquorib⁹ acōmodatū. Quarta terrēo
ꝝ aiātium gen⁹. Diuini quidez aialis specieꝫ
ex igni maxia ex pte ꝯponebat : ut splēdidissi
mū eēt uisuqꝫ pulcherimū. Cūqꝫ illō uniuer
si figurā simile uellet fore / rotūdū fecit : po

suitque in ipsius optimi sapientia . atque il
lud sequi iussit : circumque omne celum di
stribuit : ut uerus illi ubique ex hac uarieta
te ornatus accederet . Dedit autem di
uinis duo genera motus : Alterum quo in
eodem semper ⁊ similiter uoluerentur / cuꝫ
de eisdem semper secum ipsis eadē cogitēt .
Alterum quo in anteriorem partem ab
eiusdem ipsius similisque uertigine duceren
tur . Reliquos autem quinque motus ab
iis esse noluit alienos : ut unum quodque il
lorūꝫ quoad fieri potest / optimum esset .
Qua ex causa facta sunt astra illa erroris
expertia / que diuina animalia sunt : propte
reaque in eodem sēper circuitu perseuerāt .
Que uero uaga sunt / ⁊ mutabili ratione
labuntur : ita deinceps / ut supra diximꝰ di
sposita sunt . Terram autem altricē nostrā
circa polum per uniuersum extensum alliga
tam diei noctisqꝫ effectricem ⁊ custodem es
se uoluit / nec non primam antiquissimamqꝫ
deorum omnium qui intra celꝫ sunt geniti .
Horum uero deorum choreas ⁊ inter ipsos
concursiones / circulorumqꝫ ipsorum reuolu
tiōes uarias ⁊ accessꝰ : q̄les preterea fiāt con
iuncti sibi inuicem uel oppositi siue ante in
ter se / siue retro : quid ue ex illorum serie
nobis proueniat : quibus temporibus ⁊ quo
pacto delitescant singuli / uel emergant : qd
ue portendant . quando orientes hominibus
harum rerum peritis timorem incutiunt .
Hec inquam omnia absque diligenti simula
chrorum ipsorum inspectione explicare uel
le / inanis est labor : Sed de his satis : et iam
que de natura deorum illorū qui tales geniti
sunt ut cernantur / dicenda erant / finem ha
beant . Ceterorum uero q demones apellan
tur ⁊ cognoscere ⁊ enunciare ortum / maiꝰ
est opus q̄ꝫ ferre nostrum ualeat ingenium .
Priscis itaqꝫ uiris hac in re credendum est
qui diis geniti ut ipsi dicebant / parentes su
os optime nouerant . Impossibile sane deo

rum filiis fidē nō habere / licet nec necessari
is nec uerisimilibus rationibus eorum ratio
confirmetur . Verum quia de domesticis re
bus loqui se affirmabant / no legem secuti fi
dem prestabimus . Sic igitur ab his est tradi
tum / horum deorum generatio habeatur at
qꝫ dicatur . Terre celiqꝫ filii Oceanꝰ ⁊ Te
this fuisse traduntur . Ab iis phorcyn satur
nus ⁊ Rhea geniti : ⁊ reliqui horum fratres .
Ex saturno ⁊ rhea Jupiter ⁊ Juno ⁊ relig
quos eorum fratres quotidie memorari audi
mus / nati dicuntur . Ex his deinceps ut tra
ditur alii . Postq̄ꝫ orti sunt omnes et qui ce
lo uoluuntur dii nostris oculis manifesti / ⁊
qui catenus nobis cōspicui fiunt quatenus ip
si uolunt / tum ad eos mundi genitor ita fa
tur . Dii deorū / quorū opifex ego ⁊ pater suꝫ
hec attendite . Que a me facta sunt / me ita
uolēte indissolubilia sūt . Omne sigdē qd ui
ctuꝫ est / solui potest . Sed mali est quod pul
chre compositum est / seque habet bene / uel
le dissoluere . Quapropter quia generati e
stis / imortales qdē et idissolubiles oīo non e
stis . Nec tamen unquam dissoluemini / nec
mortis fatum subibitis . Nam uoluntas mea
maius prestantiusque uobis est uinculum ad
uite custodiam q̄ꝫ nexus illi / quibus estis tūc
cum gignebamini / colligati . Sꝫ nunc iaꝫ qd
iubeam / cognoscite . Tria adhuc genera
mortalium nobis generanda restant : absqꝫ
horū generatōe celū impfectum erit . Omīa
eniꝫ animantiuꝫ genera ambitu suo non con
tinebit . Contineat autem oportet / si ē mūn
dus omnino perfectus futurus . Hec uero si
/ a / me fiant solo uitaque donentur / diis ade
quabuntur . Quapropter accedite uos secun
dū naturā ad aialiuꝫ generatōeꝫ : ita ut uiꝫ
imitemini meā / qua i ortu urō sū usꝰ . atqꝫ eiꝰ
qd aialis qd i ipis tale futurū ē ut cuꝫ . n . n . oꝫ
talibꝰ apellatōe ꝯueniat diuinuꝫqꝫ uocetur
pricipatūqꝫ teneat / ⁊ iustitiā simul ac uos ul
tro colat / ego uobis semē ⁊ initiū tradam .

Hos cetera exsequi par est : ut immortali na
ture mortalem attexentes / faciatis genere
tisque animalia subministrantesque alimen
ta augeatis : ⁊ consumpta rursuꝫ recipiatis .
Hec fatus / in eodem rursus cratere / in
quo mundi totius animam permiscens tem
perauerat / superioris temperationis reliqui
as miscendo perfudit . Modo quodam fer
me eodem : non tamen perfectas similiter :
Sed et secundo / ⁊ tertio gradu / a / primis de
ficientes . Denique cum uniuersum
constituisset / astris parem numerum distribu
it animarum : singulis singulas adhibens .
Eisque tanquam uehiculo impositis mon
strauit / uniuersi naturam : ac leges fatales
edixit / Ostendens quidem primam omnibus
generationem ordine quodam unam fore
nequis ab eo minus aliquid sortiatur .
Satis autem ⁊ quasi sparsis animis per sin
gula singulis conuenientia temporum instru
menta fore ut animal nasceretur / quod om
nium animalium maxime esset diuino cultui
deditum Esse autem naturam hominis
geminam . Cuius id genus fore prestantius
quod uiri nomen sit apellandum . Cum
uero anime corporibus necessitate quadam
inserte fuerint ⁊ corporibus earum accesse
rit aliquid uicissimque abscesserit / primum
utique necessario sensum unum omnibus inti
mum / ⁊ nature coniunctum illic / a / uiolen
tis passionibus excitari / Deinde uolupta
te ⁊ dolore mixtum amorem Post hec me
tum ⁊ iram : ⁊ quecunque uel ista sequuntur
: uel ab istis / ut contraria dissident : Hec
qui superauerint / eos iuste uicturos . In
iuste uero qui ab his fuerint superati : Ac
que illum qui recte curriculum uiuendi / a / na
tura datum confecerit / ad illud astrum cui
accomodatus fuerit / reuersum beatam uitaꝫ
acturum . Contra uero agentes cogi in
ortu secundo / sexu mutato fieri mulierem .
Et qui ne tum quidem finem peccandi faci

et quatenus deprauatur / eatenus in bruto
rum naturam suis moribus similem permuta
ri : nec prius / a / mutationibus laboribusque
cessare / q̄ꝫ illam sibi insitam eiusdem ipsius
similisque nature conuersionem sequtus ipse
eique subiiciens turbulentos multiplicesque
affectus / postea ex igni / aqua / aere ⁊ terra
contractos ratione sedauerit : ⁊ ad primū
optimumque sui habitum iam redierit . Que
cum illis ita designauisset : nequa penes se fu
ture prauitatis causa esset : alios in terram .
alios in lunam . alios in alia temporis instru
menta spargens quasi serebat . Post huiꝰ
modi semētē quod reliquum erat / diis Junio
ribus agendum mandauit : ut corpora mor
talia fingerēt : quātūque esset humane anime
quod reliquū huic deberet accedēre id omne ⁊
que consequentia essent / adiungerent rege
rentque : ⁊ q̄ꝫ optime ⁊ pulcherrime fieri pos
set mortalis animalis naturam gubernaren
tur : nisi ipsum sibimet malorum causa esset .
Atque is quidem qui hec cuncta dispo
suit / rite in suo habitu permanebat . Quo
quidem permanente / eius filii / cum paren
tis ordinē cognouissēt / eū ꝑtinus seq̄bātur .
Itaqꝫ accepto ab illo mortalis animātis im
mortali pricipio sui effectorē imitati / ignis /
aeris / aque / terre particulas q̄s rursꝰ redderēt
a / mundo mutuabātur / easqꝫ inter se copula
bāt : haud iisdꝫ illis i dissolubilibꝰ uinculis / qbꝰ
ipsi fuerāt colligati . sꝫ talibꝰ q̄ pp puitatē cer
ni nō possēt , crebrisqꝫ huiꝰmōi clauis ꝯiūctis
unum ex oibꝰ corpꝰ efficiebant : atqꝫ i hoc ip
suꝫ tum influente tum effluente corpore ani
me diuine circuitus illigabant . Itaque
hi circuitus in profundum flumen immersi /
neque tenebant neque tenebantur : Sed ui fe
rebantur / atque ferebant . Ex quo fac
tum est : ut totum animal moueretur : sine
ordine tamen / ⁊ fortuita quadam iactati
one . Cui quidem sex peruagari motibus
ꝯtigit : ūdiqꝫ ꝑ sex loci naturas ꝓgrediēdo /

uidelicet ante ⁊ retro/ad dexterā ⁊ leuam/
sursum atque deorsum. Cum uero plurimus
inundaret fluctus atque defflueret unde ani
mal nutrizetur/multo etiaꝫ maior a passioni
bus extrinsecus illatis turba sequebatur: cum
corpus aliquod ignis exterioris incurrisset
offensionem: uel a terre soliditate aut aque
humore/aut aeris flatu lesum esset. Porro
ab iis omnibus per corpus motus usque ad ani
mam transeūt: qui propterea ⁊ initio ⁊ nūc
sensus cognominati sunt. Hi quidem ab ini
tio cōtinue multos ⁊ maximos motus cient/
riuo illo ingiter fluente, atque his fluctibus
uehementer anime circuitus quatiunt. Et
circuitum quidem illum eiusdem similisqꝫ na
ture in ipso cursu prorsus impediunt. Alte
rius uero circuitum distrahunt: usque adeo
ut dupla illa ⁊ tripla utrimque disposita in
terualla tria/medietatesqꝫ ⁊ colligationes
sexquitertia sexquialtera sexquioctaua ratio
ne interiectas/que dissolui a nullo nisi ab eo
qui coniunxit/possunt/omni reuolutionis ge
nere torqueant: omnesqꝫ amfractus ⁊ uarie
tates orbium/quotcunqꝫ cōtingere queunt/
inducant: ita ut ambitus ipsi uix sibi inuicem
connexi/ferantur quidem sed sine ratione fe
rantur/tum contra/tum ex obliquo/tum
resupina quadam dispositione. ceu siquis ca
put pro pedibus humi figat: pedes uero pro
capite tollat in altum: tunc arbitror tam
eius qui sic affectus est/q̄ꝫ eorum qui spec
tant/dextere partes sinistre ⁊ contra sini
stre/dextere sibi inuicem esse uidētur. Itaqꝫ
cum hoc ipsuꝫ ceteraue huiusmōi animiquoqꝫ
ambitus maxime patiuntur/si tunc in extrin
secum aliquid eiusdem ipsius uel alterius ge
neris inciderint/falso quid idem alicui sit/
quidue alterum ab aliquo indicant. Ideoqꝫ
mendaces tunc dementesqꝫ sunt: nec ullus
princeps ⁊ dux in eis tūc est circuitus. Cūqꝫ
extra positi sensus pulsauerint animam uehe
mentius totamqꝫ eam possederint/tunc illi
subiugati quidem ⁊ seruientes/dominari ui

dentur. Quasobres ab initio anima cum mor
talis corporis uinclis includitur/amens effi
citur. At postquam nutritionis ⁊ augumen
ti riuus lenius minusqꝫ fluit/animeqꝫ circui
tus tranquilliore motu iter suum peragunt/
processuqꝫ temporis sedatiores fiunt: ⁊ in fi
guram nature sue congruam restituuntur/
tunc singulorum circulorum directe conuer
siones/eiusdem ⁊ alterius naturam probe di
scernunt/hominemqꝫ sic institutum pruden
tem efficiunt. Quod siqs educationi rectęqꝫ
nutritioni disciplinam quoque ⁊ eruditionē
conuenientem adiunxerit/morbo grauissimo
deuitato sanus ⁊ integer prorsus euadet: sin
auteꝫ neglexerit/claudum uite iter ingressus
tanquam mancus et omnino inutilis rursus
ad inferos decidit. Sed hec quidem post
ortum contingunt. Nunc uero de prima ho
minis compositione exactius disserendum:
ac probabili ratione monstrandum: qua causa
⁊ prouidentia deoruꝫ singula membra corpo
ris ad singula anime officia sint accommoda
ta. Principio dii figuram capitis ad rotundi
tatem mundi finxere: in eoqꝫ duos illos ani
me diuinos circuitus statuerunt. Est autem
caput membrum corporis diuinissimum: reli
quorumqꝫ membrorum princeps. cui totum
corpus connexum dii subesse et parere iusse
runt. Excogitauerunt eniꝫ motuum omniuꝫ
quotcumque esse queant/cōpos id fore. Cum
uero inequalis et aspera/ac partim quidem
acclinis/partim declinis terra sit/si humi ca
put serperet/perqꝫ terre superficiem uolue
retur/hos amfractus sine offensione transire
non posset. Quod sane malum ut uitaretur/
procerum hunc habitum corporis ad facilio
rem progressum dii pro uehiculo capiti subie
cerunt. Corpori preterea quatuor in longuꝫ
porrecta ⁊ flexibilia membra adnexuerunt:
quibus facile diuina prouidentia moueretur.
Apprehēderet uideliꝫ obiecta queqꝫ staret et
sisteret: perqꝫ oīa graderetur: capite semper sub
sistēs/diuinissimi sacratissimiqꝫ habitaculuꝫ.

Hāc igitur ob causam nobis crura manusqꝫ
dedere. Anteriores autem partes posterio
ribus prestantiores ⁊ ad imperādum aptiores
arbitrati/in anteriorem quoque partem mo
ueri nos utplurimum uoluerunt. Oportebat
porro anteriora discreta et dissimilia esse.
Quapropter primum globo capitis faciem ad
iecere: facieiqꝫ instrumenta que adminicula
rentur omni anime prouidētie assignauerūt:
decreueruntqꝫ naturale hominis imperiuꝫ in
hac parte anteriori prioriqꝫ consistere. Sed
ex omnibus faciei partibus primi luciferi ocu
lorum orbes coruscant: hac de causa dati.
Ignis certe illius qui non urit quidem/sed il
luminando suauiter diem inuehit mundo par
ticipes oculorum orbes dii fecerunt. Intimū
siquidem nostri corporis ignem huius ignis
germanuꝫ sincerumqꝫ per oculos emanare uo
luerunt. In quibus lenis congestusqꝫ ubique
ignis huiusmodi sit: sed per eorum dumtaxat
solidiorem angustamqꝫ medietatem ignis pu
rior euolet: crassior uero/cohibeatur. Itaqꝫ
cum diurnum lumen applicat se uisus radio/
tunc ea duo inter se similia concurrentia atqꝫ
commixta quo oculorum acies diriguntur ibi
in unius iam domestici corporis coherent spe
ciem, ubicumque uidelicet tam intimi q̄ꝫ ex
terni luminis fit concursus. Totum igitur
hoc propter similitudinem passionem eandem
sortitum cum quid aliud tangit uel ipsum ab
alio tangitur/motum huiusmodi ad corpus
omne perqꝫ id ad animam usque diffundēs sen
sum efficit/qui uisus uocatur. At postquam
in nocteꝫ discesserit cognatus ignis/uisionis
radius euanescit. Nam in aerem sibi dissimi
lem erumpens permutatur/atque extingui
tur: cum nullam habeat cum proximo aere ut
pote ignis splendore carente/nature commu
nionem. Iccirco uidere desinit: somnumqꝫ
inducit: Et eniꝫ salubre palpebraruꝫ tegmen
dii oculis machinati sunt. Quibꝰ obductis uis
illa ignis intimi conniuentia tegminis coher
cetur: compressaqꝫ interiores motus perfun

dit ⁊ mulcet: quibus relaxatis atqꝫ mollitis
quies oritur. Si profundus ob multam quietē
motuum nos occupat sopor/exigua sequuntur
insomnia. Sin uehemementiores aliqui motꝰ
quasi uigiliarum reliquie relicti sint/quales
quidem et qualibus ex locis hauste reliquie
sunt/talia somnioruꝫ simulachra nascuntur:
eorumqꝫ nobis expgefactis restat memoria.
At uero simulachroruꝫ que uel in speculis ob
oriuntur/uel in perspicua leniqꝫ cernuntur
supficie/facilis assecutio est. Naꝫ ex utriusqꝫ
ignis tam intimi q̄ꝫ extra positi cōmunione/
eiusqꝫ rursus concursu ⁊ ɔgruentia qui passiꝫ
terso leniqꝫ corpori accomodatus est/necessa
rio hec omnia oriuntur: cum ignis oculorum
cuꝫ eo igne qui est e conspectu effusus circa le
ue nitidumqꝫ corpus sese confudit. Dextera
uero uidentur/que leuia sunt/quia contrariis
partibus oculorum insolito more contrarias
partes attingimus. Respondent autem dex
tera dextris/leua leuis/quando commixtum
lumen cum eo cui permiscetur/transilit. Id
fit/cum speculorum lenitas hinc illincqꝫ alti
tudinem assumpsit/⁊ ita dextram oculorum
partem in leuam speculi/leuamqꝫ in dextram
detorsit. Quod si speculum ad uultus longi
tudinem conuertatur/uultum reddidit resu
pinum: Cum superior luminis pars ad inferio
ra inferior uero ad supiora uertatur. Atqꝫ
hec omnia ex eorum genere sunt/que princi
pales rerum adiuuant causas: quibus ut mini
stris utitur deus ad optimi quoad fieri potest/
ideam perficiendam. Sed existimant pleriqꝫ
non adminicula hec principalium causarum/
sed has ipsas esse omnium causas: que frigoris
⁊ caloris/rari ⁊ densi ceterorumqꝫ similium
naturam habeant: rationem uero mentem qꝫ
nequaquam. Mentem enim a nulla re alia nisi
ab anima possideri cōuenit, hec uero aspectuꝫ
effugit oculorum. Sed ignis/aqua/aer/ac
terra corpora sunt/atque cernuntur. Opor
tet autem mentis ⁊ scientie amatorem/prin
cipales sapientis nature causas querere atque

eas que necessario ab aliis quidem mouentur/
alia uero mouent/secundas causas arbitrari.
Quocirca a nobis sic censeo faciendum: ut
ō utroqꝫ causarū genere disseramꝰ. Sepatim
autem de his/que cum intelligentia effectri
ces sunt pulchrarum rerum atque bonarum.
Et de iis rursus que uacātes prudētia quodli
bet passim sine ordine faciunt. Ac de secun
dis quidem causis oculorum ad eam uim quam
habent conducētibus satis esse dictum puto.
Maximum uero opus cuius gratia utiliter no
bis a deo donati sunt/ deinceps explicandum
censeo. Rerum eniꝫ optimaruꝫ/ut arbitror/
cognitionem nobis oculi attulerunt. Nam
hec que de mundo disputantur/ nunquam in
uenta essent/ si neque sydera neque sol neque
celum suspici potuissent. Cognitio uero diei
ac noctis ab oculis orta fecit/ut dinumeratio
ne quadam mensium annorumqꝫ ambitus meti
remur/tempus cognosceremus/uniuerse natu
re ordineꝫ scrutaremur. Quibus ex rebus phi
losophiam adepti sumus. Quo bono nihil un
quam maius mortalium generi datum est deo
rum munere/ neque dabitur. Hoc igitur ma
ximum oculorum beneficium esse dico. Mino
ra alia pretereo. Quibus qui a philosophia
alieni sunt/ orbati si querantur/ frustra que
rentur. Nobis uero asserendum est ob hanc
potissimum rationem deuꝫ oculos genuisse/ut
mētis circuitus qui in celo paguntur/ intuiti
in usum redigamus nostre mentis: cogitatio
nisqꝫ nostre discursiones illis cognatas/ sed
perturbatas quodammodo ad illorum tempe
riem reuocemus. Et cum illos agnouerimus/
⁊ recta ratione secunduꝫ naturam prediti sin
gulorum ordinem perceperimus/ conuersio
nes dei que sine ullo errore aguntur/ imite
mur: atque ad earum exemplum discursiones
nostre cogitationis uagas ⁊ erraticas compo
namus. Vocem quoque auditumqꝫ eiusdeꝫ
rei gratia deos dedisse nobis existimo. Nam
ad hec ipsa sermo pertinet: plurimumqꝫ con
ducit. Omnisqꝫ musice uocis usus harmonie

gratia est tributꝰ. Atqui ⁊ harmonia que mo
tiones habet anime nostre discursionibus con
gruas atque cognatas/ homini prudenter mu
sis utenti non ad uoluptatem rationis exper
tem ut nunc uidetur/ est utilis/ sed a musis
ideo data est/ ut per eam dissonantem circui
tum anime componamus/ et ad concentum
sibi congruum redigamus. Rhythmus quoqꝫ
ad hoc uidetur esse tributus/ut habituꝫ in no
bis immoderatum gratiaqꝫ carentem aptissi
me temperemus. Hactenus opera mentis pau
cis exceptis tractauimus. Oportet autem de
his quoque que necessitas inuehit/ dicere.
Mundi enim huius generatio ex necessitatis
mentisqꝫ cetu mixta est. Nam cum mens ne
cessitati dominaretur/ propterea quod persua
dendo/ eam ad optimos utplurimum rerum
euentus induceret/ipsaqꝫ hac ratione cedens
sapienti persuasioni pareret/ mundi huius
exordia constiterunt. Oportet igitur cum
qui mundi constitutionem uere narraturus
erit/erratice quoque cause speciem pro natu
re ipsius instinctu miscere. Quod ita commo
de fiet/si horum ipsorum conuenienti princi
pio sumpto sic de his quemadmodum de supe
rioribus ab ipsa rursus origine disseramus.
Naturam ergo ⁊ passiones ignis/aque/aeris
atque terre generationem celi precedentes
consideremus. Nullus profecto ad hec usque
tempus eorum generationem ostendit. Sed
quasi notum sit quid sit ignis ⁊ reliqua/sic de
illis uerba facimus. eaqꝫ mundi primordia cō
stituimus: cum nec syllabarum quideꝫ ne dum
elementorum uicem tenere apud homines men
tis quoquomodo compotes debeant. Nos ue
ro in presenti nihil de principio uniuersorum
siue principiis siue quomodocumque aliter id
apelletur/ dicendum putamus. Cui quidem di
sputationi nihil aliud impedimento est: nisi
quod difficile sit presenti disputandi modo
que de his uidentur/ exprimere. Neque igi
tur uos id expectabitis. neqꝫ ego mihi psuade
bo recte me tantū opus aggredi posse. Quod

autem ab initio dixi uerisimilitudinis uim ser
uabimus: studebimusqꝫ in rationibus uerisimi
libus circa hec assignandis nulli cedere. Atqꝫ
ita et singula et uniuersa a principio expone
mus. Deum igitur etiam nunc disputatiōis ser
uatorem in primis oremus/ut nos ex admirabi
li ⁊ insolita expositione ad uerisimileꝫ doctri
nam traducat. atque ita instituti disputationē
exordiamur. Sed hanc ō uniuerso disputatio
nem ab ampliori diuisione q̄ꝫ supra ducamus.
Tunc enim duas in species facta diuisio est.
Nunc tertium genus addendum. Duo enim in
superioribus sufficiebant. Vnum quideꝫ exem
plaris loco: semper idem: solaqꝫ intelligentia
comprehendendum. Alterum simulachrum ab
hoc exemplari deductuꝫ/generationi oculisqꝫ
subiectum. Cum uero duo hec sufficere putare
mus/ tertium non adiunximus. Nunc autem
cogere nos ratio uidetur/ut difficileꝫ ⁊ obscu
ram speciem declarare conemur. Quam igitur
uim/quamue naturam habere putandum? Hāc
utique. Generationis horum omnium recepta
culum: ⁊ quasi nutricem esse. Quod quamuis
uere dicatur/ paulo tamen apertius est dicen
dum. Arduum id quidem: eo maxime/quod ad
huius rei demonstrationem dubitare prius ne
cesse est ⁊ inquirere de igni ⁊ reliquis que ele
menta uocantur: quid istorum aquam potius
q̄ꝫ ignem/aut aerem potius q̄ꝫ terram: aut cer
tum aliquid unuꝫ magis q̄ꝫ cuncta uocare opor
teat. Difficile sane certum aliquid et firmum
de istis asserere. Quo nam igitur pacto/ ⁊ qua
ratione? ⁊ quid probabile in huiusmodi inquisi
tione dicemus? Principio id corpus quod mo
do aquam nominauimus/quando in solidam cō
crescit materiam/ lapis ⁊ terra fieri uidetur:
quādo uero liquescit ⁊ diffluit/spiritus atque
aer. Item aer exustus ignis efficitur. Ignis
extinctus ⁊ corpulentior factus aerem creat.
Rursus crassior factus aer/in nebulas nubesqꝫ
concrescit. his etiam magis compressis pluuie
defluunt. Ex aqua rursus terra lapidesqꝫ gi
gnuntur. Atque ita uidemus hec omnia circui

tu quodam sibi inuicem uires fomentaqꝫ gene
rationis uicissim tribuere. Que cum nunquam
eadem appareant permanere/quis nam sine ru
bore redargutionisqꝫ suspitione poterit isto
rum aliquid/ unum potius q̄ꝫ aliud certe ⁊ fir
miter apellare? nemo certe. Quare tutissimꝰ
in his hic erit loquendi modus. Hoc quod sem
per alias aliter formatuꝫ uidetur: ⁊ plerumqꝫ
iuxta ignis effigiem/ non est utique ignis hoc
aliquid/sed tale. i. igneum quiddam. nec aqua
hoc aliquid/sed tale quid. i. aqueuꝫ: nec aliud
quicquam uelut ullam habens stabilitatem. De
nique nec pronominibꝰ quidem ullis hec signā
da sunt: quibus in rei cuiuslibet demonstratio
ne/cum hoc uel istud dicimus/ uti solemus. fu
giunt enim nec expectant/uel eam demonstra
tionem que hoc ⁊ huius ⁊ huic designat/ uel
apellationem/que de his tanquam de existenti
bus ⁊ stabilibus habeatur. Igitur huiusmodi
omnia neque hoc neqꝫ istud sed tale potius aut
tale propter similitudinem aliquaꝫ apellare de
bemus: ⁊ ignem quideꝫ/ubique tale. Ac de ce
teris que gignuntur/eodem pacto. At uero il
lud i quo fieri singula hec uidentur/ ac deinde
dissolui/solum iis pronominibus quibꝰ hoc uel
istud signamus/apellanduꝫ puto. Quale uero
quodāmodo/calidum. s. uel album uel aliquid
tale contrariorum uel ex contrariis illud mi
nime apellanduꝫ. Sed apertius quod uolumꝰ/
exponamus. Siquis enim cunctas figuras ex
una eademqꝫ auri materia fictas continue in
alias et alias reformet: deqꝫ una quadam illa
rum presens aliquis quid sit querat/uere adm o
dum ⁊ tutissime respondere possumus aurum
illud esse: triangulum uero esse aut aliam figu
ram earum que impresse in eo sunt ⁊ continuo
permutantur/quasi reuera sint/non licet dice
re. Sola quippe illa responsiōe tanquā tutissi
ma contenti esse debemus. Eadeꝫ de illa natu
ra que cuncta recipit corpora/ratio est. Ideꝫ
semper esse dicenda est. Siquidem ex propria
potentia recedit nunquā. Suscipit enim semp
omnia: nec ullaꝫ unq̄ꝫ iis similē ullo pacto sibi

formam contrahit. Omnis sane nature fictio
ni subiecta est: agitataqꝫ ab ingredientibus et
figurata quodammodo / alias aliter se habere
uidetur. Que uero ingrediuntur et exeunt /
uere ac semper existentium rerum simulachra
sunt: miro et uix explicabili modo ab ipsis re
bus que uere sunt / figurata: quemadmodum de
inceps narrabimus. Tria in presenti genera
summenda sunt: Unum quod gignitur. Aliud
in quo gignitur: Aliud a quo similitudinem
trahit quod nascitur. Iccirco comparare hec
ita decet. Quod recipit matri: Unde recipit /
patri. Naturam istorum mediam proli. Sed
ita intelligendumꝫ est / quod cum esse debeat effi
gies rerumꝫ omni formarumꝫ uarietate distincta:
nunquam illud ipsum formationis huius gre
mium bene erit preparatum / nisi informe sit /
⁊ suaptenatura omnibus formis / quas receptu
rum est / careat. Nam si erit alicuius eorum
que in se recipit simile / cum contrariam eius
cuius simile est naturam aut aliam prorsus su
scipiet / nequaquam eius similitudinem ⁊ effi
giem exprimet / cum pre se tulerit suam: Quo
fit / ut nullam sibi propriam habeat speciem /
quod est omnia genera suscepturum. Ut qui
unguenta suauiter redolentia cōfecturi sunt /
humidam materiam quam certo condire odore
uolunt / ita preparant / ut odorem nullum pro
prium habeat. Et qui materiis mollibus im
pressioniqꝫ cedentibus figuras imprimere al
quas uolunt / nullam omnino priorem in eis fi
guram apparere patiuntur: sed exactissima
quadam leuigatione eas poliunt. Ita illud qđ i
omnibus passim eternorum omnium simulachris
recte figurandum est / his omnibus formis na
tura sua carere necesse est. Quamobrem uniuer
si quod ⁊ genitum est / ⁊ sensibus omnibus ma
nifestum / matrem ipsam receptaculumqꝫ / neqꝫ
terram neque aerem / neque ignem neque aquā
esse dicamus. neque rursus ex his aliquid con
stitutū / aut aliqua ex qb⁹ proprie hec ipsa subsi
stunt. Sed inuisibilem potius speciem quandā
⁊ informem sinum omnium capacem: qui mo

do quodam ambiguo et uix explicabili diuine
⁊ intelligibilis nature fit particeps. Ipse qui
dem comprehendi per se nullo pacto potest.
Sed quantum ex supradictis naturā eius attin
gere licet / sic utique recte possumus dicere:
Ignem quidem / partem eius ignitam uideri:
humefactam uero partem / aquam. Terram
quoque aeremqꝫ similiter / quatenus ipsorum
simulachra suscipit. Sed de his ita distin
guentes ratione considerare debemus, Sit ne
ignis aliquis seorsumꝫ a materia ipse permanens
in seipso: ⁊ cetera / que sepe dicimus per seipsa
manere. An hec sola sunt / que corporis sensu
percipimus / ⁊ talem in se continēt ueritatem
nec ullo pacto preter hec ulla sunt uspiam.
Sed frustra intelligibilem uniuscuiusque spe
ciem aliquam ponere solem⁹: nec aliud hec sunt
qꝫ uerba. Quod quidem neque ita uel aliter se
habere temere ⁊ sine examinatiōe asserendū:
neque ad presentem disputationem natura sua
prolixam / alia quoque prolixa / ⁊ ad rem mini
me pertinens addenda uidetur. Ea uero circū
scriptio que breuibus magna comprehendat /
admodum oportuna uidebitur. Ita igitur ipse
meam hac de re sententiam feram. Si intelle
ctus ⁊ uera opinio duo genera sunt / necesse est
huiusmodi species esse / que per se ipse sint / ⁊ in
telligentia potius qꝫ sensibus comprehendan
tur. Sin autem ut quibusdam uidetur / uera opi
nio ab intellectu nihilo differt / omnia que cor
poris sensus attingit / certa habēda sunt. Sed
opinor duo esse dicenda: quia seorsum sunt fa
cta / ⁊ dissimilia sunt. Quippe quorum alterum
doctrina nobis insinuat: alterum persuasio: ⁊
illud quidem semper cum ratione uera, hoc au
tem sine ratione. Illud nulla persuasione mu
tabile: hoc contra huic mutationi subiectum.
Uere quidem opinionis uir quilibet particeps.
Intelligentie uero dii quidem omnes. Homi
nes uero pauci admodum participes sunt. Que
cum ita se habeant / fateri oportet esse speciem
que semper eadem sit sine ortu atque interitu /
que nec in se accipiat quicquam aliud aliunde.

nec ipsa prodat ad aliud quicqꝫ / sensuqꝫ corpo
ris nullo pcipiatur. atqꝫ hoc ē qđ ad solā intel
ligentiā ptinet: eiusqꝫ intētiōis ē ppriū. Sed
est aliquid post hoc qđ cum ipso nō rōne sꝫ noie
cōuenit: eiusqꝫ similitudinem gerit: genitum /
sensibus manifestum. quod fertur ⁊ substenta
tur ab alio semp ⁊ i aliquo loco gignitur: rur
susqꝫ inde recedit. opinione p sensus cōprehē
dendum. Tertium genus locus ē: q interit qdē
nunqꝫ / sꝫ oib⁹ q gignuntur / sedem exhibet. hic
sine tāgentis sensu tāgitur: adulterina quadā
ratione uix opinabilis. Denique cum ad hunc
animo respiciamus / somniamus quodammodo /
necessariumqꝫ putamus / ut quicquid est / in ali
quo sit loco positum: regionemqꝫ obtineat ali
quam: ⁊ quod neque in terra neque / i celo sit /
minime esse credimus. atque has omnes ⁊ simi
les passiones a peruigili uereqꝫ existente natu
ra ipsi huiusmodi somniis occupati secernere
non ualemus. Ideoqꝫ nec discernere id etiam
possumus / quod imagini quidem postquam id
ipsum in quo facta est non ipsius est: sed ea sem
per alterius fertur simulachrum / non iniuria
conuenit ut in alio quodam sit: atque ita quo
dammodo essentie fiat particeps / aliter uero
esse nullo modo possit. Ei autem quod uere est
uera hec ⁊ exquisita ratio suffragatur / docens
quod dum res ita se habet / ut hoc quidem aliud
sit / ⁊ illud aliud / neutrum in neutro unquam
factum unum simul idem ⁊ duo fient. Hec tan
dem mee mentis summatim sententia sit: esse ⁊
ante celi ortum ratione triplici fuisse tria hec:
existens / locum ⁊ generationem. Generatio
nis uero nutricem / ignitam et humefactam:
terre item ⁊ aeris formas suscipientem / passio
nesqꝫ horum pedissequas perpetientem / omni
formem aspectu uideri. Uerum quia nec simili
bus neque ad pōdus exequatis uiribus referta
est: nulla ex parte equilibrem esse. sed inequa
liter undique uergentem declinantemqꝫ ab il
lis quidem que diximus agitari: rursusqꝫ ipsam
commotam / eadem agitare. Quo pulsu conci
ta in diuersa raptari atque discerni: perinde
ut que in frumenti purgatione pistoriis instru
mentis iactata atqꝫ excussa discerni uidem⁹:

atqꝫ alio solida grauiaqꝫ / alio rara ⁊ leuia fer
ri. Sic illa tunc quatuor genera ab ipso eorum
receptaculo instrumenti illius pistorii instar
tumultuante ⁊ discernente commota / dissimi
lima queque a dissimilimis lōge separabantur:
similima uero rursus coibant. atque iccirco
ēt āte mūdi exornationem sedibus diuisa erāt.
sed neqꝫ his ratio inerat neque modus. At ue
ro ubi cuncta redigi admodum placuit / deus
ignem primo ac terram / aeremqꝫ ⁊ aquam que
quidem elementorum preferebant uestigia / sed
ita erant affecta / ut par est illa a quibus deus
abest / distinctis figuris / speciebus ⁊ numeris
exornauit. Ea uero apđ nos sententia semper
rata indubiaqꝫ pre ceteris habeatur / quod de⁹
illa cum talia non essent / qꝫ pulcherrime opti
meqꝫ fieri poterat / ordinauit. Nūc iam dispo
sitionem genituramqꝫ ipsorum sigillatim demon
strari conuenit / nouo quidem ⁊ inusitato de
monstrationis genere: sed uobis qui omnes eru
ditionis ingenue uias peragrauistis / plano atque
perspicuo. Principio quod ignis ⁊ terra /
aqua ⁊ aer corpora sint / nemo utique dubita
bit. Omnis autem corporis species profundita
tem habet. Profunditatem uero planis consta
re necessarium est. Rectitudo porro plane ba
sis ex triangulis constituitur. atque trianguli
omnes ex duobus initium habent / habentibus
utrisque rectum angulum unum: acutos duos.
Quorum alter utrinque anguli recti partem
obtinet / equalib⁹ distincti lateribus. sed in al
tero inequalibus inequalia distribuuntur. Igi
tur per rationes probabiles necessitati coniun
ctas incedentes ignis ceterorumqꝫ corporum
huiusmodi ponamus exordium. Superiora ue
ro his horum principia deo nota sunt: atque
ei qui dei sit amicus. Uideamus igitur qua po
tissimum ratione quatuor corpora pulcherrima
fiant: dissimilia quidem inter se / sed que in se
inuicem dissoluantur / ⁊ ex se inuicem generen
tur. Si id comprehenderimus / ueritatem ipsam
de generatione ignis terreqꝫ ⁊ eorum que com
petenti ratione seruata horum media fiunt / tene
bimus. Tunc enim nemini concedemus dicen
ti alicubi esse oculis patentia pulchriora his

coꝛpoꝛa: quoꝛūꝫ quodlibet ſecundum unum ſit
genus. Conandum igitur quatuoꝛ coꝛpoꝛū ge
nera pulchritudine precellentia conſtituere:
atque ita aſſerere hoꝛum nos naturaꝫ ſufficien
ter comprehendiſſe. E duobꝰ quidem triangu
lis iſoſceles. i. q cruribus ꝯſtat equalibꝰ unicā
hēt naturam. Qui uero altera parte eſt oblon
gioꝛ / infinitas. Ergo ſi recte uolumus / infini
toꝛum quoque pulcherrimum preeligere / nos
opoꝛtet. Ac ſiquis pulchrioꝛē a ſe electum ad
hoꝛum conſtitutionē afferre uoluerit / eius nō
tanquam aduerſarii ſed tanquam amici ſit ſen
tentia potioꝛ. Unum itaque reliquis poſthabi
tis / triangulotum multoꝛum pulcherrimuꝫ po
nimus: a quo equilater triāgulus ex tertio con
ſtitit. Ratio uero cur ita ſit prolixioꝛ eſſet.
At eum q diligenti diſcuſſione ita eſſe compe
riet / dulce manet uictoꝛie premium. Propo
ſiti ſane nobis ſint duo e multis trianguli: ex
quibus ignis ceteroꝛumqꝫ coꝛpoꝛa compoſita
ſunt. Hoꝛuꝫ unus iſoſceles ſit equalibus cruri
bus conſtans triangulus. Alter uero ſit ille / q
longius latus ſemper breuioꝛe latere potentia
triplo maius habet. Uerum quod ſecuri nimiū
in ſuperioꝛibus diximus / nunc magis eſt diſtin
guendum. Uidebantur quidem nobis / neque id
qdeꝫ ſatis recte / oīa quatuoꝛ genera ex ſe inui
cem generari. Profecto quatuoꝛ genera ex
triangulis quos elegimus generantur. Tria
qdem ex uno / inequalia habente latera. Quar
tum uero unicum ex triangulo iſoſcele compo
nitur. Non igitur poſſunt omnia ita in ſe inui
cem reſolui ⁊ commutari: ut ex multis paruis
pauca ingentia uel conuerſo efficiantur. Tria
certe poſſunt. Cum enim ex uno hec facta ſint
omnia / quādo maioꝛa ſoluuntur / multa exigua
ex eiſdem conſtituuntur: paruas congruasqꝫ
ſibi adepta. rurſus quando multa per triangu
los diſperguntur amplificata unum unius mo
lis faciunt numerum: magnamqꝫ aliam ſpecieꝫ
unam perficiunt. Hec utique de mutua ipſoꝛū
generatione dicta ſint hactenus. Reliquum ē
ut qualis queque eoꝛum facta ſit ſpēs / ⁊ ex qui
bus concurrentibus numeris coaceruata / dica
mus. Erit utiqꝫ prima ſpēs / que ex pauciſſimis

compoſita fuerit: Elementuꝫ eius / quod latus
oblongius breuioꝛi latere duplo maius habet.
Cum uero bini huiuſmodi ſecundum diametrū
cōponātur / terqꝫ id fiat / ⁊ diametri lateraqꝫ
breuioꝛa in idem quaſi centruꝫ ducantur / unus
triangulus equilater ex triangulis numero ſex
conficitur. Trianguli autem equilateres qua
tuoꝛ compoſiti ſecundum ternos planos angu
los / unum ſolidum faciunt angulum: qui angu
lum planoꝛum omnium obtuſiſſimum deinceps
oꝛtu ſubſequitur. Atqui triangulus huiuſmo
di quatuoꝛ natiſ prima ſolida ſpecies, totius cir
cumferentis diſtributiua in partes equales ac
ſimiles oꝛitur. ſecunda uero ex eiſdem quidem
triangulis / ſed ſecundum equilateres triangu
los octo ꝯſtitutis unum facientibus ſolidum an
gulū ex planis quatuoꝛ. Factisqꝫ ſex huiuſmo
di coꝛpus ſecunduꝫ abſoluitur. At tertium ex
elemētis bis ſexaginta copulatis: ⁊ angulis ſo
lidis duodecim: quoꝛum quilibet quinque pla
nis triangulis equilateribꝰ continetur / habēs
uiginti equilateres baſes naſcitur. Iaꝫ igitur
elementuꝫ alterum ſic hactenus iſta genuerit.
Uerum iſoſceles triangulus quarti generauit
naturam / ſecunduꝫ quatuoꝛ conſtitutus: ⁊ ad
centrum rectos congregans angulos: unumqꝫ
quadrangulūꝫ equilaterem faciens. Sex uero
huiuſmodi copulati angulos octo ſolidos quo
rum quilibet per tres planos rectos coaptatus
eſt effecerunt: Coꝛpoꝛisqꝫ ita conſtituti figu
ra cubica facta ē / ſex planos quadrāgulos equi
lateres baſes adepta. Eſt ⁊ quinta quedaꝫ com
poſitio: qua deus ad uniuerſi conſtitutionem ē
uſus. Eaqꝫ deſcripſit ⁊ figurauit: que contem
platus aliquis non abſurde dubitauerit / utrum
infinitos eſſe mundos an finitos exiſtimanduꝫ
ſit. Infinitos quidem dicere illius putabit eē
proprium qui nullam rerum cognitione digna
rum peritiam habeat. Sed utrum unus mūdus
an quinque reuera nati ſint inquirere / minus
utiqꝫ putabit abſurdum. Ratio quidem noſtra
unum ipſum ueriſimili probatione aſſerit eē na
tum. Alius uero quis ad alia reſpiciens aliter
opinabitur: Sed hec dimittenda ſunt. Etiam
genera quatuoꝛ a nobis paulo aū digeſta i ignē

terram, aquam, aeremqꝫ diſtribuamus. Terre
cubicam ſpeciem aſſignemus. Nam omniū qua
tuoꝛ maxime immobilis terra eſt / ⁊ coꝛpoꝛaliuꝫ
omnium cōpacta maxime. Tale ūo illud preci
pue factū eē neceſſariū ē / qd firmiſſimas tutiſſi
masqꝫ poſidet baſes: In triangulis poꝛro a pri
cipio poſitis qui equilateres ſunt firmioꝛem tu
tioꝛemqꝫ qꝫ inequilateres baſem poſſident. Et
quod ex utroqꝫ compoſitum eſt planuꝫ equilate
re equilatori quadrangulus certe triangulo /
tam quo ad totum qꝫ quo ad partes ſtabilius ne
ceſſario puenit: Quamobrem ſi conuenienteꝫ
probabilemqꝫ ſequi rationem uelimus / terre id
tribuamus: Aque deinde quod tribus reliquis
eſt immobilius: Igni quod mobiliſſimum: aeri
medium. Et coꝛpus quidem minimum igni.
aque maximum. aeri medium. acutiſſimuꝫ quo
qꝫ igni / ſecundum ab hoc aeri: aque tertium.
Ex his omnibus quod baſes pauciſſimas habet /
uelociſſimum eſſe neceſſarium eſt. Eſt. n. ad pe
netranduꝫ promptiſſimum / quippe cum proꝛſuſ
ſit omnium acutiſſimum. Leuiſſimuꝫ quoqꝫ: cū
ex pauciſſimis partibus eiſdem conſtet. Quod
ſecundum eſt ſecundo loco habeat hec opoꝛtet.
Tertio tertium. Igitur ſecundum rectam p
babilemqꝫ rationē pyramidis ſpecies ſolida ele
mentum ſemenqꝫ ſit ignis. Secundam uero ge
neratione ſpeciem aeri: aque tertiaꝫ tribuamꝰ
De his omnibus adeo paruis ita putandum eſt
quod ſi ſingula dumtaxat ſinguloꝛum generum
capiantur / nullum eoꝛum propter paruitatem
cerni / a / nobis poterit: ſin multa inuicem ꝯgre
gētur eoꝛum moleſ magnitudineſqꝫ cernētur.
Quin etiam hec omnia / adeo tanta ubiqꝫ quo
ad multitudines motus atqꝫ potentias propoꝛ
tione exacte abſoluta cōnexaqꝫ ſunt / quantam
neceſſitatis natura libens ⁊ perſuaſa capere po
terat. Ex omnibus ſane quoꝛum genera ſupra
narrauimus / ita merito ſe res habere uidetur.
Terra cum in ignē inciderit / eius acumine diſ
ſoluta fertur reſoluta i ignē aut aerē aut aquā.
quouſqꝫ partes ipſius congreſſe iterum / ſibiqꝫ i
uicem copulate terrā reficiant. Non. n. i aliā
unqꝫ ſpeciem tranſmigrare. Aqua preterea ab
igni uel aere diuiſa i partes / unū partibꝰ ſuis re
ꝯciliatis. Ignis coꝛpus / aeris duo facit. poꝛtio

nes uero aeris ex una diſſoluta parte duo ignis
coꝛpa faciūt. Rurſus qn ignis ab aere uel aqua
ul' terra aliqua occupatur: ⁊ ipſe qdem paucus
in multis mouetur / atqꝫ in agitatis pugnat / ia
ctatuſqꝫ diſtrahitur / duo coꝛpoꝛa ignis in ſpe
ciem aeris unam concreſcunt. deinde ſupato
aere atqꝫ diſperſo ex totis duobꝰ atqꝫ dimidio
una aque tota ſpecies coaleſcit. Deniqꝫ ſic ea
rurſus conſideremus. Quotiens ab igne com
prehenſum alioꝝ genus aliquod anguloꝛum la
terumqꝫ ipſius acumine ſcinditur / tum demum
diſcerpi deſinit / cum in ignis naturam tranſie
rit. Simile. n. idemqꝫ genus. quodlibet / a ſimi
li eodēqꝫ minime patitur. quouſqꝫ uero in ali
ud permutatur / imbecilliuſqꝫ cum potentiore
luctatur / diſſolui non deſinit. Rurſus quando
minoꝛa a multis maioꝛibus circumuenta ſunt /
⁊ pauca lacerata extinguntur / cū in uincentis
ideam conſtitui uelint / ceſſant extingui: ſitqꝫ
ex igni: aer: ex aere aqua. Quod ſi in hec tran
ſitus fuerit: ⁊ alioꝝ aliquod genus impugnet /
non ceſſant agitata diſſolui / priuſqꝫ aut omni
no cum diſſolubilia ſint depulſa ad cognatum
refugiant / aut expugnata in unum quiddaꝫ ex
multis ſuperanti ſimile tandem euadant / fami
liariterqꝫ cum uictoꝛe permaneāt. Enim uero
per has paſſiones ſedes uiciſſim cuncta commu
tant. Generis namqꝫ cuiuſlibet multitudines
per locum propꝛium diſtinguntur / ob ſedis ip
ſius agitationem. Que uero diſſimilia inuiceꝫ
facta ſunt / propter fluctuꝫ concuſſionemqꝫ ad
locum eoꝝ quibus ſimilia euaſere / feruntur.
Coꝛpoꝛa igitur immixta ac prima ex cauſis hui
uſmodi fabꝛicata ſunt. Quod autem in eorum
ſpeciebus alia quoqꝫ innata ſunt genera cauſa
eſt elementi utriuſqꝫ conſtitutio. que non ſolū
ab initio unum cum magnitudine triangulum
peperit / ſed etiam maioꝛa ⁊ minoꝛa tot quideꝫ
numero / quot in ſpeciebus ſunt genera. Qua
propter mixta hec i ſeipſis atqꝫ inuicē / infinitā
habent uarietatē. Cuiꝰ peritos eē eos opoꝛtet
qui de natura ſunt rationem pꝛobabilem reddi
turi. Igitur niſi quis quo pacto ⁊ cum quibus
una motus ⁊ conſtitutio fiat certe comprehēdo
rit / multa diſputationi que manet attergo im
pedimento futura uidentur. De his partim qdeꝫ ꝺi

dictũ eſt/partim uero reſtat dicendũ. In ipſa leni planaqꝫ natura motus eẽ nũq̃ꝫ ſolet. Nã agitãdũ abſqꝫ agitaturo/uel agitatuꝝ abſqꝫ agitando difficile eſt/imo ipoſſibile reperiri. Motus aũt hoꝝ oĩuꝫ minime eſt. hec uero lenia plana qꝫ eſſe nunq̃ꝫ poſſunt. Sic itaqꝫ ſtatũ qdem i planitie lenitateqꝫ/motuꝫ uero in ꝯtraria ſemꝑ natura ponemus. Inequalitas porro nature huius eſt cauſa/q̃ leni planoqꝫ ꝯtraria ẽ. iequalitatis uero generationẽ iam tractauimus. Sꝫ quo nã modo ſingula ſecundũ genera nõ diuiſa moueri inuicẽ ferriqꝫ deſinũt/nequaq̃ꝫ expoſuimus. Id ergo deinceps ſic explanabimꝰ. Uniuerſe nature circuitus cuꝫ circulari ambitu ſuo genera ꝯplexus ſit/⁊ ſecum ipſo cõgredi ſtudeat/ꝯſtringit oĩa locumqꝫ uacuũ relĩqui nũſqꝫ patitur. Quo circa ignis per omnia maxime penetrauit. deinde aer/utpote q ipſi tenuitate eſt proximus. ⁊ alia ſimili ratione deinceps. Que. n. ex maximis partibus ſunt compoſita/uacuitatem quoqꝫ in ſua ꝯſtitutione maximam relinq̃re/minima contra minimam. Coarctationis aũt ipſius anguſtia/parua in magnoꝝ contrudit inania. Quare cũ parua magnis inſinuata ſint/⁊ ipſa quideꝫ parua q̃ magna ſunt diſcernãt/maiora ũo minora coerceãt/oĩa ſurſũ deorſum ue i ſua loca feruntur. Nã quodlibet mutata magnitudine/ſedẽ mutat. Sic utiqꝫ ⁊ has ob cauſas nature lenitati ꝯtrarie ſemꝑ generatio ꝯſeruata/hoꝝ motũ ⁊ in preſenti ⁊ i futuro perpetuũ exhibet. poſt hec ſciendũ eſt multa eſſe ignis genera. flãmam dꝫ. ⁊ quod ab ea eſt accẽſum. quod urit qdem/lumẽ uero nullũ oculis affert. quodue extincta flãma intra illa que accenſa fuerant/remanet. Similiter aeris genꝰ aliud puriſſimuꝫ agiliſſimũqꝫ quẽ ethrẽ nuncupant: aliud turbulẽtiſſimũ/caligine nubibuſqꝫ obſcuꝝ: aliaſqꝫ ſpecies ſine nomine eſſe putandum eſt/propter ipſam triangoloꝝ inequalitatẽ: Aque genera duo ſunt pcipua. Unuꝫ humidum. alteꝝ fuſile. humidũ qdem quia generibꝰ eque paruis ⁊ in equalibus ꝯſtat facile a ſe ipſo et ab alio ꝓpter inequalitatis ꝯditionẽ ⁊ figure ſpeciẽ moueri ſolet. Quod aũt ex grandioribꝰ equalibuſqꝫ ⁊ lenibus eſt ꝯpoſitum/ſtabilius illo ⁊ graue propter leneꝫ qualitatem ꝯpactũ eſt.

Sꝫ propter ignis penetrantis diſſoluẽtiſqꝫ impetũ equalitate amiſſa motus fit particeps. factumqꝫ agile mobileqꝫ a proximo aere pulſum extenſumqꝫ ꝑ terram duo quedã patitur. nam ⁊ liqueſcit ⁊ in terram decidit: primum illud molis purgatio/hoc fluxus cognominatur. Rurſus igne hinc euolante/quippe cũ non fiat i uacuuꝫ exitus/proximus aer pulſus mobilem ad huc molẽ humidã i ignis ſedes ipellit ipſiqꝫ ipſam cõmiſcet. Moles deniqꝫ cõpulſa iterũqꝫ leneꝫ equalitateꝫ adepta/cum ignis inequalitatis artifex iam abierit in idẽ ſecũ coaceruatur. atqꝫ ignis abſceſſum frigefactionem/copulam uero ꝯgreſſumqꝫ igni abeunte factũ/conglutinationem gelidamqꝫ rigiditatem uocamus. Ex hiis uero quas aquas fuſiles apellauimus/quod ex tenuiſſimis leniſſimiſqꝫ fit denſiſſimum. uniforme. ſplendidum/flauumqꝫ: pretioſiſſima res eſt/aurum floreſcens per petram ꝯpactum eſt. Auri autem ramus propter denſitatem duriſſimus ⁊ nigro preterea colore ſuffuſus adamas apellatur. Sꝫ quod auro ꝓximas habet ptes pluresqꝫ una ſpecies cõtinet/auro quoqꝫ denſius et ereꝫ ac partis pauce tenuiſqꝫ particeps/adeo aſperius duriuſqꝫ ſit/ueꝝ ex eo quod interualla intrinſecus habet magna leuius eſt/hoc genus nitentium concretarumqꝫ aquarum unum eſt/atque es nominatur. At quando terrena pars huic inmixta propter uetuſtatem/a/ceteris partibus eius ſecernitur/ad extremamqꝫ eius ſa ſuperficiem per ſeipſa aſpectui patet/rubigo tam naſcitur. Cetera generis eiuſdem uerisimilibus rationibus aſſequi haud quaquam laborioſum eſt. Quod ſiquis/remictẽdi ſtudii/gratia rationibus eoꝝ que ſemꝑ ſunt intermiſſis ꝯſiderauerit/uerisimiles de generatione probationes/atque eiuſmodi conſideratione ſine penitentie acceſſione delectetur/moderatum in uita prudentemqꝫ ludum conſequetur. His utitem que nunc ita conceſſis/deinceps que de iiſdem probabilia uidebuntur/ita percurrenda uidentur. Igni ſepe miſcetur aque pars tenuis/atqꝫ humida fluidaqꝫ ſic ideo nominata/quia lubrica terra circumfluit. mollis quoque ob eam cauſam quia eius baſes minus firme ſtabileſque q̃ꝫ terre facile cedant atque labuntur. hec quãdo

ab igni deſtituta/ab aere quoque deſeritur/fit lenior ⁊ alienis expreſſis cogitur in ſeipſaꝫ. atqꝫ ita compacta ſi ſupra terram id ꝯtigerit/grando fit: ſi i terra/glacies. que quidem tũc fiunt cum riget cohereſcitqꝫ maxime gelu: cum uero minꝰ congelatur/ſi ſupra terram accidit/nix. ſin in terra ex rore craſſior facta/pruina. Uerum quando plurime aque ſpecies inuicem ꝯmiſcentur/uniuerſum illud genus/a/terra per arbores ſtillans/liquor humorqꝫ uocatur. Liquores uero ſinguli propter mixtiones diſſimilitudinem nacti multa quidem alia ſine nomine faciunt genera: ſꝫ quatuor ignee ſpecies euidẽtes ⁊ perſpicue maxime/ſortite ſunt nomina. Quod. n. animam ſimul cum corpore calefacit uinum dicitur. Quod uero lene eſt diſcernitqꝫ uiſum ideoqꝫ aſpectu ſplendidum atqꝫ nitens/et pingue nobis apparet/uncta ⁊ olearia ſpecies eſt/pix. gummi. ⁊ oleum: ceteraqꝫ id genꝰ. At quod oris anguſtos meatus ad penetralia uſqꝫ nature ꝓfundit/hac ui dulcedineꝫ adhibẽs mel cõmuniter nuncupatur. Deniqꝫ quod carnem diſſoluit: uritqꝫ ⁊ ſpumeum eſt/ex omnibꝰ ſecretum liquoribus/ſuccus uocatur. Terre uero ſpecies per aquam emergens hoc modo fit lapis. Congelata. n. aqua quando in cõmixtione deficit/in aeris ſpeciem tranſit. hic aer ſuuꝫ in locuꝫ recurrit. Uacuum autem ipſoꝝ nihil. Proximum ergo aerem pulſat. Iſte ſi grauis ſit pulſus circumfuſuſqꝫ terrene moli uehementer illidit: ſeqꝫ ipſum in eas ſedes unde nouus aſcẽderat aer conducit. Terra denique ab aere indiſſolubiliter cum aqua coacta lapides concreat. pulchriores quidem illos/qui perſpicue ex equalibus planiſqꝫ partibus emicant. deformiores uero qui contra. Ubi uero ignis acumine humor oĩs reſoluitur/corpuſqꝫ illo aridus redditur/ea reſtat ſpecies/que ſolida uocatur fictiliſqꝫ tellus. Quandoqꝫ etiam humore relicto terraqꝫ fuſili per igneꝫ facta/ac deinde accedẽte gelu/niger fit lapis: Quando uero idipſum ſimiliter ex cõmixtione/multo priuatur humore/ſed tenuioribus terre partibus conſtat/ſalſumqꝫ eſt/⁊ ſemiglaciale fit/perqꝫ aquam emergit/partim quidem olei terreqꝫ purgatorium genus nitrum dicitur. partim uero quotidiano

uictui commodiſſimum legitime/ſal deo amicũ corpus. At enim cõmunia ex utriſqꝫ/aqua quidem non ſolubilia. Igni uero/propter tale aliquid ita conglutinantur. Ipſas terre moles/ignis ⁊ aer non liquefacit. Cum. n. duo hec tenuiſſima ſint ⁊ uacuitatibꝰ terre minutiora ita per capaciſſimos eius meatus ſine ulla uiolẽtia permanãt/ut neqꝫ eam diſſoluant neque liquefaciant. Aque uero partes quia maiores ſunt/uiolento fluxu liquefaciunt. Terram itaqꝫ male compactam ſic ſola aqua ui ſoluit. Compactaꝫ uero dumtaxat ignis. nihil. n. preter ignẽ hanc penetrat. Aque rurſus concretionem/uiolentiſſimam quidem ſolus ignis: debiliorem uero utraqꝫ ⁊ ignis ⁊ aer diffundunt. aer inq̃ꝫ per uacua. ignis etiam per triangulos. Aerem uero ui conſtrictum/nihil niſi per elementum ſoluit/ſine ui coherentem ſolus reſoluit ignis. Corpora ex aqua terraqꝫ ita compoſita ut aqua terre inania ui coarctata obſtruat/ſic prorſus ſe habent/ut aqua exterior influere per ea non poſſit/ideoque minime liquefaciat/ſed ignis aque meatus penetrans quemadmodum ⁊ aqua terre inania/atque ita aquam afficiens ut ignis aerem/communi corpori liquefactionis cauſam prebeat. Hec uero partim aque minus habent q̃ꝫ terre/quemadmodum uitri genus: ⁊ lapides illi qui fuſiles apellantur. partim contra plus aque: qualia ſunt omnia que conglutinata ſunt cereaqꝫ euadunt ⁊ uapores emictunt. hactenus eas ſpecies que figuris. ꝯmunionibus. commutationibuſqꝫ inuicem uariantur pene iam demonſtrauimus. quas uero ob cauſas paſſiones earuꝫ naſcantur/deinceps demonſtrare conabimur. Principio ſenſum his q̃ dicta ſunt/adeſſe ſemper oportet. Carnis uero ⁊ eorum que ad carnem attinent/generationeꝫ/anime quoqꝫ quãtum mortale eſt/non dum declarauimus. Sũt enim hec a paſſionibus quecumqꝫ cũ ſenſu ſunt minime ſeparata ⁊ ille ſine his exponi ſufficienter non poſſunt: Simul uero expleri ferme nequeunt. primo igitur alia ponenda ſunt. deĩde q̃ ſequntur/expediẽda: Ut ergo deinceps in diſputando genera paſſiones ipſe ſequãtur/prima nobis extent que ad corpus ⁊ animam pertinẽt In primis qua ratione ignis/calidus dicitur/diũ

nideam⁹ quod ita demū / perspiciem⁹ / si discre
tionē diuisionēq; abeo in nostro corpe factā
consideremus. Quod. n. acumen quoddam ea
passio est / ferme est omnibus manifestum. Te
nuitatem uero angulorū / laterūq; subtilitatē
puitatem particlarum / motus uelocitatē / qb⁹
omnibus uehemēs ⁊ penetrans est / uelociterq;
quod occurrit / diuidit semper ⁊ dissipat / consi
derare debemus / figure ipsius generationē me
moria repetentes. ea quippe / non alia natura
corpa nostra diuidens ⁊ i partes exiguas parti
ēs merito passionē illam que legitime calor no
minatur / inducit: Contraria uero huic passio
licet cuiq; manifesta / sua tamen explanatione
non careat. humide namq; partes corpo⁊ / par
tibus nostris humidis grandiores cū in corpus
influunt nostrum / minores quidem partes ex
trudunt s; in earum sedes sepe insinuare nō pos
sunt, humorem autem nostrū coagulant: atq;
ex inequali ⁊ agitato imobilem propter equali
tatem coagulumq; faciunt: inq; angustum co
gunt. Quod autem preter naturam coactum
est / secundum naturā renititur / seq; reuocat i
contrariū. In hac reluctatione quassationeq;
tremor rigorq; consistit: omnisq; huiusmodi
passio / frigus / quod ue eam infert / frigidū no
minatur. Durū autē dicimus illud cui caro no
stra cedit: molle qō carni. Resq; ipsas inuicē
⁊ duras ⁊ molles eadē / ratōe uocamus / cedit
autem quicquid paruo nititur. Quod uero ex
triangularibus basibus firmamentisq; est / utpo
te plano uehementer innixum / renititur maxi
me atq; resistit: quodue summopere densum ē
contra uenientia uehemēter repercutit. Gra
ue preterea ⁊ leue cum ea natura simul que sur
sum deorsumue dicitur / cōmodissime declarabi
tur. Sed illud dictu absurdum est / esse duo que
dam natura loca / a / se inuicem longo interual
lo distincta / ⁊ unum quidem deorsum uocari /
ad quē locū ea deferantur oia / quecūq; molē
quandam corpis habent. Alterum uero sursum
ad quem ui omnia moueantur. Cum. n. celum
omne rotūdū sit / qcumq; a medio eque distātia
extrema facta sunt / similiter ēe oportet extre
ma. Medium quoq; equalibus lineis / ab extre
mis undiq; distans e regione eque oia respicit.

Qm̄ igitur ita mūd⁹ dispositus est / siqs dicto⁊
qcq; sursum esse dixerit uel deorsū / nō iniuria
errare uidebitur. Medius. n. locus i ipso neq;
sursum neq; deorsū dici debet: s; medius. Qō
circ⁹ undiq; circuit / neq; mediū ē / neq; partē
i se habet aliā ab alia differentē / quo ad ipsū me
diū ⁊ oio qcqd sit e regione locatū. Ei uero qō
sui ipsius similimū est cōtraria noia iure nullus
attribuet. Siquid. n. solidū eqlibratūq; i uni
uersi medio sit / ad nullā extremo⁊ partē pro
pter pfectā ipso⁊ similitudinē declinabit. at
siqs circa illud obambulet. sepe sibimet plane
tis stabit oppositis: eādēq; illius partē tū sur
sum tum deorsum uocabit. Ita uniuersum quē
admodū paulo añ diximus / cū sit rotundū / locū
habere superiorem aut inferiorē uir prudēs mi
nime affirmabit. Sed unde nominata sunt ista
et in quibus ea intuiti ex illis ad mundum totū
transtulimus / huiusmodi quedam in primis po
nentes / inuestigemus. Siquis in ea mundi re
gione quam utplurimum sortitus est ignis ⁊ ad
quam undique fertur / insideat / uimq; aliquam
nanciscatur / per quam ignis partes arripiat li
bretq; / aut ubi in statere lancibus collocauit /
ui deorsum in dissimilē detorqueat aerem / cō
stat plane minorem ignis portionem maiori fa
cilius coactam iri. Ubi. n. duo simul uno robo
re suspenduntur / minus quidem magis / plus au
tem minus inferenti uim cedit. Et unum qui
dem graue deorsum ferri dicitur: alterum uero
sursum ac leue. Idem nobis terram habitanti
bus accidit. Nā terre innixi perq; eam gradi
entes / terrena genera inuicem separamus atq;
distinguimus. ⁊ sepe terram in dissimilem aerē
tacimus uiolenter / preterq; naturam sepe par
tes utrasq; cognate nature participes. hic por
tio minor facilius q̄; maior ad dissimilem locū
iacta / prius uiolentie cedit: eamq; leuem co
gnominauim⁹. et locū ad quē ɔpellim⁹ / sursū.
Cōtrariū his affectōē graue qd dō / atq; deor
sum. Hec utique differre inuicem necessariū
est: Propterea quod generum multitudines
locum aliis contrarium obtinent. Quod enim
in alio loco leue est / leui quod in loco est con
trario ⁊ graue similiter graui. Et ei quod de
orsum dicitur id quod deorsum: eique quod

TIMEVS

sursū / id quod dr sursū oia. n. hec trāsuersa inui
cē ⁊ ɔtraria ac penit⁹ differētia eē fieriq; repi
ētur. Unū tñ id de his omnibus cogitandum.
quod uia gressioq; singulorum ad simile atque
cognatum ferēs / graue facit id quod fertur: lo
cum uero in quem tale quid fertur / deorsum.
Que aliter se habent / aliter afficit. harum i
gitur passionum huiusmodi quedam dicte sint
cause. Lenis item ⁊ aspere passionis causam qui
libet intuitus aperire aliis poterit. Durities.
.n. hāc inequalitati permixta. illā uero equa
litas exhibet densitati. Sed earū passionum q̄
circa totum corpus communiter accidunt / ea
restat maxima que uoluptatis dolorisq; est ca
usa in his que diximus. Similiter quecumque
per corporis partes sensibus patent / doloresq;
et uoluptates cient. Ita igitur omnis tam sen
sibilis q̄; insensibilis passionis causas capiamus
in primis memoria repetentes quod de ea natu
ra que facile mouetur / deq; ea que mouetur dif
ficile, supra distinximus: hoc. n. pacto ea per
sequi debemus omnia que comprehendere cupi
mus. Quando in id quod facile moueri solet /
aliqua uel breuis incidit passio / partes eius que
libet sequentibus partibus undiq; passionem ip
sam trāsfundunt / quousq; ad prudentie sedem
perueniatur. ubi per hos quasi nuncios poten
tia illius quod passionem intulit / noscitur.
Quod uero contra est affectum / ⁊ imobile quo
dammodo permanet / circularem illam transfu
sionem non habet / ⁊ ipsum quidem patitur solū
proxima uero minime mouet. Qua propter cū
partes alie aliis passionem primam non imper
tiant / totumq; animal hinc minime agitetur /
sensus expers / id quod patitur / extat. Id pro
fecto circa ossa capillosq; ⁊ reliquas partes que
terrene utplurimum in nobis sunt / accidit. Ui
sus uero ⁊ auditus instrumenta aliter omnino
efficiūt / q̄a illis ignis aerisq; uis maxima iest.
Quod preterea ad uoluptatem attinet ⁊ dolo
rem ita consideretur passio uiolenter preterq;
naturā abūde simulq; nobis illata / molesta fit.
Rurs⁹ q̄ i naturā abūde simulq; reuertitur / dul
cis / que ɔtra fit / ɔtra. passio ūo magna cū faci
litate illata sentitur quidem maxime / uolupta
tis autem ⁊ doloris minime particeps. huius

modi sunt que ex aspectu proueniunt. Cui qui
dē corp⁹ nostrū cognatū fieri i die supra narra
uimus. huic adustiones sectionesue ⁊ quecumq;
passiones huiusmodi / dolorem non inferunt:
nec etiā quando in suam speciē fit restitutio /
uoluptatem. Sensus tamen uehementes cla
rissimiq; ipsi competunt / quatenus aliquid pa
titur / incurritq; in aliquid ⁊ attingit. Uiolen
tia siquidem huius discretioni concretioniue
nulla penitus inest. Corpora uero ex parti
bus grandioribus constituta ⁊ uix agenti cedē
tia / quando motiones illatas in totum corpus
traiiciunt: uoluptates doloresq; continent.
quando uidelicet / e / suo statu mouentur / dolo
res / quando redeunt / uoluptates. Quecumq;
paulatim abscessus euacuationesq; sui perpeti
untur / repletiones uero simul atq; abunde /
cum euacuationis quidem sensum habeant nul
lum / repletionis autem habeant / mortali ani
me ipsius potentie dolores nullos / uoluptates
uero maximas afferunt. Quod ex suauium odo
rum perceptione cognoscitur. At que / e / sua
natura simul ⁊ abunde pelluntur / paulatim
uero uix in eam restituuntur / contra q̄; superi
ora affici solent. hoc plane in secandis uren
disq; membris apparet. Iā communes toti
corpori passiones / easq; inferentium cognomē
ta tractauimus. Nunc igitur eas que certis no
stri corporis partibus accidunt / ⁊ unde proue
niunt / quibusue causis inferuntur / pro uiribus
exponamus. principio que supra quando de hu
moribus agebamus reliquimus / cum lingue pas
siones sint / si quomodo possumus declaremus
Uidentur autem hec quemadmodum ⁊ alia mul
ta discretionibus quibusdam ⁊ concretionibus
fieri. ac preterea lenitate asperitateq; magis
q̄; cetera uti. Tenduntur / a / lingua uene ad
cordis sedem / saporum nuncie. in quas siqua
ita inciderint ut humidam carnis mollitiem pe
netrantia terrestri sua natura modice liquefac
ta / uenas ipsas contrahant arefaciantq; / sapo
res huiusmodi pariunt. Uidelicet si asperiora
sunt acerbos acresq;. sin aspera minus auste
ros ⁊ ponticos. Que ⁊ illas purgant / ⁊ siqua
lingue inheresciunt / abluunt / si ultra modum
id faciant / natureq; ipsius non nihil liquefaci

ant / qualis est in nitro potentia / amara omnia
nominantur. Sin autē vim nitro temperatio
nem habent / leniasq; abstergūt / salsa sine ama
ritudinis asperitate / magisq; amica nobis ap
parent. Que autem applicata oris caliditati /
ab eoq; mollita & feruefacta / ipsu; vicissim fer
uefaciunt / suaq; lenitate sursum ad sensus ca
pitis eleuantur / suoq; attactu singula diuidūt
propter huiusmodi vires / acuta uocantur.
Quandoque vero hec eadem ex putredine atte
nuata angustas uenas ingrediūtur / coguntq;
partes interiores tam terrenas q; quodadmo
do aereas iactatas inuicem commisceri / permi
xtasq; circumlabi alias / & alias ingredi / ingres
suq; suo penetratas cōcauas tensasq; efficere.
Vbi concauus & ampullosus humor aeri circum
funditur: isq; humor alias terreus quoquomo
do est / alias purus. fitq; ex aqua concaua ua
sculum aeris humidum atq; clarum. Sed quod
ex pura nascitur aqua / perlucet undique / am
pullaque uocatur. Quod autem ex lutulento
magis humore simul agitato quidem elatoq; &
circumtenso conficitur / ebullitio: bulla / fer
mentumq; dicitur. harum omnium passionum
causa acida qualitas apellatur. his omnibus
que de his dicta sunt contraria passio / a / con
traria causa pficiscitur. Quando uo ingrediē
tium qualitas humida est lingue qualitati natu
raliter concors & cōsentanea ac lenit mollitq;
eam / contractamq; demulcet asperitatem / &
que in nobis preter naturam / cōtracta uel spar
sa fuerunt / relaxat uel colligit / ac summatim
naturalem singulis restituit habitum. Sua
ue huiusmodi omne amicumq; est omnibus /
uiolentarum quoque passionum medicina atq;
remedium / dulceque uocatur. Circa narium
uim species non sunt. Semigenia .n. odorum
natura. Speciei uero nulli competit odorem
ullum habere. Sed nostre circa hec uene ad ter
re & aque genera angustiores sunt / ad ignis ue
ro aerisque genera latiores. Quo circa nemo
unquā istorum aliquem sensit odorem. Sed in
madefactione quorundam uel putredine uel li
quefactione uel euaporatione gignuntur odo
res. Cum .n. in aerem aqua / uel aer in aquam
transit / i medio istorum odores fiunt. omnisq;

odor aut fumus est aut caligo. Sed horu; quod
ex aere mutatur in aqua; caligo: quod uero ex
aqua in aerem fumus. hinc fit ut aqua odores te
nuiores sint / aere crassiores. Quod maxime
perspicuum fit / quando certa quadam re nari
bus occurrente aliquis in seipsum uehementer
spiritum retrahit. Tunc sane nullus simul in
fluit odor / spiritus autem ab odore nudus sol9
sequitur. Que igitur he in his uarietates absq;
nomine sunt / nec ex pluribus nec ex simplicib9
speciebus. Sed duo ibi nomina tantum mani
festa sunt / suaue scilicet & molestum: hoc quidē
disturbat uiolatq; omnem eam capacitate; que
a / summo capitis uertice ad umbilicum proten
ditur. Illud uero eande; mulcet / & amico quo
dam ingressu naturalem eius seruat habitum.
Tertiam preterea uim sentiendi / auditum ui
delicet ita considerare debemus: ut quibus ex
causis passiones eius proueniant / exponamus.
Omnino igitur uocem ponamus pulsationem
quandam ab aere / per aures cerebrumq; & san
guinem usque ad animam penetrantem. Natā
quoq; ex ea motionem incipientem a capite &
i sedem iecoris desinentem / auditum uocem9.
Motio quidem uelox / acuta prouenit / tarda /
grauis. Vna equalis atq; lenis. contraria ue
ro aspera. Magna / que multa. parua / que pau
ca. harum uocum concordiam consonantiasq;
in sequentibus declarabimus. Seqtur quar
tum sentiendi genus exponendum: quod uarie
tatem in se plurimam continet. & que sub eo
sunt omnia / colores uocantur. Est autem co
lor ueluti flammula quedam fulgorq; / a / singu
lis corporibus emanans / partes habens uisui
ad sentiendum accommodatas. Causas uero
ex quibus uisus gignitur supra tractauimus.
Nunc de coloribus potissimū hoc pacto probabi
lia dicēda uidētur. Que ab aliis delata partib9
in aspectū cadunt / partim minora / partim ma
iora / partim uisus ipsius partibus equalia sūt.
Equalia quidē sentiri non possunt: que diapha
na idest utrimq; perspicua nominantur. Mino
ra uero aut maiora partim discernere partim
contrahere uisum dicimus / instar eorum que ca
liditate uel frigiditate carnem / aut eoru; que
acrimonia uel acumine caliditate ue linguam

TIMEVS

contrahunt uel discernunt. Atque ea que ui
sum sic afficiunt alba nigraue uocamus. que qui
dem passiones eorum sunt que modo narrabam
et illorum quidem germana eademq; quodam
modo / sed in genere alio. diuersa tamen prop
ter has causas esse uidentur. Sic utique apel
landa sunt ista. quod uisum disgregat / album /
nigrum uero quod congregat. Motionem pro
fecto acutiorem alteriusq; generis ignis / inci
dentem dispergentemq; uisum usque ad oculos
orbesq; ipsos oculorum meatusq; ui diuerberan
tem liquefacientemq; / ignem esse dicimus ex
opposito obuiāte; cuius occursu lachryma cor
pus ex igni & aqua mixtum effunditur. Et uno
quidem igne uelut / e / coruscatione quadam
exiliente / altero uero penetrante & ab humo
re extincto / uarii creantur ex huiusmodi mi
xtione colores. atque ipsam passionem fulgo
rē coruscationemq; uocamus: quod ue id fa
cit / splendidum atq; coruscum. horum medi
um ignis genus ad oculorum humorem perueni
ens / illiq; se miscēs / minime quidem coruscu;
sed ex ipsa ignei radii ad humorem admixtio
ne / sanguineum creante colorem / rubeum no
nominamus. Splendidum albumq; rubeo mi
xtum flauum procreat. Quo autem mensure
modo singula singulis misceantur / etiam siquis
nouerit / narrare prudentis non est. presertim
cum neque necessariam neque uerisimilem de
his rationem afferre ullo modo possit. Rube
um cum albo nigroque / purpureum generat.
paulo obscurior. moreus luteolusq; fit color /
quando hiis inuice; conflatis adustisq; magis.
est adiuncta nigredo. Fuluum flaui fuscique
temperatione producitur. fuscum uero albi &
nigri confusione. pallorem albi flauiq; copula
generat. Splendidum albo adiunctum pluri
maq; obfusum nigredine ceruleum ef.cit. Ce
ruleum cum albo glaucum creat. fului nigri
q; temperie color uiridis nascitur. Cetera
ferme ex his omnia manifesta fiunt. Siquis
enim superiores mixtiones imitatus reliquos
colores exsequitur / probabilibus rationibus
disputabit. At siquis horum discussionem pro
bationemq; opere ipso aggredietur / quid in
ter humanam diuinamq; naturā intersit / igno

rare uidebitur. Nempe deus multa in unum
colligere / rursusq; unum in multa producere
sufficiens est: scit enim simul ac potest. Ho
mo autem nullus qui alterutrum ualeat / aut
est nunc. aut unquam erit. Hec sane omnia
ita tunc naturaliter affecta ex necessitate ille
pulcherrimi optimiq; operis fabricator in his
que gignebantur assummebat / quando deum
seipso sufficientem & perfectissimum generabat
Vtens quidem causis ad hec ministris: quod
autem bene se habebat ipse in singulis agens.
Duas enim causarum species distinguere decet
Vnam quidem necessariam: alteram uero di
uinam. Ac diuinam in omnibus querere / ut
beatam uitam quoad nature nostre possibile
est / adipiscamur. Necessariam quoque cau
sam illorum gratia perscrutari. Cogitare
enim oportet absque his illa in quibus studium
ponimus non posse intelligi uel comprehendi
uel quomodocumque aliter percipi. Quonia;
uero nobis in presentia ueluti fabris materia
subiacet / causarum uidelicet genera / uicem
ferme iam preparate materie obtinentia / ex
quibus est sequēs disputatio contexenda / rur
sus ad principium breuiter redeamus: citoq;
illuc regrediamur / unde huc usq; processimus
atq; ita demum finem apicemq; disputationi
qualem superiora exigunt imponamus.
Quemadmodum ab initio diximus / cum hec
ordine carerent / singulis deus & ad sese & ad a
lia inuicē eatenus modum rationemq; propor
tionis indidit / quatenus suscipere singula po
terant. Tunc profecto nihil erat ordinis ni
si forte casu aliquo particeps. nec quicquam
tunc aqua uel ignis uel aliud aliquid eorum
que modo apud nos nominantur iure uocandū
erat. Verum hec primum omnia exornauit /
pinde ex iis hoc uniuersum constituit / animal
unum / animalia in se omnia mortalia & inmor
talia continens. Et diuinorum quidem ipse
est auctor. Mortaliu; uero generationē natis
suis tradidit absoluendam. Illi igitur suum
imitati parentem / principiumq; anime im
mortale suscipientes / animam ipsam morta
li corpore clauserunt: totumq; corpus anime
quasi uehiculum subdidere. atq; in eo aliam diiii

anime speciem mortalem fabricauerunt : que
grauibus necessariisqꝫ pturbationibus afficere
tur . quarum prima foret uoluptas / esca maxi
ma mali . dolor deinde fuga impedimentumqꝫ
bonorum . Audacia preterea metusqꝫ consul
tores amentes . accederet ⁊ implacabilis ira
cundia . Spes etiam blanda conciliatrixqꝫ cū
inrationali sensu / amoreqꝫ omnium inuasore .
Illi ergo ista miscentes necessario mortale ge
nus ꝯposuerūt . Ceterū ne diuinū ulla mor
talium contagione / nisi quantum summa neces
sitas cogeret / pollueretur / seorsum ab illo in
alia corporis sede mortale collocauerunt :
atque / a / pectore caput ceruice ⁊ collo interie
cto separauere . In pectore igitur ⁊ thorace
mortale genus anime posuerunt . cumque id na
turaliter partim melius / partim deterius eēt /
disposuerunt rursus thoracis capacitatem / di
scernētesqꝫ sedē tāqꝫ uirorū alteram / alteram
feminarꝫ . Cartilaginem enim quandam nomi
ne diaphragma quod etiam phrenas uocant in
ter hec medium interiecerunt . partem igitur
anime fortitutidinis iracundieqꝫ participem
contentiosamqꝫ capiti propinquiorem fecere
inter diaphragma ceruicemqꝫ mediam : ut hec
obediens rationi / una cum ipsa cupiditatum
genus ui illata coherceat : siquando rationis
in arce capitis habitantis iussa cupiditas respu
at . Cor uero uenarum originem fontemqꝫ san
guinis per omne corpus impetu quodam ma
nātis in stipatorum regione suspendere uolu
erunt / ut quando ire uis exardescit ratio
ne nunciante / siquid extrinsecus iniuste fi
at / uel intrinsecus aliqua concupiscentia
turbet / tunc celeriter per angustos quosli
bet meatus quicquid in corpore sensus est parti
ceps / iussa minasqꝫ persentiat / atque ita obe
diat obsequaturqꝫ omnino / toleretqꝫ in omni
bus prestantissimi illius imperium . Cum uero
cognoscerent cor rerum terribilium obiectu
trepidatorum ⁊ ira sepius flagraturum / idqꝫ
opus omne per ignem fore / estus huiusmodi
temperandi gratia / pulmonum tegmen cor
di adhibuerunt / molle primum atqꝫ exan
gue / deinde canis intrisecus fistulis spongie in
star distinctum : ut spiritu potuqꝫ hausto cor
dis ardorem huiusmodi respiratione ⁊ refrige
rio tepefaciat . Quā ob causam arterias tanqꝫ
aqueductus per pulmonum substantiam deri
uarunt . eamqꝫ cordi / quasi mollem saltum cir
cumdedere : ut quando nimia feruet ira / inde
ad faciliorē obedientiā temperatū deferueat /
sedatoqꝫ tu multu rationi facilius cum ira mi
nistrare ⁊ obsequi ualeat . Postremo eam ani
me partem que esculenta ⁊ poculenta cupit / ⁊
reliqua omnino quibus corpus indiget con
cupiscit / medie regioni inter diaphragma ⁊
⁊ umbilicum applicauere . ubi quoddam qua
si presepe ad totius corporis alimoniam ex
tare uolebant . ⁊ ibidem illam uim anime
tanquam agreste animal alligauerunt . hic sa
ne illam corpus suum alere necessarium est :
siquidem mortale quandoqꝫ futurum est ge
nus . Ut ergo ad presepe semper illa pa
scatur / habitetqꝫ procul / a / consultore /
ideoqꝫ illum clamore ⁊ strepitu suo minime
turbet / sed permictat precipuum nostri du
cem tranquillo in ocio / communi omnium u
tilitati consulere / regionem iccirco inferio
rem ipsi habitandam dii dedisse uidentur .

Quoniā uero uidebat deus partē illam ani
me talem fore / ut rationem non exaudiret /
⁊ siquo sensu pulsaretur / nullo modo rationi
bus obtemperaret / sed simulacbris uisisqꝫ noc
te dieque maxime raperetur / iccirco naturam
iecoris procreauit : ⁊ in eius habitationem di
sposuit : densam inqꝫ naturam . lenem . claraqꝫ
dulcem . ⁊ amaritudinis non expertem . ut co
gitationum ex mente descendens potentia in
ipso iecore uelut in speculo figuras suscipiente
aspectuiqꝫ simulachra reddente / quandoqꝫ re
cepta terreat ipsum : quandocumque cognata
amaritudinis parte usa / minasqꝫ intendens et
toti repente suffusa iecori felleos terribilesqꝫ
colores ostentat : contrahens preterea ipsum
rugosum ⁊ asperum totum reddat . Ac fibras
eius . bilem eiusque uentriculum / ⁊ uenas que
porte uocātur / sic afficiat / ut partim ex habitu
recto deflectens atque contorquens / partim
obstruēs ⁊ concludens / dolores detrimentaqꝫ
prebeat . Ac rursus quando mansuetudinis ex
mente inspiratio contraria uisa effingit / ama

ritudinem quidem sedans ex eo quod aduer
sam sibi naturam neque ciere neque attingere
uelit / dulcedine uero illi ingenita utens / ⁊
omnia recta . lenia . libera in ipso digerens /
tūc sane pacatā māsuetāqꝫ partem anime in ie
core habitantem facit : adeo ut etiam ī sopno
moderate affecta sit / uaticinioqꝫ utatur : quan
do rationis prudentieqꝫ est expers . Qui . n .
nos composuerunt paterni illius mandati me
mores / quo mortale genus preceperat q̄ꝫ op
timum pro uiribus fieri / ita deteriorem no
stri partem instituerunt / ut ipsa quoqꝫ ueri
tatis foret quodammodo particeps : siquideꝫ
in ea expleri uaticinium statuerunt . Quod
autem dementie humane deus diuinandi uim
dederit / illud argumento esse nobis potest /
quod nemo dum sane mentis est / diuinum ⁊ ue
rum uaticinium ullum assequitur sed cum uel
sopno prudentie uis prepedita / ē uel oppressa
morbo . uel diuino aliquo raptu / e / suo statu
dimota / fieri diuinatio solet . Prudentis ue
ro dumtaxat officium est / que / a / fatidico
furenteqꝫ ingenio dormiendo uel uigilando
pronunciata sunt / intelligere . ⁊ quecumqꝫ
uisa illuxerint / raciocinatione ita discerne
re / ut qua quidqꝫ ratione ⁊ cui / futurum ali
quid uel preteritum / presens ue bonuꝫ uel ma
lum perdere uideatur / explanet . Illius auteꝫ
qui mansit manetqꝫ adhuc in furore non est of
ficium / que uiderit aut protulerit / indicare .
Scitum profecto priscum id dictuꝫ . Age
re sua seqꝫ ipsum cognoscere / solius pruden
tis est opus . Hinc lex iubet diuinis uati
ciniis iudices preesse prophetas . ques ua
tes quidam nominant / Ignorantes prorsus
eos oraculorum uisorumqꝫ / que obscuris ue
laminibus inuoluuntur interpretes esse / non
uates . Quare qui uaticinia indicant / non
uates illi quidem sed prophete / idest uatici
niorum interpretes pronunciatoresqꝫ uo
candi . Atque iecoris quidem natura ob
hanc causam talis facta est ⁊ in ea sede qua
diximus collocata / diuinationis scilicet gra
tia . Ac etiam uiuente unoquoque talium si
gna clariora exprimi solent . Uita uero pri
uato / cecitas accidit / nec euidens quicq̄ꝫ fit
uaticinii signum . proximum huic ad sinistrā
locatum est huius gratia membrum / ut purum
hoc semper clarumqꝫ reddat / ⁊ instar speculi
nitens atque perspicuum ad imaginesqꝫ ex
et referri iubere, humana quod ad diuina, diuina uero, id est, uirtutes ad mentem ueritati diuinitatique deditam. Dum uero de fine legum disputat, officium quoque ipsarum conditoris exponit, idque summatim esse uult, summa cum diligentia totam ciuitatem colere quasi agrum, ut exquisitam de eligendis serendisque seminibus habeat rationem. Deinde de oportuna plante cuiusque cultura. Item de extirpandis statim ab initio noxiis herbis et sentibus. Denique de omnibus ad maturitatem suo ordine perducendis. Tu uero inter hec aduerte turpiorem haberi, qui uoluptatibus cedit, quam qui succumbit doloribus. Item fortis uiri officium esse, non solum metus et pericula superare, sed cupiditates etiam cohercere. Preterea, neminem secure iudicari posse fortem, nisi diu inter labores et pericula uersatus strenue fuerit. adde et nisi in ipsa licentia et illecebris uoluptatum: In quibus probantur proprie continentes, ipse quoque fuerit comprobatus. Aduerte non esse tutum uel hominem qui fortis sit futurus, procul a timoribus, uel eum qui futurus sit temperatus seorsum ab omnibus uoluptatum illecebris educare. Preterea totum conditoris legum studium circa uoluptates et dolores oportere uersari: ut duo hec quasi bruta freno non careant. Si enim freno cohibeantur, facile felixque uite iter euadit. Si nullo cohierceantur freno, difficile admodum et infelix. Notabis et illud de atheniensibus dictum: probos athenienses esse precipue probos: propterea quod soli suapte natura et diuina quadam sorte, nullo cogente uel perterrente, sint probi. In his Plato significat in ciuitate male instituta, raros quidem fore ciues bonos: sed illos fore omnium prestantissimos. Quoniam cum nulla disciplina tales euaserint, profecto diuina quadam sorte et perfecta natura facti sint tales. Quorum etiam tanta sit excellentia, ut communi contagione non inquinentur. Post hec singulare ad cuiusque artis totiusque uite preceptum considerabis Oportere eos qui prestantes uiri quouis in studio euasuri sunt, statim a teneris annis id ipsum tam ludendo quam studendo in singulis ad id conducentibus meditari: adeo ut uirilium studiorum accommodatissima pueris preludia preponantur. Atque ita ludentium animi in amorem illius potissimum adducantur, quod in uirili etate, serio sunt acturi. Inter hec disciplina sic definitur. Disciplina est, ea uite statim a pueritia institutio, que in amorem uirtutis paulatim adducit animum puerilem. Illius inquam uirtutis precipue, per quam uir factus imperare sciat atque parere. Hominem uero oportere et insuper posse, disciplinam eiusmodi a teneris annis habere, per illam que sequitur humane nature descriptionem apte confirmat: inquit. n. hominem et si unum quiddam sit, habere tamen multa in se atque diuersa. Inter que sint tyranni duo amentes quidem et inter se contrarii, animum distrahentes, dolor atque uoluptas. Preterea opiniones futurorum bonorum atque malorum, ex quibus appetitus confidentiaque ad bona, timor autem ad mala nobis suboritur. perturbationesque animi sic miles. Preter hec adest iudicium rationis dictans quid horum melius sit quid peius. Iudicium uero eiusmodi in uno quoque lex priuata est et in ciuitate lex publica. Quoniam uero animal unum ex rebus tam diuersis dixerat esse compositum, haud ab re subiungit, hominem inter animalia miraculum esse diuinum. Mercurium imitans, dicentem, miraculum ingens hominem esse. Animalium tria sunt genera. Aut. n. tam ex corpore quam ex animo immortalia sunt. aut ex utroque mortalia. aut ex animo quidem immortalia, ex corpore uero caduca. In primo qui dem genere celestia et etherea et aerea sunt, siue dii siue demones nominentur In ultimo uero sunt bruta. Sed in medio homines demonesque aquei atque terreni. Cum. n. horum quoque demonum corpora sicut humana ex contrariis componantur, dissolui quandoque possunt perturbationesque aliquas afferunt. Sed ceteris iam obmissis cur nam homo miraculum? Quia et cum diuinus sit mirum est eum a mortalibus infici: et cum sit mortalis, mirum quoque affici ad diuina: Sed cur diuinum miraculum apellatur? Quoniam et ut ita est diuina prouidentia institutum: et ut Timeus docet adeo quidem opifice mundi rationalis anime substantiam ipsam accepimus: a diis autem ceteris naturam quandam uitalem ratione inferiorem, a demonibus denique corpora. Quod autem addit hominem a diis fuisse uel ludo uel studio quodam effectum sic intellige ludo quidem factum esse, si anima semper a celestibus ad terrena atque uicissim quasi ludendo transmigrans numquam immutabili apud deum sede quiescat? factum uero studio si modo penes effectores deos effectorem deum animus quandoque sit inmobiliter permansurus. Utram uero disiunctionis huius partem eligere debeamus affirmare hic Plato non audet: Probabile tamen habet, ut hic alibique significat, hominem studio quodam potius quam ludo fuisse diuinitus constitutum: Siquis autem ambiguum hunc Platonis textum legere ita uelit ut significet uel hominem esse a diuinis animalibus constitutum, ab astris intelligat: uel esse ex animalibus multis compositum, intelligat partes affectusque anime nominari a Platone poetice animalia: Quod quidem apparet in nono de re. pu. et in principio Phedri. Sed ista tu uideris: Descendit post hec ad quedam, que et si leuiora uidentur, ad perfectam tamen discipline traditionem morumque probationem necessaria sunt. Qualia sunt studia musice consuetudinesque persimiles Musica uero communissima quadam significatione comprehendit proportionis cuiuslibet ordinem: non solum in sermone, cantu, sono, saltu, sed gymnastico quoque ludo gratieque conuiuii. Hec quidem omnia ita in ciuitate composita esse debent, ut omni perturbationum uitiorumque incitamento sublato, corpus et spiritum animumque contemperent. Exorditur autem disputationis oportunitate quadam a conuiuiis, atque uino: dicens primo cauendum esse ne ad innatas nobis perturbationes accedat quoque ebrietas. Hec. n. si temere accesserit et rationis officia minuit. et perturbationis impetus auget. Probat tamen conuiuium atque meri usum, ea uidelicet cautione adhibita, quam in libro sequenti planius explicabit. Hic uero ad id potissimum conferre indicat ut ex liberiori interdum usu meri mores hominum in conuiuiis detegantur. solet. n. impudentiores audacesque reddere. Ille ergo prudens iuuentutis custos deprehensis iuuenum, presertim uitiis: impudentia, et merori facilis poterit et assuefacere iuuenes, etiam in ebrietate omnium impudentissima seruare pudorem. Quanti uero sit pudor. i. dedecoris et infamie timor, ex eo constat, quod ob eiusmodi metum iuuenes, et turpia in primis metuunt et honesta quamuis ardua audacter aggrediuntur: que quidem duo rei. pu. maxime omnium tam pace quam bello necessaria iudicantur. Ideoque ad hec ciuium animis infundenda legum lator diligenti studio debet intendere.

Leges Platonis translate a Marsilio Ficino Florentino. Ad Laurentium Medicem. Uirum Magnanimum:

Collocutores. Atheniensis hospes. Clinia cretensis. Megillus lacedemonius:

hospes

DEUM NE, AN aliquem hominum. o. hospites condendarum legum causam existimatis? Cli. Deum. o. hospes, deum inquam ut decet asserere: Apud nos quidem Iouem: Apud lacedemonios autem unde hic est, apollinem dicturos istos existimo. Nonne? Me: Certe. Athe: An homerum sequtus ita dicis, quasi Minos semper per nouennium patris colloqutionem petierit: eiusque monitis ciuitatibus uestris leges posuerit? Cli. Sic nostri ferunt, Fratrem quoque eius rhadamanthum iustissimum fuisse auditis: Eumque nos cretenses, quia tunc recte ius unicuique distribuerit, hanc laudem consequtum fuisse censemus Athe: Egregia profecto laus: maximeque filio Iouis conueniens. Uerum quia in huiusmodi moribus atque legibus ambo educati estis: tu scilicet atque iste, spero nobis non iniocundum fore, si inter eundum de constituendis ciuitatibus ac legibus disseramus. Est autem a Cnoso in antrum templumque Iouis uia satis ut audiuimus longa. diuersoriaque per ipsam sub altis arboribus, ut in estu conuenit, umbrosa sunt. Nostre igitur etati conueniens erit, frequenter

in his requiescere : mutuoqꝫ orationis solami ne / sine modestia iter hoc omne trāsigere : Cli Atqui : cum progressi fuerimus hospes / cupre ssos offendemus in lucis proceritate specieqꝫ mirabili / prata quoqꝫ amena : in quibus requie scentes / libenter conmorabimur : Ath : Recte nimium loqueris . Uerum hec magis affirmabi mus / cum uiderimus . Sed eamus iam bona for tuna comite : Cli : Fiat : Athe : Sed dic mihi oro : quamobrem conuiuia . exercitantes armo rumqꝫ artem lex uobis instituit ? Cli . Arbi tror equidem . o . hospes nostra hec esse facilima cognitu . Naturam . n . regionis huius uniuer sam uidetis / non esse ut thessalie / planam . Id circo equis illi magis / nos cursibus utimur . Inequalitas hec locorum ad pedestrem exerci tationem cursumqꝫ est aptior . Quapropter armaturam quoqꝫ leniorem esse necesse est / ne pondere suo cursum impediat . Arcuum ergo sa giptarumqꝫ leuitas maxime congruit Hec igi tur omnia ad bellum nobis accommodata sunt Ad idqꝫ respiciens legislator / cuncta / ut mihi uidetur / instituit . Quippe huius gratia ipsam etiam conuiuendi legem sanxisse uidetur : cum omnes uideret i militia / re ipsa coactos / custo die sue gratia / conuiuia habere communia : In quo sane arbitror cum stultitie crimine ceteros condemnasse : quod minime intelligant bellum semper inesse ciuitatibus / omnibus ad omnes inge atqꝫ perpetuum . Nam si dum est bellum / custodie causa conuiuia celebrare perfectosqꝫ aliquos / una cum subiectis suis armatos tueri urbes oportet / id ipsum est pacis etiam tempo re faciundum . Quam . n . pleriqꝫ pacem nomi nant / id esse nomen solummodo existimandum Ratio uero ipsa / omnibus ciuitatibus ad omnes bel lum esse natura : ne indictum quidem . Reperi es utiqꝫ si ita consideres / cretensium legum la torem omnes ferme leges tam priuatim q̄ꝫ pu blice ita nobis conscripsisse / quasi ad bellum re spiceret . Atque ita illis parere iussisse / quasi ce terarum rerum nulla eēt utilitas / non possessionum non artium / nisi quis bello superet : Cum om nia bona eorum qui inuicti sunt / ad uictores illi co transeant : Ath : Probe . o . hospes ad perfi ciendas cretensium leges exercitatus mihi ui deris . Sed id planius dicas . Recte dispositam ciuitatem / tunc demum dicere uisus es / cum sic instituta est / ut ceteras bello uincere possit Nonne ita ? Cli : Ita prorsus : hunc etiam ar bitror consensurum : Me : Haud aliter . o . di uine vir Lacedemoniorū quispiā respōderet . Ath : Utrum ciuitas ad ciuitatem ita se habet ? Uicus autem ad uicum aliter ? Cli . Non aliter Athe : Similiter ergo se habent : Cli : Simili ter : Athe : Nunquid ⁊ domus ad domum que eodem in uico sunt / ⁊ singuli uiri ad singulos ? Cli . Similiter ⁊ ista : Athe : Quid porro de ui ro quolibet ad se ipsum est dicendum ? Utrum quemlibet ad seipsum quasi hostem ad hostem af fici dicemus / An aliter ? Cli : O . atheniensis hospes . Non enim ego te atticum nominare uo lo . Uideris namqꝫ dee ipsius athenas . i . palla dis cognomento dignior esse : Nempe uniuer sam hanc rationem ad principium reductam ita planam fecisti : ut facilius inueniri queat / mo do probe fuisse dictum / hostes uidelicet omnes omnibus esse tam publice q̄ꝫ priuatim : ⁊ singu los sibi ipsis : Athe : Quomodo id ais . o . vir mirifice ? Cli : Primam . o . hospes ⁊ optimam esse dico uictoriam ut seipsum quis uincat . Turpissimum uero quiddam ⁊ pessimum / ut a seipso uincatur . Atque hec omnia bellum esse singulis ad se ipsos significant : Ath : Oratio nem illam iterum resummamus . Nam cum quis que nostrum / aut superior seipso sit aut inferi or / dicendum ne est eodem se modo domum . ui cum . ⁊ ciuitatem habere ? An aliter ? Cli : Sit ne superior aliqua seipsa / aliqua inferior / di cis ? Athe : Id ipsum . Cli : Istud quoque rec te quesisti . Non . n . minus ciuitatibus id con tingit : immo maxime hoc in eis perspicuum . Nam ubi meliores multitudinem peioresqꝫ su perant / recte profecto ciuitas illa superior se ipsa dicetur : ⁊ hac uictoria nō iniuria laudabi tur . Contra uero ubi contrarium fit : Athe : Sed utrum quod peius est / meliore aliquando superius ⁊ potentius sit ad presens pretermicta tur . longiore namqꝫ oratione indiget . Quod autem abs te dictum est / sic intelligo . Quod ci ues quandoqꝫ cognati ⁊ ciuitatis eiusdem mul ti ⁊ improbi aduersus iustos qui pauci conspira

bunt : uimqꝫ inferent ut eos subiiciant . Ac si uicerint / ciuitas illa seipsa inferior / prauaqꝫ dicetur : sin autem uicti fuerint / superior atqꝫ proba : Cli : Mirum est hospes quod dicitur sic tamen fateri necesse est : Athe : Age iam ⁊ hoc rursus consideremus . Multi ab uno patre matreqꝫ eadem fratres nasci possunt . Nec mi rum si plures eorum iniusti erunt . Iusti uero pauciores : Cli : Nihil mirum : Athe : Nec mi hi modo neqꝫ uobis decorum est i hoc uerba au cupari / in quo dicitur / domus ⁊ cognatio uni uersa inferior seipsa uideri si praui superent / superior / si uincantur . Neque enim de his di sputamus / elegantiam uel ruditatem uerborum obseruaturi / quod multi facere solent / sed que recta ratio secundum naturam in legibus sit / quis error / indagaturi : Cli : Uera loqueris hospes : Megil : Probe profecto huc usqꝫ mihi quoqꝫ dictum uidetur : Athe : Hoc preterea c siderem us : Utrum dictis modo fratribus iudex quispiam preesse poterit ? Cli : Proculdubio : Athe : Uter igitur melior erit iudex ? Num qui improbos perdet : efficietqꝫ ut probi sibi ip si imperent ? An qui probos quidem faciet im perare ? improbos autem / cum sponte subire im perium persuaserit / uiuere patietur ? Terti um uirtute iudicem his addamus / siquis talis reperietur / qui dissidentem cognationē ita cō mendatam habeat ut neminem perdat . Sed re conciliatis leges conscribat : quibus inter se p petuo amici futuri sint : Cli : Longe melior ta lis iudex legumqꝫ conditor erit : Ath : Atqui contra q̄ꝫ si ad bellum respiceret ipsis leges cō scribet : Cli : Uera loqueris : Athe : Quid autē Qui ad bellum respiciens / ciuitatem constitu it / utrum externa bella respiciet / ⁊ ad illa ui tam ciuium referet ? An intestina / que seditio nes appellantur ? Que minime omnium eē in ci uitate sua quiuis eligat : ⁊ si accidant / q̄ꝫ ocius fieri potest / sedari cupiat : Cli : Ad hec plane : Athe : Utrum uero perdita ciuium parte pacē ex seditione consequi / cum altera pars potita uictoria sit / malit quispiam / an potius per re conciliationem facta pace amicitiaqꝫ firmata / ad externa bella totius animum ciuitatis con uerti ? Cli . Hoc profecto potius q̄ꝫ illud ciui tati sue accidere quisqꝫ optabit : Athe : Non ne ⁊ legum lator similiter ? Cli : Similiter : Athe : An non ipsius optimi gratia leges om nes ferende sunt ? Cli : Ipsius nempe : Athe : Atqui optimum nec bellum nec seditio ē : Om nes . n . deprecantur / nequid horum sibi ineun dum sit : sed pax / mutuaqꝫ beniuolentia . Sed neqꝫ uictoria illa qua ciuitas ipsa seipsam supe rat / optimum quiddam est / sed nececessarium potius . putare autem optimum ciuitatis statū in pugnando ⁊ uincendo consistere : simile est ac siquis optime cum egrotante agi putet dum curatur / nec de illo omnino quicquam cogitet / qui nunq̄ꝫ egrotauerit . Et siquis similiter de ciuitatis uel priuati hominis felicitate existimet nec ciuilis reuera unquam uir erit / dum exter na solum atqꝫ in primis bella respiciet : nec ex quisitus legum conditor / nisi gratia pacis de bello potius q̄ꝫ belli gratia de pace leges ꝯscribat Cli : Recte hec hospes dicta esse uidentur : Ego uero mirarer / siquis forte tam nostras q̄ꝫ lacedemoniorum leges non belli gratia sedulo positas esse contendat : Athe : Fortasse ita sit Oportet autem non contentiose sed quiete rē inquirere : studio q̄ꝫ maxime tam / a / uobis q̄ꝫ ab illis huiusmodi rebus adhibito . Attenda tis igitur oro . Incipiamus / a / Tyrteo / natu ra quidem atheniense / lacedemoniorum postea ciue : qui preceteris hominibus maxime huius modi rebus incubuit . Nullam inquit illius ip se facio mentionem / nec omnino ullius pretii existimandum censeo etiam si ditissimus omni um sit / etiam si multa bona possideat / omnibus qꝫ fere numeratis infert / qui non semper opti me se gerat in bello . hec tu quoque forsan car mina audiuisti . Nam hunc obtusum iam esse au diendo arbitror : Megil : Uulgatissima hec apud nos sunt : Cli : Ad nos quoque ista aduec ta de lacedemone peruenerunt : Athe : Com muniter igitur hoc modo hunc poetam interro gemus . O . diuine poeta Tyrtee / sapiens cer te ac bonus nobis eē uideris ? qa excellētibus eos extulisti laudibus : qui in bello excelluerunt : De quo iam ego ⁊ hic ⁊ clinias gnosius ualde

tibi assentire uidemur. Utrum autem eisdem
de uiris dicimus an non, plane scire uellemus.
Quare nobis explana, num tu quoqꝫ sicuti ⁊
nos, duo belli genera arbitreris? An aliter?
A. Ego hec arbitror non tyrteum solum, sed ⁊ quē
uis illo longe deiectiorem, duo protinus res
ponsurum. Alterum quod seditionem apella
mus, omniumqꝫ grauissimum esse modo conces
simus. Alterum uero belli genus quod omnes
ponimus multo mitius illo: quo aduersus ex
ternos ⁊ alienigenas utimur: Cli: Cui dubi
um? Athe: Dic igitur nobis quos uiros in quo
belli genere ita ualde laudasti ⁊ quos usqꝫ adeo
uituperasti? Uideris enim eos laudasse, qui ex
terna magno animo bella gerunt. Sic enim in
carminibus dixisti, Eos quidem prorsus despi
cio, qui sanguinolentas cedes spectare, comi
nusqꝫ cum hoste pugnare, non audeant. Hinc
nos, o, tyrtee, eos te laudare colligimus, qui
i externis bellis gerendis preceteris clareant:
Concedet ista Tyrteus? Cli: Quid ni? Ath
Nos autem, cum isti clari sint, longe clario
res eos existimamus qui maximo in bello pre
stant: Testemqꝫ ⁊ nos poetam habemus The
ognim megarensem ciuem ex sicilia: qui ait fi
delem uirum omni argento atqꝫ auro in sediti
one meliorem: Hunc itaqꝫ dicimus in grauissi
mo bello, tanto illo esse meliorem, quanto so
la fortitudine melior est Justitia, Temperan
tia, Sapientia fortitudini coniuncta. Nemo
enim integer ⁊ fidelis sine omnium uirtutum
numero in seditionibus reppiri poterit: Mul
ti autem etiam mercennarii, quod non nega
bit Tyrteus reperiuntur qui externo in bello
intrepide pugnant quorum plurimi feroces, in
iurii, contumeliosi: paucissimisqꝫ exceptis,
omnium amentissimi. Quorsum hec? Quidqꝫ
ex his declarandum? Quod uidelicet omnino
tam ille qui leges hic ab Joue dedit, qꝫ alius
omnis legum lator, siquid modo profuturus
ē, ita leges condet, ut non ad aliud qꝫ ad ampli
ssimam, semper uirtutem respiciat. Est autem
ut inquit Theognis fides illa que maxime in
periculis lucet. Quam iustitiam perfectā quis
nominabit: Ea uero quam summope Tyrteus
laudauit, ⁊ si pulchra est, ⁊ a, poeta oportu

ne laudata, uirtute tamen ⁊ numero quarto lo
co rectissime honoranda ē: Clinias: Ergo ho
spes legum nostrarum conditorem, inter ulti
mos legū conditores proiciemus? Athe. Nō
illum, o, uir optime, sed ipsi nos ipsos: siqui
dem putemus ⁊ hic ⁊ apud lacedemonios lycur
gum ⁊ minoem, ad bellum respicientes leges
condidisse: Cli: Quomodo igitur de hoc di
cere nos oportebat? Athe: Ut ueritas ⁊ iusti
tia postulat eos dicere, qui de diuina re publi
ca disserūt, non ad particulam uirtutis, ⁊ pre
sertim ad deiectiorem, sed ad uniuersam ipsos
uirtutem respexisse putandum: ⁊ per singulas
earum species, leges quesisse: nec eas species
inuestigasse quas multi modo proponētes, que
runt. Id enim quisqꝫ maxime querere solet,
quo maxime indiget. Alius de hereditate:
Alius de iniuria. Alius de ceteris huiusmodi
multis. Nos autem tunc de legibus bene que
ri putamus, cum ita ut nos modo incepimus,
queritur. Ac tuum equidem ingressum ad ex
ponendas leges ualde probo. Quod enim, a,
uirtute fecisti principium, dicens leges uirtu
tis gratia conditas, recte quidem aggressus es
se uideris. quod autem ad particulā uirtutis,
et eam minimā respexisse conditorem legum
affirmasti, haud recte mihi uisus es dicere.
atqꝫ iccirco longiore postea oratione usus sum
Quomodo autem te nobis distinguere uoluis
sem, si uis tibi dicā: Cli: Uolo equidem. Ath
Hunc in modum dicere oportebat. O. hospes
Cretensium leges non temere omnibus grecis
in primis probantur. Recte enim posite sunt:
cum utentes eis beatos efficiant. Omnia. n.
bona his porrigunt. Duplicia uero bona sunt.
Alia humana. diuina alia. dependentqꝫ, a,
diuinis humana. Siqua uero ciuitas maiora
suscepit, minora quoque possidet: sin autem
illis caret, utrisqꝫ priuatur. Minorum, pri
mum est sanitas. forma secundum. Tertium
uires ad cursum ceterosqꝫ corporis motus.
Quartum diuitie, que cece non sunt, sed a
cute cernunt, si prudentiam sequuntur. Que
quidem prudentia diuinorum bonorum dux
primus existit. Deinde post mentem tempe
ratus animi habitus. Ex his duobus cum for

titudine mixtis iustitia tertio emergit. For
titudo, quartum tenet locum. Que omnia
humanis illis natura preponuntur. Quare
oportet ut legum quoqꝫ Lator ⁊ ipse hunc or
dinem sequatur, ⁊ mandet omnibus ut sem
per ad hec ipsa respicientes in sigulis operen
tur. humana enim ad diuina, diuina uero
ad mentem principem referenda. Curet pre
terea oēs nuptias iter ciues: ⁊ generatōes edu
cationesqꝫ liberorum, masculorum pariter ⁊
feminarum tam iuuenum qꝫ etate prouectorum
⁊ eos qui recte in hisce se gerunt, ut decet ho
noret. ꝯtra ūo dolores, uoluptates ⁊ cupidita
tes in omni ꝯuersatione uituperet. Conside
rabit etiam diligenter ad que studia quemqꝫ
raptat amor, rectaqꝫ officia per leges lauda
bit, uituperabit contraria. Docebit item
atqꝫ definiet quid in cuiusqꝫ affectu honestū
sit, quid turpe, circa iram uidelicet atqꝫ me
tum ⁊ alias quecunqꝫ uel aduersis in rebus ac
cidūt ꝑturbatōes, uel secūdis delitias atqꝫ cir
ca oēs deniqꝫ motus que ex morbo. bello: pau
ꝑtate, uel hoꝝ ꝯtrariis, hoīes uexāt. Post hec
necesse est, ut legis lator questus impensasqꝫ
ciuium diligenter obseruet, ⁊ quomodo fiant
agnoscat. Commertia item in his omnibus ac
solutiones, quas uel sponte uel coacte faciant
quicquid horum mirum se contraxerunt ubi iu
stitia adsit, ubi absit, animaduertat ⁊ parētib⁹
quidem honores, non parentibus debitas pe
nas constituat. Demum omnibus ad finem
usqꝫ rei publice, pertractatis animaduertat
statuatqꝫ necesse est, quomodo monumenta
mortuis extrui: qui ue defunctis singulis ho
nores impendi debeant. His deniqꝫ declara
tis, legis lator omnibus istis custodes prefici
et, alios prudentia, alios uera opinione agē
tes. Ut mens in unum hec omnia colligens eo
deducat, ut temperantiam ⁊ iustitiam potius
qꝫ diuitias ambitionem ue sequantur. Ita
equidem hospites uoluissem, atqꝫ etiam uolo
a, uobis exponi. Quo pacto in legibus Jouis
⁊ Apollinis Pythii, quas Minos ⁊ Lycurgus
scripserunt, insint hec omnia ⁊ quo nam or
dine posita pateant illi qui artificio uel usu
quodā legū peritiā habet, nobis uero aliis nul

lo modo pateāt: Cli: Quo pacto igitur hospes
sequuntur, tractāda sunt? Athe: Ab initio rur
sus ut supra cepim⁹ tractanda i primis ea mihi
uidentur, q̄ ad fortitudinē ꝑtinent. deinde ali
am atqꝫ aliā uirtutis speciē transigemus, si uo
bis etiā ita placet. Ueꝝ iam primū ꝑtractem⁹
ad eiusqꝫ exemplar cetera, ut ꝯfabulatio leua
mē nobis itineris afferat. postremo uero cū de
uniuersa uirtute tractauerim⁹, ea q̄ modo ret
tulimus, illuc respicere, si deus uoluerit, ostē
dem⁹. Cli: recte dicis, conareqꝫ primo nobis
Jouis hunc laudatorē cōprobare: Athe: Co
nabor ⁊ te simul, ⁊ me ipsū. Cōmunis. n. hec
nobis oratio. Dicite igitur. Nū ꝯuiuia exerci
tiaqꝫ, ad bellū a legū latore iuenta fuisse dixi
m⁹? Cli: Utiqꝫ: Athe: An ⁊ tertiū ul' quartū
ad id ē inuentū fuisse dicēdū? Forte. n. ita di
numerare oportet tū i hoc uirtutis genere tū
in ceteraꝝ uirtutū siue parte, siue quomōcum
qꝫ aliter declaratōis dūtaxat grā nominare ō
ceat: Me: Tertiū uero ipse dicerem, nec lace
demoniorum quisqꝫ negaret, uenationem ex
cogitatam fuisse. Quartum autem ⁊ quin
tū inuenire conemur. Quartū itaqꝫ pono apō
meos precipuū scilicet doloris tolerantiā, que
res pugnis inter se, ac rapinis qbusdā multis, cū
uulnerib⁹ quotidie adhibetur. Ad hec occulta
tio qdā mirabilis ⁊ ad tolerantiā ualida: nudis
in hieme pedibus, nudo etiā sepe reliquo corpo
re, sine ministris die nocteqꝫ ꝑ omnē regionē
errantū enarratur. preterea in nudoꝝ exerci
tationibus adolescentū mirabilis apud nos to
lerātia, cū intensi caloris potentie resistendū
sit. Multa huiusmodi apud nos alia sunt, que
non facile quispiam enumeraret: Athe: Probe
loqris hospes lacedemonie, sꝫ utrū ad timores
solū atqꝫ dolores fortitudini pugna ē dūtaxat
an ēt ad cupiditates uoluptatesqꝫ: ac uehemen
tes quasdā blanditias? Que eoꝝ etiā q honesti
uidētur aīos flectūt ⁊ quasi cereos faciūt: Me
Aduersus hec oīa: Ath: Si recte dictoꝝ memi
nim⁹, hic ciuitatē aliquā seipsa iferiorē ⁊ uiꝝ
aliquē inferiorē seipso esse dicebat. Ita ne ho
spes gnosie? Cli: Ita prorsus: Ath: Utrū igitur
eū q dolore frāgitur an eū qui uoluptate supe

ratur / deteriorem uocare oportet ? Clini :
Eum arbitror qui superatur / a / uoluptate om
nesqꝫ uoluptate illaqueatum hominem / inferi
orem seipso magis ⁊ quidem cum obprobrio q̃ꝫ
dolore demollitum putãt : Ath : Quare iouis
et apollinis legum latores claudam fortitudi
nem non posuerit que ad sinistram quidem
aduersis resistere possit / ad dextram uero /
rebus secundis / ⁊ letis / blandientibusque, suc
cumbat : Immo ad utrumqꝫ sufficientem ? Cli
A o utrumqꝫ arbitror. Athe : Exponamus ita
que similiter que nam officia uestris in ciuita
tibus sunt / que gustent quodammodo uolup
tates / ñ fugiãt omnino quemadmodum nec do
lores refugiunt. Sed perinde ut de doloribꝰ
agunt ducant in medias uoluptates : ad easqꝫ
superandas compellant ⁊ honoribus persuade
ant : Ubi nam uestris in legibus id conspicitur
quod eque contra uoluptates sicuti contra do
lores homines / fortes efficiat ? uictoresqꝫ quo
rum oportet ostẽdat ? nec ullo modo patiatur
a proximis cuiqꝫ intra se ⁊ grauissimis hostibꝰ
superari ? Dicite obsecro quid apud uos tale ?
Megillus : Non ita facile hospes / quemadmo
dum multas dolori oppositas leges / ita etiam
uoluptati possem producere : nec magnas per
spicuasqꝫ partes aduersus uoluptates habeo.
paruas uero forsan reperiam : Cli : Nec ego ĩ
cretensium legibus similiter id ostendere pos
sem : Athe : Nec miruꝫ est optimi hospites. Ue
rũ siquis inter nos ueri ⁊ optimi diligens inue
stigator non nihil in patriis cuiusqꝫ nostrum
legibus reprehendat / non graui quidem sed
equo animo uicissim ferre debemus : Cli : Pro
be loqueris atheniensis hospes. Quare tibi pa
rendum censeo : Athe : Profecto non aliter
Clinia huius etatis ⁊ conditionis homines fa
cere decet : Cli : Non certe : Athe : Utrum re
cte nec ne laconicam ⁊ cretensem rem publi
cam quis reprehendere possit / alia questio est
Que uero / a / multis dicuntur / forsitan ego
magis q̃ꝫ uos referre possum. Uobis quidem /
si recte constitute sunt leges / una certe lex
erit preclarissima : que iubeat ne quis iuuenum
querere audeat / recte ne an contra se leges ha

beant / sꝫ uno omnium ore unaqꝫ uoce recte tã
quam / a / diis positas concedi precipiat : nec ul
lo modo aliter pati quicquam / a / iuuenibus co
gitari. Senem autem siquid excogitarit / pri
cipibus ⁊ equalibus / nemine iuuenum audien
te referre : Cli : Recte loqueris hospes. ac li
cet tunc / a / mente conditoris abfueris / tamen
tanqꝫ uates scite ista nunc coniecisse uideris :
ueraqꝫ penitus dicere : Athe : Itaque nobis
ad presẽs iuuenes nulli adsunt. Ipsi uero pro
pter senectutem / sine peccato soli de his in
ter nos disserere / a / legis latore pmictimur.
Cli. Est ut dicis. Quare nec parcas / sed libe
re leges nostras reprehende. Neque enim tur
pe est discere / si quid non probe se habet in quo
delinquit. Nam hinc siquis non cum inuidia
sed cum beniuolentia accipiat / remedium in
uenitur : Athe. Preclare tu quidem. Ego
tamen non reprehendendo ante q̃ꝫ pro uiri
bus diligenter considerem. sed dubitando po
tius uerba faciam. Solis enim nobis grecoruꝫ
barbarorumqꝫ omnium quorum notiam habe
mus / legis lator precepit / a / maximis uolup
tatibus iocundissimisqꝫ ludis cauere. nec ex
his quicquam / gustare. De doloribus autem
⁊ timoribus quod modo tractauimus censuit :
quod uidelicet siquis / a / primis annis eos de
clinare assuetus fuerit / quotiens necessarios
dolores metus atque labores subire oportebit /
fugiet quidem illos qui in his exercitati sunt
eisqꝫ seruiet. Hoc ipsum ut ego arbitror opor
tuit eum de uoluptate etiam cogitare : ac secũ
dicere : Quod si ineunte etate maximarum
ciues uoluptatum expertes erunt / nec preme
ditati continere se in uoluptatibꝰ nihilqꝫ tur
pe iocunditatis uoluptarie gratia facere / ita
succumbent quemadmodum qui timore uincun
tur. ⁊ modo quodam alio ac turpiore illis
seruient : qui mediis in uoluptatibus sese con
tinere assueti sunt : ⁊ illis qui inter uolupta
tes conuersantes oblectamenta sibi suppedita
re possint / pessimus forsan hominibus. At
que ita animum partim seruum partim liberum
habebunt. Nec oio fortes ac liberi apellari de
bebunt. Considerate igitur siquid ex dictis /

probe uobis dici uidetur : Cli : Uidetur quideꝫ
Ath : Sed iuuenum / immo uero amentium pe
nitus esset / de tantis rebus statim ac facile as
sentiri. Uerum si quemadmodum proposuimꝰ /
ita nunc prosequamur / o / clinia hospesqꝫ lace
demonie / moderationem namqꝫ post fortitudi
nem ponebamus / quam differentiam ueniemꝰ
inter has ⁊ ceteras res. p. que casu non lege gu
bernari uidentur / quemadmodũ nunc ĩ bello ?
Me : Non est ferme id facile : Cli : Uidentur
tamen communia conuiuia certaminaqꝫ gym
nastica commode utrisqꝫ adinuẽta fuisse : Ath
Uidetur autem o hospites arduum esse in rebꝰ.
p. ut uerbis ita ⁊ re ipsa / undiqꝫ tutum aliquid
certumqꝫ inducere. Nam quemadmodum in
corporibus fieri non potest ut aliquod unũ uni
corpi studiũ acomodetur / qđ aliis pdeẽ / aliis
obesse eidem corpori non uideatur / sic ⁊ in ciui
tate. Nempe exercitationes he commessatio
nesqꝫ ad alia quidem ciuitatibus cõferunt / ad
seditiones autem obsunt oio. Cuius rei / mile
sii ⁊ boetii ⁊ thurii nobis exemplo sunt. Atqui
studia hec prisca ex lege uobis consueta sunt :
uidẽturqꝫ naturales uenereorum uoluptates
non in hominibus soluꝫ / sed in bestiis peruertis
se. Qua in re prime ciuitates uestre possent ac
cusari : ⁊ alie omnes quibus maxime cura gym
nasticarũ exercitationum est. Ac seu ioco siue
serio intelligere oportet / intelligendum est /
quod cum femina ⁊ masculus ad generandum
conueniunt / conuentus huiuscemodi uolup
tas secundum naturam his tributa uidetur.
Quotiens autem mares maribus aut femine fe
minis conmiscentur / uoluptas ea preter natu
ram. Et qui primum tale facinus ausi sunt / uo
luptatis in continentia / id fecerunt. Omnes
porro cretensium fabulam de Ganimede uehe
menter culpamus / quod aduersus Iouem ficta
sit ut cum ab eo leges ipsorum originem habui
sse credantur / cum deum imitantes qui leges
tradidit / hac etiam uoluptate fruantur. Sed
fabula quidem ualeat. Eorum autem qui de le
gibus considerant / cogitatio pene omnis de
uoluptatibus ⁊ doloribus tam circa publicos
q̃ꝫ circa priuatos cuiꝰqꝫ mores esse debet. Duo
namqꝫ hi fontes natura scaturiunt / a quibus q

haurit / unde / quando / quantumqꝫ oportet /
felix est / priuatus. s. ⁊ ciuitas omneqꝫ animal
qui autem insipienter ⁊ preter oportunitateꝫ
contra uiuit infelix : : Me : Recte ista dicũtur
o. hospes. Nec quid aduersus hec dici possit /
uidemus. Uidetur autem mihi Lacedemonia
rum legum conditor recte fugiẽdas esse uolup
tates iussisse. Cnosiis autem legibꝰ clinia hic
si uolet / opitulabitur. Nam apud spartiatas /
que ad uoluptates pertinent / optime omnium
disposita esse arbitror Quo. n. oẽs hoĩes sum
mopere in uoluptates uehementissimas / petu
lantiamqꝫ ⁊ insaniam incidunt / id ab uniuersa
regione lex nostra exterminauit : nec in agris
nec in urbibus / quas spartiate gubernant / com
potationes uidebis : sed nec cõpotationibus cõ
iuncta quibus ad omnes uoluptates mouemur
Nec ullus est / qui cuidam ebrietate lasciuiẽti
obuiã factus / non maximo ipsum supplicio sta
tim afficiat. Neqꝫ bachanalium occasio ipsuꝫ
liberet. Quemadmodum apud uos in curribus
uidi : ⁊ apud tarentinos qui nostri coloni sunt
omnem in bachanalibus ebriam ciuitatẽ. Apõ
nos autẽ nihil tale conspicitur : Ath : Laudan
da hec oia sunt o hospes Lacedemonie / ubi cõ
tinentia quedam est. Ubi autem oio permictũ
tur emolliunt. Cito. n. quispiam nostra defẽ
dens / te reprehendat si mulierum apud uos li
centiam aperierit. Una certe in omnibus istis
⁊ tarentinos ⁊ nos / immo uero ⁊ uos responsio
liberat : quod hec probe / non improbe se habeãt
Quisqꝫ. n. peregrino ammiranti quod insoli
ta uideat / respondere poterit. Noli mirari. o
hospes. hec apud nos extat lex. Apud uos au
tem hisdem de rebus forsan alia lex est. Nobis
uero in presentia o amantissimi uiri / non de ho
minibus aliis sermo est / sed de conditorum ip
sorum uirtute ac uitio. Uerum latius de uni
uersa ebrietate dicamus : Non. n. exigua res
est / neqꝫ ad abiectum quemqꝫ eius spectat iu
dicium. Non dico utrum bibendum sit uinum
nec ne : sꝫ de ebrietate querendum inquam : u
trum ita utendum sit / quemadmodum scythe
ac pse utũtur cartaginenses preterea ⁊ celtibe
ri ⁊ thraces que omnes gẽtes bellicosissime sũt
uel quemadmodum uos q ut ais oio abstinetis :

Scythe uero ac thraces mero penitꝰ utuntur
tā uiri q̄ꝫ mulieres. ac mero uestes pfundunt/
preclarū hoc ⁊ beatū uite genꝰ existimātes/per
sessiō aliis quoqꝫ delitiis/quas nos spnitis/ual
de utūtur q̄zuis mo ōratiꝰ q̄ꝫ isti: Me: Sꝫ oēs
istos nos tū cū arma cepimus/fundimꝰ atqꝫ fu
gamus: : Ath: Noli hec o uir optime dicere.
Permulti nāqꝫ ⁊ fugarunt alios ⁊ ab aliis fu
gati sunt de qbus certa q̄dā eiusmodi causa red
di nō potest: fietqꝫ id sepiꝰ. Quare nō certū/
sꝫ ābiguū argumētū signūqꝫ de honestis offici
is ⁊ ɔtrariis in uita sumemꝰ/si ad uictoriā bel
li fugāqꝫ respexerimꝰ. presertiꝫ cū minores ci
uitates/a maioribus in seruitutē pugnādo re
digātur. ut a siracusanis locrēses/q optimis i
ter eas gētes legibus usi sunt: ⁊ ab atheniē.ibꝰ
cei: similiaqꝫ huiusmodi multa liceat ītueri.
Igitur uictoria ⁊ offensione belli pretermissa/
conemur de unoquoqꝫ officio secundum se cō
siderantes/qd in quoqꝫ neꝯ est/nobis p̄suade
re. Dicamus aūt quēadmodū hoc qdē tale/bo
nuꝫ est/illud aūt tale/nō bonum. Sꝫ in primis
me audiatis quomodo in huiuscemodi rebus/
bonū malūqꝫ ɔsiderari debet: Me: Quo pacto
id ais? Ath: Quicumqꝫ rem aliquā statim idi
sputatione ꝓpositam uituperant aut laudant
delinquere mihi uidentur. Idēqꝫ facere ac si
qs cerealeꝫ cibuꝫ ab aliquo laudatū ut bonū sta
tim uitupet priusq̄ꝫ eius effectꝰ pcipiat/⁊ qua
ratione/qbus. cū qbꝰ. quomodo prepantes ⁊
quomodo affectis corporibus offerri debeat.
Quod nos modo facere i disputando uidemur
Qui cū primuꝫ ebrietatis facta mentio est sta
tim alii uitupamus/alii uero laudamus: ⁊ ual
de qdeꝫ id absurde. Testibus. n. assertoribꝰqꝫ
utentes/id facimꝰ. Et alii quia plures habemꝰ
aliqd fide dignū afferre putaꝫꝰ. Alii quia uino
abstinentes/uincāt in pugna. quod tū ābiguuꝫ
nobis est. Si ergo hoc modo etiā i aliis ꝓcede
mꝰ/nihil mea sententia faciemus. Quomodo
aūt mihi uidetur/conabor ipsiꝰ ebrietatis exē
plo/uiā nobis ꝓ uiribus ac rationē rectaꝫ in
huiusmodi oibus aperire presertim cū gētes in
numerabiles de eisdeꝫ dubitātes/duabus cū ci
uitatibꝰ uestris ɔtendāt: Me: Audiēduꝫ ē oio
siqua de his recta ɔsideratio iuenitur: Athe:

Cōsideremꝰ itaqꝫ sic: Siqs capraꝯ cultuꝫ/⁊
genus id āimātis. hēnduꝫ ac possidendum ꝓhe:
alius uero uitupet/cū absq̄ꝫ pastore eas p sata
pasci dānūqꝫ facere uiderit: ⁊ oīe adeo pecꝰ
cuꝫ ul' sine pastore uel malis pastoribꝰ guberna
tum ɔspexerit/nūqd iustā eiꝰ uitupationeꝫ cē
sebimꝰ? Me: Nullo modo: Ath: Gubernator
uero utrū gubernāde nauis ꝓbus erit priceps
si gubernādi solūmodo arteꝫ hēat/siue nausea
exagitetur siue non? Uel quo modo aliter di
cimus? Me: Neq̄ꝫ/si ad artē hec accedit tur
batio: Ath: Quid autē ductor exercitꝰ? Si
bellandi ꝓhe teneat artē/nūqd ex hoc sufficiēs
dux putandus est/etiam si timidus sit/⁊ in pi
culis ebrietate quadā metꝰ ipsius nauseet? Me
Quo nā modo? : Ath: Quid porro? Si neqꝫ
arteꝫ hēat/⁊ sit timidus? Me: Ignauuꝫ ⁊ inti
lē narras oīo/neqꝫ uiroꝯ/sed uilium quarūdā
mulierum principem.. Ath: Qui uero laudat
aut uitupat societatem aliquā/cuius esse dux
aliqs possit/sitqꝫ utilis societas quotiens suum
nacta est gubernatorem/ille uero nunq̄ꝫ eā rec
te uiderit gubernatā/sꝫ semp aut absq̄ꝫ princi
pibus aut cū iꝓbis/nunqd recte unq̄ꝫ uitupa
re eā/aut laudare poterit? Me: Quo pacto id
faciet: q nunq̄ꝫ societatem recte gubernataꝫ ꝓ
spexerit? Athe: Age iam attendite. Compo
tatores compotationesqꝫ non ne de multis cō
munionibus unam ponemus? Me: Summope
re: Ath: Hanc uero nūquid unq̄ꝫ recte guber
natam aspexit quisq̄ꝫ? sꝫ uobis respondere faci
limum/nunq̄ꝫ id perspexisse. Neqꝫ enim id uo
bis ex patriis legibus consuetum. Ego autem
multis passim interfui diligenterqꝫ de omni
bus ut breuiter dicam quesiui. Nullamqꝫ fer
me recte uniuersam administrari aut uidi un
quam aut audiui. sed particulas quodammo
do paruas quasdam ⁊ paucas. Multas autem
ut sic dixerim penitus aberrare cognoui: Cli
Qua ratione hec dicis. o. hospes. Apertius
enodato. Nos enim ut aiebas/cum nullam
huius rei peritiam habeamus non illico quid
recte/quid non/in ea fiat/congnoscere possu
mus: Athe: Consentaneum id quidem sed co
nare me dicente perdiscere. In omni conuen
tu atqꝫ communitate quarumcumqꝫ rerum ge

rendaꝯ principem esse oportere fateris: Cli:
Proculdubio: Ath: Atq paulo āte dicebamꝰ
fortem esse pugnantium principem oportere:
Cli: Dicebamus. Ath: Fortis autem uir a ti
more minusq̄ꝫ timidus perturbatur: Cli: Est
ita: Ath: Siquis modus inueniri posset ut ex
ercitui ducem prorsus itrepidum preficeremꝰ
non ne ad id omni studio niteremur? Cli: Ma
xime: Ath: Nunc autem nō de exercitu/nec
imperaturo aduersus hostes in bello/sed de gu
bernaturo in pace iocundam inimicorum inter
se cōsuetudinem dicimus: Cli: Sic est: Ath:
Qua in societate/si ebrietas aderit/non ne
turbatio quoqꝫ aderit? Cli: Aderit prorsus:
Ath: Primum igitur etiam his opus est duce
Cli: Maxime omnium: Ath: Utrū igitur pri
cipem qui non perturbetur/si fieri possit/deli
gere oporteat? Cli: Oportet sane: Ath: So
cietatis conciliande peritum hunc principem
esse oportet. Eius. n. officium esse debet/ut
⁊ presentem amicitiam illis conseruet/⁊ maio
rem insuper ex eo contubernio fieri procuret:
: Cli: Uera loqueris: Ath: Non ne igitur so
brius ⁊ sapiens ebrioꝯ princeps/non contra/
constituendus est. Nam si iuuenis/nec sapiens
sꝫ ebrius/ipse etiam erit ebriorum princeps/
bona secum agetur fortuna/si temeritate sua
omnia nō euerterit: Cli: Optima certe: Ath
Siquis ergo compotationes/dum/quo ad fieri
posset/recte in ciuitate disposite sint/accusa
ret/rem ipsā accusans/recte quandoqꝫ id for
san faceret. Sin autem compotationem nullo
ordine gubernatā inspexerit/proptereaqꝫ oēꝫ
compotationem uituperet/primum quidem pa
tet ignorare eum eam nō recte disponi/deinde
cōstat oia hoc modo cum absq̄ꝫ sobrio domino
ac principe fient/improba uisum iri An nō ani
maduertis quod ebrius nauis aut cuiusuis rei
alteriꝰ gubernator/euertit omnia/siue naues
siue currus/seu exercitꝰ seu quoduis aliud ab
eo regatur? Cli: Uere omnino id dixisti hospes
sꝫ ⁊ hoc pro nobis expone. Quid nobis compo
tationes iste si recte aguntur/conferent? ut
quod modo dicebamus/recte ductus exercitꝰ
uictoriam in bello afferet/bonum profecto non
paruū. Idēqꝫ de ceteris iudicādū. Cōpotatō

ne uero recte gubernata/qd magni uel ciuitati
uel priuatis accedet? Ath. Quid aūt puero
uno/uel uno quodā cetu recte istituto/magnī
ciuitas adipiscetur? At. n. ita de hoc interro
gati/respōdebimꝰ/paruā ex unius dūtaxat e
ducatione ciuiuitati utilitatē accedere Si āt
uniuersaliter de iuuenū hn istitutoꝯ erudito
ne/qd potissimū ɔferat rei. p. queras haud di
fficile dictu erit/hn. n. eruditi/uiri ꝓbi eua
dēt. Probi aūt facti tū cetera hn agēt/tū etiā
hostes pugnādo uincēt. Disciplina utiqꝫ uicto
riā prestat. Uictoria nō nūq̄ꝫ negligētiā ⁊ ru
ditatē gignit. Multi. n. in uictoria elati alia
quoqꝫ uitia multa p isolētiā ɔtraxerūt. Et di
sciplina qdē nulla unq̄ꝫ cadmea fuit. Uictorie
uō m̄lte huiusmodi ⁊ fuerūt ⁊ erūt: Cli: Uide
ris o amice q̄i magnā disciplie ptē ɔmuné i uini
potu ɔsuetudi?ꝫ si recte fiat/Laudare. Ath: ꝓ
fecto. Cri. poteris ergo deiceps uerū id eē on
dere? Ath. Uera hec ita esse o hospes apꝓbare
cū multi de his ābigant/soliꝰ dei est. Si tū qd
sentio dicturus suꝫ: nulla obstabit inuidia/po
stq̄ꝫ de legibꝰ ⁊ re. p. uerba facere in presentia
statuimꝰ: Cli: Age conemur quod tibi de his
ābiguitatibus uidetur/p discere: Ath: Opor
tet aūt cū ⁊ uos discere ⁊ ego declarare cupia
mus/quodāmodo orationē ꝓtrahere. Sꝫ pri
mū illud audiatis: Greci oēs ciuitatē nostram
⁊ eloquentie studiosaꝫ iudicāt ⁊ uerbosam La
cedemoneꝫ uō atqꝫ cretā/alterā breuiloquā/
alterā itelligētie magisq̄ꝫ uerbositati studēteꝫ
Uereor itaqꝫ ne uobis tanq̄ꝫ uerbosus parua de
re loq m̄lta ui ōar/dū ō ebrietate re qdē parua
nimis lōga utor oratione. Cōpotatōis aūt ipsi
recta secūdū naturā ɔstitutio nunq̄ꝫ poterit si
ne recta musice regula/apte ⁊ sufficienter ora
tione tractari. nec musica sine uniuersa disci
plina. Que oia ꝓfecto multis idigēt uerbis.
Uidete igitur qd agēdū sit. An his in p̄ntia pre
termissis/ad aliā quādā legū q̄stionē iā trāseū
dum: Me: Ignoras forsan atheniēsis hospes
domū nostrā ɔmuné ciuitatis urē hospitē esse?
Atq forte oibꝰ etiam pueris accidit/ut cum au
diunt maiores suos ciuitatis alicuius hospites
fuisse/beniuolentia quedam erga illam quasi
secundaꝫ patriam confestim a teneris usqꝫ annis

eorum animis illabatur. Quod quidem mi
bi quoqꝫ contigit. Audiebam equidem a pue
ritia lacedemonios quotiens aliquid uel suc
censerent atheniensibus uel laudi darent, ita
dicere, uestra Megille urbs nobis id mali in
tulit aut boni. Atqꝫ hec audiens, pugnabam
aduersus eos qui uos uituperabant, magna er
ga uos affectus beniuolentia. Ac mihi quidem
nunc uestra uox ualde iocunda est. Quodqꝫ
uulgo fertur, probos athenienses, precipue ꝓ
bos esse, uere prorsus mihi dictum uidetur.
Soli. n. suapte natura diuina quadam sorte,
nō coacti neqꝫ ficti, sed uere probi sunt. Qua
re mea quidem causa libere, quotcumqꝫ uelis e
narrato: Cli: Si me quoqꝫ audies hospes que
cumqꝫ in mentem tibi ueniant, summa fiducia
proferes. Fortasse namqꝫ audisti epimenidem
uirum fuisse diuinum. Qui ex familia nostra
fuit: ac decem annis ante persicum bellum dei
oraculo monitus ad uos peruenit, ⁊ sacrificia
quedam dei oraculo edita fecit: atheniensibus
qꝫ persicam formidantibus classem predixit,
decennio persas nequaqꝫ uenturos. Sed ⁊
postqꝫ uenerit, infecta re discessuros, pluraqꝫ
perpessos mala qꝫ fecerint. Tunc quidem ma
iores nostri uestros hospitali affectu complexi
sunt: ⁊ ex illo tempore parentes nostri egoqꝫ
uobis beniuoli sumus: Ath: Parati ergo uos
quidem estis audire ut uidemini. Ego aūt ad di
cendum uoluntate promptus sum potius qꝫ fa
cultate paratus. Conabor tamen ut potero.
primū uero quo ad hūc sermonem quid discipli
na sit quamqꝫ uim habeat, definiamus. per
hanc. n. eundum est disputationi nobis in pre
sentia institute, quousqꝫ ad deum ipsum per
ueniat: Cli: Ita certe faciendum est, si tibi
placet: Ath: Dum ego quid disciplina sit dico
considerate nunquid mea uobis sententia pla
ceat: Cli: Dicas: Ath: Assero equidem eos
qui prestantes uiri in aliquo euasuri sunt, ab
ineunte statim pueritia, oportere id ipsum taꝫ
ludendo qꝫ studendo in singulis ipsi conueniē
tibus meditari. Nempe siquis peritus agrico
la aut edificator futurus est, ludentem opor
tet a prima etate uel colere terram, uel pueri
les quasdam domos edificare. Atqꝫ eum qui

educat utrumqꝫ, utriqꝫ instrumenta quedam
parua, uerorum instrumētorum imagines pre
parare. Ex doctrinis quoqꝫ eas perdiscere de
bent, que ad rem suam faciunt. Quippe futu
rus faber mensurare ac regula uti: Eques futu
rus equitare ludēdo: aut aliquid huiusmodi fa
cere. In omnibus. n. ludendo conari debem⁹
ut eo uoluptates ⁊ cupiditates puerorum uer
tamus, quo eos tandem peruenire desideram⁹
Caput autem discipline rectam educationem
dicimus: que ludentis animum in amorem pre
cipue illius perducit: quod in uirili etate per
fecte comparata uirtute operis est acturus.
Sꝫ considerate nunc ut dicebam si q̄ dicta sūt
hactenus uobis probantur: Cli: Quid probi
bet? Athe: Neqꝫ tamen indeterminatum re
linqui debet quid potissimum disciplinam esse
dicamus. Cum enim uituperamus aut lauda
mus singulorum educationes, dicere solemus
disciplina instructum hunc esse, illum discipli
ne expertem, quamuis cauponariam ⁊ nauigā
di artem ceteraqꝫ huiusmodi optime calleat.
Quippe non hanc disciplinam putamus, sed
eam que a pueritia desiderari amariqꝫ uirtu
tem facit ⁊ quidem illam qua perfectus quispi
am ciuis effectus, iure imperare sciat, atqꝫ pa
rere. hanc educationem hic sermo solam, di
sciplinam appellandam esse determinat. Illaꝫ
uero que ad colligendam pecuniam, uel ad cor
poris robur augendum uel ad peritiā quandam
aliam absqꝫ mente ⁊ iustitia conquirendam
tendit, mechanicam atqꝫ illiberalem, ⁊ disci
pline apellatione ducit indignam. Sed nos
de uerbo q̄dē nō ꝯtendamus. Hoc autēꝫ nuper
assertum, inter nos conueniat: quod q rectam
nacti sunt disciplinam omnes ferme probi eua
dunt: qui contra, improbi. Quare nulla in re
disciplina negligenda est, que preclarissimarū
rerꝫ prima prestantibus hōib⁹ adest. Et siqs i
re aliqua excidit, potestqꝫ corrigi, seipūꝫ em
det: Idqꝫ ꝑ totā uitā pro uiribus faciat: Cli:
Recte loqueris. Iccirco que dicis ꝯcedēda
sunt: Ath: Atq olim iam concessim⁹, bonos
esse illos qui sibimet imperare possunt, malos
autem qui nequeunt. Cli: Scite admodum.
Ath: Resummamus igitur id ipsum, ut clari⁹

inotescat, quod dicimus. Ac nos per imaginē
istud ut linqueat accipiatis: siquo modo possiꝫ
rem nobis hanc aperire: Cli: Dic iam: Athe:
Non ne quemlibet nostrum unum putamus?
Cli: Unum: Ath: habentē uidelicet in se con
siliarios duos, contrarios atqꝫ amentes: quos
uoluptatem ac dolorem apellamus: Cli: Et
hoc: Ath: Ad hos futurorum opiniones acce
dunt: qbus ꝯmune nomē spes ē. ꝓprie uō q̄ añ
dolorem spes ē, timor: q̄ añ, contrarium, cō
fidentia. Ad hec omnia: rationis iudicium,
dictitas quid istorum melius sit, quid peius.
Hoc si ꝯmune decretū ciuitatis efficitur, lex
nomiatur: Cli: Uix ego te sequor. Dic tamen
que restant, perinde ac si sequerer: Me: Idē
mihi quoqꝫ accidit: Athe: Sic autem de his
cogitemus: ut miraculum quoddam diuinum
i animantiū genere unumquemqꝫ nostrum exi
stimemus, siue ludo seu studio quodā non, nāꝫ
id nouimus a superis constitutum. Illud autē
non ignoramus, quod hi affectus in nobis qua
si nerui aut funes ingeniti trahunt nos, con
traqꝫ inuicem retrahunt ad contrarias actio
nes. Ubi uirtus ⁊ uitium discreta uersantur.
Ratio enim tractionem unam sequendam sem
per neqꝫ unqꝫ relinquendam, sed ad illam ce
teros quoqꝫ neruos retrahendos aperte dictat
Eamqꝫ iudicii rationalis esse perductionem
auream atqꝫ sacram: que ciuitatis lex commu
nis uocatur. Et ceteras qdꝫ duras ac ferreas
eē: hāc mollem, quod aurea sit: ⁊ uniformem
preterea, ceteras multiformes. Oportere
itaqꝫ pulcherrimam legis ductionem sequi sem
per: eiqꝫ fauere. Nam cum rationis iudici
um honesta res sit ⁊ mitis quidem potius qꝫ uio
lenta, ministris ductionem ipsius egere: ut
aureum in nobis genus alia genera superet.
Et sic illa fabula, qua mira res homo esse nar
ratur uirtute seruabitur: ⁊ qua ratione supe
rior quis ⁊ inferior quodammodo se ipso dica
tur, planius cognoscetur: Et quod oporteat
priuatum quemque uera in seipso de his tra
ctibus ratione percepta, ad eam uitam suam
dirigere: Ciuitatem uero uel a deorū aliquo
uel ab hoc ipso, qui hec cognouit, ratione ac
cepta eaꝫ habere pro lege: ad eiusqꝫ normam of

ficia sua secum ⁊ cum aliis ciuitatibus institue
re: Atqꝫ ita uirtus ⁊ uitium clarius nobis di
stincta patebunt: quibus plane perceptis, ⁊ di
sciplina ⁊ reliqua studia magis forsā clarescēt.
Consuetudo preterea, que in uino habetur de
qua lōgiorē habere sermonem, uile fortassis pu
tabitur: Cli: Forte uero non uidebitur pro
lixa oratione indigna: Athe: Probe loqueris
Quare dicam⁹ quid in ea sit dignū: Cli: Pro
sequere iam: Ath: Si mire huic rei ebrietatē
afferamus, qualem ipsam reddemus? Cli: Ad
quid modo istud rogitas? Ath: Nō dum dico
ad quid: Sed si mira hec res uino se misceat,
qualis redditur? Uerum apertius etiam quod
uolo dicere conabor: Tale quiddam interro
go: An uini usus, uoluptates: dolores: iras:
amores, uehementius concitet: Cli: Maxime
quidem: Ath: Utrum etiam sensus. memoriā
opinionem. intelligentiam similiter uehemen
tiora efficiat? An prorsus exstinguat, siquis
ebrietate fuerit occupatus? Cli: Omnino cer
te exstinguit: Ath: Ad eum igitur animi ha
bitum redit, quem puer primis ab annis habe
bat: Cli: Profecto. Athe: Quare minime
tūc sui ipsius compos erit. Cli: Minime. Ath
Erit itaqꝫ pessimus. Cli. Ualde. Athe: Non
solum igitur senex ut uidetur bis erit puer:
sed ipse etiam temulentus: Cli. Optime istud
hospes est dictum: Athe: Poterit ne ratio
nobis aliqua suadere hanc rem aliquo pacto
gustandam esse? neqꝫ esse totis uiribus fugiē
dam?: Cli: Poterit forsitan ut tu ais. ⁊ mo
do paratum te dicere ostendebas: Athe. Op
time meministi. Nempe ⁊ nunc paratus sum,
quando quidem utriqꝫ libenter audituros uos
promisistis: Cli: Quid ni audiamus? ⁊ si non
ob aliud, tamen quia mirum absurdumqꝫ uide
tur, si oportebit quandoqꝫ hominem sponte se
ipsum in omnem prauitatem inmictere: Ath:
Animi ne dicis? Cli: Animi: Ath: Nunquid
autem mirabimur, o. amice. siquis i corporis
prauitatem, maciem dico deformitatem in he
cillitatē spōte deueniat? Cli: Quid ni? Athe
An igitur putamus eos qui ultro medicorum
pharmaca accipiunt, ignorare se paulo post ita
corpus per aliquot dies affectum habituros,

factum/facile modo pspectu est: hoc esse uide tur. Me. Quod nam? Ath. Deus quispiam ut arbitror uestri curam habuit: q cum futura pre sciret/geminā uobis ex unica reguꝫ generatio nem constituit: atque ita ad mediocritateꝫ ma gis contraxit. Preterea natura quedam huma na uiribus diuinis coniuncta tumentem uestrū perspiciens principatuꝫ/moderatas uires corū qui in iudiciali foro uersantur/superbe nobili tatis potētie iunxit/uiginti ⁊ octo senum sen tentia/in rebus maximis regum potentie ade quata. Ad hec tertius seruator affuit: q luxu riantem adhuc ⁊ frementem considerans prin cipatum/ephororuꝫ censura pxime ad potētiā forte electā cōducta quasi frenū ipsi immisit. Hac igitur rōne regnū uestrū/ex qb⁹ decebat cōpositū/⁊ moderate ꝯstitutū/⁊ ipsum quidē seruatū est/⁊ salutis aliorꝫ causa fuit. Alioqn temeno ⁊ cresphonte ceterisqꝫ qui leges eis cō diderunt/quicunqꝫ fuerint/nec factio quidem ipsa aristodemi seruata eēt. Neque enim satis erant ferendarum legum periti. Quoniam si fuissent/nunquam iuuenilem animum accepto principatu unde tyrannis fieri poterat/iureiu rando se moderaturos existimassent. Nūc aūt deus ostendit/qualem oportebat oporte tqꝫ po tissimum/constitui principatum. Quod quidē a nobis intelligi postquam factum est/ut dixi/ antea nihil mirum. Non enim arduum est uide re/si exemplo cōmoueris. At siqs id tunc pro spexisset/moderariqꝫ principatus ⁊ unū ex tri bus pficere potuisset: magnificas omnes eoruꝫ cogitationes/seruasset: nec persica classis nec alia ulla unquam contemptis nobis ut nulla re dignis in greciā nauigasset. Cli. Uera narras. Ath. Turpiter ergo illis repugnarunt/o/cli nia. Turpiter autem dico/non qꝛ qui tunc ter ra mariqꝫ uicerunt minus q̄ꝫ deceret fortiter in pugnādo se gesserint. Sed turpe illud inq̄ꝫ/ quod una de tribus illis ciuitatibus pro grecia decertauit. Due autem ita deprauate fuerunt: ut altera lacedemonem quoqꝫ ne succurreret/ prohiberet/nō paruo ipsi bello illato. Altera argiuorū quāuis prima illis distributionis tem poribus in grecia esset: tamen ad depellendum barbaruꝫ accersita/nec orantes audire uoluit/ neqꝫ defendit. Multa referre possem q ea tem pestate i grecia facta/ut turpia possunt accusa ri. Neque q greciam se defendisse dicunt/uere dicunt. Nisi enim atheniensium lacedemonio rumqꝫ cōmune consilium atqꝫ potentia imminen tem seruitutem propulisset: ferme iam omnia confusa eēnt: ⁊ greca cum grecis inuicem: cuꝫ grecis iteꝫ barbara: grecaqꝫ cū barbaris. Quē admodum greca illa que nunc persarum tyrāni di subiecta sunt: sine ordine ullo confusa sunt inuicem: ac male etiam dissipata. Hec habem⁹ o/clinia ⁊ megille: que tam priscis uiris ciuili bus legūqꝫ latoribus q̄ꝫ iunioribus opponam⁹: ut causas eorum rimātes/quid preter hec aliud fuerit agendum inueniamus. Quale est quod nunc exposuimus/quod uidelicet nō oporteat magnos merosqꝫ principatus ꝯstituere. Illud semper memoria tenentes quod liberam ciuita tem ⁊ prudentem ⁊ sibi ipsi amicā eē oportet. Ad que respiciendum est illi/qui leges laturus est. Ne miremini autem/si sepe iam alia quedā pposuimus: ad q̄ sit legum latori respiciendū: que quidem nō eadem esse atque hec appareāt. Sed meminisse oportet/quando ad temperan tiam uel prudentiaꝫ uel amicitiam respiciendū dicimus/non aliam atque aliam/sed eandeꝫ no bis eē intentionem: ac si multis etiam aliis hu iuscemodi uerbis utemur/ne turbemini. Cli. Conabimur ita facere/uerba ordine repeten tes. Sed nunc expone quod dicturus eras: qū amicitiam/libertatem/prudentiamqꝫ spectare legum latoreꝫ debere dicebas. Ath. Audia tis modo. Due gubernationum ciuilium quasi matres quedaꝫ sunt: ex quibus siquis alias dixe rit originem ducere/recte utique dicet. Qua rum alteram principatum unius/alteram popu li apellare decet. Alterius quoque summum te nere persarum/alterius nos putandū. Cetere uero ferme omnes hinc/ut dixi/uarie cōponun tur. Necesse est autem haruꝫ utrarūqꝫ partici pem fore ciuitatem. si libertas in ea atque ami citia cum prudentia futura sit. Quod quidem ratio precipere nobis uult cum dicit/ciuitateꝫ horum experteꝫ bn̄ gubernari nunquam posse.

Cli. Quo enim pacto? Ath. Cum igitur alte ra monarchiam unius. s. principatuꝫ/altera li bertatem dumtaxat magis q̄ꝫ oportuerit/com plexa sit/neutra mediocritatē seruitutis liber tatisqꝫ seruauit. Uestre autem/laconica dico ⁊ cretica/magis. Sꝫ athenieñses ac perse/quon dam hoc fere pacto: nunc uero minus. Sed cau sas quoqꝫ dicemus: an nō? Cli. Omnino: si mo do qđ propositum ē/absoluere cupimus. Ath. Audiamus ergo. Perse quideꝫ quādo cyri tem pore seruitutis libertatisqꝫ mediocritatem ma gis habebant/primum ipsi liberi fuerunt/dein de multos alios subiecerunt. Nam cum princi pes ipsi libertateꝫ subditis impertirent/⁊ rem ad equalitateꝫ magis reducerent/milites duci bus magis erant amici: paratosqꝫ se in pericu lis exhibebant. Ac siquis inter eos prudentior erat/consilioqꝫ ualebat/cum rerū inuidus non eēt sed libere dicēdi facultateꝫ omnibus daret/ honoraretqꝫ consilii compotes/facultateꝫ pru dentie communem in medium deducebat. Cun cta igitur tunc illis/libertate/amicitia/men tisqꝫ communione facile reddit. Cli. Uidētur hec ut dicuntur/ita gesta fuisse. Ath. Quo pa cto igitur cambise tempore regnuꝫ id fere ceci dit? ⁊ rursus darii tempore restitutū est? Uul tis ne ut quasi diuinatione usi dicamus? Cli. Quid ni uelimus? Confert eiꝫ hoc ad illud quo tendimus. Ath. Ita igitur de cyro uaticinor: in ce teris quidem ipsum ⁊ ducem bonuꝫ ⁊ ciuilis ui te amicum fuisse: Rectaꝫ uero disciplinam nul lo pacto attigisse: nec ad rei familiaris admini strationem animum unquam applicuisse. Cli. Cur ita? Ath. A iuuenta per totam uitam mi litia occupatus/mulieribus filios tradidit edu candos: que ipsos ut felices statim pueros atqꝫ beatos nullius indigentes rei sic educabant/ut prohiberent ne quis eis utpote beatis aliqua in re aduersaretur: cogētes omnes quicquid ipsi dicerent aut facerēt/laudare. Ita ipsos tales quosdam educauerunt. Cli. Bellam certe edu cationem narrasse uideris. Ath. Femineā nem pe: quam induxerunt regie mulieres nouis ela te diuitiis: deserteqꝫ a uiris bello ⁊ periculis occupatis. Cli. Consentaneuꝫ id quidē. Ath. Pater uero ipsoruꝫ/ouium/hominū/multorꝫqꝫ aliorum quorum ad eos spectabat possessio/gre ges multos habebat: sꝫ ignorauit quod filii qui bus hec relicturus erat/paternam ipsam persi camqꝫ artem non docebantur: cum per se pasto res eēnt i regione aspera geniti: ⁊ ipsa ars per sica dura eēt sufficiēsqꝫ/robustos eos pastores efficere: qui ⁊ custodias agere ⁊ uigilare pos sent: ⁊ militare si res postularet. Permisit au tem ut mulieres ⁊ eunuci medorum ritu filios eius nutrirent: quorum educatio ab ea que uul go existimatur felicitas/corrupta est. Unde ta les euaserūt/quales fieri conueniebat eos: qui in summa rerum licentia nutriti fuissent. Cum igitur mortuo cyro/rerum potiti sunt utpote qui resolutis delitiis nutriti eēnt primuꝫ alter equalitatem non ferens/alterum interfecit. Deinde ipse ignorātia ebrietateqꝫ furens prin cipatum perdidit. Medi enim ac quidam eunu cus tunc dictus/ipsum quasi amentem conte m pserunt. Cli. Sic fertur: atqꝫ ita ferme conti gisse uidetur. Ath. Atqui ⁊ hoc fertur/per da rium septemqꝫ illos uiros principatum in psas iterum rediisse. Cli. Plane. Ath: Inspiciam⁹ igitur/rationem sequentes. Darius nec regis erat filius nec in delitiis enutritus. Is cum ad principatuꝫ peruenisset/septimusqꝫ ipsum acce pisset/septē i ptes ipsū ptitus est: quorū hodie adhuc parua quedam somnia restant: censuitqꝫ uiuendum eē sub legibus ad communeꝫ quandā ꝯferentibus equalitateꝫ: atqꝫ id ita sanxit: di stributionēqꝫ illā quā cyrus psis pollicitus fue rat/lege complexus est: amicitiaꝫ communita temqꝫ persis omnibus prebens: ac persarum po pulum pecuniis ⁊ muneribus attrahēs. Ita di lectus a militibus/nō pauciores q̄ꝫ cyrus reliqt regiōes ipse subiugauit. Post dariuꝫ xerxes: q regiis ē delitiis q̄ ē educat⁹. Sꝫ te nūc iure apel lo dari/qui cyri malo commonitus non fuisti: sed in eisdem xerxem moribus educasti: in qui bus cambisem cyrus nutriuerat. Ipse igitur ut pote imbutus alimonia/similia quoque ppessus est. Ex illo tempore nullus unquam ferme per sarum rex magnus/nisi nomine fuit. Neqꝫ for tunam fuisse causam arbitror: sed uitam malā:

qua filii ualde diuitum tyrannorumq; utpluri
mum uiuunt. Nunquã enim puer ⁊ uir ⁊ senex
ex huiusmodi uita uirtute prestans euadere po
terit. Que quidem ⁊ legum latori ꝯsideranda
⁊ nobis i presentia animaduertẽda censemus.
Atqui ⁊ uobis par est/o/lacedemonii id tribue
re: qđ pauptati/ diuitiis/regno/ priuatis/nul
los excellẽtes honores munerave prebetis: q̃
uobis ab initio dei alicuius oraculo dicta non
sint. Neq; oportet i ciuitate excellẽtes cuiq;
cõferre honores quia diuitiis prestet: aut quia
uelox aut formosus/aut robustus sit/si uirtute
careat: Sed neque etiam si uirtutem aliam ha
beat quandam/temperantiã uero non habeat.
Me. Quo pacto id hospes ais? Ath. Non ne
fortitudo una quedam pars uirtutis est? Me.
Est. Ath. Tu ipse igitur cum audieris/iudica
to. Uelles ne uicinũ aut domesticum quempiã
habere/fortem quidem maxime: minime uero
temperatum: quinetiam impudicum? Me. Dii
meliora. Ath. An uero/artium quidem multa
rum peritum/⁊ in his sapientẽ. sed iniustum?
Me. Nullo modo. Ath. At uero iustitia sine
temperantia originem habere nullam potest.
Me. Quomõ eñ aliter? Ath. Sed neque etiã
ille/qui modo sapiens a nobis dictus est: qđ uo
luptates atq; dolores recte rationi concordes
⁊ obsequentes habeat. Me. Non certe. Ath.
Id preterea consideremus/ut quomodo inter
ciues honores recte uel nõ recte distribuãtur/
inspiciamus. Me. Quid nam? Ath. Tempan
tia si ab omni alterius uirtutis genere i alicui9
animo destituta sit/honoranda ne iure est/an
contra? Me. Non hẽo quid respondeã. Ath.
Modeste satisq; responsũ est. Alterutro enĩ
illorum concesso/incõcinne ut arbitror respon
disses. Me. Bene igitur factũ est. Ath. Esto.
Nẽpe accessio ipsa ⁊ honores ⁊ obprobria non
dictu/s; silẽtio potius irationabili digna erũt
Me. Temperantiã dicere mihi uideris. Ath.
Hanc ipsam dico. Quod igitur ex aliis nobis
ꝓdest plurimum/si cum additiõe maxime hono
retur/rectissime honorabitur: ⁊ quod secundo
loco prodest/secundo honorandum. Atque ita
secundũ successionis rationem si quodlibet ho
nores qui deinceps ordine sequuntur/nancisca
tur/recte utique nansciscetur. Me. Est ita.
At. Quid porro? an hec quoque a legislato
re distribuenda esse dicemus? Me. Maxime.
Ath. Uis ne partionem cunctorũ in opera sin
gula ⁊ minima queq; illi relinquam9? Tripar
titam uero diuisionem/quoniam ⁊ ipsi legum
quodãmodo studiosi sumus/tenemus: maxima
⁊ media ⁊ minima inuicem secernentes? Me.
Summope. Ath. Oportere itaq; dicimus ciui
tatem/que pro humanis uirib9 salua felixq; fu
tura sit/recte honores ⁊ obprobria distribue
re. Recta autẽ distributio est/ut prima ⁊ ma
xime honorãda censeãtur animi bona/si adiun
cta illis temperãtia sit. Secundo dignitas gra
du corporis bona ponantur. Tertio externa
possessio ⁊ pecunie. Hec siquis legislator ciui
tasue transgreditur/uel pecunias preceptoris
honorando/uel posterius aliquid honore prius
collocando/neq; sancte neq; ciuiliter faciet.
Rata hec nobis habenda? an quomodo? Me.
Prorsus quidem. Ath. Hec latius dicere nos
induxit psice gubernationis consideratio. In
uenimus autem eos peiores adhuc factos esse.
Causamq; esse ducimus: quia nimium populi li
bertate sublata/dominandiq; potestate magis
q̃ oporteret/adaucta/societatẽ in ciuitate ⁊
amicitiã sustulerũt. Quibus corruptis/prin
cipes quoque non subditis ac populo sed ꝓprio
imperio consulunt. Quinetiam sepe exigui sui
commodi gratia/funditus euerti ciuitates gen
tesq; amicas igne absummi non curãt. Ita ho
stiliter ⁊ absque misericordia/oderint: ⁊ odio
similiter habentur. Ac siquando opus sit ut ꝓ
eis populi pugnent/nullũ rursus cõmunem in
ipsis consensum inueniunt: ut uelint ex animo
subire picula ⁊ ꝓ principibus dimicare/sed cũ
innumeris pene hominibus dominentur/inuti
les tamen omnes habent ad bellum: Et tanquã
hominum indigẽtes/alios mercede conducũt/
per mercennarios extraneosq; milites saluos
se fore putãtes. Preterea ⁊ insanire cogũtur
cum re ipsa predicãt nugas esse ea que in ciuita
te/honesta eẽ ⁊ honoranda dicuntur/si ad ar
gentum ⁊ aurum conferantur. Me. Ita fit.

Ath. Sed de rebus psarum/qđ propter nimiã
dominationẽ seruitutemq; non recte modo se
habeant/iam satis sit dictum. Me. Omnino.
Ath. Atticam deinceps gubernationẽ simili
ter percurrere decet: ut pateat quemadmodũ
libertas nulli subdita magistratui/ nõ paulo de
terior est q̃ illa que mediocritatem/magistra
tuum dominatione consequitur. Nobis enim
tempore quo perse greciã imo uniuersam pene
europam aggrediebantur/prisca quedam erat
res. p. ⁊ magistratus aliq ex censu quadrifariã
diuiso erant: pudorq; inerat/quasi dominus:
cuius causa legibus subiecti uiuere uolebamus.
Preterea magnitudo terrestriũ maritimarũq;
copiarũ/usque adeo nos exterruit/ut obseruan
tius nos legibus ⁊ magistratibus obsequi ⁊ obe
dire coegerit. Quib9 đ causis maior inter nos
exorta ẽ beniuolentia. Ferme namq; decennio
ante q̃ bellum nauale i salamina gestum sit/da
tis ipse a dario missus classem persicam in athe
nienses eretriensesq; duxit. Cui mors a dario
nisi has gentes dictioni sue subiceret/est indi
cta. Datis igitur ipse eretrienses breui tempo
re innumerabili militum copia penitus expugna
uit: terribilisq; inde rumor ad urbẽ peruenit
nostram: neminẽ eretriensium effugisse. Sed
manibus inuicẽ milites iunctis/atq; ita uniuer
sa regione eretriensium circumdata/omnes pe
nitus cõprehendisse: Hic rumor seu uerus siue
non/cum ceteros grecos/tum uel maxime athe
nienses pterruit. Quibus/cum uniuersam gre
ciam passim legationibus missis ad opem feren
dam cohortarẽtur/nemo preter lacedemonios
auxiliari uoluit. Et isti quidem seu bello quod
aduersus messenẽ gerebant impediti/siue alia
quadam causa: non enim scimus/sequenti post
pugnã marathonicã die opitulaturi uenerũt.
Post hec magna i dies parare/multaq; minari
rerũ dicebatur. Interea darius nature cessisse
nunciatur: ac filius eius atrox iuuenis impium
accepisse: nec a ceptis paternis đsistere uelle.
Cuius apparatus omnes i se conuerti athenien
ses propter marathonicam stragem credebãt.
Porro audientes defodi athon coniungi helle
spontum/classis imensam magnitudinem cumu
lari nec mari nec terra salutem sibi fore puta
bant: presertim quia i nullius presidio confide
bant: quippe q memoria tenerẽt/neq; tũc cum
primo illorũ ingressu capti eretrienses fuerãt/
quemq̃ sibi opem ferre ⁊ pro eorũ salute subi
re periculum uoluisse. Idem igitur tunc terra
sibi euenturum putarũt. Mari uero nullã pror
sus salutem inueniebant: cum naues plus q̃ mil
le adueherentur. Unam uero salutem quanuis
tenuẽ dubiamq; solũmodo uidebant. Nam cũ
respicerent que antea gesta fuerũt/⁊ qđ despe
rata salute/tamen uicerunt/hac spe euecti/in
se ipsis ac diis tantũ inuenerunt sibi refugium
fore. Hec igitur omnia eos maiori inter se be
niuolentia copularũt: presens inquam metus:
⁊ qui a legibus iampridem inerat: quẽ seruien
tes legibus assequti sunt. Hunc sepe pudorem i
superioribus nominauimus: cui seruire omnes
oportere diximus/quicunq; boni futuri sunt.
Quo quisquis afficitur/liber est ⁊ interritus.
Ac nisi presens ille metus pudori huic iunctus
fuisset/ nunquã ex huiusmodi concursione illi
prouocati ⁊ una ꝯuenientes/deorum templa/
maiorum sepulchra/patriam ipsam/ceterosq;
familiares atq; amicos defendissent: ut fecisse
narrantur: sed sparsi alius alio abiissent. Me.
Probe hospes: ac sicut te patriamq; decet/d
xisti. Ath. Uera hec sunt/o/megille. Nam q̃
tunc gesta sunt/ea par est tecum/qui parentũ
naturã seruas/referre. S; ⁊ tu ⁊ clinias attẽ
te considerate: si que ad legum lationem perti
nent/dicimus. Neque enim confabulandi gra
tia hec enarro/Cuius autem gratia ista dico/
inspicite. Ut scilicet uideamus idem nobis ac
persis quodãmodo accidisse: Dum illi quidem i
omnẽ seruitutem plebem traherẽt/nos contra
in meram libertatẽ. Quomodo uero ⁊ quid de
inceps dicamus/habita iam uerba ⁊ cõmode di
cta quodãmodo demonstrant. Me. Probe lo
queris. Sed conare qđ modo dicebas apertius
eloqui. Ath. Faciam. Non erat/o/amici apđ
nos ex ueteribus legibus alicuius rei plebs do
mina: s; sponte quodãmodo legibus seruiebat.
Me. Quibus legibus? Ath. Illis inquã que de
musica posite fuerunt: ut incrementum uite ni
mium libere a principio repetamus. Distincta
enim nobis tunc p spẽs ⁊ figuras erat musica.

Fuitqȝ una ſpecies cantus ad deos precibus placandos/quos hymnos uocabant. Huic altera cantus cõtinua ſpẽs. Querulos hos cantus qs maxime apellaret. Alia ſpẽs peon. Alia dionyſii generatio/quam dythirambum arbitror apellatam. Erat ⁊ alia cantus ſpẽs: quaȝ leges citharedicas nominabãt. His itaqȝ aliiſqȝ quibuſdam lege ſtatutis nõ licebat alio genere cantus pro alio abuti. Auctoritas auteȝ cognoſcẽdi hec iudicandiqȝ: ⁊ damnãdi ſiquis contra feciſſet nec ſibilo nec ineptis clamoribꝰ multitudinis ut modo tribuebatur: nec rurſus laudandi licentia plaudenti ſtrepentiqȝ turbe: ſed preſtantibus in doctrina uiris id erat conceſſum: dabaturqȝ ipſis ad finem uſqȝ magno cum ſilentio audire. Adoleſcẽtes aũt/pedagogi ⁊ plebs uniuerſa caſtigatione uirge ammonebantur. Hec cum ita ordine fierent/multitudo ciuium libẽter parebat: nec audebat tumultuoſe qcq̃ȝ iudicare. Tempore deinde ꝓcedẽte principes quidem tranſgreſſionis a muſica aliene poete ipſi fuerunt: qui natura quidem poetici erant: ſed quid iuſtum atque legitimuȝ in muſa non ſatis intelligebãt: debacbantes utiqȝ ⁊ uoluptati magis q̃ȝ oportuerit/indulgentes. Hi ſane ⁊ lugubria hymnis ⁊ dithyrambis peonas coniunxerũt. Tybiarumqȝ ſonos ⁊ cantus/citbare cantibus imitati ſunt: omnibus omnia cõmiſcentes. Qui ⁊ preter ſententiã ex inſcitia cõtra muſicã mentiti ſunt: aſſerentes eam quideȝ nullam rectam in ſe normaȝ habere: ſed audientis uoluptate/ſiue ꝓbus ille uir ſit/ſeu cõtra/rectiſſime iudicari. Cum igitur huiuſmodi poemata componerẽt/⁊ talia uulgo dicerent/iniquam adeo ⁊ audacem aduerſus muſicam/multitudinem effecerunt/ut ſe ſufficientes ſententiam pronunciare de muſica crederẽt. hinc ſpectacula freqnenter exclamare ceperunt/cũ ſilere antea conſueuiſſent: quaſi quid pulchrum in muſis quid nõ/acute ſentirẽt: atqȝ ita ex optimatum poteſtate/in prauam theatri potentiaȝ res ipſa deſiluit. Si enim popularis potẽtia ſolum liberorum hominuȝ extitiſſet/nullũ utiqȝ ingens malum fuiſſet. Nunc autẽ ex muſica nobis incepit omnium ad omnia opinio ſapientie preuaricatioqȝ ſequta ẽ ⁊ libertas. Intrepidi eniȝ erant/quaſi ſcientes. hec licẽtia impudentiam peperit. Nempe ſi melioris opinio ꝓp audaciam non timetur/id ipſuȝ pene pernitioſa ẽ impudentia. que a libertate quadam temeraria ꝓfiſcitur. Me. Veriſſima loqueris. Ath. Hãc libertateȝ ea licentia ſequitur/que facit/ne magiſtratibus ſubeſſe uelimus. Ex hac originẽ habet ⁊ illa/per quam patris matrieqȝ ⁊ ſeniorũ ſeruitutem ⁊ precepta contemnimus. Cumqȝ prope tranſgreſſionis huius extremum ſimus/legibus quoqȝ parere recuſamus. In ipſo ãt extremo/iuſiurandum/fidem/⁊ omnino deos negligimus. Unde ad priſcam illam tyrannicãqȝ reuoluti naturam/eadem illa iteruȝ patiemur/duraqȝ ſecula rurſuȝ degemus: nec malorum finem ullum repiemus. Sed cur hec nobis dicta ſunt/repetenduȝ mihi uidetur: ut oratio quaſi equs retrahatur: ne ſi os effrenatum habeat/dicendi concita impetu/ab aſino ut prouerbio ferunt/excutiatur. Interrogandum eſt igitur/cuius cauſa hec dicta ſunt. Me. Eſt utique. Ath. Hec ergo illorum gratia diximus. Me. Quorum? Ath. Diximus nempe ad tria quedã eſſe latori leguȝ reſpicienduȝ/ut ciuitas que legibus inſtituitur/libera ſit/ſibi ipſi amica/⁊ mentem habeat. hec dicta ſunt? an non? Me. Dicta prorſus. Ath. Propterea duas gubernationum ſpecies in medium adduximus. Unam qua arctiſſima ſeruitus alteraȝ/in qua reſoluta libertas: Conſideraauimuſqȝ utra recte gubernaretur. Perſpeximus autem mediocritate alteri dominandi/alteri libertatis addita/feliciter nimium utraſque ſe habuiſſe: infeliciter uero/cum ſeruitus in altera/in altera libertas ad extremuȝ uſque percreuit. Me. Vera narras. Ath. Atqui huius quoque ipſius gratia dorici exercitus conſtitutionẽ conſiderauimus: ⁊ radices montium dardani/habitationemqȝ maritimam/primos preterea illos/q a uaſtitate diluuii relicti fuerant. horumqȝ cauſa de muſica ⁊ ebrietate/deqȝ prioribus etiaȝ habita nobis oratio eſt. Hec eniȝ omnia ob eam cauſaȝ dicta ſunt/ut intelligamus quomodo optime gubernari ciuitas poſſit: ⁊ quo pacto priuatiȝ quiſqȝ optime ſuam uitam diſponat. Si uero quicquã contulimus/que nam nobis ipſis aduerſus nos o/megille ⁊ clinia redargutio erit? Cli. Ego hoſpes mihi uideor nõnihil inſpicere. Secunda quippe fortuna ſuperiora omnia nobis dicta uidentur. His eniȝ ego quodãmodo indigebam. Quocirca oportune ambo/tu dico ⁊ megillus iſte me repperiſtis. Neque celabo uos quod mihi accidit. Quaſi eniȝ augurio his ſermonibus confirmatus ſum. Maxima profecto cretenſiuȝ pars coloniã mittere quandam cogitat: ac gnoſiis eius rei curam committit. Gnoſiorum uero ciuitas mihi aliiſqȝ nouem uiris id mandat curandam. Leges autem ponere iubet/⁊ que nobis ex cretenſibus placeant/⁊ que aliunde colligi poſſint. Edicitqȝ nobis ne peregrinas leges horreamus/modo probentur. Nunc igitur ⁊ mihi ⁊ uobis hanc gratiam prebeamus. Collectis undique legibus/oratione condamꝰ ab initio ciuitatem. Sic enim ⁊ illud/quod a nobis queritur/diligentius conſiderabitur: ⁊ mihi forſitã diſputatio hec ad future ciuitatis ↄſtitutõem ↄferet. Athe. Non bellum iudicis o/clinia. Quare niſi id megillo incõmodum/mea quidem pro uiribus tibi parata ſunt. Me. Probe dicis: ego quoqȝ patus ſũ. Cli. Optie. ambo dixiſtis. Quare conandum eſt primum oratione ciuitateȝ condere.

Argumentum Marſilii ficini in librum quartum de legibus. ;

Quartus hic liber/quemadmodum ⁊ tres ſuperiores/ac etiã pars quinti prima/in ipſo conditoris legum cõſilio officioqȝ uerſatur. Huius uero conſiliũ circa ciuitatis materiam atque formam: materiam inquam/ſitum et compoſitionem/diſpoſitionemque urbis: formam uero modum publice gubernationis et ordinem. At quoniam forma hec formoſa eſſe nunquam poteſt/niſi ciuium animi ſint formoſi/iccirco in formandis a tenera etate perqȝ omnem uitam ſuorum ciuium animis legifer inuigilare iubetur. Materiam igitur ciuitatis paucis expedit uerbis/formam uero eius/⁊ animorum ipſorum formationem accuratiſſime tractat. Utpote qui pre animorum dignitate exteriora omnia quanuis ampliſſima uideantur/nihilipendit. Profecto plato noſter ſi corporum eſſet medicus/in eligendo acre ſaluberrimo ad firmam ualidamqȝ corporis habitudinem conferente incumberet diligentius. Sed qui in eligenda pro ſe achademia in ſalubri loco/non corpori ſed animo moribuſqȝ conſuluit/is nimiruȝ in urbe condenda non admodum accuratus apparet/in formandis uero una cum etate moribus tanquam medicus animorum/ut ita loquar/curioſiſſimus. Preterea ſi tanti fortune faceret bona/quanti ceteri ſolent/certe agrum/et ſitum/et modum ad diuitias cumulandas amplificandumqȝ imperium/commodiſſimum diligenter exquireret. Contra uero facit omnino. Sit ergo urbs procul a mari atque portu: non mercature preſertim cauponarie dedita/non luxurioſa/non diues. Sit temperata ciuitas ⁊ ſobria ⁊ pudica: pre ceteris uero pia. Quid nam aliud mandaturum putas ſanctum aliquem religioſe uite pontificem in edificandis templis habitaculiſqȝ ſanctorum/q̃ȝ quod Plato noſter iubet in urbe condenda? Et qui pauca hic de urbis corpore uerba facit: idem in beata illa republica decem libris expreſſa/nullum de urbe condenda fecit uerbum/neque id quidem iniuria. Illã nãqȝ reliquit celo: hãc in terris/edificat ad exemplaris illius quoad fieri poteſt imaginem. Propoſitum igitur erit legiferi: q̃ preter animi bona ſunt ꝓ bonis animi paruifacere; in omniqȝ eius inſtitutione ad uniuer

sam uirtutem tanquam ad signum intendere. Ideoqz nihil uel in ciuitate uel circa urbez per mittere/unde ciues malis aliquando moribus assuescere possint: etiam si inde uictoria multa rum gentium potentiaqz amplissima/ 7 copia rerum omnium abundantissima consequatur. Lex enim non extra animũ/sed in animũ ipsuz aciem suam dirigit omni ex parte perficienduz Itaque uidebit ne ciues habeant summo in pre tio false huius uite salutez. Neque tam ut sint saluiqz sint procurẽt: q̄z ut q̄zdiu sunt/optimi sint. Ad uniuersum uero legiferi institutũ perficienduz tria in primis conducere arbitra tur: deum uidelicet fortunamqz 7 artez. Que tria humana oia gubernare dicuntur. Et quo difficiliora q̄z ceteri auctor legum molitur/eo maiori ab his tribus q̄z ceteri indiget patroci nio. Quod autem plato dicit deum 7 fortunaz atque artem simul cum deo humana omnia gu bernare/breuiter sic expone. Deus in omnibꝰ per omnia mouet omnia. Mouet mũdi speras: Quarum concursio fatum quidem alicubi/sed hic fortuna libentius nominatur. Hinc casus uarii circa externa corporaqz ꝓueniunt. Mo uet 7 animas/lumen mentibus inspirando: un de ars non speculãdi solũ accenditur/sed agen di. Ab arte tandem dispositio externorum 7 corporis proficiscitur. Quamobrem a deo qui dem cuncta dependent. Qui ut ait paulus/oia in omnibus operatur. Uerum ab ipso deo alia quidem per fortunam procedunt/alia uero per artem. Quo fit/ut neqz fortuna neque ars ali quando deo ualeat aduersari. Quippe cuz sem per ab ipso utraque moueantur. Inter se uero duo hec ita se habẽt. Aut enim consentiunt in uicem/aut forte dissentiunt. Si dissident/aut fortuna superat artem/aut ars fortunam. Id autẽ accipe hoc exemplo. dum mouet deus spe ras/interdum per fortunam/in mari cõmouet tempestatem. Tempestas quatit nauez. Inte rea mouet deus idem eandem nauez per animũ quoque gubernatoris. i. per artem ipsam a deo continue dependentez. Quando igitur ars na uem ad certum dirigit portum; atque ad eundẽ tempestas quoqz uehit/tunc ars simul cum for tuna consentit. Quando uero alio quidem im pellit uentus/alio uero ars certat ducere: tũc ars 7 fortuna dissentiunt: ac tandez uel ars ce dit fortune/uel arti fortuna: interim prouidẽ tia dei utrobique agit utrunque/ad finem sibi soli notum/cui nihil unquam dissonat/cuncta uidelicet in uniuersam sui operis harmoniã occul tis modis contemperanti. Ceteruz illa ipsa cõ cursionum celestium dispositio/quando talis prouenit/ut artem necessario superatura sit/ fatum dicitur potius q̄z fortuna: quando uero talis ut exsuperare inertem possit/7 superari ab arte/fortuna potius nominatur. Neque dif fidas artem quãdoque uincere posse fortunaz. Ut enim fortuna/sic 7 ars procedit ex deo.

Animaduerte uero ubi Plato de occasione disputat: quã uir magnus nouas conditurus le ges/exoptet/ad id magnopere oportunaz/sub illius tyranni nomine iuniorem dionysium si gnificare. seipsum uero sub apellatione legife ri: atque indicare fauorez fortune sibi integrũ defuisse. Item platonem in sicilia apud diony sium quedã harum leguz prohemia incohasse: ut ex epistolis intelligi potest. Opus uero io legum expulso dionysio perfecisse. Denique p hec dicta reditum in siciliam suum ab infamia uindicasse. Scito autem platonez in eo itinere atque reditu nihil aliud contendisse: q̄z ut sal ua dionysii prosperitate uiolenta tyrannis in regnum moderatuz conuerteretur. Inter hec autem ubi de temperantia 7 prudentia princi pis loquitur/memento/platonem/mediocrem quidem temperantiam/a prudentia manifeste distinguere: mediocrem quoque prudentiam a sapientia simili ratione discernere. Consu matam uero temperantiam sepe apellare pru dentiam: absolutam quoque prudentiam/non nunquam sapientiam nominare. Quod quidez in phedone 7 tertio legum 7 hic 7 alibi sepe patet. Adducit preterea naturales quasdaz in genii dotes/uirtutibus qdẽ similes. Sz tũc de mũ/qñ recte fuerint exculte/ad uirtutũ mune ra ꝯducẽtes. Qua qdẽ õre latius i re. p. dispu tat. Mandabis interea memorie: quales sunt principuz mores/tales quoque fieri ciuium reli quorum. Neqz ulla de causa mores ciuium faci lius citiusqz q̄z ex hac mutari posse. Item bea tum esse prudentem 7 temperatum doctorem populi: beatum quoque populum qui audit uer ba ex ore doctoris eiusmodi profluentia. Pre terea neque rempublicam felicem fore: neque leges bonas exorituras/prius q̄z i gubernatore potẽtia una cũ sapientia tẽperãtiaqz ꝯcurrat. Proinde diuinum ad ciuitatez constituendam auxilium inuocandum. Hactenus quartus hic liber munus legiferi circa materiam ciuita tis 7 formaz communius pertractauit. Pergit uero deinceps ad figuram muneris huius distin ctiorez. Querẽs utrum ciuitatis forma regnũ esse debeat/an optimatuz senatus/an potentia paucorum: an popularis. Quoniaz uero nihil inter homines bonuz reuera dici potest/nisi di uinũ imitetur bonũ/nõ iniuria formã priꝰ diui ne gubernatiõis exponit/q̄z ex humanis guber nationibus/aliis alias anteponat/uidelicet di uine similiorem absque cõtrouersia ceteris pre fecturus. Probat autem gubernationem diui nam esse regnum optimatumqz senatum regno coniunctũ. Censetqz ex omnibus ciuibus illos eligendos esse ad gubernanduz/quotcunqz sint qui tantum ceteris prudentia 7 temperantia prestant/quantum uiri pueris prestare solent. Atque siquis inter electorum numerum simili ferme interuallo ceteros antecellat/regem ẽe constituendum. Id uero tum ex presenti satur ni mysterio/tum ex simili quodaz in politico/ tum ex epistolis 7 re. pu. potest esse ꝯspicuuz. Ceterum ut presens saturni mysterium aper tius intelligi possit/meminisse oportet/plato nicos ꝯiectare munduz a uita quadam 7 anima contineri atqz duci/ex tribus potissimum argu mentis: ex firma uidelicet diuersarum mundi partium copula: ex mirabili motu celi: ex ppe tua rerũ generatione sub celo. Coniectare rur sus mũdum a mente regi ex triplici quodam or dine/s. ex ordine qui 7 in ipsa partium mundi copula/7 in sperarum motu/7 in reruz genera tione conspicitur: utriũqz uero. s. animaz atqz mentez platonicus ille noster breuiter compre hendit. Spiritus intus alit/totamqz infusa p arctus/mens agitat molẽ. Coniectare tandez 7 animam 7 mentem ab ipso bono unoqz dirigi ad regendũ/ex eo precipue qd 7 connexio par tium motusqz 7 generatio 7 ois horum trium ordo/in unuz tendit bonumqz dirigitur. Quã obrem sub ipso bono regnum geminum contine tur intellectus uidelicet atque anime. Illud quidem saturni/hoc autem iouis regnuz omnis apellat antiquitas. Que iouez iccirco fingit sa turni regnum occupauisse: quoniam utrisque ad regnum proprium uocantibus animas/scili cet illinc ad intelligibile/hinc ad sensibile bo num/paucissime quedam anime ad intelligibile saturni bonuz contemplationẽqz se cõferunt: q̄z plurime uero ad sensibile iouis bonum actio nemqz quotidie confluunt. Tradunt antiqui/ aias quondaz beatas sub saturni regno uixisse. Duobus id modis intelligentes. Primo quidẽ dum inter diuinas angelicasqz mẽtes uiuebãt/ ante q̄z in corpora laberentur. Deinde etiam quotiens 7 quotcunque uoluptuosam quidez ui tam negligentes/actiuam uero parum admodũ diligẽtes/contẽplatiue uite ardentissimo amo re se dedunt. Utcunqz uero accipiatur in uita intellectuali beate/in aiali sunt misere. Acce dit quod sub hac miseria ita falluntur/ut cum duo i celo planete sint/primus quidem superio ris saturni nuncius/secũdus ãt nũcius iouis su perioris/laudent quidem iouis stellaz/saturni uero uituperent. Cum tamen hec quidẽ ad tem poranea magis prouocet bona/illa uero reuo cet ad etherna. At quoniã homo gregabile ani mal a communi hominum commertio segrega tus mediocrem uiuendi habituz seruare non po test: Cogiturqz/ut ita dixerim/uel infra homi nem descendere/uel ascendere super hominez/ factum est/ut saturnus hominum segregator crimẽ 7 ifamiã apd inscios reportauerit/eorũ uidelicet culpa/q uł mixtione quadã ineptiori uł educatione puersa tales euadunt/ut qñ a sa turno extra hoiez seuocãtur: descẽdãt ab hoie

Deus: fatum: fortuna: casus:

fortuna: consilium:

Prudentia: Temperantia:

potius qz ascendant. Verum de his alibi diligentius: revertamur ad argumentum. Addit plato saturnum quondam homines distributos in greges custodie demonuz commendasse. Id autem pluribus modis exponitur. Primo quidem divinam mentem animas hominum ut Timeus ait i varios ordines ab initio divisisse stellarium animarum numerum comitantes. Differentiam vero nostrarum inter se animarum/ alii inter platonicos numeralem tantum esse putant/ alii etiam specialem: ut unum animarum nostrarum sit genus: in eo multe animarum species: sint etiã multe sub eadem specie: Utcunqz vero distribuantur/ diversis non solũ stellis/ sed demonibus etiaz accomodari dicuntur. Alioqz modo exponi potest mysterium: ut videlicet vel ab orbis initio/ vel statim post diluviuz rudiores homines divina providentia angelorum sive demonum melioruz ministerio rexerit/ donec paulatiz facti peritiores ipsi se regerent. Rationi vero consentaneum est/ rectius feliciusqz a supis qz a se ipsis homines gubernari. Exponitur insuper tertio hunc in modum: ut quotidie quicũqz vite rationem eligũt ab aliis quodãmodo segregatam/ riteqz educati fuerint/ statim in contemplativuz beatumqz saturni regnum commigrare dicantur. Sed quatenus sub contẽplationis officio in ritus varios discernuntur/ eatenus 7 i multos greges secerni videtur/ 7 aliis atqz aliis pro vite similitudine inspirari numinibus atque regi. Mitto i presentia multas prestantium philosophorum scolas quasi greges sub saturno pastore mirabiliter congregatos. Sub saturno inquam tribus precipue modis. Sub mente divina et angelica primuz: deinde sub anima planete primi eiusqz spere: tertio sub ipsius planete corpore. Sed mens ipsa facit. Anima conficit. Planeta portendit/ portendit inquaz: quando i magnis saturni cum iove coniunctionibus/ Saturnus ipse vel exaltatione sua vel domicilio gaudet: et tanquã cõiunctionis domin9 fovetur quidẽ ab iove: Utitur et solis mercuriiqz et veneris beneficio. Sic magicam Zoroastris eiusque sectatorum peperit/ seu portẽdit potius disciplinam. Trismegisti quoqz theologiã. Orpheiqz mysteria. Arcana pythagore. Socraticaz sanctimoniam. Platonicam maiestatem. Ita esse manifestis quibusdam argumentis compertum habemus. Hinc et plato in presenti libro saturnum esse affirmat dominum eorum qui mentem habẽt. Gubernationem vero eiusmodi sub saturno regiam optimatumqz extitisse demonstrat. Siquidem genus humanum ab ipso deo tanquam rege per electos optimosqz demones asserit gubernatum. Hos multi angelos apellarent: 7 plato in critia vocat deos: facilitatẽqz gubernationis 7 hic indicat 7 in critia/ dicens occulta quadaz persuasionis inspiratione fuisse homines gubernatos: gubernãdos quoque similiter/ quotiens ab inferioribus vacãtes motibus sese superis subiecerint pducendos. In his plato monet: primo divinam providentiam nunqz deesse hominibus/ modo sibi ipsi non desint. Deinde humanum ingenium in summa rerum licentia potẽtiaqz lascivum supbumqz evadere. Tertio sicut bestie non possunt a bestiis absqz humano quodam pastore/ sic neque homines ab hominibus absque duce deo optime gubernari/ et q̃zdiu mortalis aliqs sine deo dominabitur/ tamdiu laboriosam miseramqz vitaz fore: quasi frustra vigilaturus sit qlibet civitatis custos/ nisi deus ipse custodiverit civitatem. Quarto ipsam mentis distributionez esse legem: cuiqz in omni et privata et publica gubernatione/ semp obtemperandum: ut per nostraz mentem feliciter a divina mente ducamur. Quinto nullas constitutiones apellandas esse leges/ nisi cõmune civitatis totius bonum procurent. Sexto qui observantius parent legibus his magistrat9 maxime diviniqz cultus munera cõmitti debere. Septimo interitum civitati paratum esse/ in qua non leges magistratib9/ sed magistratus legibus dominentur. Octavo/ iuvenes quidem utplurimum hec obtuse videre: senes autez acute perspicere: nisi forte quandoque deus vel iuvenilem probet pietatez/ vel senilem reprobet impietatez. Multa iaz verba plato fecit ad ipsuz legislatorẽ p suo officio instruẽdũ. Non nulla facit deinceps ad populum leges eiusmodi

di suscepturum/ ut et accipiat libentius et servet impensius. Cohortatur autem ad sacras leges in primis: perqz illas ad humanas a divinis inventas 7 confirmatas. Sed una cum exhortatione venerationem terrorẽqz commiscet. dicens deum mundi totius artificem/ totum in se ipso cõplecti. Ideoqz ĩspicere singula: ne qs cõfidat prevaricando posse latere: perqz omnia circumvolvi/ ne quis speret manus eius post delictum subterfugere posse: Hunc esse ostendit legum oĩuz fundatorem: ubi ait recta definit 7 pagit. i. recta quadaz legis regula determinat singula. Determinat inquam primo singulis nature sue moduz: q̃ qualia/ quot/ quãtaqz sint: 7 ubi 7 quando 7 quomodo moveantur: Deinde animis quid agẽdũ sit/ quidve cavendũ. Determinationem eiusmodi legez esse constat rerum omniũ penes deum omniũ auctorẽ. Eamqz eo dẽ actu ab ipso deo sãciri/ quo 7 oĩa ab eo intelliguntur 7 fiunt/ actu. s. circulari/ quẽ Timeus ait eẽ divine intelligentie naturalem ex se ipsa videlicet seipsam respicienti/ seqz respiciendo oĩa semper conspicienti. Forsan vero ultra circularem/ ut ita dixeriz/ motum deo intimum/ subinsinuat motum quoque rectum. i. rerum a deo pcessum: deiqz p res oẽs influxum/ ideo recta dixit: 7 pagit. Et motũ rectum a circulari pendere significavit. Item ubi ait deum rerum principia 7 fines 7 media continere/ intelligẽ deum eẽ causam rerũ efficientem atque finalẽ: servare oĩa/ omnibusqz adesse. Ac ne qs putet irritam fore legem/ addit hanc semp iudicium comitari/ quo et perspicaciter servatores legis prevaricatoresqz discernãtur: 7 efficaciter q potissimũ debeatur/ cuiqz decernat. Quod qdez iudicium/ qm̃ potenter et discernit et decernit inevitabilis sequitur ultio peccatorum et premium observantium. Servari vero maxime divinam inquit legem ab hisq humilime cervicẽ suam divine legis iugo subiciũt: quoꝝ premiũ futura beatitudo cẽsetur: respui vero maxime a supbis: q mox sicut dei legem dereliquerũt. Ita deseruntur a deo. Deserti autẽ et peccant atrocius/ et miserabilius cruciantur. Tu vero evangelica hec aureaqz precepta servabis alta mẽte reposita. Quod aũt mysteria hec antiquus ait sermone constare. Mosaico possumus intelligere. Possumus quoqz mercuriali quodam et orphico: apud quos eiusmodi multa plegimus: et illa quidẽ evidẽtissima. Que recensere grandius iam phibet argumentum. At si orphicos de iove/ de lege/ d' iudicio et iustitia et nemesi hymnos legeris/ hec ad verbium invenies oĩa.

Post hec plato populũ exhortatur: ut unusquisque magnope studeat in eorum numero eẽ. qui deum sequũtur/ contendẽs in omnibus placere deo: atque ut id consequatur similem deo se reddens: similem inquam per temperatie puritatem/ qua tanquã regula examussim sua oĩa metiatur. Siqdem mẽsura quod et pythagoras inqt omnium optima iudicatur: similimumque deo efficit animum. Quippe cum deus omnium sit mensura/ precipue nobis/ qui videlicet eatenus vel prosequi vel fugere debemus singula/ quatenus divine menti voluntatiqz vel consonare vel dissonare censentur. Hinc illud in platonis epistola. Sapienti qdez viro lex deus ẽ: insipienti vero libido. Ambiguus vero hic legitur textus. Alibi. n. legitur ut traduxi. Quibus verbis plato videtur prothagoram confutare dicentem rerum mensuram hominem esse. Cuius error in libro de scientia subtiliter confutatur. Alibi vero legitur nõ qz qui vis homo sed siquis homo/ hunc i modum/ deus omnium nobis est mensura/ multoqz magis siquis/ ut ferunt/ homo est. Tu hãc particulam siquis/ ut ferunt/ homo est: exponere potes/ siquis homo mensura est/ multo magis deus ẽ mensura: non enim nobis/ sed deo per quem vivimus/ debem9 vivere. Posses forsan exponere si deus aliquis homo est. i. siquando fiat homo/ ut ferunt. i. oracula prophetarum. Que quidem expositio utinam qz pia est apud multos/ tam accepta foret apd platonicos. Ut autẽ appareat quanti fructus sit observatio legum/ subdit solis harum observatoribus licere atque expedire vota diis sacraqz facere. Ceterorum vero preces et munera a deo respui. Hoc ipsum vero quod est placere deo/ dicit esse signum/ quo singulas vite actiones quasi sagiptas debemus intendere.

Sagiptas autem ad hanc ipſaꝫ dei gratiã attingendam eē ait/ſedulum religionis cultum: In quo eoſdem diſponit graduſ/quos ⁊ in carminibus pythagoricis legimus. Iubet eiꝫ hic ſicut ⁊ ille/ut celeſtes primũ omnes colamus deos: illos precipue qbus patria quaſi patronis eſt dedicata. Deinde ſequentes ſub celo deos. Quos omnes terreſtres apellat. Mos enim platonis eſt/etſi omnia ſub celo elementa ponit/oiaqꝫ in celo modo celeſti/tamē omnia ſub celo apellatione terre comprehendere/oia item in celo celi ignisqꝫ nomie. Celeſtes qdeꝫ deos tum angelos intelligit ſupiores/tum ſperaꝝ celeſtiuꝫ ſtellarumqꝫ aias: deos uero terreſtres/tum inferiores angelos/tum elemētoꝝ quatuor aias. Tertio mādat coli demones. ſ. puriores quaſi deoruꝫ ad nos interpreteſ. Quarto heroas. i. hoiuꝫ aias deo acceptorũ a corpore ſeparatas. In his omnibus ita diſtribui precipit/cultum/ut maioribus numinibus maiora/minoribus minora/equalibus equalia munera conferantur. Quinto nō tam coli ⁊ adorari qꝫ ornari ⁊ quodāmodo honorari deorum patrioruꝫ ſtatuas imperat/legibus conſecratas. Quoniaꝫ uero oēꝫ ad diuinũ cultuꝫ exhortationem ab uno incohauit deo/euidenter oſtēdit cetera numina: neqꝫ ꝑ ſe/ſed participatione primi dici deos/neque ꝓpter ſe/ſꝫ illi⁹ gratia eſſe colenda. preſertiꝫ cum uniuerſum eiuſmodi cultum/dumtaxat ut illi unico placeas/dicat ſuſcipiendum. Sexto parentes quaſi dei uicarios precipit uenerari. Septimo propinquos genere/⁊ familiaritate coniunctos ⁊ hoſpites peregrinoſqꝫ ex diuino iuſſu/amare charitate non ficta. His antē preceptum inſeritur euangelium/uanorum. ſ. uerborum exactam rationem diuino iudici eē reddendam: cuius angelus nobis preeſt quaſi ſupioris iudicis uicari⁹ ⁊ miniſter: ut nos a turpib⁹ reuocet: prouocet ad honeſta: ⁊ conſentiētes quidem/tranquillitate conſcientie nutriat ⁊ delectet: diſſentientes uero/ꝑturbatione conſcīetie uexet: ubi delectat/ab antiquis gratia nominatur: ubi uexat/furia. Et gratia quidē triplex: qm̄ preteriti preſentiſqꝫ ⁊ futuri gratia bonos oblectat. Furia quoqꝫ triplex/quia malos ſimiliter cruciat. Et utrobiqꝫ fatum/⁊ parca triplex cognominatur. Dicitur ⁊ nemeſis/preſertim ab orpheo/ubi i ſuperbos animaduertit. Profecto ueteres ut indicarent ſuperbiam deo maxime omniuꝫ diſſonare obedientiã humillimam exigenti/dixerunt ſuperbos non ſolum diuina cenſura/ut cetera uitia: ſed etiã indignatione puniri/ꝓpriumqꝫ ad punitioneꝫ eiuſmodi numeꝝ introduxerunt/nemeſis noie nuncupatuꝫ: quod quideꝫ facit potentiã in brachio ſuo: diſꝑgitqꝫ ſuperbos mente cordis ſui.

Collige e multis nominibus precipue quatuor: legem/iudiciuꝫ/iuſtitiam/nemeſim. Horum exemplum accipe in teipſo. Habes in mente legem quid agenduꝫ ſit/quid non/communi norma dictantem. Et honeſtum quidem proſequendum eſſe. Turpe uero uitandum. Habes ⁊ in ratione iudicium diſtinctiori quadaꝫ argumentationum diſcurſione diſcernens/id quod in hac uel illa actione poſitum eſt honeſtuꝫ eſſe uel turpe: Habes i uoluntate iuſtitiam/eligentem: ita ꝓſequi/ita fugere/ut ratio per mentis leges proſequendum iudicauit uel fugiendum: Habes in imaginatione eiuſqꝫ affectu nemeſiꝫ turpibus actionib⁹ uerbiſqꝫ ſuccenſenteꝫ/atqꝫ legitime indignantem: Similiter in deo lex iudiciuꝫ iuſtitiaqꝫ/⁊ nemeſis: ſed modo diuino: Diſtinctius ãt in deo quideꝫ lex angeliſqꝫ ſuperioribus. In anime uero mundane ratione/iudicium. In eiuſdem uoluntate iuſtitia. In angelis inferioribus ſeu demonibus mediis nemeſis. Utcunque diſtribuas hec omnia diuine legi mirabili quadaꝫ connexione ſubſeruiunt ad uirtutum premium/⁊ ſuppliciuꝫ peccatorum.

Quartus legum.

Athenienſis. Hoſpes. Clinia. Megillus.

ge iam/quam nam fore ciuitatem cogitare debemus? Neqꝫ uero nunc de preſenti eius nomine/aut de futuro iterrogo. Id enim forſan aut colonie auctor dabit/aut locus. Uel etiam fluuii aut fon

tis aut deorum qui ea in regione ſunt alicuius/ciuitatem nouam ſuo cognomine nuncupabit. Sed illud potius quero/utruꝫ maritima erit/an mediterranea. Cli. Diſtat fere hoſpes a mari hec/de qua loquimur/ciuitas/ſtadiis octuaginta. Ath. Portus uero/ſunt ne ꝓpe? an mare illud penitus importuoſuꝫ? Cli: Portuoſa eſt hoſpes ea regio/qꝫ maxime fieri põt. Ath. Heu/quid ais? Ager autem ille fert oia? An aliquorum indigus? Cli. Fert pene oia. Ath. Ciuitas uero aliqua ne illi ꝓxima? Cli. Non ualde/atque iccirco habitatores illuc conducere cogitamus. priſca enim quadaꝫ hominũ inde facta ꝓpulſione: magno temporis ſpatio iacet regio deſolata. Athe. Quo ad campos autem monteſqꝫ ⁊ ſyluas ꝑtinet quo pacto diſpoſita eſt? Cli. Similis eſt relique totius crete nature. Ath. Aſperam igitur ipſam potius ⁊ ſyluestrem qꝫ campeſtreꝫ eſſe dicis. Cli. Aio eqdē. Ath. Non eſt igitur ad acquirendam uirtuteꝫ incōmoda. Nam ſi mari ꝓxima eſſet ⁊ portuoſa/nec ferret omnia/ſed multarum rerum egeret: maximo ſibi ſalutis fundatore opus eſſet/diuiniſqꝫ leguꝫ latoribus/ne multos ac uarios mores/ſimulqꝫ prauos huiuſmodi regionis natura cōtraheret. Nūc uero iuuat/quia ſtadiis octuaginta remota eſt a mari: propinquior certe qꝫ oportet mari/eo ferme qd̓ portuoſior ē/ut ais. Satis tñ ⁊ hoc eſſe uidetur. ꝓfecto mare ciuitati proximuꝫ quotidiana quadam iocunditate eaꝫ afficit. Uerumtamē uicinitas ea nimium reuera ſalſa eſt atque amara. Nam cum mercibus ⁊ pecuniis cauponādo ciuitas repleatur/doloſi animi inſtabiles ⁊ infidos mores parit. Unde parum ⁊ ipſa ad ſeipſaꝫ ⁊ ad gentes alias fidem ⁊ amicitiaꝫ colit. Aduerſus hec tamē illud remediũ quod oia fert. Cũqꝫ ſyluoſa ſit ⁊ aſꝑa/licet oia ferat/nō tñ abūde oia. Nā ſi eēt ad oia ferax atqꝫ fecūdā ml'tũ auri atqꝫ argēti ex emiſſione reruꝫ colligeret. Qua una re nihil/ut breuiter dicam/pernitioſius eſt: ſi unum uni ꝯferas ad generoſos iuſtoſqꝫ mores. ut in ſuperioribus quoque ſi recordamur/eſt dictum. Cli. Recordamur quidem. Et illa tunc ⁊ nunc iſta recte dicta concedimus. Ath. Materia uero ad fabricandas naues/nunquid illic abundat? Cli. Neqꝫ illic abies eſt mentione digna: nec arbor picea. Cupreſſi iteꝫ copia parua: pinumqꝫ ⁊ platanum illic raram inuenies. Quibus neceſſario fabri nauium ad interiores nauium partes utuntur. Ath. Atque in his ēt non male ſe habet regionis ipſius natura. Cli. Quid ita? Ath. Quoniam operepretium eſt/ut ciuitas facile imitari hoſtes improba imitatione non poſſit. Cli. Cuius nam ſupradictoꝝ potiſſimũ gratia iſta dicis? Ath. Obſerua me uir preclare. Nempe illius gratia qd̓ eſt ab initio de cretenſium legibus dictum: quas uos ad unum aliqd. i. bellum aſpicere dicebatis. Ego autem adieci/eas qm̄ ad uirtuteꝫ quodāmodo referrentur/probe poſitas eſſe: quoniam uero non ad uniuerſam/ſed ad uirtutis parteꝫ ferme equidem non ualde laudabam. Nunc igitur me quoque uos in preſenti legum latione diligenter obſeruate: ſiquid/aut qd̓ ad uirtutem non ꝑtineat/aut quod ad parteꝫ ſolũmodo/legib⁹ ſancio. Eum quippe ſoluꝫ recte ferre leges exiſtimo: qui ueluti ſagiptarius illuc animum ſemper intendit: unde continuo aliquid ſemperqꝫ ſequatur eorum que bona ſunt: Cetera uero relinquit/ſiue diuitias ſeu huiuſmodi aliud: qd̓ a uirtutibus ſit ſeparatum. Imitationem uero hoſtium improbam tūc fieri dicebam: cũ iuxta mare quiſpiam habitans/ledatur ab hoſtibus. Quale illud fuit. Dicam enim/non tamen preterite iniurie commemorande ſtudio. Minos olim nauali copia fretus/crudele actice tributum impoſuit. Athenienſes uero nondum naues ut nunc ad belluꝫ paratas habebant: nec illa in regione arborum copia erat/unde naues facile fabricarentur. Quare non potuerunt/rerum imitatione naualium ipſi quoque naute facti ſtatim hoſtes tunc ſuos ulciſci. Meliuſqꝫ ſerum actũ eſſet/ſi ſepius ſeptem adoleſcentes amiſiſſent/qꝫ quod illis accidit perpeti. Nam pro terreſtribus firmiſqꝫ copiis/nauales facte conſueuerunt curſim naues inſilire: ac cito decedere/nihil turpe facere arbitrātes/cum non audeant hoſtium impetuꝫ expectare/ac mori: ſꝫ occaſiōes habeāt paratas/ut armis amiſſis/

minime/ut aiunt/turpiter fugiant. Huiusmõi
uero ex nauali bello uoces audire cõtingit/nõ
laude quidem ulla/sed uituperatione summope
re dignas. Nunquam enim malis moribus/ pre
sertim optimam ciuium partem assuefacere de
cet. Apud homerum quoque nauium refugium
hoc reprobatum uidetur. Ulixes namque aga
memnonem reprehendit/qui prelio grecis apõ
troianos occupatis naues in mare deducere iu
bebat. Quod moleste ferens ulixes ait. An iu
bes instante belli turbine bene tabulatis instru
ctas naues in altum deducere? ut troianis ad
uotum cuncta succedant: nos auteꝫ perniciosa
strages cladesqꝫ sequatur? neque enim graui se
se pugne committent / cum naues mari ad fugã
paratas aspicient: sed neglecto bello cedent:
atque inde uolabunt. Ubi quale consilium hoc
tuum fuerit/apparebit. Patet igitur homeruꝫ
quoque sensisse/obesse triremes ad pugnantiuꝫ
fugaꝫ paratas. Quippe uel leones his moribus
usi ceruos fugere consuescerẽt. Preterea ciui
tatuꝫ potentie que naualibus copiis frete/salu
tem consequuntur/haud quaquaꝫ honores opti
me bellicarum rerum parti retribuunt. Nam
cum arte gubernatoria/⁊ quinquaginta uiroꝝ
principatu/⁊ remigio/ uirorumqꝫ ⁊ uilium ho
minum opere res naualis geratur/non potest
quispiaꝫ recte honores singulis reddere. Quo
modo uero recte se habere ciuitas potest/si hoc
ipso priuata fuerit? Cli. Ferme ĩpossibile. Ue
rumtamen hospes nauale apud salaminam gre
corum aduersus barbaros prelium/uniuersam
nos cretenses greciaꝫ seruasse putamus. Ath.
Atqui multi istud tam grecorum q̃ꝫ barbarorũ
affirmant. Ego auteꝫ/o/amice ⁊ iste megillus
pedestrem in marathone ⁊ in plateis pugnam/
alteram principiuꝫ salutis/alteram fineꝫ fuisse
dicimus. ⁊ his quidem pugnis meliores grecos
factos fuisse/aliis nõ meliores: ut ita d̃ preliis
quibus tunc pariter seruati sumus/dicamus.
Bello enim apud salaminam gesto/illud addo/
quod in artemisio omissuꝫ fuit maritimũ. Ueruꝫ
spectantes nunc ciuilis discipline uirtutem/⁊
regionis naturam/⁊ legum ordinem considera
mus. Non eniꝫ seruari ac esse solum hominibus

summo in pretio habenduꝫ existimam᷒/ut nul
gus putat: sed ut q̃ꝫdiu sunt/optimi sint. Qd̃
⁊ in sup̃ioribus/ut arbitror/a nobis ẽ dictuꝫ.
Cli. Dictum plane. Ath. Id itaqꝫ tantuꝫ ani
maduertamus: si eandẽ ipsam agamus uiaꝫ que
ciuitatibus optima sit in constituẽda habitatio
ne legibusqꝫ ferendis. Cli. Mirum ĩ modum.
Ath. Dic ergo quod sequitur: que multitudo
habitura coloniã sit: Utrum quicunque uelint
ex tota creta: quasi magna in singulis ciuitati
bus turba sup̃fluat? An ad ipsius agri uires ele
cti? Non enim uolentes ex grecis omnes colli
gitis. Et si non nullos uideo ex argis ⁊ egina
aliisqꝫ grecie p̃tib᷒ regionẽ hãc habitare. Sed
ĩ presenti mihi dicas: unde futura sit nobis ho
rum nunc ciuium multitudo. Cli. Ex uniuersa
creta futuram existimo: ⁊ inter grecos alios/
qui ex peloponnesso ueniẽt/maxime ut opinor
recipientur. Quoduc modo dicebas/uerum ẽ/
ex argis. s. istos esse. Eteniꝫ quod maxime mõ
hic genus laudatur/gortynicum est. Quod ex
ipsa peloponnessiaca gortyne/huc migrauit.
Sed non facilis equaliter ciuitatib᷒ habitatio
solet fieri/quando examinum more non agitur
ui genus unum amicuꝫ inter se ab amicis ueniẽs
ex una quadã regione aut agri angustiis pressuꝫ
aut alia huiusmodi necessitate coactum in alie
na commigret. Quandoqꝫ uero accidit ut ciui
tate seditionibus agitata alio ciuium pars una
secedat. Uniuersa etiã ciuitas bello uicta quan
doqꝫ simul fugisse reperitur. Hec auteꝫ omnia
partiꝫ facilia sunt/ut noua ĩ habitatione dispo
nantur/⁊ legibus denuo positis gubernẽtur/
partim etiam difficilia. Nam quod genus unuꝫ
est unius lingue earumdemqꝫ leguꝫ/cum sacro
rum ⁊ huiusmõi omnium communionem hẽat/
amicitia quidem inter se aliqua copulatur: sed
leges alias/gubernationisqꝫ modum a pristino
discrepantem non facile suscipit. Quod uero
propter legũ improbitatem seditionibus conci
tum fuit/cum primos illos pp cõsuetudinẽ qui
bus corruptum est mores desideret/durum se
⁊ inobediẽs gubernãti legesqꝫ ponenti affert.
Quod autem ex uariis confluxit generibus/li
bentius fortasse nouas leges audiet: sed arduũ

est omnino ⁊ longo tẽpore indiget/ut conspi
rare: ⁊ tanquã sub uno iugo equi/unuꝫ idemqꝫ
ut dicitur/efflare possit. Sed enim legum san
ctio ciuitatisqꝫ constitutio est ad uirorum uir
tutem/omnium perfectissima. Cli. Probabile
id quideꝫ: sed clarius expone bone uir/quorsuꝫ
id dixeris. Ath. Dum ⁊ considerare legum la
tores et laudare uellem/ad uile quid dictu ui
deor lapsus. Qd̃ tamẽ si oportune dicatur/ni
hil negocii dabit. Quid ergo me turbat? Ita
pene omnia humana se habere uidentur. Cli.
Qua de re dicis? Ath. Dicturus eram nul
lum unquam hominuꝫ aliquid lege sancire: sed
fortunas casusqꝫ uarios incidẽtes/leges nobis
per omnia ferre. Aut eniꝫ iminentis uiolentia
belli/priorem p̃uertit rem. p. legesqꝫ mutat:
Aut summa quedaꝫ penuria. Morbi quoqꝫ mul
ta innouare compellunt: Pestis etiam diutina
multorumqꝫ annorum incommoda ⁊ importu
na tẽpestas. Hec siquis animaduertat: non ue
rebitur ideꝫ quod ego nunc/exclamare: morta
lium neminem leges condere: sed humana oĩa
fortunis agi. Quod siquis in nauigatione/gu
bernatione/medicina/militari impio affirma
uerit/recte ui d̃bitur dicere. Sꝫ rursus ⁊ istud
similiter de iis ipsis bñ dicitur. Cli. Quid nã?
Ath. Deum quidem omnia: et fortunã oportu
nitatemqꝫ simul cum deo cũcta humana guber
nare. Mitius tamen concedendum/tertium su
periora/arteꝫ uidelicet sequi. Tempestate eiꝫ
iminente multum interesse arbitror/guberna
toriam habeas artem/nec ne. An quomodo di
cendum? Cli. Ita prorsus. Ath. Non ne ⁊ in
aliis eadem ratio? Atqui et legum lationi ideꝫ
est tribuendũ: ut concurrentib᷒ aliis quecũqꝫ
ad felicem regionis habitationem conducunt/
legis lator ueritatis compos ciuitati ipsi non
desit. Cli. Uera loq̃ris. Ath. Non ne qui ĩ sin
gulis illoꝝ artẽ hẽt precari poterit: ut aliq̃d a
fortuna sibi feliciter adsit/nec alia re preter q̃ꝫ
artificio opus sit? Cli. Ualde. Athe. Ceteri
quoqꝫ oẽs/quos mõ diximꝰ/siq̃s quesierit/suas
preces uotaqꝫ aperient. An non? Cli. Plane.
Ath. Idem ⁊ legis lator/ut arbitror/faciet.
Cli. Sic puto. Ath. Age itaqꝫ sic euꝫ interro

gemus. O legis lator/Qualem tibi ciuitatem
tradi desideras: ut ipse ex reliquis postea suffi
cienter eam disponere possis? Quid recte de
inde dicetur? An legum latoris responsio af
ferri debet? Cli. Utique. Athe. Tyrannidi
subiectã mihi tradite ciuitatem dicet. Tyran
nus ãt iuuenis sit/memoriosus/acutus/fortis/
naturaqꝫ magnificus. Et quod ĩ superioribus/
omnes uirtutis partes sequi debere dicebamꝰ/
id animo quoque tyrannico insit: siquid modo
cetera profutura sint. Cli. Temperantiaꝫ mi
hi uidetur hospes/o/megille dicere tyrãni ani
mo inesse oportere. Nõne? Ath. Popularẽ/o
clinia dico. non temperantiam illam/quam ex
tollens aliquis prudentiaꝫ apellandam eẽ mon
straret. sed eam ipsam affectionem: q̃ in bestiis
⁊ pueris illico apparet innata: ut alii ad uolu
ptatem proniores/continentiores alii nati eẽ
uideantur. Quam quidem continentiã a bonis
aliis separatã/paruifaciendã esse duximus: Te
netis qd̃ dico? Cli. Maxime. Ath. Hãc ergo
naturam ad superiores illas nature qualitates
tyrannus habeat: si debet ciuitas celerime ⁊
optime prout possibile est eam gubernationem
assequi: qua felicissime uiuat. Nulla enim uelo
cior/nulla melior dispositio ciuitatis/aut est/
aut esse potest. Cli. Quomodo uero ⁊ qua ra
tione hospes/id asserens aliquis/recte dici sibi
quispiam suadebit? Ath. Facile intellectu est
o/clinia/hoc ita natura esse. Cli. Quid ais?
Nunquid esse illud asseris/si tyrannus iuuenis
sit: temperatus/ingeniiqꝫ acumine ⁊ memoria
pollens/fortis/magnificus/atque felix? Ath.
Adde nihil aliud / nisi ut tempore suo /laude
dignus legis lator repiatur: ⁊ fortuna quedaꝫ
eos in idem cõducat. Hoc enim si decesserit/
omnia ferme deus dederit: que dare solet/quo
tiens ciuitatem aliquam felicem maxime uult
fore. Deinde/si duo tales principes sint. Ter
tio loco si tres. Et successionis eadem ratione
seruata eo difficiliꝰ/quo plures: atqꝫ contra/
quo pauciores/eo facilius. Cli. Ex tyrannide
optimam fieri rem. p. affirmare uideris: cum
summo certe legis latore/modestoqꝫ tyranno
facilime ⁊ celerime ex illa in hanc mutationeꝫ

fieri. Secundo ex paucorum potētia. Tertio ex populari. An non ita? Ath. Minime. Sed ex tyrānide primo. Deinde ex regia gubernatione. Tertio ex quadam populari potentia. Postremo paucorum potentia optime rei. p. generationem difficilime suscipit. Plurimi enim in ipsa potētes sunt. Tūc uero hec fieri dicimus/ cum uerus natura legum conditor inuenitur: ⁊ ei potentia quedam communis cum illis contingit: qui plurimum in ciuitate possunt. Ubi autē paucissimi quidem numero sunt/ potētia uero summi/ quod tyrannidi accidit/ ibi celer ⁊ facilis fieri mutatio solet. Cli. Quo pacto? Non enim intelligimus. Athe. At uero non semel id a nobis/ sed sepius/ ut opinor/ ē dictū. Uos āt fortasse ciuitatē tyrānide pressaꝫ nunqꝫ uidistis. Cli. Ego quidem uidere eam minime cupio. Ath. Atqui quod modo diximus/ in ea inspicies. Cli. Quid nam? Ath. Qō non multo labore nec longo tempore tyrāno opus sit/ ciuitatis mores mutare uolenti. Nam siue ad uirtutis officia siue contra ciues perducere uelit/ ipse primus uiam per quaꝫ sequantur ceteri ingrediatur oportet: omniaqꝫ in seipso primū expressa prescribat: agendo alia quideꝫ laudās atqꝫ honorans/ alia uero uituperās: ⁊ eos qui non obediunt in singulis actionibus semper dedecorans. Cli. Quomodo uero ubiqꝫ magnum quid aut arduum existimabimus: ut ciues eum statim sequantur: qui ita suadet ⁊ cogit? Athe. Nemo uobis persuadeat/ o/ amici/ aliter unqꝫ citius ⁊ facilius qꝫ principum exēplo leges i ciuitate mutari. Neqꝫ aliter ocius aut fieri nūc existimetis/ aut futurum. Profecto hoc nobis neque impossibile est/ neqꝫ factu difficile. Sed illud difficile factu est/ raroqꝫ longo in tempore factum. Quod siquando contigerit/ innumera ciuitati cui eueniet ⁊ imensa bona efficiet. Cli. Quid illud? Athe. Siqñ diuinus amor temperate iusteqꝫ agēdi magne potentie inascatur: que aut i unius/ sita sit potestate/ aut i plurium principatu diuitiis uel nobilitate generis excellentiū: aut siquando naturaꝫ nestoris qs reduxerit/ quē ⁊ dicendi facundia ⁊ temperantia uite multo magis omnibus excelluisse ferūt/ qualis quidem uir troie temporibus fuisse dicitur/ nostris autem minime/ si inquā talis quandoqꝫ uir fuit/ aut erit/ aut nunc inter nos ē aliqs: ⁊ ipse beate uiuit: ⁊ illi quoqꝫ beati sunt: qui fluētia ex ore modesto audiūt uerba. Eadē quoque de uniuersa potentia ratio ē: qō uideli cet cum in eodem homine bene cum prudentia ⁊ temperantia simul/ potētia summa conuenerit/ tunc demum gubernatiōis optime/ optimarumqꝫ leguꝫ elucebit origo. Aliter āt nunqꝫ. Uerum hec tanquam fabula quedam oraculorū ritu dicta sint: ostensumqꝫ sit/ partim difficile esse/ ciuitateꝫ bonis fundari legibus/ partim uero si contigerit id quod diximus/ longe omniū facilimuꝫ ⁊ breuissimi tēporis opus. Cli. Quo pacto? Ath. Sed conemur iam ciuitati tue rē omnem accomodātes tanquaꝫ seniores pueris/ leges oratione cōfingere. Cli. Aggrediamur iam id sine mora. Ath. Deum in primis ad ciuitatis constitutionē inuocemus. Qui utinā audiat: exaudiensqꝫ ꝓpitius ⁊ benignus nobis adueniat: una nobiscum ciuitateꝫ ⁊ leges exornaturus. Cli. Ueniat opto. Ath. Sed qualeꝫ nam disciplinā ciuitati tradere uolumus? Cli. Utrum popu.li potestatem/ uel paucorum/ uel optimatuꝫ uel regnum. Neqꝫ enim tyrannidem te dicere arbitramur. Ath. Age iam uter uestruꝫ prior mihi respondere uult: que naꝫ ex his sue patrie res. p. est? Me. Num par est/ quia senior sum/ ut ipse prior respōdeam? Cli. Forte. Me. Cū lacedemonicaꝫ hospes rem. p. mente reuoluo/ non facile tibi possuꝫ dicere: quomodo sit apellanda. Etenim tyrannidi similis esse uidetur. Nam ephororum potestas mirum i modum ibi tyrannica. Non nunquaꝫ tamen pre ceteris ciuitatibus populari gubernationi apparet simillima. Negare autem eam eē optimatū rem. p. omnino absurdum. Regnum quoque in ea ꝑpetuum: qō omniū antiquissimū tam a ceteris hominibus qꝫ a nobis ipsis eē dicitur. Quare ita subito interrogatus/ reuera ut dicebam/ non possum in presentia tibi/ distincte que illarum sit respondere. Cli. Mihi quoqꝫ megille pinde ac tibi contigisse uidetur. Nescio enim quam

illarum potissimum gnosiam esse affirmem rem pub. Ath. Uere enim/ o/ uiri optimi rei pub. uos participes estis. Que auteꝫ modo nominate sunt/ non res. p. sed urbiū habitationes quedam sunt: in quibus pars una seruit alteri dominanti/ ⁊ a partis dominantis potētia/ tota nomen accipit gubernatio. Oportebat autem si hoc modo nominanda sit ciuitas/ dei ipsius nomine nuncupari/ qui illoruꝫ qui mentis compotes sunt/ uerus est dominus. Cli. Quis autem iste deus? Ath. An fabula paulisper utēdum/ si uolumus commode quod modo quesitum est/ declarare? An nō sic faciundū? Cli. Sic oio. Ath. Multo ante habitationes urbium/ de quibus in superioribus facta nobis mentio est/ principatus quidam ⁊ gubernatio sub saturno ualde felix fuisse dicitur: Cuius imitationem quandam habet: que nunc ab optimatibus gubernatur. Cli. Attentius ergo ō ipsa/ ut uidetur/ est audiendum. Athe. Mihi quidem ita uidetur: proptereaqꝫ in mediuꝫ modo ꝓduxi. Me. Recte tu quideꝫ: ac probe facies/ si sequētem fabulam quatenus conuenit/ exposueris. Ath. Faciam ut dicitis. Fama profecto beate illius uite ad nos usque peruenit: copiosa ipsaꝫ omnia/ suaqꝫ sponte parata habuisse: Cuius rei causa fuisse hec traditur. Cum intelligeret saturnus/ quēadmoduꝫ ipsi narrauimus/ nullam hominis naturam res humanas ita gubernare posse/ ut si omnibus arbitratu suo dominetur/ lasciuiori superbia iniustitiaqꝫ non repleatur: cum hec inquam non ignoraret/ non homines sꝫ diuinioris prestātiorisqꝫ generis demones/ ciuitatibus nris reges pricipesqꝫ prefecit: qō nunc nos in ouium gregibus aliorumqꝫ cicuruꝫ armentis facimus. Non enim bobus boues/ nec capris capras preficimus: sed nos ipsis genus melius dnāmur. Similiter deus hoies amās genus demonum generi nostro prestantius nobis prefecit. Quod summa tam sua qꝫ nostra facilitate nostrarum rerum curā habebat: pacemqꝫ ⁊ pudicitiam/ libertateꝫ ⁊ iustitie copiam prebens/ procul a seditione ac felix hominum reddebat genus. Hic utique sermo ueritate usus asserit/ ciuitatibus omnibus/ quibus non deus/ sed mortalis aliquis dominetur/ nullam unquā malorum laborumqꝫ fore quietem. Sed omni studio imitari nos iubet uitaꝫ/ q̄ sub saturno fuit: ⁊ quantū in nobis est imortalitatis/ ipsi obtemperātes/ priuatiꝫ ⁊ publice domos ciuitatesqꝫ gubernare: ipsā mētis distributōeꝫ/ legē nuncupantes. Nam si homo unus aut paucorum aut etiam populi potestas/ uoluptati ⁊ cupiditati deditum animum habeat/ hisqꝫ repleri desideret/ cumqꝫ id minime assequatur/ inexplebili iextinguibiliqꝫ ardore ⁊ isanabili morbo uexetur/ dominetur autem ciuitati aut priuatis nō nullis/ statim spretis legibus/ non est ut modo dicebamus/ spes ulla salutis. Cōsiderare decet o/ clinia utrum huic rationi credendum sit/ an aliter faciendūꝫ. Cli. Necesse est ut credamus. Ath. Perspicis tot legum species/ quot ⁊ gubernationum/ a qbusdā existimari: gubernationum uero species/ quot multi ponūt/ paulo ante narrauimus. Neque de re uili nunc/ sed de maxima nobis esse questionem existimes. Nam quo iustum ⁊ iniustum respicere debeat/ rursus in ambiguitatem incidit. Nec enim ad bellum nec ad omnem uirtutem referri leges debere aiunt: sed ad illud potius quod ꝯstitute rei. p. conferat quecūqꝫ illa sit/ ut dominetur semꝑ/ nec pereat: Iustiqꝫ ōfinitionē sic natura optime se habere contendunt. Cli. Quo pacto? Ath. Quod potentiori confert. Cli. Aptius dicito. Ath. Sic accipe: leges ut aiunt semꝑ in ciuitate ponit/ quod dominatur. Non ne? Cli. Utiqꝫ. Athe. Nunqd existimas inquiunt uel populum superantem/ uel aliam quampiam rem pub. uel tyrannum/ ad aliud prius sponte leges laturum qꝫ ad utilitatem suam/ hoc est: sui pricipatus stabilitatē. Cli. Non ad aliud. Ath. Siquis autem huiusmodi leges transgrediatur iam positas/ ut iniquus punietur ab eo qui has institutiones induxit/ iustasqꝫ apellat. Cli. Sic apparet. Athe. Sic itaque iustum se semꝑ habebit. Cli. Sic sane hec asserit ratio. Athe. Una ꝑfecto hec iniquitas ex illis ē/ que de principatu sunt. Cli. Ex quibus? Ath. Ex his inquam/ quas supra narrauimus/ quos quibus imperare oporteat/ exponentes. Diximus autē

parẽtes filiis atqʒ nepotibus: seniores iunioribus: generosos ignobilibus dominari debere: ⁊ alia quedam si tenetis: quorũ aliis alia impedimento sunt. Ex qbus unuʒ hoc erat. Adiecimusqʒ pindarum existimare / secundum naturã ac iustum imperium esse / ut potentiora imbecillioribus dominentur. Cli. Hec certe tunc dicta fuerunt. Ath. Cõsidera iam quibus nostra ciuitas committenda. Milies nãqʒ in ciuitatibus non nullis id ɔtigit. Cli. Quid nã? Athe. Cũ de pricipatu certatũ eẽt q uicerũt / adõ ad se solos rẽ cõtraxerunt: ut nullũ uictis eorũqʒ posteris magistratũ cõcesserint: cauentes semper ne quis ex uictis / potentiaʒ adeptus / insurgat priorum memor malorum. Has quideʒ nos negamus esse res. p. neque censemus rectas eẽ eas leges: que nõ sint communiter totius ciuitatis gratia posite. Qui autem aliquarum partium gratia leges condunt / eos non ciues / sed seditiosos putamus: ⁊ iura sua frustra sic ab eis uocari censemus. Hec auteʒ eam ob causam dicimus: quia nos tua in ciuitate non ideo magistratus alicui dabimus: quod diues sit: aut huiusmõi quicquam possideat / ut robur / magnitudinem / generis claritatem. Si uero qui positis legibus parebit maxime: ⁊ hac re ceteris in ciuitate prestabit / deorum quoque cultum ⁊ ministerium dabimus: maximũ quidem primo: secundum uero illi qui secundo loco excellet. Eademqʒ ratione sequentibus / singula pro dignitate distribuemus. Magistratus auteʒ legũ ministros apellaui: non quia innouare uocabula cupiaʒ: sed quia putem salutem hinc maxime ciuitati fore / ⁊ contrariuʒ ex cõtrario. Interitũ enim paratuʒ illi ciuitati uideo / i qua nõ lex magistratib⁹ / sed legi magrãt⁹ presũt: Salutẽ uero illi ubi lex / seruientibus magistratibus dominatur. Cuncta certe bona que dii ciuitatib⁹ prebẽt / huic affore cerno. Cli. p iouẽ hospes acute / ut etas tua postulat / pspicis. Iuuẽis. n. hec obtuse admõum / senex acutissime cernit. Me. Vera loqueris. Ath. Quid uero deinceps? Nõne uenisse iam ac adesse colonos arbitrari dbem⁹ / reliquũqʒ ad eos sermonẽ pagere? Cli. Quid prohibet? Athe. Sic itaqʒ ad eos dicamus. Deus / o / uiri / sicut antiquus quoque sermo testatur / principium / finem / ⁊ media rerũ oium continens recta / peragit secundum naturam circuens. Hunc semper indiciuʒ comitatur / eos qui a diuina lege desciuerint puniens. Cui quideʒ indicio quicunque felix futurus est adherẽs humilis subsequitur atque cõpositus. Qui autem superbia elatus est / quod pecunia uel honoribus antecellat / uel corporis forma polleat / qua cum iuuenilis animus dementia simul ardeat ⁊ petulãtia: quasi nec principe nec duce ullo indigeat / sed aliorum ipse sufficiẽs ductor sit / is penit⁹ a deo deseritur. Desertus autem ⁊ alios huiusmodi nactus / exultat / omnia simul perturbans: multisqʒ uidetur minime cõtemnendus: breui tamen postea inculpabili dei punitus iudicio / seipsum / domum suam / ciuitatemqʒ uniuersaʒ simul euertit. Cum hec igitur ita disposita sint / qd facere ⁊ cogitare / quidue cauere / prudentem oportet? Memini dubiuʒ / quin cogitare quisqʒ debeat qua ratione ex eorum nũo sit q deũ sequantur. Que nam igitur actio a deo amatur / deũqʒ seqtur? Vna certe / ratõeʒ unã ãtiquã habens atqʒ precipuam: Qõ simile simili / quod moderatum sit / amicum est. Immoderata uero neque inuicem neque moderatis sunt amica. Deus profecto nobis rerum oiuʒ maxie sit mẽsura: multoqʒ magis qʒ quiuis ut ferũt homo. Qui igitur huic tali amicus fore studet / euʒ necesse ẽ / ut qʒ maxime pro uirib⁹ talis efficiatur. Atqui secundum hanc rationẽ quisquis hominum temperatus est / deo est amicus. Similis enim. Intemperatus autem / dissimilis / differẽs / ⁊ iniustus: Ceteraqʒ similiter. Sed intelligamus ad hec rationem illam sequi omnium rationum / ut arbitror / pulcherimam atqʒ uerissimã: qõ bonũ uirũ decet sacrificare diis ⁊ interesse diuinis. Nẽpe illos proseq̃ui / orationibus / munerib⁹ / alioqʒ cultu diuino / pulcherimũ / optimũ / cõmodissimũ ad beatã uitã: Idqʒ pre ceteris ẽ decorũ. Malo aũt ɔtra ɔtingũt oia. Impurus eiʒ mali ẽ aius: boni autẽ purus. Ab impuro ãt cape munera / neqʒ bonũ uirum neqʒ deum decet. Frustra itaqʒ circa deos pfani laborãt: qõ oportune faciũt oms sancti.

Atqui signum quidem hoc est / quo aciem debemus intendere. Sagipte uero ad illud q̃ nã? ⁊ quis proprius ipsarum impetus / rectissime diceretur? Principio post celestium / ciuitatiqʒ presidentium deorum honores / siquis terrestribus diis / paria / secunda / precipua munera tribuat / rectissime signum ipsum pietatis attinget. Que uero horum supra positorum imparia / ⁊ alterna uoce respondentia supradictis / post deos istos demonibus uir mentis cõpos sacrificabit: heroibusqʒ post demones. Sequntur statue patriorum deoruʒ proprie secundum legem consecrate. Demum uiuentiũ cultus parentum: quibus phas est / prima ⁊ maxima debita / omnium antiquissima debitorum persoluere. putare. n. quisque debet / omnia que possidet / eorum esse qui genuerunt ⁊ educarunt, ita ut illis hec omnia pro uiribus ministrare debeat / primum quidem externa bona. deinde etiam corporis: postremo que ad animum pertinet: hec omnia uidelicet mutuo data persoluens: ⁊ pro curis doloribusqʒ priscis parentum / in senecta recedentes reddens / quã do maxime indigent. In uerbis quinetiam per totam uitam parentes uenerari maxime decet. Leuium enim uolatilium qʒ uerborum grauissima imminet pena. Nam omnibus preposita est Nemesis indicii angelus / huiuscemodi omnium consideratrix. Oportet itaqʒ iratis animumqʒ explentibus cedere / seu uerbis siue re id faciant. non ignorantes patrem iure admodum filio ualde succensere. siquando ab eo iniuriam sibi fieri arbitretur. Mortuis uero parentibus monumenta decentissima / que temperatissime structa. Neqʒ consuetam magnitudinem oportet excedere: neque minora illis facere / que maiores genitoribus suis struebant. Animas quoque curas defunctorum / que ornamentum afferunt instaurare decet / ⁊ noua quotidie repetita memoria semper parentes summopere honorauere / impendio moderate pro fortuna utentes. Si hec seruabimus / uitamqʒ semper ita agemus singuli / digna / a / diis ceterisqʒ natura nostra superioribus omnibus premia reportabimus: plurimum bona cum spe uiuentes. Que uero erga filios ⁊ nepotes. consanguineos. Amicos. ciues. peregrinos: deos semper colendo in congressum horum omnium operari quisque debeat: atque ita uitam suam secundum legem illustrare: legum ipsarum tractatio demonstrabit: partiʒ quidem suadendo / partim uero duriores mores / ui supplicioqʒ cogendo / atqʒ ita ciuitatẽ nostram / fauentibus diis / felicem beatamqʒ efficiet. Que uero oportet rursus ⁊ necessarium est ut legis lator / qui eadem exagitet q̃ ⁊ ego / edisserat / neqʒ tamen sub ipsa legis forma commode dici posse uidentur / horum exemplum inprimis tam ipsi legũ latori qʒ lege instituendis arbitror afferendum: deinde legum positionẽ incipiendam / reliqua omnia pro uiribus discutiendo. Talia uero quam maxime figuram habeant haud sane facile una quadam formula comprehendi potest. Sed ita de ipsis modum aliquem capiamus / siquid de ipsis asseuerare possumus: Cli: Dic age quem modum: Athe: Vellem equidem eos ad uirtutis officia persuasos maxime ⁊ obtemperantes esse: idqʒ legis lator iacere ubiqʒ conabitur: Cli: Quid ni? Athenie: Que igitur dicta sunt non nihil ad illud conducere mihi uidentur: ut si nõ crudus omnino audientis animus sit / mitior beniuolentiorqʒ in audiendis preceptis efficiatur. beniuolentior uero factus / facilius perdiscat: quod si non omnino peragatur / aliquo saltem modo factum / satis esse putanduʒ est. Non enim magna est eorum copia / qui optimi qʒ maxime ⁊ celerime conentur euadere. Hesiodum uero sapientem multi predicant cum dicat uiam ad uitia planam esse: ac sine sudore peragi / cum breuissima sit. Ante uirtutem uero inquit sudorem dii in mortales posuerunt. Ac uia que ad eam ducit / longa / ardua / ⁊ aspera primum. sed postquam ad summa fastigia peruentum est / que ardua uia fuerat / facilem prestat callem: Clinias: bene dicere uidetur: Atheniensis: Ita certe est. Verum quo sermonis spectabat

progressio/ uolo in medio uobis proponere: Cli: Ponas: Athe: Orationem ad legis latorem sic uertamus. Dic nobis. o. legis lator/ Si scires quid agendum dicendumq; nobis sit non ne diceres? Cli: Necessario: Athe: An non paulo ante te dicentem audiuimus non debere legis latorem poetis permictere/ ut quecumq; sibi placent/ effingant. Non. n. intelligunt/ que dicta contra leges noceant ciuitati: Cli: Vera loqueris: Athe: Si de poetis hec adeum dixerimus/ erunt/ ne nobis modeste dicta? Cli: Que nam hec? Athe: Vetus o legis lator fabula passim/ a/ nobis fertur: atq; / a/ ceteris omnibus confirmatur/ poetam quando in muse tripode sedet: non esse mentis compotem sed quasi fontem fluere: et quecumque influunt/ prorsus effundere. Cumque ars eius imitatio quedam sit/ et contrarios affectus hominum exprimat/ sepe cogi poetam sibi ipsi contraria dicere: neq; scire utrum hec an illa uera sint: Legis latori autem nõ licet duo quedam diuersa de uno in lege loqui: sed unu; debet semper enunciare de uno. Id autem ex his que modo dicebas animaduertes. Cum se pulchrorum alia excedant: alia deficiant/ alia medium teneant/ mediocria tu simpliciter laudasti/ fieriq; sola iussisti. Ego autem si uxor mihi ditissima esset/ iuberetq; ut eam magnifice sepellirem in poemate excedens sepulchrum laudarem. Pauper autem uir atque auarus/ deficiens. Qui uero mediocres diuitias possidet si ipse quoque moderatus sit/ medium laudabit Sed tibi non ita dicendum sicut dicebas modo/ ut scilicet mediocre solummodo dicas/ sed quid quantumq; mediocreq; sit/ exponendum. Aliter ne putes orationem huiusmodi legem esse: Cli: Vera loqueris: Athe: Utrum qui legibus condendis incumbit/ nihil tale in legum exhordio dicet? Sed statim quid faciundum sit/ et quid non/ exponet: mulctaq; imposita/ ad aliam se legem uertet? nulla ratione ad exhortandum persuadendumq; allata. Afferamus autem in medium modos medendi duos/ quibus alii medici aliter curare consueuerunt. Ut quemadmodum pueri medicum orãt ut modo quodam facilime eos curet/ Ita et nos legum latorem. Quod ut fiat apertius/ nonne dicimus quosdam medicos esse/ et quosdam medicorum ministros? quos etiam medicos appellamus: Clini: Sic omnino: Athe: Siue liberi sint seu serui/ qui dominorum iussu/ consideratione/ usu/ et experientia artem possideant/ non autem secundum naturam: sicuti liberi/ qui et ipsi sic didicerunt: et suos filios instruunt. An ponis duo hec genera medicorum? : Cli: Quid prohibet? Athe: Num igitur intelligis cum serui et liberi in ciuitate egrotent: seruos/ a/ seruis plerumq; curari? Qui et in medicorum officinis uersantur et omnia circuunt: nec rationem ullam de singulis seruorum morbis aut reddunt aut accipiunt: sed que usu prodesse uidentur/ quasi exacte scientes tyrannorum instar superbe et pertinaciter imperant. atq; ita/ a/ seruo ad seruum medentes transuolant. In quo sane ad curandos egrotantes domino facilitatem parant. liber autem medicus liberorum ut plurimum morbos curat atq; õsiderat. ita/ ut a pricipio morbi naturam perquirat: communiterq; cum egrotante atq; eius amicis uersetur/ tum discendo ab illis non nihil/ tum quo ad fieri potest docendo: nec antea imperat quicq; q; persuaserit. Atq; ita persuadendo semper mansuete ad sanitatem perducere egrotantes conatur. Uter melior est et medicus et exercitator? qui sic/ an qui modo illo medetur atq; exercet? Qui uidelicet dupliciter uim unam perficit? An qui simpliciter? Et cum qui deterior ex duobus atq; atrocior modus est/ exsequitur: Cli: Multum prestat hospes qui hoc dupliciter peragit: Athe: Uis ergo duplex hoc atq; simplex quomodo in legibus ferendis fiat/ consideremus? Cli: Uolo equidem: Athe: Dic age p deos/ quã legis conditor primã legẽ cõscribet? An non secundum naturaz primum generationis in ciuitate principium ante omnia legibus exornabit? Cli: Plane Athe: Principium autem generationis omnibus ciuitatibus nuptiarum conuentus atq; communio: Clinia: Utique: Atheniensis.

Quare si nuptiales primum leges ponantur/ bene ad omnem ciuitatem recte constituendam posite uidebuntur: Cli. Sic est omnino: Ath: Simplicem ergo primum dicamus: que sic se forsan habebit. Uxorem quisq; / a/ trigesimo anno usq; ad trigesimum quintum ducat Si non duxerit/ pecunia mulctetur atq; dedecore/ pecunia quidem tanta uel tanta/ dedecore autem tali quodã uel tali. et simplex quidem lex de nuptiis talis sit. duplex autem talis. Uxorem ducere quisq; debet/ ab anno trigesimo. ad trigesimum quintum. cogitans quod natura quadam humanum genus quodammodo immortalitatez consequitur. Cuius rei quisq; natura summopere cupidus est. Nemo. n. est qui non desideret perpetuum apud posteros nomen habere. Genus itaq; hominum immortale hoc modo in sempiternu; perdurat: quod filiorum filios relinquendo unum et idem semper p generationem immortalitatem adipiscatur. Nephas autez est immortalitate seipsum sponte priuare. Hac uero ex animo ille se priuat/ qui filios et uxorem negligit. Quicunq; legi huic obtemperauerit/ indemnis esto. Qui uero non paruerit/ et quinque. ac triginta. ãnos natus uxorem non duxerit/ ne solitariam uitam lucro sibi et uoluptati fore censeat/ tanta i annos singulos mulctetur pecunia. neq; corũ particeps honorum sit/ quos iuniores quotidie in ciuitate senioribus exhibẽt duabus his legibus inuicem comparatis de singulis iudicare licet/ utrum oporteat eas duplices longitudine q; breuissima conscribere ut persuasiones simul interponantur et mine. an minis uti solum. et simplices longitudine leges condere: Me: Laconici moris est hospes breuiora semper eligere. Siquis autem in his me iudicem faceret/ ut eligere mihi liceret ex his utram uelim legẽ in ciuitate/ longiorem eligerem. In ceterisq; legibus omnibus si duo hec proponãtur ad hoc ipsum exemplar/ idem facerẽ. Oportet tamen presentes leges et clinie huic probari. huius enim ea ciuitas est: cuius usui leges iste condũtur: Cli. Probe tu quidem Megille: Athe: De prolixitate quidem uel breuitate scribendi curare nimis ineptum est. Non enim breuissima aut longissima/ s; optima sunt ut arbitror eligenda. Atqui et in legibus paulo ante propositis/ non duplicitate solum altera magis q; altera ad uirtutem confert/ sed quod de duplici medicorum genere dictum est/ rectissime est appositum. Quod quidem legis latorum nullus unquam cogitasse uidetur. Nam cum liceat duobus quibusdam ad ferendas leges/ ui persuasioneq; uti: ad turbam discipline expertem quoad possunt altero solum utuntur. Non enim persuasioni minas coniungunt. sed uim puram solummodo inferunt. Ego autem o Uiri beati tertium quiddam etiam faciũdum in legibus uideo: quod fieri nusquam uidemus Cli: Quid nam? Athe: Quod per ea de quibus disseruimus nobis deo quodam adspirante factum est. Mane enim disputare de legibus cepimus: et iam meridies est. et hoc ameno in loco commodissime requiescimus: de legibus solummodo disputantes. Et nunc primum tractandarum legum principium facere mihi uidemur: Superiora uero cuncta exordia legum erant: Quorsum hec? quia uolebam dicere/ quod sermonem omnium/ ceterorumq; quibus uocis imitatio est/ exordia sunt et quasi quedam preludia: que artificiosam aliquam et utilem ad rem dicendam tractationem habent. Nempe illis que citharedici cantus leges uocantur: et relique muse/ prohemia mire adinuenta proponuntur. Uerarum autem legum/ quas ciuiles esse dicimus. nemo unquam prohemium aliquod aut pronunciauit/ aut cõscriptum i lucem protulit: quasi nullum natura sit. Nobis autem mora hec et disputatio nostra esse aliquid significare uidetur. Leges autem que modo duplices apellate sunt/ non duplices sunt simpliciter/ sed duo quedam/ lex/ ac legis exordium. Atq; ea quam tyrannico et medicoru; seruilium imperio comparauimus lex mera est. Quod uero ante positum fuit dictũ/ ab hoc psuasoriũ reuera ad psuadẽdũ spectat qđ: sed uim habet exordii: Nã ut beniuolẽtius audiat legis latoris imperiũ/ q lex est/ et

propter hoc facilius suscipiant cives / iccirco tota illa oratio habita ẽ: q̃ ad persuadendum est inducta. Qua propter ut mea sententia fert / non legis ratio sed prohemium / totũ hoc merito apellabitur. post hec autem quid insup addi desidero? hoc sane. Oportere legis latorẽ exordium semper omni legi proponere: ⁊ i sin gulis in quo / a / seipsis differant: quatenus duo illa que modo relata sunt / differebant: Cli: Ego quidem nunq̃ȝ aliter uirum istarum reruȝ peritum leges ferre desiderarem: Athe: Pro be mihi. o. clinia eo dixisse uideris: quod om nibus legibus prohemium quoddam preerit: et quod oportet in omnis leguȝ conscriptionis principio / omni sermoni proponere / exordiuȝ legibus singulis acomodatum. Nõ. n. paruũ est / quod postea dicitur: nec parum refert cla re ne an obscure talia commemorentur. Si au tem magnarum paruarumqȝ legum exordia si militer confici iubeamus / non recte iubebimus Non. n. in cantu / neqȝ in omni sermone id faci endum. Nam ⁊ si possit in omnibus inueniri: non tamen omnibus utendum est. Id autem ip si rhetori / cantoriqȝ ⁊ legum conditori semper est concedendum: Cli. Vera loqueris hospes. Sed ne ulterius immoremur. Immo uero Ad sermonem propositum iam reuertamur: ⁊ ab il lis incipiamus / si tibi placet / que supra haud quasi prohemio utens dixisti. Quare iteruȝ ut ludentes aiunt / meliora ab initio secũda resum mamꝰ / quasi certuȝ prohemium / non contingẽ tem sermonem ut nuper tractantes. Incipia mus itaque: ⁊ exordiri profiteamur. Ac de honore quidem deorum maiorumqȝ nostrorum cura satis sit dictum. Cetera transigere annitamur: donec tibi uidearis sufficienter totum prohemium absoluisse. Denique post prohemiũ leges aggredieris: Ath: Cum de di is / deosqȝ sequentibus ⁊ parentibus siue uiuen tibus siue defunctis satis per exordium dixeri mus ut nunc affirmamus / quod restat ut tu iu bere uideris / in lucem est educendum: Cli. pr sus quidem: Athe: Post illa uero que ad ani mos / q̃ ad corpora / que ad extrema pertinent quo studio colenda sint communiter disseren do ita determinare oportet ut ⁊ dicentes ⁊ au dientes disciplinam pro uiribus cõsequamur. Hec ergo post illa nobis reuera dicenda audi endaqȝ sunt: Cli: Recte admodum loqueris.

Finis: Quarti.

Argumentum Marsilii Ficini in Librum Quintum.

IRASILIA Quotidie fieri uidemus a magnete in ferrum, a / succino in paleas, a fulguribus in solida. ab ignito sulphure in boat dam. A tota natura uel in motu celi uel i artificiosa rerum que gi gnuntur / formatione. Causas quidem ignora mus, neqȝ tamen ob causarum ignorationem / negamus effectus fieri / quos uidemus. Mira bilia rursus fieri non nunq̃ȝ ab animis nostris i oraculis ceterisqȝ prodigiis testis est / nõ soluȝ omnis historia / sed auctoritas etiam mercuria lis ⁊ pythagorica atqȝ platonica. Et si stupen dorum nostre mentis operum rationem certã facile omnes assignare non possumus / negare tamen opera uel facta fuisse / uel posse fieri non debemus. Videmus ignem quo celo si milior est q̃ȝ cetera elementa / eo mirabilius agere, ut breui ad suam trahat formaȝ / que ce tera tempore uix lõgissimo trahunt. neqȝ mi xtiõem perpetiatur / ⁊ cum uidetur diuidi di uidat. longiusqȝ admodum q̃ȝ cetera suum pro tendat effectum: ⁊ longissime per lumen agat atqȝ momento. Verum habet hoc / a / celo. Et celũ imagine sui agit: id est lumine / q̃ igni mix naturali efficit qualitate. Quis enim dubitet celestia per radios suos tam nobis occultos q̃ȝ manifestos ab ipsis uelut imagines profluentes mouere iferiora semper atqȝ formare? Ferme non aliter q̃ȝ uultus speculum. ⁊ speculum con cauum materiam siccam positam e conspectu. Sed age iam in hoc speculo ⁊ superos ⁊ animaȝ speculemur. Quãto efficacior ẽ ignis ceteris elementis ⁊ igne celum / tanto efficaciores

celo sunt spiritus qui uel uiuificant uel mouẽt celum / uel uiuificantium ⁊ mouentium sunt consortes. Spiritus ergo supiores in nostros utpote consortes imaginum dumtaxat suaruȝ influxibus operantur: Queadmodum uultus i speculũ: atqȝ agẽdo i eas formãt / similimasqȝ efficiũt: usqȝ adeo ut anime sepe taȝ ferme mira biliter q̃ȝ celestes soleant / operentur. Quem admodum uero speculum ad imagines / a / uultu suscipiendas quinqȝ modis precipue preparatur primo quidem natura uitrea. deinde perspicui tate. Tertio / lenitate. Quarto / resistentia. Quinto / positione / sic ⁊ anime nostre ad influ xus numinũ preparantur. primo quidem quod intellectuales nature sunt sicut ⁊ illa: Secun do / quando per intellectum / fide illis heret indubia: Tertio per uoluntatem amore in illa sese ardentissimo transferunt. Quar to / tota in illis firmiter memoria sperant Qui to / Si corpus habeant ⁊ natura illis accom modatum ⁊ diligentia preparatum: tunc in mẽ tes nostras / a superis ita labuntur instinctus / ut a fidibus lyre in fides similiter temperatas Tũc prodigia / somnia / uaticinia / oracula ueni ũt: Mitto quod iãblicus porphiriusqȝ narrãt / oracula quedam per aquam fieri solita / quedaȝ per aerẽ / quedam uero per ignem: forte quia a demonibꝰ uel aqueis uel aereis uel igneis imit tantur: Forte etiam quoniam locis ⁊ tempori bus aliis atqȝ aliis per occultas causas contige rit mentium humanarum affectus ad superiora conuerti / cõuersosqȝ inde formari: Profecto nostre mentes in uaria nimium distrahuntur: Verum siquando integra uirtute sua ad certuȝ opus utantur / sicut ⁊ ignis tota intentione na ture comburit / ⁊ celum toto agit influxu / tũc Plato nõ dubitat mirabiliora a nostris mẽtibus q̃ȝ ab igne uel celo / facilime prouẽtura: Nõ du bitant ⁊ Auicenna, Algaçelesque / nescio qua forte sepe platonici: Sȝ de his i theologia lati us disputamus: Quibus euãgelicũ illud de fide mõtes pmutatura maxie ɔfirmatur / ɔfirmantur et plurima q̃ Plato in libro supiori ⁊ hoc quinto imo ex sequentibus omnibus de oraculis asserit adeo ut non aliter uel urbis dispotio uel rei pu. forma / uel sanctio legum sese habeat q̃ȝ per ora cula ɔplextur: Verũ q̃uis oracula tria ɔmemo ret / tñ ceteris isup uaticiniis q̃ ueriora forsan repiri possunt auctoritatẽ suã ad idẽ maifeste ɔ cedit. Sȝ iã ad argumẽtũ quinti ppriũ ueniamus: Cũ igitur aius noster speculũ sit diuinoruȝ / me rito post diuinorũ cultũ i quarto descriptuȝ / mox in exordio quinti animum ipsuȝ iubet coli quasi rem sacram: ⁊ qui in superioribus pytha gorea carmina est imitatus / in presenti quoqȝ animi cultu libenter pythagoram suum sequi tur precipientem: post deos maxime omniuȝ re uerere teipsuȝ. Quanti uero momenti sit eius modi reuerentia ad obseruantiam leguȝ / expli care non possem. Sed facit hec / ut summatim dicam / ut quisquis animi sui quasi numinis con spectuȝ assiduum ueneretur / iudicẽ habeat itra seipsum: ad cuius legem uel absqȝ legibus scrip tis uitam suam perfectissime dirigat ac tandeȝ facile naturalis legis amore faciat / que ceteri uix scriptarum legum formidine faciunt. Proinde dum de colendo animo disputat oia de officiis precepta tradit tum ad seipsum / tuȝ ad alios ad omnesqȝ uirtutes priuatim ⁊ publi ce pertinentia: que discere quisqȝ debeat atqȝ ediscere: Post hec finem imponit exordio legũ Ubi apparet totam de legibus disputationem i tres precipue partes esse diuisam. Primo qui dem in prohemium / ab initio libri primi ad hãc usqȝ partem quinti productum. Deinde in ip sam legum dispositionem. Et primo in leges ad rem. p. magistratusqȝ potissimum pertinen tes. Deinde ad singulas spectantes ciuium ac tiones. Meminisse uero te arbitror singulas preterea leges / singula habere prohemia. Pri cipio legifer purissimos pro uiribus colonos eli gat: atqȝ pastorum more puros segreget ab im puris. Lustret quoqȝ ciuitatem: ac nisi summa cogat necessitas non inferat uiolentiam: Ad equet census pro uiribus: ne alii ditissimi sint / alii uero mendici. Caueat nequis iuste diuiti as cumulet. Neqȝ luculentissimam conetur ci uitatem reddere sed iustissimam. Predicet ue ritatẽ ⁊ apud hoies ⁊ apd̃ deos esse maxime oiuȝ uenerandã. Itẽ in peregrinos hospitalitatẽ: in supplices indulgentiam. Moneat unumquẽ qȝ animaȝ erga seipsuȝ amore falli atqȝ perti

solere precipiat nequis abundās ipse patiatur proximum exurire. Collocet urbem si potest i media regione singulas circumspectās commo ditates. In duodeciz ptes urbē diuidat / totā q; similiter regionem: Sed cur in partes duo decim? ut intelligas molem tantā tam q; labo riosam uniuersi ipsius auxilio indigere / quod est in speras duodecim distributum. Item ciui tatem ad imaginem regni celestis esse regendā Celestis autem ciuitas insigna duodecim qua si duodecim tribus est distributa. Nec ab re di is duodecim ciuitatem commendat suam / siqui dem dii duodeciz / signis celi duodecim preesse dicūtur. Immo uero dii sex / sexq; dee. Iuno Vesta. Minerua. Ceres. Diana. Venusq;. Mars. Mercurius. Iouis. Neptūnus. Vulca nus. Apollo. Prepone singula singulis: mēbris quidem nostris signa: Signis preterea deos. Arieti quidem ⁊ capiti nostro Palladez. Tau ro uero ⁊ nostre ceruici venerem: Geminis ⁊ humanis bracchiis Apollinē Cancro pectoriq; Mercurium. Leoni humerisq; Iouem: Virgi ni Iliisq; cererez: Libre ⁊ natibus / quod hone ste dictū sit / uulcanum. Scorpio ⁊ pudibundis martem. Sagiptario femoriq; Dianaz. Capri corno ⁊ genibus Vestam. Aquario cruribusq; iunonem. Piscibus pedibusq; neptunnum. In tellige p hec ciuitatem totam non aliter unuz ex ciuibus multis q; unum corpus ex multis m bris esse debere. Alia uero numina masculina. alia feminina iccirco dicūtur: ut cognoscas ⁊ q̄ ad materiā passionesq;: ⁊ que ad formas actio nesq; pertinent a superis gubernari. Verū cur Plato precipuam urbis arcem ueste. Ioui: ⁊ Palladi consecrat? Intellige in diuinis tres omnium fontes existere Vestam quidem essen di fontem / Iouem uiuendi. Mineruam intelli gendi. Atq; in his omnibus auxilium a superis obsecrandum. Vbi uero Plato cōmendat parti tionem domiciliorū agrorumq; in quinquies mil le ⁊ quadraginta / ostendit eiusmodi numerum commodissimas inse multasq; deinceps distribu tiones partium continere. Quod quidem ⁊ in sequentibus paulatiz aperietur: ⁊ uel mediocri arithmetre potest esse pspicuum. Notabis ubi de cōmuni ciuium uita disserit preceptū de euā gelica dilectione ⁊ charitate mirandum. Itez patriam magis q; matrem esse colendam: Quō ue patriam inquit immortalem deaz esse: uel ō diuina terreni orbis anima: uel de numine pa tric patrono uel de celesti patria dictū puta.

Quintus Liber:

VDIAT iā reliqua quicūq; paulo āte de diis charissimisq; genitoribus audiebat. Cuiusq; enim animus / omnium suarum rerum post deos / cum sit maxi me suus / diuinissimus est. Que uero sua sunt / bifariam diuiduntur. Et poten tiora quidem ac meliora dominantur / imbecil liora uero deterioraq; seruiunt. profecto que dominantur / pre illis que seruiunt / semp sunt honoranda. Quapropter merito post dominā tes deos / eosq; qui illos sequntur / animum no strum colendum / secundoq; loco habendum iu beo. Nemo autem ut breuiter dicam recte ani mus suum honorat / q;uis uideatur. Diuinum enim bonum est honor. Malorum autem nihil ē honorādum. Quisqs igitur putat uel sermoni bus quibusdam uel muneribus uel obsequiis ani mum suum extollere / si meliorem ipsum ex de teriore non reddit quicq; / honorare uidetur / minime tamen id facit. Nam statim / a / pueri tia unusquisq; sufficientem ad omnia cognoscē da se putat / ⁊ honorare suum animum opinatur laudando / permittendoq; sibi quicquid libue rit agere. Nos autem dicimus eum qui hec agit animum non honorare / sed ledere. quē tamen secundo loco post deos dicimus honorandum. Sed neq; ille eum honorat / qui peccatorum su orum plurimorumq; ⁊ maximorum scelerum / non seipsum sed alios causam ducit. Qui sane se ipsum semp excusans honorare uidetur ani mum. longe tamen abest / cū obsit. Neq; etiā cum preter rationem laudemq; legum latoris uoluptatibus quis indulget / animum suum ho norat. deiicit. n. ipsum / cum malis ⁊ peniten tia repleat. Neq; etiam tunc honorat: quādo labores lege laudatos / metusq; ac dolores se ...dos non suscipit / sed cedit atq; succumbit. Nec. n. agens omnia animum suum dedecorat Sed nec quando hanc uitam summum bonum censet: Immo tunc etiam uituperat. Naz ani mo existimanti omnia apud manes mala esse / protinus assentitur / neq; resistit / docens ipsuz atq; redarguens / quasi ignoret utrum contra que apud deos inferos sunt / omnium bonorum nobis maxima sint / preterea qui uirtuti formā corporis āteponit / animam uere penitusq; de decorat. Nempe corpus anima uenerabilius arbitratur. In quo certe uehementer errat. Nihil. n. terrenum rebus celestibus uenerabi lius est. Et qui de animo aliter sentit / q; mira bilē rem negligat / prorsus ignorat. Nec rursus qui pecuniam iniuste cupit aut possidens iniu ste / non dolet / muneribus animum suum exor nat sed ab hoc longissime abest. Quod. n. ue nerabile pulchrumq; in animo est / paruo pro auro prodit. Cum totum quod super terram quod ue sub terra est aurum / uirtuti compen sari digne nō possit. Deniq; ut summatim dicā quicumq; illa que legis lator turpia malaq; pu tat esse / omni studio fugit / nec pro uiribus se quitur ea que bona ⁊ pulchra statuit / non uidet in his omnibus q; turpiter ⁊ absurde diuinissimū animuz suum afficiat: Maximam. n. secundum iustitiā ultionez male agēdi: nemo / ut uno uer bo dicaz / animaduertit: Maxima uero est: Vt quis malis hominibus similis efficiatur: factusq; similis bonos ⁊ uiros ⁊ sermones fugiat: seq; ip sum ab eis seiungat. Improbis autem adhere at / ⁊ eorū cōsuetudinez amplectatur: Eum ue ro qui se his imiscuit / necesse est eadem pati ⁊ agere / que tales agere ⁊ loqui inter se consueue runt: Ac passio quidem huiusmodi iustitia non est: Iustitia. n. ⁊ iustum / honestum est: Vltio uero / passio iniustitie sequax: In quam ⁊ q non icidit ⁊ q incidit / malus miserq; ē: ille qm nō sa natur: iste qm / ut multi seruentur / ipse perit. honor aūt est ut totū simul cōplectar meliora se q' ⁊ expeioribus q̄cumq; meliora fieri possunt ad melius q; optime reducere: hoi pfecto nihil animo aptius ⁊ sagacius est / ad fingendum ma lum / ad inuestigandum eligendumq; quod est omnium optimum / eiq; per omnē uitam firmis ter adherendum. Iccirco illi secundo statutus est honor. Tertium deinde honorem secundū naturam quiuis intelliget corpori conuenire Considerare oportet qui ueri honores sint / q ue adulterati. quorum differentia a legis lato re declaranda mihi uidetur: Vtputa honore di gnum corpus esse non quod formosum / aut ro bustum est: aut uelox / uel magnum uel sanum q̄muis multis id uideatur / neq; quod contrari is modis affectum. Nempe que medium istorū omnium habitum tangunt / ea lōge moderatio ra tutioraq; censenda sunt. Altera. n. inflates et audaces animos reddunt. Altera deiiectos atq; illiberales. Similiter pecuniarum predio rumq; ⁊ census possessio se habet. Excedēs. n. et priuatim ⁊ in ciuitatibus inimicitias seditio nesq; parit. Deficiens aūt utplurimuz seruitu tem. Nemo igitur liberorum gratia pecuniis cumulandis incumbat / ut ditissimos eos relin quat. Neq;. n. ipsis neq; ciuitati id cōducit. Sed census tum adulatione uacuus / tum reruz necessariarum non indigens omnium decentis simus ⁊ optimus est. Nam hic nobis ad omnia consonās accōmodatusq; / uitam / a / doloribus remouet. Liberis ergo nō auri sz pudoris mltū oportet relinq̄re. putamus aūt uerbis impuden tiam iuuenū castigantes id nos facturos. Sed hoc non ex ea castigatione fit / qua iuuenibus i cutiūt dicentes q̄ adolescentē oporteat in oī bus uerecundum esse. Sapiens itaq; legum la tor / senioribus precipiet potius ut sint coram iunioribus uerecundi. Ac summopere caueant nequis iuuenum eos aut uideat aut audiat agē tes turpe aliquid uel loquentes. Nā ubi senes minus pudici sunt / necesse est ibi iuuenes impu dentissimos esse. prestans. n. ⁊ iuniorum ⁊ se niorum disciplina est non uerborum intrepida tio / sed ut que increpando quis diceret ⁊ mo nendo / eadem ipse in omni uita facere uidea tur. Quisquis preterea cognationem ⁊ uniuer sam sub eisdem penatibus generis communio nem honorat ⁊ colit / hos deos merito ppitios in liberis procreandis habebit. Amicorum quo q; ⁊ sodalium in uite consuetudine summam be niuolentiam consequetur / qui illorum in se ob equia maiora prestantioraq; putabit q; illi /

ſua uero i illos beneficia minores/qꝫ ipſi exiſti
mabit. Atqui ⁊ erga ciuitateꝫ ac ciues optime
ille ſe geret/qui omni uictorie que in olympi
cis/aliiſqꝫ tam belli qꝫ pacis certaminibus cõ
paratur/illam gloriam anteponet/quã patriis
legibus miniſtrãdo nanciſcitur: atqꝫ in hoc mi
niſterio ceteris omnibus per totam uitam pre
ſtare conabitur. Ad peregrinos uero ſanctiſſi
ma eſſe federa quiſqꝫ cogitet. Ferme. n. omia
peregrinorum ⁊ cõtra peregrinos peccata pre
illis que iter ciues committuntur/ultori deo
cure ſũt. Nã cũ pegrinꝰ amicis cognatiſqꝫ ca
reat/maiorẽ ⁊ apd deos ⁊ apud hoies meretur
miſericordiã. Quare q magis ulciſci poteſt/
is ad ferendum auxilium eſt paratior. poteſt au
tem maxime/hoſpitalis cuiuſqꝫ demon ac deus
hoſpitalem ſecuti Iouem. Diligẽti igitur cau
tione cogitandum cuiqꝫ/cui non nihil eſt con
ſilii/ut innocens ab iniuria in peregrinos ſem
per uiuat. Sed omnium tam in peregrinos qꝫ
in ciues peccatorum maximum eſt/quod in ſup
plices eſt commiſſum. Deus. n. per quem ſup
plex hic dus eſt conſecutus/diligentiſſimus eiꝰ
eſt cuſtos. Quare nullꝰ i ſupplices ſceleratus/
impunis abibit. Hactenꝰ officia cuiuſqꝫ in pa
rentes. ſeipſum. ſua/patriam/amicos. cogna
tos: pegrinos/atqꝫ colonos pene omnia expo
ſuimus. Qualis uero quiſqꝫ quo ad ſeipſum ſe
ſe debeat/qui optime uiuere uelit/nunc iam
exponamꝰ: Ut non lex/ſed laus ⁊ uituperatio
ſingulos docens/refrenet magis/⁊ obtempera
tiores ferendis legibꝰ faciat. atqꝫ hec nobis de
inceps dicenda ſunt: Ueritas profecto tum di
is tum hominibus dux omnium eſt bonorum:
Cuius qui felix beatuſqꝫ futurus eſt/ſtatim ab
initio pticeps eſſe debet: ut i ueritate plurimũ
tẽpꝰ uitã agat. Fidꝰ hic certe ẽ: ifidꝰ ãt q ſpõte
mẽtitur. q ũo nõ ſpõte amens: Quorum neu
trum optabile eſt. Nam ⁊ infidus ⁊ amens ab a
micitia admodum alienus: Ac procedente tẽ
pore cognitꝰ in tantum in odioſa ſenecta uite
qꝫ termino ſolitudinem incidit: ut ſeu uiuant
ſiue deceſſerint amici ac filii/pene ſimiliter or
bam uitam miſere agat: Honorandus certe ẽ
qui nihil iniuriatur: Qui uero nec alios id fa
cere patitur/duplici honore/immo etiam ma
gis eſt honorandus: Ille. n. uni/hic multis ho
minibus comparatur/cum principibus cetero
rum iniuriam nunciet. Qui autem una etiam
cum magiſtratibus iiuriam quoad poteſt/ulci
ſcitur/is magnus pfectuſqꝫ in ciuitate uir pre
conio predicetur: Nam uirtute cunctis excel
lit. Eadem quoqꝫ temperantie ⁊ prudentie la
us eſt. Et qui aliis bonis abundat/que in alios
quoqꝫ transfundi poſſũt/ſi ceteros participes
efficit/tanqꝫ uir ſummꝰ eſt honorandus. Qui
autem id facere uellet quidem/ſed non poteſt
ſecũdo loco habendus ẽ. Inuiduꝫ uero qui ſpon
te nihil boni ceteris conferat/uituperare debe
mus/nec propter hominem qui male poſſidet/
rem ipſam uituperare/ſed eam pro uiribus ad
piſci. Certet preterea apud nos quiſqꝫ de uir
tute abſqꝫ inuidia. Qui. n. ſic agit/ciuitatẽ
ſuam amplificat: cum ipſe quidem contendat/
⁊ alios calumniis non detineat: Inuidus uero
dum ceteris derogando putat preſtare/⁊ ipſe
minus recte ad ueram tendit uirtutem: ⁊ con
certatores iiuſta uituperatione tardiores
efficit. Ideoqꝫ uehemens acquirende uirtutis
ſtudium/e/ciuitate tollens/ipſam pro uirili
parte glorie amplitudine priuat. Oportet pre
terea unumquẽqꝫ animoſum eſſe. Ac maxime
mitem. Naꝫ aliorum iniurias que uel difficile
uel nullo modo ſanari poſſunt/non poſſumꝰ ali
ter effingere/qꝫ pugna/defẽſiõe/uictoria/⁊
nullius peccati remiſſione. quod abſqꝫ animo
ſitate facere nemo poteſt. In iis autem in iuri
is que tales ſunt ut ſanari poſſint/noſſe in pri
mis oportet/nullum iniuſtum/ſponte iniuſtum
eſſe. Nemo. n. unqꝫ maximorum malorum ali
quid alicubi uellet habere: multoqꝫ minus in
his que ſibi preſtantiſſima ſunt. Eſt autem ani
mus ut diximꝰ reuera in omnibus omnium pre
ſtantiſſimus. Qua propter in eo cum maxime
ſit honorandus/nemo ſpõte ſummum accipiet
malum/uoletqꝫ per totam uitam id poſſidere.
porro miſerabilis omnino eſt iniuſtus omnis:
⁊ qui mali quicqꝫ habet: Miſereri autem decet
eorum qui ſanabiles ſunt/⁊ cohibere iram: ne
aduerſus eos muliebri iracũdie feruore animꝰ
efferatur duriuſqꝫ iſiſtat. Qui autem ita ſunt
flagitioſi ut incurabiles ſint/eis ira uehemẽtis

immictenda. Propterea diximus animoſum.
.i. generoſe iracũdie non expertem/ac ſimul
mitem/bonum uirum ſemper eſſe debere. Om
nium uero maximum quiddam malum i multo
rum hominum animis eſt innatum/Cuius qui
dem: cum facile ſibi ignoſcant: remedium nul
lum excogitant: Eſt autem hoc quod dicere ſo
lent/quod natura ſibi quiſqꝫ amicus eſt: recte
qꝫ ẽ ita id ſe habere. Sꝫ reuera nimius in ſe ip
ſum amor omnium peccatorum omnibus ſem
per eſt cauſa. Obcecatur quippe circa ama
tum qui amat. Qua propter qui ſe amat/cum
ſeipſum magis qꝫ ueritatẽ honorandum putet
quid iuſtum/bonuꝫ/pulchruꝫ ſit/male iudicat.
Decꝫ ſane eum qui magnus uir futurs eſt neqꝫ
ſeipſum neqꝫ ſua diligere: ſed iuſta ſemper/ſi
ue/a/ſeipſo ſeu ab alio quouis gerantur. Ex
hoc ipſo delicto accidit omnibus/ut ignoranti
am ſuam/eſſe ſapientiam opinarentur. hinc fit
ut quãuis nihil ut ita dicam ſciamus/ſcire tñ
omnia arbitremur. Cum uero nec aliis commi
ctamus facultatem agendi que ipſi facere igno
ramus/facientes ipſi errare ↄpellimur. Quaꝫ
obrem nimium ſui ipſius amorem fugere quiſqꝫ
debet: ⁊ meliores ſequi/nullo rubore uerecun
die impeditus. Sunt ⁊ alia non nulla: que ⁊ mi
nora his ſunt ⁊ ſepe dicuntur. Sꝫ cum nihilo
minus utilia ſint/ea quoqꝫ dicenda. Nam com
memoratione opꝰ eſt: Semper. n. quaſi aliqd
effluat/contra aliqd oportet influere. Recor
datio uero eſt/prudentie deficientis influxus
Profecto a riſu nimio ⁊ lachrymis abſtinẽduꝫ
omnibuſqꝫ eſt ab omnibus precipiendum: ut le
titia nimia triſtitiaqꝫ compreſſa honeſto in ha
bitu ſe contineant: ſiue in felicitate quemqꝫ d
mon cuiuſqꝫ ſiſtat/ſeu per fortune caſus tanqꝫ
ad ardua difficiliaqꝫ tendentibus operationi
bus quibuſdam demones auerſantes inſurgant
Sperare ſemper boni uiri debent munera que
talibus uiris dare deus ſolet/ſibi non defutura.
Ac ſiqui graues labores inciderint/deum leni
ores eos facturum: ⁊ preſentia in melius com
mutaturum. bona uero/contra omnia una cũ
bona fortuna ſibi affore. Hac ſpe ſinguli uiuãt
⁊ tam ioco qꝫ ſerio ⁊ ſe ⁊ ceteros ad frequentẽ
horum commemorationem ſedulo adhortẽtur
Sꝫ iam que facere unuſquiſqꝫ debeat/⁊ qualis
eſſe/quo ad diuina ſpectat officia dictum eſt.
humana uero non dum explanauimus. Dicẽ
da autẽ ſunt. Hominibus. n. non diis precipi
mus. Sũt porro natura maxie humana/uolup
tates/dolores/cupiditateſqꝫ. Ex qbus neceſ
ſe ẽ mortale omne animal qi pendere. ⁊ maxi
mo quidem cum ſtudio. Laudanda certe hone
ſtiſſima uita eſt/non ſolum quia glorie habitũ
ſuperat/ueꝝ etiam quia ſiquis uelit guſtare:
nec inde ſtatim a iuuẽtute fugere/eo quoqꝫ ſu
perat/quod omnes expetimus/ut per totã ui
tam letemur magis qꝫ doleamus. Quod uero
erit ita/ſiquis recte guſtet/facile ualdeqꝫ pa
tebit. Quo autem pacto recte id fiat/ratione
iam conſiderandum eſt. ſiue ita nobis ſecundũ
naturam inſit: ſiue aliter preter naturam. Ui
tam itaqꝫ ad uitam/iocundiorem ⁊ moleſtiorẽ
ita conferre oportet. Uoluptatem adeſſe, no
bis uolumus. Dolorem uero nec eliginꝰ neqꝫ
uolumus. Medium autem ſtatum/pro uolupta
te nequaqꝫ uolumus: doloris tamen loco acci
pimus. Dolorem etiam minorem maiore cum
uoluptate uolumus. Uoluptatem minorem cũ
maiore dolore/nequaqꝫ. Pari autem modo u
trumqꝫ horum habere nos nolle/poſſumus de
clarare. Hec omnia multitudine/magnitudi
ne/intẽſione/equalitate/horumqꝫ contrariis
ad electionem ſingulorum uoluntatemqꝫ ⁊ dif
ferunt ⁊ non differunt. Cum hec neceſſario ſic
ſe habeant/eam quidem uitam in qua cum utra
qꝫ multa magna intenſaqꝫ fiunt/uoluptates
tamen excedunt/uolumus: Eam autem in q
contraria/nolumus. Atqꝫ eam rurſus/in qua
licet utraqꝫ parua. remiſſa ſint/moleſta tamẽ
ſuperant/nolumus: ſed eam in qua contraria/
uolumus. Si autem equalia ſunt/de equali ui
ta ut diximus cogitandum: Uolumus. n. que
illo excedunt quod nos diligimus: ⁊ nolumus
que contrario ſuperant: Conſiderare oportet
quemadmodum omnes uite noſtre in his conne
xe naturaliter ſunt: ⁊ quas natura uelimus.
Siqd autẽ preter hec uelle nos dicimus/igno
rãtia quadam imperitiaqꝫ uitarum id dicimꝰ.
Que nam igitur ⁊ quot uite ſunt? In quibus
noſſe oportet quod uolendum ⁊ quod nolendũ

quod sponte fieri solet ⁊ quod contra / hisq; cognitis legē sibiipsi prescribere. Atq; inde quod sibi amicum est simul ⁊ iocundum ⁊ optimum pulcherrimūq; eligere / ut quis quo ad homini licet beatissime uiuat? Temperatā uitam unā esse dicamus, prudentem alteram. Tertiam fortem, sanam deniq; quartam. Et quatuor his alias cōtrarias quatuor / statuamus / imprudentem. ignauam. intemperatam. egrotantē. Quisquis uitam nouerit temperatam / mitem in omnibus ⁊ moderatam ponet: que dolores quietos / uoluptates remissas / molles cupiditates / amores minime furiosos habeat. Intemperatam uero in omnibus acrem, que doloribus uehementibus ⁊ uehementibus uoluptatibus. cupiditatibus ardentibus / furiosisq; ⁊ insanis mirum i modum amoribus agitetur. Sed superant in uita quidem temperata uoluptates / dolores autem superantur. In uita itemperata contra / uolptates / a doloribꝰ superantur / magnitudine / multitudie / atq; frequentia. Quo fit ut necessario altera nobis secundum naturam uita iocundior sit / altera tristior: ⁊ uolētē iocunde uiuere / sponte itemperanterq; uiuere nō pmictat. Cōstat eni si qđ nūc dictū ē recte ē dictū / qđ necesse sit intemperatum omēq; preter sententiam esse talem. Quippe uel per ignorantiam uel in continentiam uel utramq; omnis humana turba expers temperātie uiuit. Similiter de sana ⁊ egrotante uita est cogitādum: quod ⁊ dolores ⁊ uoluptates habeant. sꝫ in sanitate uoluptates excedant / in egrotatione dolores. Nostra uero uoluntas in deligendo genere uite / non est ut dolor superet. Ubi autem superatur / eam uitam iocundiorem iudicanimꝰ. Tēpatꝰ igitur itēpato prudēs imprudēte. fortis ignauo / utraq; pauciora: minora / rarioraq; habet: ⁊ alter uoluptatibꝰ / alter doloribꝰ supat. Ita ut fortis ignauū: prudēs amentem / temperatus petulātem / sanus egrotātem uoluptate superet. Utq; in summam redigantur / que uita uirtutis / corpore aut animo particeps est / ea est iocundior altera / ⁊ pulchritudine. rectitudine. potentia ⁊ gloria prestat / ita ut qui in ea constitutus est / felicius cōtrario in omnibus uiuat. Uerum exordium legum iam finem accipiat. Post exordium / legē sequi necesse est. Immo uero leges deinceps rei p. reuera cōscribende sunt. Quemadmodum igitur quecumq; texuntur. non ex similibus omnino trama stamineq; texuntur / sed staminis genus robustius atq; firmius est / trame mollius / ut facilius cedat. ita homines q magistratus gesturi in ciuitate sunt eodem modo discerni semper oportet ⁊ eos qui in leuiori erudítione comprobentur. Due uero sunt in rep. species. Altera magistratuū / altera legum cōstitutio. Ante uero hec omnia ita cogitandū est. Cum pastor atq; bubulcus equorumq; curator / ceteriq; huiusmodi greges ⁊ armenta susceperint / non antea curant / q̄ꝫ singulis cōuenientem purgationē adhibeant. porro sanis ab egrotantibus / generosisq; ab ignauis segregatis / altera in greges alios mictent / altera uero curabunt non ignorantes aliter frustra se tam pro corpore q̄ꝫ pro anima laboraturos. Nempe nature ⁊ educationis prauitas ita corrumpit ut nisi quis segreget / sanorum integrorumq; morum ac corporum genus: in singulis contagione interimant. Sed de ceteris quidē animalibus minor cura ⁊ exempli causa solum eorum mentio facienda. De hominibꝰ uero maximum studium legislator habebit: ac diligenter rimabitur omnia: ut singulis consentanea scribere queat / tum de lustratione tum de ceteris omnibus actionibus. Sic igitur ciuitatis lustrationes se habent. Multe. n. sunt: ⁊ alie leniores / grauiores alie. Ac siquis tyrannus simul legisq; lator sit / difficilibus ⁊ optimis lustrationibus uti poterit. Legis autem latori absq; tyrannide / qui leges nouas atq; rem. p. fūdet / satis erit factum / si purgationē mitissimā adhibuerit. Nam exactissima purificatō quemadmoduꝫ medicina que ualidior corporibus adhibetur / doloris plena est ⁊ cum ultione iusta penam infert / morte peccātem aut exilio damnans. Eos. n. qui maxima peccata patrarunt / si insanabiles sint / quoniam ciuitati maxime noceant / remouere omnino solet. Mitior uero purgatio huiusmodi nobis est. Qui

enim ob inopiam uictus duces querunt, hisque sponte se offerunt secuturi ex egestate aduersus eos qui non egent, hos tanquaꝫ morbum ciuitatem labefactantē honesto colonie nomine benigne expellit. Hec omni legum latori quodammodo a principio ut diximus facienda. Nobis autem difficiliora quedam in presentia euenerunt. Nam neq; coloniam neq; delectū aliquē purgandi gratia ad presens excogitare oportet. Sed quasi ex multis fontibus torrentibusq; aqua ad lacunas easdem cōfluat / necesse est obseruare ut qui undiq; confluit humor / partim exhauriendo effundendoq; / partim deriuando atq; diuertendo q̄ꝫ mundissimus sit: Labor autem ut uidetur / ⁊ periculum est in omni constitutione ciuili. Quoniam uero non re nunc sed uerbis agitur perfectus iam nobis sit delectus / sitq; ut desideramus facta purgatō. Nam malos qui hanc ciuitatem adire gubernari contendent / cum satis longo tempore examinauerimꝰ omni psuasiōe accedere phibemꝰ. Bonos āt pro uiribꝰ beniuolos ppitiosq; faciētes alliciemꝰ / Sꝫ neq; latere nos debet / q̄ꝫ feliciter nobiscū actū sit. Quippe quēadmodum herculidarum coloniam / felicem fuisse diximus q̄m diuidendorum agrorum in nouandarumq; tabularum grauem ⁊ periculosam contentionem effugit / quam quidem rem ueterum ciuitas leges ferre coacta: neq; pretermittere potest omnino / neq; mouere quodāmodo: ita ferme ⁊ nobis accidisse uidetur. Solum ergo ut ita dicam restat uotum. paruaq; mutatio cauta / parum longo in tempore transmutātibus. Est autē hec / ut i his mutationibꝰ faciēdis una cū debitoribꝰ multis / multos quoq; agros ciues possideāt uelitq; humaniter cum egenis cōmunicare / ptim mictēdo / partim accipiendo: colentes mediocritatē / existimantesq; paupertatē non in diminutione pecuniarum / sed in acquirendi insatiabili cupiditate consistere. Hoc enim ciuitati maximum est salutis initium. super quo quasi stabili fundamento / edificare postea qcqđ ciuitati decoꝝ ⁊ huic constitutioni cōgruum sit / facile quisq; poterit. Sed si fundamentum hoc debile ruinosumq; fuerit / nulla ciuilis opa prospere deinde succedet. Itaq; nos id fugiētes / imo tło uerbis quo pacto fugiendū sit ostendentes / dicimus nullam esse aliam aut latā aut angustam fugiendi uiam / nisi ut colamus iustitiam: neq; acquirendi cupiditatem sequamur. Atq; hoc iam nobis quasi quoddam ciuitatis substentaculum ⁊ presidium sit fundatū. Census. n. quos sibi ciues parauerint / careāt quodammodo crimine oportet. uel ulterius in acquirendo progredi ultro desistant: quibus inuicem uetera crimina habentur. quiq; uel paulum mentis compotes sint. Illi autem quibus deus dedit quemadmodum ⁊ nobis noue ciuitatis constitutionem in qua nulle inimicitie sunt si propter habitationum agrorumq; distributionem inimicitiarum sibi causas dederint / non humane cuiusdā sed pessime ignorantie crimine notabūtur. Quis erit igitur recte distributionis modus? primum qdem quantū esse oporteat numerum constituendum censeo. Deinde asseuerandum: per quot qualesq; partes distributio sit ciuibus facienda. postremo agros habitationesq; ipsas equaliter q̄ꝫ maxime diuidēdum. Quanta autem multitudo sufficiens sit non aliter recte dicitur q̄ꝫ agrorum uicinaruꝫq; ciuitatum collatione. Ager quidem tantus sit / ut tot moderatis hominibus sufficiat. neq; maiori opus. Tot uero esse debent: ut iniuriātes uicinos possint depellere: ⁊ iniuriam patiētibus auxiliari. His inspectis ⁊ agrum ⁊ uicinos opere uerbisq; definiemꝰ. Nunc uero exēpli descriptionisq; causa / ut res ipsa pficiatur ad ferendam legē sermo descendat. Quinquies mille ⁊ quadragita sint conuenientis cuiusdā numeri gratia agrorū participes distributionisq; defensores. Ager autem ⁊ habitationes similiter easdem in partes distribuātur / ut uir ⁊ portio cum distributione conueniant. Et in primis duas in partes totius numeri partitio fiat, deinde in tres. licet ⁊ in quarta. ⁊ in quinta ⁊ usq; ad decem deinceps. Oportet certe omnem legis latorem tātum de numeris intelligere / ut qs qualisq; numerus singulis ciuitatibus commodissimꝰ sit / non ignoret. Dicamꝰ autem eum numerum qui plurimas ⁊ presertiꝫ deinceps ordine dispositas in seipso distributiones recipit. Porro uniuersus numerꝰ omnes

in omnia partitõ͠es habet. Sed quinqȝ mliuȝ
⁊ quadraginta numerus ⁊ ad bellum ⁊ ad pacem
ad contraria omnia. ſocietates. tributa. diſtri
butiones non in plures q̃ȝ unam de ſexaginta
partes incidi poteſt. Aliter legitur. iſexagin
ta partes una dumtaxat indigentes incidi po
teſt: Ab una autem ad decem uſqȝ continuas
Uerum in ocio hec illis firmiter capienda / qb⁹
lege res iſta commiſſa ſit. Atqȝ hec non aliter
q̃ȝ ita ſe habent. Dicẽda hec ſunt huius rei gra
tia illi qui ciuitatem cõdit. Nempe ſiue ab ini
tio nouam fundet / ſeu ueterem diſſipatamqȝ
reſtituat / circa deos ⁊ ſacra que ſingulis ſtatiȝ
in ciuitate deceat / ⁊ / a / quibuſcumqȝ diis uel
demonibus nominari / nemo mentis compos in
nouare illa conabitur / q̃ ex delphis aut dodo
ne aut hammone accepta ſunt / uel priſca qua
dam oratione per uiſiones inſpirationeſqȝ deo
rum ſunt aſſerta: quibus approbatis ueteres
ſacra ſolennitatibus mixta conſtituerint / ſiue
ab indigenis orta / ſiue tyrrena dicantur ſiue
cypria ſiue undecumqȝ uolueris. Et his ſermo
nib⁹ famã traditã ſimulachraqȝ ↄſecrarit / aras
quoqȝ ⁊ templa. ſacroſqȝ horum ſingulis agroſ
ſtatuerint: In his omnibus nec nimium quid
legum conditor innouabit. Sed deum partib⁹
ſingulis uel demonem uel heroem aliquem tri
buet. Et in agrorũ diſtributione primis lucos
agroſqȝ eximios ⁊ conſentanea omnia dedica
bit: ut ſingularum partium cetus / ſtatutis fac
ti temporibus ⁊ facultatem ſui facilius ad quos
libet uſus exhibeant: ⁊ ſacrificando alter alte
rum benigne accipiant unde ⁊ domeſtici fiant ĩ
uicem / ſeqȝ cognoſcant. Quo quidem nihil ci
uitati meli⁹: q̃ȝ uidelicet ut ciues inuicẽ: ſeqȝ
cognoſcat. Ubi. n. non lux inter ciues eſt ĩ eo
rum moribus ſȝ tenebre / ibi nec honoreſ pro di
gnitate neqȝ magiſtratus recte dabũtur: neqȝ
ius ſuum cuiqȝ tribui poterit. Nihil eſt auteȝ /
ſi unum uni conferas / in quo maius ſtudium in
omnibus ciuitatibus ponere quiſqȝ debeat / q̃ȝ
in hoc ut nec ipſe adulterinus eſſe unq̃ȝ uidea
tur / ſimplex ſemper ac uerus: nec alius ipſum
talis fraudetur. Uerum iactus qui modo ſequi
tur / in ipſa legum poſitione ſicut inteſſaris / ut
prouerbium habet / a / ſacro / cum inſolitus ſit.

forte primũ mirari auditorem faciet. Cogitã
ti tamen atqȝ experto uidebitur / ſecundo loco
quoad optiuȝ ſtatũ ciuitas ſic iſtitui. fortaſſe
quiſpiam ipſam nõ ſuſcipiet: quia conſuetuſ nõ
fuerit cum legum latore / more tyrannico in fe
rendis legibus nõ utenti. Recte ſane agetur:
ſi optima res. p. ⁊ ſecũda ⁊ tertia proponatur
deturqȝ optio cuiqȝ arbitratu ſuo quãlibet elec
turo. Jd nunc ſimiliter nos agamus. Et cum
primam uirtute rem. p. ſecundamqȝ ⁊ tertiam
expoſuerimus / clinie optionem demus / ⁊ cuiqȝ
uolenti hec ſuo more deligere: partiqȝ ſue qõ
ſibi placet / tribuere. prima igitur ciuitas eſt ⁊
res. p. legeſqȝ optime / ubi q̃ȝ maxime per uni
uerſam ciuitatem priſcum illud prouebium lo
cum habet / quo fertur uere amicorum omnia eſ
ſe communia. Certe in hoc precipue uirtutis
erit terminus / quo nullus poni rectior poterit
ſi alicubi uidelicet aut fit iſtud aut unq̃ȝ fiet /
ut cõmunes mulieres ſint communes ⁊ liberi /
cõmunis quoqȝ omnis pecunia / omniqȝ ſtudio
quod proprium dicitur undiqȝ / e / uita remotum
ſit uſqȝ adeo ut ea etiam que propria ſingulis
natura ſunt / communia quodammodo fiant:
ut ⁊ oculi ⁊ aures ⁊ man⁹ communem in uſum
cernere. audire: agere uideantur. Laudentqȝ
⁊ uituperent eadem ſimiliter omnes / eiſdem
rebus gaudẽtes eiſdemqȝ dolentes: ac deniqȝ
pro uiribus ſub his legibus uiuant / que unam
q̃ȝ maxime ciuitatẽ efficiunt. Talem utiqȝ ci
uitatem ſiue dii alicubi ſiue deorũ filii uno plu
res habitent / ita uiuẽtes eãqȝ ſeruantes / om
ni certe referti gaudio uiuunt. Qua propter
rei. p. exemplar non alibi cõſiderare oportet
ſed hac inſpecta / talẽ maxime pro uiribus que
rere. Ea uero quam hic nos aggreſſi ſumus / ſi
fiat / proxime quodammodo ad immortalitatẽ
accedet: ac ſi non primo / ſaltem ſecũdo loco
erit una. Sed de tertia poſtea ſi uoluerit deus
determinabimus. Nunc uero que nam hec ſit
⁊ quo pacto talis fiat / conſideremus. Primuȝ
igitur domos agroſqȝ ſortiantur. nec agros /
communiter colant. Nam maius hoc eſt q̃ȝ hec
generatio nutritioque / ⁊ educatio fere poſſit.
Sed hac mente ita diſtribuant: ut putent ſin
guli ſortem ſuam toti ciuitati eſſe communem

Quippe cũ ea regio patria ſit magis eaȝ colere
debent / q̃ȝ filii matreȝ: hec. n. cum dea ſit / dña
mortaliũ eſt. Jdem quoqȝ de indigenis taȝ diiſ
q̃ȝ demonibus eſt cenſendũ: ſȝ ut iſta ſic omne
per tẽpus durẽt: danda opera eſt / ut quot nũc
foci numero diſtributi ſunt / totidẽ ſemper fu
turi ſint / neqȝ plures unq̃ȝ / neque pauciores.
Quod ita firmiter in omni ciuitate fiet / ſi ſor
tem nactus quiſqȝ ſemper unum de filiis ſuis tã
tũ / quẽ malit dom⁹ ipſius heredẽ reliquat ⁊ ſuc
ceſſorẽ: cultoremqȝ deorum ⁊ ciuitatis ⁊ generis
tam uiuentiũ q̃ȝ defunctorum. ex reliqs aũt filiiſ
ſi plures uno ſibi nati ſunt / feminas qdem ſecũ
dũ legeȝ que ſancietur / collocet: mares aũt / ci
uibus illis / quibus filii non ſunt / adoptione cõ
mictat: maxime quidem p gratiã. Si uero gra
tie quoſdam deficiant / aut ſi plures uel mares
uel femine ſinguliſ naſcantur: aut ↄtra ſi pauci
ores / cũ mulieres forte fecunde non fuerint / õ
oibus iſtis maximis preſtantiſſimuſqȝ magiſtra
tus / qd fieri oporteat / diligenter ↄſideret: uiã
q̃ȝ oio inueniat / ſiue habundet filiorum fetura ſi
ue deficiat / ut qnquies mille ⁊ quadragita hita
tiones ſolũmodo ſep maneãt. Multe aũt ſunt
uie: nam ⁊ phiberi genere / cũ nimis afluit põt
Et cõtra cum opus eſt ut augeatur / curari / ac
uel honore uel dedecore monitionibuſqȝ ſenum
ad iuuenes lȝ ad eam hoies adhortari. Deniqȝ
hinc ois defectus oritur ⁊ inopia / cũ quiqȝ mili
um ⁊ quadragita domorum numerus nõ ſeruatur
Qõ ſi ob nimiũ in pcreandis liberis ſtudiũ ſic
aucta ſit ciuitas / ut numeri modũ excedat / ac
q̃ȝ ita inopia rerum prematur / uetus illud repeta
tur ↄſiliũ / quod ſepe iam dictũ eſt / ut colonia
mictatur chara a charis quo ↄmodius agi poſſe
uidebitur. Si uero ↄtra morborum lues bellorumue
calamitas ueluti quadam illuuione ita deuaſta
uerit ciuitatẽ / ut multo pauciores ſtatuto nu
mero ſupſtites ſint / ſponte. qdem alicui ciues
adulterina educati diſciplina / ſuſcipiendi non
ſunt: Neceſſitateȝ aũt nec deus ut dicitur uio
labit. Preſentem igitur orõeȝ exiſtimemus hũc
in moduȝ noſtrorum auribus inſonare. O. uirorum
oiuȝ optimi / ſimilitudinẽ ⁊ equalitatẽ / quodue
idem eſt ⁊ ↄſentiens / honorate ſecundũ naturã

neqȝ id unq̃ȝ tranſgrediamini: ſiue ſecundum
numerum ſiue ſecundũ potẽtiã / bonarum rerum atqȝ
pulchrarum. Et nũc qdem inprimis p oẽm uitaȝ
numerum quẽ prediximus ↄſeruate. Deinde cen
ſuȝ quẽ ab initio mediocrẽ ſortiti eſtis ne negli
gite / emdo inuicẽ ⁊ uendendo. Alioqn neqȝ de
us ipẽ diſtributor / neqȝ legis ↄditor uobis faue
bit. Nũc. n. primũ refragantibus lex precipit
us prefata / ut in his ſortiantur / qcunqȝ uelint
uel nõ ſortiantur: pinde ac ſi regio ipſa in pri
mis / diis omibus ſit ſacrata: deinde ſacerdoteſ
oms taȝ mulieres q̃ȝ uiri precaturi ſint / primis
ĩ ſacris ſecundiſqȝ ⁊ tertiis / ut ⁊ emptor⁊ uẽdi
tor domiciliorum ⁊ prediorum q̃ ſortiti ſunt q̃ in hiſ
perpeti ↄuenit / patiantur. Scribent aũt in ſa
cris ad poſteritatis inſtructõeȝ cupreſſea moni
menta: preterea ut iſta ſeruentur eorum cuſtodi
aȝ magiſtratui illi ↄmictent / q acutiſſime uide
tur inſpicere: ne lateat eos / ſi qua forte preter
rationẽ hãc cõmertia fiant: ſed qcumqȝ legi ac
deo non obtempat / puniatur. Atq quantũ bo
nũ ſit quod modo precipitur ſuo ordie prepara
tum. quantũqȝ proſit obſequẽtibus ciuitatib⁹
ſecundũ antiquũ puerbiuȝ nullus unq̃ȝ prau⁹ i
telliget: ſȝ exptus dũtaxat ⁊ equis in moribus
educat⁹. Queſtus i hac ciuitate nõ multus. nȝ
n. oportet in ea neque licet illiberali q̃ſtui quẽ
q̃ȝ incũbere: neqȝ mechanicũ illud ⁊ infame q̃re
re lucrũ: qõ mores generoſos inqnat. neqȝ exi
ſtimare ullo pacto ulibus ex rebus ⁊ turpibus
pecunias cumulãdas. Accedit ad hec ⁊ alia lex
q̃ iubet neqs priuat⁹ uel aurum hẽat uel argentũ
Sȝ qa nũmis opus ẽ quotidiane ↄmutatioiſ gra
tia que inter artifices ⁊ huiuſmodi ferme eſt
neceſſaria / cum mercennariis ⁊ ſeruis ⁊ coloniſ
merces aliqua debeatur / iccirco nũmos habe
re concedimus tales ut apud eos quidem habe
antur inpretio / a / ceteris uero gentibus contẽ
nantur. At uero cum ⁊ bella ſepe gerenda ſint
et pegre proficiſcẽdum / quando ad externas
gentes legati nuntiiqȝ mictuntur / neceſſe eſt
ut ciuitas ſemper communem grecie monetam
poſſideat Siqua uero neceſſitas priuatũ pegre
proficiſci coegerit / magiſtratuũ uenia profici
ſcatur. Reuerſus autem / ſi peregrinis nummis

abundat / cum ciuitatis nūmis eos conmutet: ciuitatiq; restituat. Quod siqs occultare eos et ī priuatum usum conuertere deprehensus fuerit / publicum fiat quod occultabat. Conscii aūt qui non accusauerunt / maledictis atq; obprobriis una cum illo subiciantur. atq; etiā nō minore mulcta puniātur q̄; allatus peregre nūmus fuerit. Memini preterea aut dare dotes aut accipere liceat neq; pecuniā deponere apō eum cui non adhibes fidem neq; fenerare. licet atq; siquis in fenus acceperit / nec usuram nec sortem reddere. Hec aūt ciuitati optima esse / sic recte quispiam iudicabit / si ad precipuā ipsam recti legum latoris semper referat uolūtatē. Nam uiri ciuilis mentē habentis non ea uoluntas est ut nos asserimus / quam in legum latore optimo esse debere multi affirmant: ut q̄; maximā ⁊ ditissimam esse uelit ciuitatē: auro et argento refertam. ac terra mariq; plurimis dominantem: quibus addunt / ut q̄; optimam etiā ac felicissimā esse uelit / si recte leges laturus est. Sed hoꝝ quidem alia fieri possunt. alia minime. possibilia igitur uolet fundator legum impossibilia nec uolet / nam uana esset cupiditas neq; aggredietur. Felices ergo ⁊ probos esse / que simul necessario ferme fieri solent / uolet quidem. Diuites aūt ualde simulq; probos esse impossibile. dico aūt diuites ut mlti existimāt asserētes eos esse diuites / q pauci e multis pecunias plurimas possident: quas etiam posset malus quilibet possidere. Quod si ita est / nunq̄; ego his ɔcedam diuitem reuera esse felicem / nisi etiā bonus sit: fieri uero nō potest ut diuitiis aliquis simul prestet ⁊ ꝓbitate. Cur ita? forte quispiā dixerit: Quia dicemus / acquisitio tā iniuste q̄; iuste facta / plusq̄; duplo eam supat / q̄ solūmodo iuste fit. Et impēdia q̄ nec honeste nec turpiter impenduntur / duplo minora sunt illis q̄ honesta sunt / honesteq; īpendūtur. Nunq̄; igitur illo q duplo plus acqrit ⁊ dimidio minus erogat / ditior is erit qui ɔtra facit. Est aūt alter istoꝝ ꝓbus. alter nō malus quidē / qñ dūtaxat parcus est: non nunq̄; uero malus oīo. bonus aūt ut modo diximus / nunq̄;. Nā q ⁊ iuste pariter ⁊ iniuste pecunias cumulat neq; iuste impendit neq; iniuste / diues fit quādo est parcus. Sꝫ qui oīo malus / qm̄ utplurimū nepos ⁊ ꝓdigus ē ualde paup fit: At qui honeste expendit ⁊ iuste solum acqrit / neq; facile diuitiis excellet unq̄; / neq; premetur inopia. Recte itaq; sermo noster asserit / ualō diuites / bonos uiros nō esse quod si boni non sunt / felices quoq; non erunt. Nobis autē legū huc sanctio respicit / ut felicissimi ciues sint / ac maxime inter se amici. Qui sane amici nunquam erunt / si mutuis iniuriis uexati plurimis litigādo uti cogantur iudiciis. sꝫ si q̄; minima hec sint atq; paucissima. Quapropter oportere dicim⁹ nec auꝝ nec argentum esse ī ciuitate: neq; questū insup mltum in mechanicis operib⁹ cauponationibusq; et phenore. nec ex pecoribus turpiter: sꝫ ab his que agricultura offert ac prebet. atq; hoc ita / ut questus nō cogat ea negligere / quoꝝ causa querūtur pecunie. hec uero anima ⁊ corp⁹ sunt que absq; gymnastica ⁊ alia disciplina / nullius pretii unq̄; erunt. Quare pecuniarum cura: ut sepius iā dictū est. ultimū honoris teneat locum. Quippe cū tria sint omnia in quibus homines studium ponunt / ultimū ac tertiū est / si recte habeatur / pecunie studiū: Mediū corporis / animi primū. Atqui hec ipsa / quā nunc ɔdimus / res ꝑ. si honores ita distribuit / recte disponitur. Siqua aūt lex aut tempantie sanitatē corpis / aut sanitati ⁊ tempantie diuitias anteponit / non recte posita esse uidetur. Sepius itaq; legis lator protestari debet / qd ipse uelit quid si ɔtigerit / bene succedet. Sin min⁹ instituti sui spes eum frustrabitur: Atq; ita forsan et ipse a ferendis legibus sese ac ceteros uidicabit: aliter nullo modo. Qui ergo partē suam possideat: ꝓbe sortit⁹ ē / eā / qua dixim⁹ ɔditōe possideat: ꝓbe āt fieret si cetera oīa q ueniūt ī coloniā eq̄liter possiderent. Cū āt fieri id nō possit / sꝫ ali⁹ ueniēs plus habebit pecunie / ali⁹ min⁹ / multoꝝ ⁊ causa / op⁹ ē ut ieq̄les ī ea cēsus ɔstituātur: ut magistrat⁹ / uectigalia / distributōesq; secundū dignitatē singuli nō solū sue maiorūq; uirtutis aut forme aut uiriū corporis / uerū etiam secundum diuitiarum ⁊ paupertatis usum quoad fieri potest equaliter / videlicet in equali quidem portione sed facile coequabili accipiētes / nequaq̄;

contendant. Horum causa quatuor magnitudine differentes bonorum census fieri oportet: Primos. Secundos. Tertios / ⁊ quartos aut quibusuis aliis nominibus apellatos. ut alii eodem in censu permaneant / alii ditiores pauperesue facti / in censum sibi conuenientem pertranseant. Ad hec legis figuram / que sequitur / ego ponam. Nempe oportere dicimus vt in ciuitate que summi morbi expers futura sit: quod discidium aut seditionem recti us apellarim / nec extrema in aliquibus ciuium inopia sit: nec ingentes diuitie. Nam utraq; illa ab utrisque his pariuntur: Quare oportet vt / a / legis latore utrinsque terminus statuatur. Sit itaque paupertatis terminus / census sortis: quam stabilem esse oportet: quam ue minorem alicui esse nec magistratus ullus patietur: nec alius quisquam / cui cure sit uirtus. cum legis lator his mensuram suam prescripserit / duplum ad hanc ⁊ triplum ⁊ quadruplum haberi permictet. Plura uero siquis habeat siue reperta: seu donata. questu siue parta seu quauis alia fortuna huiusmodi comparata / si omne quod superest ciuitati ⁊ diis ciuitatis tutoribus dederit / indemnis ⁊ laudabilis sit. Sin autem legi non obtemperauerit / quisquis hoc detulerit dimidium consequatur. dimidium diis consecretur. Ille autē equali suorum bonorum parte mulctetur. Quecumque uero possident ultra sortem apud magistratum hoꝝ custodem / a / lege constitutum aperte scribantur: ut omnia de pecuniis iudicia facilia sint ⁊ ualde clara. post hec urbs primum in medio regionis quoad fieri potest condatur / in loco qui cetera quoque ciuitatis habeat conmoda: que nec intellectu nec dictu difficliia sunt. Deinde in partes duodecim partitio fiat: ⁊ ueste prima Iouiq; ⁊ Palladi consecretur eaq; arx / circulo circumducto / a / quo ⁊ regionem ⁊ urbem partes duodecim partiantur: que quidem ita equales fiant / ut agri fecundi minores sint / infecundi maiores. Sortes uero quinquies mille ⁊ quadraginta scindantur: quarum bipartito quelibet diuidatur. Consortiri quoque oportet portiones duas / quarum utraq; remotioris ⁊ propinquioris sit particeps / ita ut pars urbi proxima cum remotissima parte sors una fiat. secunda quoque ab urbe / cum secunda / a / remotissima. ceteraq; omnia eodem pacto. dāda etiam opera est vt in geminis his partitionibus quod modo de fecunditate regionis ⁊ infecunditate diximus / peragatur. vt uidelicet ī eis multitudine ⁊ paucitate distributionis equatio fiat. Quinetiam diuidere in partes duodecim uiros oportet / quemadmodum ⁊ cetera bona / omnium prorsus equalitate seruata: omniaq; describere. Deinde duodecim sortes / diis duodecim attribuere: ⁊ partem quamlibet sortis participem: suo consecrare deo tribūq; ipsam uocare. Sed ⁊ duodecim urbis membra / sicut in reliqua regione factum est / sigillatim in habitationes duas diuidenda sunt / Unam quidem circa medium / circa extremum alteram. Et habitationis quidem ordo hunc habeat finem. Illud autem cogitare omnino debemus quod ea que diximus nunquam talem oportunitatem nacta omnia ita concurrent ut quemadmodum descripta sunt fiant / ⁊ uiri habitationem huiusmodi non ferant moleste: sed equo animo patiantur: pecuniasq; habere uelit per totam uitā ut statuimus. Mediocres / filiorū preterea generationes ita singulis sint ut diximus. ac auro ⁊ argento careant: et ceteris omnibus: que legis lator ex supradictis / dicturus esse uidetur. Ad hec regionis ⁊ urbis in medio ⁊ ī extremis sicut ordinauimus ubiq; habitationes. Que quidē omnia quasi somnia quedam / dicuntur: ciuesq; per hec ⁊ ciuitas quasi ex cera formantur. Hec utiq; modo quodam non male opponuntur: sed ea quoq; narranda: que legis lator aduersus diceret. Ne fugere me existimetis amici q̄ōmodo dictū est / uere quodāmodo dici. Sꝫ par est ut arbitror ī singulis ut is q exēplar ꝓponit / ad cuius similitudinē opus fieri debeat nihil oīo pretereat. q̄ō ad uerissimā eius ɔueniat pulchritudinem. Siqs aūt ex his nō nulla imitando asseq neqt / q̄ supra uires sunt pretermictat quod ⁊ his ꝓximū est / eorūq; q̄ fieri ɔuenit / cognatissimū / oī studio prosequatur permictatq; legis latorem uoluntati sue finem imponere. Quo facto con

muniter cum illo conſideret. Quid ex dictis
conferat quid ue ferendis legibus aduerſetur
Nam opus undiqꝫ ſibiipſi conſentiēs/ artifex
ōis ubique agere debet etiã i re minima: ſi mo
do ſit laudem conſecuturus. Nunc iam poſt
duodecim partium diſtributionem animaduer
tendum eſt/ quod cum duodecim partes iſte plu
rimas in ſe portiones/ portionibuſqꝫ connexa
et orientia ex connexis habeant uſqꝫ ad quin
qꝫ milia ⁊ quadraginta. Unde. ⁊ tribus ⁊ gen
tes ⁊ uicos habent: ⁊ ad rem belicam ordines
atque ductus: nummos preterea ⁊ menſuras
ſiccorū atqꝫ humidorum ⁊ pondera ſimiliter/
hec omnia commenſurata ⁊ conſona inter ſe/ a
legis latore ordinari debent: preterea timen
da non eſt puſillanimitatis opinio/ quaſi par
ua nimium conſiderentur/ ſiquis iubeat ut ua
ſa ⁊ ſuppellectilia ciuium omnia menſuram ha
beant ſuam: nullumqꝫ ſine certa menſura poſ
ſideatur: Et communi ratione cenſeat ad om
nia perutiles eſſe numerorum partitiones uari
etateſqꝫ: ſecundum quas ⁊ ipſi inter ſeipſos ua
rii ſunt: ⁊ in longitudine ⁊ profunditate/ ac
uocibus uarietatem accipiunt: in motibus quo
que/ tam recto motu aſcendendo uel deſcen
dendo: qꝫ circuitu. Ad hec omnia ita reſpice
re debet legislator/ ut ciuibus omnibus preci
piat/ ne ab huiuſmodi numerorum ordine quo
ad poſſunt/ diſcedant. Nulla enim alia una
pueritie diſciplina/ ad rei familiaris guberna
tionem/ ad rem. p. ad artes denique uniuerſaſ
tantam habet uim quantam huiuſmodi numero
rum cognitio: quodqꝫ maximum eſt/ ſomnolen
tos etiam ⁊ natura rudes exſuſcitat/ ⁊ doci
les, memores, ſolerteſqꝫ facit/ preter naturã
ſuam diuina arte proficientes: Que quidem
omnia/ ſi modo legibus aliis atque officiis/ illi
beralitas ⁊ auaritia ex eorum animis extirpa
ta ſit/ qui ea ſufficienter ⁊ utiliter ſuſcepturi
ſint, bona rudimenta ⁊ commoda ſunt: Sin
minus: malitia hinc potius qꝫ ſapientia clam
originem trahet, quod egyptiis ⁊ phenicibus
multiſque aliis gentibus nunc uidemus con
tingere: propter ceterarum artium facultatuꝫ
qꝫ illiberalitatem: ſiue quis rudis legum lator
id fecerit/ ſiue fortuna infenſa ſiue alia huiuſ
modi quedam natura. Nec. n. illud. o. Clinia
et Megille nos fugiat/ magnam eſſe locorum
ad ferendos meliores peioreſqꝫ homines diffe
rētiã. Quibꝰ diuerſa prout expedit legibꝰ ſaci
enda ſunt. Quippe alii uarietate uentorum ⁊
turbine difficiles ⁊ proterui ſunt, alii propter
aquas: alii propter cibos: qui ex terra non ſo
lum corporibus commodi aut incommodi oriun
tur: uerum animis quoqꝫ non minus. Maxime
autem loca regionis differunt: in quibus inſpi
ratio quedam diuina eſt: ⁊ que demones ſorti
ti ſunt: qui habitantes propitii uel contra ſu
ſcipiunt. Quibus/ pro humano ingenio conſi
deratis/ mētis compos legum conditor/ ſe ad
leges ferendas conuertet. Quod ⁊ tibi eſt. o.
Clinia faciundum. Prius. n. hec tibi animad
uertenda ſunt/ qꝫ habitari facias regionem.
Cli: Egregie. o. Athenienſis hoſpes hec abſte
dicta ſunt: Quare ⁊ mihi ita eſt faciendum.

Argumentum Marſilii Ficini in Librum Sextum

RIA Sunt genera cauſarum:
quibus diuerſa diuerſis in locis ho
minum ingenia fiunt. Que quidē
tria genera Plato in ſuperioris li
bri fine breuiter comprehendit.
Ego uero operepretium fore arbitror hac ip
ſa materia quaſi quodam nodo ſextum cum qn
to ligare: Sit ergo plurimum in loco diſcrimi
nis ad meliores deterioreſqꝫ homines generan
doſ. Cauſa uero ſit uel humana/ uel naturalis/
uel diuina: Humana quideꝫ/ lex. educatio. cō
ſuetudo diuerſa. Naturalis autē/ elementoꝝ
alimentorumqꝫ diuerſitas. Diuina uero/ ut ce
lum quoqꝫ diuinuꝫ/ uocem/ ſyderum numinūqꝫ
poteſtas. Siqdeꝫ Plato indicat quēadmodum
alie celi plage aliis regūtur ſtellis/ aliiſqꝫ diis
.i. ſupioribꝰ ãgelis: ſic alias terre plagas/ ali
is quoqꝫ demōibꝰ/ iſerioribꝰqꝫ ãgl'is gubernari

Accedit ad hec aſtronomoꝝ ſententia ⁊ plagas
terre celi plagis/ ⁊ urbes aſcendentibus ſignis
accomodãs. Mitto in preſentia qntū igenioꝝ
diſcrimen afferat familiarium cuiuſqꝫ hominis
uarietas demonum. Quod aūt ſpirituum ſupe
rioꝝ uires/ noſtris/ quomodocūqꝫ id fiat/ ſpiri
tibus influant/ negare non poſſumus/ qñ mani
feſte uidemus/ corpora noſtra corporibus ſupe
rioribꝰ agitari aſſidueqꝫ ab aere aliter atqꝫ ali
ter permutari: Quod ſi ſpiritus illi in noſtros
agunt ſpūs/ agunt inſuper ⁊ i corpora: Paſſio
uero corpoꝝ hūorum/ ſiue a ſpiritibus illis/ ſi
ue a corporibus ſupioribus inferatur/ eatenus
redundat i aīa/ quatenus tam ꝯparato qꝫ natu
rali affectu animus ſeſe mergit i corpus. Heꝝ
hoc intereſt/ qd corpora illa p corpora noſtra
mouēt aīas ſpūs aūt/ tuꝫ aīas p corpora mouēt
tū p aīas/ tū etiã p illum ſpūꝫ quē phyſici ſepe
nodum aīe inuicem corpiſqꝫ cognominãt. Me
mento uero uim oēm atqꝫ motum a ſupioribus
i nos deſcēdētē/ ſēp ad bonū ſuapte natura ꝯdu
cere. Qñqdem ⁊ celeſtes influxus/ ſemp ad bo
num. Sꝫ neqꝫ tu hic uel rigidiorē hominū tri
ſtitiã ⁊ parſimoniã reicias i ſaturnū/ uel temeri
tatē ferocitatēqꝫ in Martē/ uel fraudulentaꝫ
malitiam in Mercuriū/ uel laſciuos amores in
Uenerem. Quid uero? ſi Saturni grauitas in
nobis ꝯplexiōis/ nature/ nutritioniſqꝫ ⁊ educa
tionis uitio/ in ſimile quiddam grauitati uitiū
cōuertatur. Similiter magnanimitas martia
i audaciã magnanimitati quodãmodo ſimileꝫ:
mercurialis induſtria ſimiliter i malitiã: uene
rea charitas in libidinem: Nō ne ſub ſolis radi
is/ qui natura ſua ad uidendum conferunt ⁊ ui
uendum quotidie accidit: alios uiſū: alios uitã
amictere: ⁊ q in aere libero ſalubriter calefaci
unt: in concauis urunt. Quēadmoduꝫ uero ſub
benefico radioꝝ influxu ob inferiorem naturã
reſultat alicui malū: ī uniuerſo: ſic ſub ſtellaꝝ
uiribus natura bonis: atqꝫ ſub numinū muneri
bus optimis/ poteſt interdū inferioris ul' natu
re uel ꝯſuetudinis uitio/ uitiū uel corporis ul'
animi ſuboriri: Nihil uero uniuerſo uitiū aut
malū: quēadmodū in concentu Secūda uel ſep
tima uox/ que ſeorſum audita diſſonat/ interiꝫ
coniuncta ceteris ꝯſonat uniuerſo. Solent ue
ro Platonici infimos demones malos aliqñ nū
cupare: quoniã ad infimum generationis ⁊ ſēſi
bile bonum ſuo quodã/ ut aiunt/ officio nos alli
ciant: diuertere aūt a ſummo bono ad minimū
ꝯpatione ſummi malū iure cēſetur. Miſſum fa
cio i preſenti qd aiunt ſuppremos demones ad
ꝯtēplationis/ medios ad actionis/ infimos ad ꝯ
cupiſcentie bonū ducere. Quod ue his oibus ⁊
uti poſſumus: ⁊ abuti: ⁊ utentibus quideꝫ bona
cōtingunt/ abutentibus uero mala. Appellat
uero Plato demones ⁊ deos indigenas patrie/
nō quia inde geniti: ſꝫ quia ciues inde genitos
peculiari quadaꝫ cura cuſtodiunt. Dicit prete
rea beatã ciuitatē a diis deorumqꝫ filiis coli: in
telligens partim qdem celeſtē hieruſalem/ ab ã
gelis puriſqꝫ animis habitatam/ partim quoqꝫ
felicem illorum uitam. quos in phedone inquit
editiſſimas terre partes incolere numinum fa
miliaritate beatos. Deſcendit poſt hec i ſexto
ad magiſtratus cōſtituendos. s. quod eſſe opor
teat/ ⁊ quo pacto creari: quid ue magiſtratus
cuiuſqꝫ ſit officium: Inquit autem diligentiaꝫ
in his creandis tanti eſſe momenti/ ut uel bona
rum conſtitutio legum abſqꝫ magiſtratibus bo
nis/ non modo minime profutura ſit ciuitati/
uerum etiã plurimuꝫ nocitura. Oportere uero
ait tam eos qui magiſtratus electuri ſunt/ qꝫ q
eligendi/ eſſe ab adoleſcentia probatiſſimos/
maioribuſqꝫ probatiſſimis genitos: ⁊ qui conci
uium mores perfectiſſime calleant: In his no
tabis miram Platonis prudentiam in ordine
magiſtratuum eorumqꝫ officio i rebus humanis
⁊ ſacris/ bello ⁊ pace/ in urbe atque agris. Co
gnoſceſqꝫ ⁊ probabis optimatum gubernatio
nem/ aliquid regii/ nec non popularis haben
tem: ⁊ quodammodo inter unum ⁊ populum me
diam conſtitutam: Animaduertes in ciuili
bus muneribus diſtribuendis ſeruandam ſemper
equalitatem: non arithmeticam quidem: per
quam numero uel etiam menſura ⁊ pondere pa
ria ſingulis tribuuntur. que ſepe iniuſtiſſima
eſt: ſed geometricam potius/ per quam conſi
derantur merita ſingulorum: atque ea ratio
ne ſingulis diſtribuitur/ ut que proportio
meritorum eſt ad merita/ eadem quoque mu
nerum ſit ad munera: neque equalia ſint/

munera muneribus: sed munera meritis. Semi nam ergo considerabis equalitatem tum muneris ad munus, tum muneris ipsius ad meritum. Et illam quidem sepe noxiam, raro utilem, et tunc demum utilem si fiat sorte: Hanc uero quotidie necessariam. In hac utique totam consistere iustitie rationem. Atque hanc ipsam in Iouis iudicio esse positam. Eiusque notionem hominibus uix paucisque tribui. Sed quantacunque nobis adsit per hanc solam cuncta seruari. Nec immerito equalitatis huius officium supremi iudicis adscribit iudicio. Qui cum solus secreta omnium penetret, ideoque merita perfecte cognoscat, nimirum solus perfecte potest meritis equalia reddere. Idque ita facit, in celo primum deinde in uniuerso, ut hac sola pro cuiusque nature capacitate ubique distributione, fieri cuncta atque seruari, & ab antiquis probatum & in gorgia fuerit comprobatum. Sed inter hec Plato iterum, qui mos eius est frequentissimus, pueris educandis incumbens, peculiarem ad id procreat magistratum: eumque haberi uult omnium in ciuitate summorum magistratuum prestantissimum existimans absque colende puerilis sementis prouidentia, totam ciuitatis culturam fore uanam. Aduertes hic humanum ingenium bene quidem cultum, tandem mansuetissimum diuinissimumque euadere. Contra uero, si contra: sed cur nam humanum ingenium ferocius euadere posse dicit quam ferarum? Quia, quod maximam uim habet ad bonum, maximam quoque habere potest ad malum. Item optimum quando deprauatione sui uertitur in oppositum, fit pessimum? Quod quidem in re. p. disputat. Preterea ferocitatem in homine deprauato auget, machinatio perspicacissime mentis ad malum. Unde quod subtilitas spirituum humanorum in ira, conuertitur in furorem: Accedit & quorundam demonum irritatio, quod Plato in epistola ad siracusanos significat: & Homerus egyptiorum sententia frequenter usurpat, heroas inducens a diis. i. demonibus ad iras & sanguinem animatos. Commendat iterum numerum illum quinquies mille & quadraginta in magistratuum, domiciliorum, agrorum partitione, omnium commodissimum: utpote qui in multas deinceps portiones integras diuidatur. Sane si uniuersum hunc numerum in duas diuiseris partes: pars dimidia duo milia continebit, quingentaque & uiginti. Si uero in tres, pars tertia, mille sexcenta octuaginta. Si in quatuor. Quarta quelibet, mille ducenta sexaginta. Si in quinque. Quinta quelibet, mille continebit atque octo: si in sex: sexta omnis, octingenta & quadraginta. Si in septem septima, septingenta uiginti. Si in octo octaua sexcenta triginta. Si in nouem: nona, quingenta atque sexaginta. Si in decem, decima, quingenta & quatuor: huc usque partes omnes sunt integre. Sed si in undecim: undecima, quatercenta quinquaginta & octo: atque insuper duas undecimas portiunculas. Quod si in duodecim, duodecima, quatercentum atque uiginti. Hic siste pedem. At quoniam nobis sexagita commemorat. si uniuersum illum numerum in sexaginta partes diuiseris, pars sexagesima, octuagita & quatuor comprehendet, ac si conuersione quadam in partes octuaginta quatuorque secueris, pars queque sexaginta tenebit. Uidetur autem Plato pluurimi facere, quod ille numerus duodecies diuidatur in quatercentum atque uiginti: quod uero hic rursus duodecies intriginta quinque. At uero hic duodecies in duo atque insuper undecim duodecimas unius partes. Atqui & ipse numerus quatercentum atque uiginti multiplicatur ex numero uigesies uiginti & uno. Nam uiginti numerus uigesies semelque replicatus, quatercentum uigintique complet. Laudat duodenarium numerum & uniuersum illum, qui duodenario prorsus accomodatur, propterea quod duodecim sint apud eum mundi sphere & signa duodecim in Zodiaco: & partes duodecim in elementis. Siquidem quodlibet ex quatuor elementis in tres diuiditur regiones, in summam & infimam atque mediam: Non solum situ: sed uirtute etiam differentes. Adde elementorum substantie elementorum alterum duodenarium. Quod & substantie elementorum quatuor & qualitates octo comprehendunt. Qualitatum uero quatuor quidem masculetur. Qualitatum uero quatuor quidem mascule sunt. s. calor, frigus, leuitasque & grauitas. Quoniam primo due alterationis principia sunt, sequentes due principia motionis ad locum. Quatuor uero femine sunt que passioni magis subiciuntur: s. humor, siccitas, rarumque & densum. Hec uero egyptiorum mysteriis contineri Iamblicus asserit. Accedit quod duodenario mensium numero sol dominus planetarum & cursum proprium agit & uarios producit effectus. Denique singulas uult ciuitatis partes deo consecratas existimari: proprie uero diis duodecim. i. duodecim sperarum animabus. Item diis duodecim Zodiaci singna regentibus. Rursus duodecim ordinibus demonum celestia signa sequentium. Cum uero dicit partes urbis duodecim sequi circuitum uniuersi, forte etiam intelligit totum octaue spere circuitum triginta & sex milibus annorum perficiendum. Qui sane numerus tribus annorum mille duodenariis perfecte completur adeo ut in primo mille annorum duodenario intelligas ex antiquorum sententia iuuenilem mundi totius habitum. In secundo uirilem: In tertio uero senilem. Sed de his oportunius in Timeo. Conuenit his, quod in phedro inquit, deorum demonumque exercitum sub duce Ioue in duodecim ordines esse dispositum: Concludit hic ciuitatis partes partim quidem per duodenarium tribuum templorumque numerum, partim uero per diuinum cultum bis quolibet duodecim mensium solemniter instauratum: sic ad dei munera preparari, ut diis ipsis quasi insidentibus gubernentur: Bis autem instaurari precipua uult publicaque solemnia: quod & duodenario tribuum: & ciuitatis reliquique agrique duodenario satis fiat: Quod autem sacra iubet fieri diis deorum ue filiis, deos quidem intelligi uult sperarum animas, filios autem, demones puriores. Cuncta uero hec Iouis unius omnium principis gratia iubet fieri. Neque uero silentio pretereundum est duodenarios quos pertinentes ad uniuersum commemorauimus a duodenario cuiusque hominis proprio quasi representari. Qui sane ex quatuor corporis humoribus totidemque sensus ipsius perturbationibus: ac totidem uirtutibus constare uidetur. Post sacra deorum ad nuptiarum sacra descendit. Ubi leges ritusque nuptiales: exhortationem ad matrimonium: officia uiri & uxoris tum inter se, tum erga liberos & generandos, & educandos considerabis. Notabis ante omnia non decere in ebrietate uel alia mentis perturbatione procreandis liberis operam dare. Atque ob huiusmodi delictum filios quotidie nasci tam animo quam corpore egrotantes: Mandabis quoque memorie mysterium ubi ait principium & numen hominibus insitum, si conuenienti sibi honore a singulis, munere ipsius utentibus afficiatur, omnia seruat. Quid ergo principium? quid numen insitum aut insidens? Principium quidem idea est formationis humane principium: Numen uero familiaris demon, demon quoque, generationis princeps sepe sub nomine lucine significatus. At cur insitum aut insidens, aut incubans? ut intelligas numen non adesse solum sed inesse assidue atque fouere. Precipue uero fauere & fauendo seruare si grate colatur ab his qui munere eius utuntur. Post mutua uiri uxorisque officia, consequenter ad mutua dominorum seruorumque descendit officia: Post hec solita quadam arte redit ad menia, templa, palatia, que ante nuptias tractanda fuisse dicit. Ubi notabis in primis curias iudicum magistratuumque palatia, iccirco templis proxima collocari, quo humani iudices semper iudicando meminerint se adeo dum iudicant homines iudicari: meminerint quoque custodes urbis nisi custodiente deo custodire non posse: Item nihil in ciuitate uel minimum sine certo quodam ordine esse debere Siquidem quod caret ordine, alia insuper ordinata confundit: Maxime uero ordine & continua cura muliebria indigere. Alioquin si mulierum res negligantur, duplo plus, immo & supra duplum detrimenti prouenit ciuitati, quam si uirorum neglecte res fuerint: Inter hec ubi mundi antiquitas repetitur: quod dicitur ipsum generationis principium nos inextimabili temporis magnitudine precessisse, intellige si obseruas moysem: inextimabili dierum horarumque numero: Conclude librum ea sententia ut triplicem impetum. s. ad cibum, potum, coitum nequando precipitemur triplici cohibeamus freno, timore. s. atque lege ueraque ratione. Preterea moderato honestorum ludorum a pueritia usu Quo per honesta solatia reuocemur a turpibus & ad seria paulatim studia prouocemur.

Sextus Legum.

POST Omnia que hactenus diximus / ferme iam magistratus in ciuitate constituendi uidentur: Cli. Ita certe: Athe: Due profecto he species in ornatu rei. p. sunt prima magistratuum constitutio: quot esse oporteat / ⁊ quo pacto costitui. Altera legū redditio magistratibus / que quot qualesqꝫ sunt singulis consentanee. Sed parū p ante q̃ꝫ magistratꝰ eligamus commorati / non nulla ad ipsorum electionem pertinentia declaremus: Cli: Que nam hec? Athe: Audi iam. Nemini dubium est / quod cum magna res legum latio sit / siquis ciuitati per leges bene parate non idoneos magistratus constituat / q̃ꝫuis leges bene posite sint / tamen non modo id nihil proderit risumqꝫ mouebit / uerum etiam calamitates maximas ciuitatibus pariet: Cli: Plane: Athe: Hoc itaqꝫ considerandum amice / quēadmodum in hac tua ciuitate, re publicaque contingit. Vides enim eos / qui recte magistratus accepturi sint / oportere primo satis ab adolescentia probatos fuisse / tam ipsos q̃ꝫ suos / usqꝫ ad ipsam electionem: Deinde eos etiam qui suffragia ferunt / legitimis esse moribus educatos / ut facile queant admictendos ⁊ repellendos cognoscere / ⁊ erga utrosqꝫ pro dignitate se gerere. At uero qui nuper conuenerunt / cum nec se inuicem satis cognoscant / neque adhuc eruditi sint / quomodo recte unq̃ꝫ magistratus eligere poterunt? Cli: Nullo ferme unq̃ꝫ pacto: Athe: Sed enim certamen excusationes non facile suscipit. Hoc autem ⁊ mihi nunc ⁊ tibi faciendum est. postq̃ꝫ ⁊ tu ciuitatis cretensibus instituēde officium / libenti animo suscepisti / ac decimus es in hoc opere ut ipse dicis / ⁊ ego tibi auxilium presenti confabulatione afferre permisi. Quare sermonem hūc nostrum sine capite restare non patiar. Nam si ita uagaretur / deformis omnibus appareret: Cli: Optime dixisti hospes: Athe: Immo etiā sic / pro uiribus faciam: Cli: Faciamus sic prorsus ut dicimus: Athe: Faciemus utiqꝫ / si deus uoluerit; sic ut etiam senectam in hac parte superemus: Cli: At deum uelle / credendum est Athe: Credendum profecto. Quare ipsum sequentes / hoc etiam dicamus: Cli: Quid nam? Athe: q̃ꝫ audacter simul atque periculose modo ciuitatis habitatio nobis constituetur: Cli Quorsum hec? Athe: Quia facile ⁊ intrepide rudibus hominibus leges damus / utqꝫ ipsas suscipiant / iubemus. Cum omnibus ferme. o. clinia etiam non multum sapientibus / pspicuū sit / neminem leges nouas facile suscepturum. Si uero tamdiu expectaremus / donec legibus instituti pueri / Vtaqꝫ ⁊ diu sub eisdem legibus conuersati suffragia uniuerse ciuitati ferre possint / atqꝫ id pro uiribus recte fieret, certe / ⁊ tunc / ⁊ in posterum / procul ab errore sic instructa ciuitas permaneret: Clini: Sic ratio monet: Athe: perspiciamus ergo si modū quendam ad hec ꝯmodū ita ferre possimꝰ. Gnosios oportet. o. clinia preceteris cretensibus non solum quasi libando inchoare quam nunc rem publicam conditis / sed omni studio prouidere / ut q̃ꝫ tutissime atqꝫ optime primi magistratus constituantur. In aliis quidem constituendis opera breuior. legum autem custodes ante alios creare summa diligentia necessariū est: Cli: Qua uia istud rationeqꝫ faciemus? Athe: Hac o cretēses inq̃ꝫ. Oportet gnosios quando multarum ipsi ciuitatum primi sunt / communiter cum his qui ī eadem conuenere colonia / a seipsis ⁊ ab illis septem ⁊ triginta uiros eligere. Nouē quidem decemqꝫ ex eorum numero qui coloniam habitabunt: Ex gnosiis uero reliquos. Hos utiqꝫ gnosii tue dent ciuitati. Te quoqꝫ ipsum / ut huius colonie ciuem ⁊ unum de octo decemqꝫ uiris / hec aut persuadendo / aut ui mediocriter cogendo faciant: Cli: Quid uero? non ne ⁊ tu hospes ⁊ megillus iste rei. p. huius nobiscum participes? Athe. Magni o clinia athenienses magni quoqꝫ lacedemonii se faciunt / ⁊ longe utriqꝫ incolunt. ⁊ habitatoribus aliis similiter secūdum ea que de te modo dicta sunt / ⁊ que tibi atqꝫ illis hac tempestate cōuenientissime fieri possunt / exposita. Progressu autem temporis ⁊ re. p. permanēte / Qui huiusmodi / magistratuū designatio fiat.

cunctiqꝫ arma siue equites siue pedites ferre possunt / bellisqꝫ in etatis sue ordine interfuerunt suffragium ineant: comitiaqꝫ in templo habeātur: qd prestantissimum ciuitas ducat. Vnusquisqꝫ autem in ara dei nomen suum ⁊ patris ⁊ tribus ⁊ gentis in tabula scriptum deponat: liceatqꝫ cuiqꝫ si uelit / quamcumqꝫ tabulam non recte scriptam suspicabitur / in loco publico ponere / ubi nō minus q̃ꝫ trigīta dies permaneat. Trecentasqꝫ tabulas sic approbatas uniuerse ciuitati magistratus ostendāt. que quos uelit de istis / iterum ⁊ accipiat ⁊ reiiciat. centumqꝫ ita secundo delecti rursus omnibus ostendantur. Tertio uero nominet de cētū uiris quilibet quemcumqꝫ uoluerit. Septem autem triginta uiri / eos qui pluribus delecti suffragiis sunt / magistratus declarent. Qui nam igitur o. clinia megilleqꝫ / hec omnia de magistratibꝰ eorumqꝫ probatione in ciuitate cōstituent? Nō intelligimus in ciuitatibus sic ab initio conciliatis preesse aliquos oportere? Qui uero ex omnibus magistratibus deligantur / in eis nequaq̃ꝫ reperiuntur. Cum tamen eos esse oporteat / non uiles quosdam / sed summos uiros atqꝫ prestantes. principium. n. dimidiū totius operis esse prouerbio dicitur. atqꝫ eum qui bene cepit omnes laudamus. Mihi autem hoc plusq̃ꝫ dimidium esse uidetur. Rectumqꝫ principium nunq̃ꝫ satis ab aliquo laudatum fuisse. Cli: Recte loqueris: Ath: Quare cum nos id non lateat ne silentio pretereamus: sed quomodo fiat / perspicue declaremus. q̃ꝫuis ego nihil ī presentia nisi hoc unum necessarium atqꝫ perutile habeā dicere: Cli: Quid nam? Athe: Equidem ciuitatis huius quam condituri sumus neminē aut patrem aut matrem esse aio / preter ciuitatem illam que coloniam mictit. Nec ignoro fuisse multas ac fore colonias / a / ciuitatibꝰ que miserunt / discidio distractas. Quemadmodum uero erga parentes se gerit filius qui q̃ꝫuis aduersaturus illis quandoqꝫ sit / in ipsa tamen puerilie indigentia / genitores diligit ac uicissim diligitur / ⁊ ad suos semper refugiens in his solis presidium reperit ita quoqꝫ nouam arbitror ciuitatē erga curatores eius gnosios / ⁊ gnosios erga ciuitatem nouam affici. Repeto igitur quod modo dixi. Non enim nocet bis dicere / quod bene dicitur. Oportet ut gnosii horum omnium curam suscipiant / ⁊ de colonis uiros seniores atqꝫ optimos nō pauciores q̃ꝫ centū deligant / deqꝫ ipsis gnosiis alios centum: quos in nouam ciuitatem profectos / oportere arbitror operam dare ut magistratus secundum leges costituātur ⁊ statuti cōprobentur. his factis gnosum gnosii redeant. Noua uero ciuitas seipsam seruare ac feliciter uiuere conetur.

Qui autem in septem ⁊ trigīta uirorum numero ꝯputati sunt / ⁊ nunc ⁊ postea sēp istas res curent. primo quidem legum custodiam habeant deinde etiam tabularum / ubi quisqꝫ magnitudinem sui census conscripserit. Sitqꝫ maximꝰ cēsus minarum quatuor / secundus trium: duarum tertius. quartus uniꝰ: Quod siquis plus q̃ꝫ in tabella scriptum dederit / habere deprehēdatur / quod superest / publicum fiat: preterea reus sit uolentis eum tanq̃ꝫ infamem accusare quando propter lucrum spernere leges inueniatur. Atqꝫ eum quicūqꝫ uoluerit turpis lucri nomine / apud legum custodes accuset. Et qui damnatus erit / publicarum possessionum sit expers. ac siqua bonorum in ciuitate distributio fiat / nihil preter sortem primam assequi possit damnatumque ipsum esse q̃ꝫ diu uiuit ibi scribatur / ubi quicumqꝫ uoluerit / possit legere: Custos autem legum non plusq̃ꝫ annos uiginti hūc habeat magistratum / nec pauciores natus q̃ꝫ quinquaginta / eum gerat. Ac si sexagesimū etatis annum agens magistratum hunc nactus est / solum presit decennium hac utiqꝫ ratione ut qui septuagesimū annum excesserit / tantū magistratum non teneat. Hec igitur tria de legum custodibus precepta sint proficientibus uero legibus quiuis poterit his uiris precipere quorum maxime curam preter ea que modo diximꝰ / habere eos oporteat. Nunc uero nos deinceps de aliorum magistratuum delectu dicamus. post hec duces exercitꝰ eligendi sunt: eorumqꝫ ministri in bello / magistri equitū: tribuni militū peditumqꝫ ordinatores. quos merito multorum more prefectos ordinum nuncupabimus. Igitur ipsi custodes legum huius modi exercitꝰ duces futuros aliquos ciuitatis

modus census:

Custos legum:

lxx an:

Prefecti ordinum in militia:

huius ciues proponant: ſuffragium ineant oēs qui bellis in etate conuenienti interfuerunt / aut iam interſunt. Quod ſiquis aliquem a nullo ꝓpoſitū ꝓpoſito aliquo preſtantiorē exiſtimet / liceat ei loco eius alium nominare ſi modo prius quod ita iudicet iureiurādo cōfirmauerit. Et nominatus maiore ſuffragiorum numero deligatur. Tres autem quibus fauetur plurimum / duces exercitus / bellicarumqꝫ reꝝ curatores quemadmodum cuſtodes legum conprobentur. qui prefectos ordinum duodecim / Unum cuilibet tribui nominent. Pro nominatio autem ⁊ ſuffragium deſignatioqꝫ ⁊ iudiciū ita in his fiat / quēadmodū i exercitus ducibꝰ. Comitia uero in preſentia ante qꝫ creetur cōſilium ⁊ prefecti conſilio deligantur / cuſtodes legum in ſanctiſſimo ſufficientiſſimoqꝫ loco habeant / ubi ſeorſum pedites ⁊ equites ſedeant, tertioqꝫ deinceps ceteri / quicumqꝫ in armis uerſantur. Et in eligendis quidem ductoribus ⁊ magiſtris equitum / omnes ſuffragium ineant. In prefectis ordinum ſolummodo qui ſcuta ferunt. in tribunis militum equites omnes. At leuis armature aut ſagiptariorum / ceterorūqꝫ huiuſmodi prefectos / ipſi duces exercitus ſibi cōſtituant. Reſtat magiſtrorum equitū deſignatio. hos igitur illi nominent qui ductores etiam exercitus nominarunt. ſuffragiūqꝫ feratur ſimiliter. ſimilr̄ quoqꝫ ꝯpatio ꝓ nominando / fiat. Ferant uero ſuffragium / preſentibus peditibus equites. Atqꝫ duo qui maior ſuffragiorum numero delecti ſunt / omnibus ꝓſint equitibus. ꝓ nominationem autem bis fieri liceat. Tertio ſiquis dubitet / illi ſuffragio iudicent / qui comitiorum modū in ſingulos ſtatuere. Conſilium triginta cōſtet duodenariis Nam diſtributio huic per ſexaginta trecentoſqꝫ uiros conuenit. ⁊ in quatuor partes per nonagita diſtribuatur: ita ut a cēſibꝰ ſingulis cōſiliarii nonaginta ferantur: Et primum quidē neceſſario ferant omnes qui maximo cenſu ſunt / ⁊ qui ferre ſuperſederit / pro arbitrio condemnetur. poſtqꝫ uero delati ſunt / conſcribantur. Sequenti die a ſecundo cenſu eodem pacto ferantur. Tertia a tertio ferat quicūqꝫ uelit. Neceſſarium uero ſit iſtud trium cenſuum uiris. Quartus autem minimuſqꝫ cenſus a pena ſit liber / ſiqs eorū ferre noluerit. Quarta die / ex quarto minimoqꝫ cenſu omnes ferāt hac conditione ut ſiquis ex tertio uel quarto cenſu non tulerit / minime damnetur. Sin uero quiſpiā primi ſecundi ue cenſus ferre neglexerit / cōdēnetur: ita ut qui ſecundi cenſus eſt in triplo primi damni ꝯdemnetur / qui uero primi eſt. in quadruplo. Die quinta magiſtratus ad omnes ciues deſcripta efferant nominum ꝙ quibus omnes ferant. qui uoluerit / primo damno condemnetur: Eorum uero / q ex omnibus cenſibus electi fuerint / dimidium / hoc eſt centum octuaginta ſorte ad animi ſenatus ordinē comprobetur. : ſic utique magiſtratuum creatio facta inter unius: ⁊ populi poteſtatem erit media. Quarum medium tenere ſemper oportet rempublicam. Serui enim ⁊ domini amici nunqꝫ erunt: Nec probi ⁊ iprobi / ſi equalibus afficiantur honoribus: In equalibus. n. equalia inequalia fiunt / niſi mēſuram accipiāt Nam propter hec utraqꝫ ſeditionibꝰ replētur res p. Uerus. n. priſcus ille ſermo ab equalitate amicitiam procreari / recte admodū ⁊ concinne fertur. qm̄ uero non ſatis aptum eſt q̄ nā ſit equalitas qua id efficitur / iccirco nos ualde turbamur: Due qppe ſunt equalitates cōqꝫ nomine apellate / ſꝫ effectu in multis pene ꝯtrarie: ⁊ alterā oīs ciuitas legūqꝫ lator ſorte diſponendo pōt in diſtribuendis honoribꝰ adhibere: eā dico q̄ numero / pōdere ⁊ mēſura eſt equalis: Sꝫ ueriſſimā optimāqꝫ equalitatē non facile q uis ꝓſpiciet: Jouis. n. iudiciū ē: et hoibꝰ qꝺꝫ pauca ſēp ſuggeritur ſ quatenꝰ aūt ſuppetit / tā priuatis qꝫ ciuitatibꝰ bona oīa reddit: Hec ſane maiori plura / minori pauciora tribuit: utriſqꝫ uidelicet ſecūdū eoꝝ naturaꝫ moderata: Atq ⁊ honores / uirtute maioribꝰ ſemp maiores / Minoribus aūt uirtute ⁊ diſciplina minores: ⁊ utriſqꝫ ſecundū rationē quod decet / ipertit: Ea. n. certe nobis eſt ciuilis iuſtitia. hāc ⁊ nos appetere debemꝰ atqꝫ ad hanc ipſam. o. clinia equalitatē reſpicere / dū hanc nouā ꝯdimus ⁊ diſponimus ciuitatem. ⁊ qſquis aliā / iſtituit / eodē debet i legibus ferendis aſpicere: Non aūt ad paucos tyrānos uel

ad unū uel populi poteſtatē / ſꝫ ad iuſtitiā ſemp inſpiciendū. Ea eſt quā modo diximus. Equalis ipſius ſecundūꝫ naturā quotidie inequalibꝰ diſtributio. Uerūtn̄ neceſſe eſt / ut his duabus equalitatibꝰ in denominatiōe ſimilibꝰ ciuitas uniuerſa utatur: ſi tota uelit ꝓcul ab omni ſeditione manere. Equabilitas. n. illa laudabilis ⁊ equa diiudicatio perfecti atqꝫ exacti / cū preter rectū iudiciuꝫ ſit uiolatur ⁊ frāgitur. Jdō qꝫ eq̄litate ſortis uti ēt neceſſe ē ad ml'toꝝ idignatōēꝫ penitꝰ deuitādā. Qua i re dm̄ bonāqꝫ fortunā precibꝰ iuocare oportet / ut ſors ad id qꝺ ē iuſtiſſiꝫū dirigatur. Sic igitur neceſſario utriſqꝫ equalitatibus uti debemꝰ: ſꝫ i rebus ad modum pauciſſimis / ea equalitate / cui fortuna opus eſt. Hec ita ob hanc cauſam. o. amici / neceſſe ab ea ciuitate / que ſalutē ſit cōſecutura / ſeruari. Quemadmodum uero nauis in medio pelago / die nocteque cuſtodibus indiget / ita quoqꝫ ciuitas in medio aliarum ciuitatum fluctu poſita uariis ſubiecta ſeditionibꝰ ac ſemp captiuitatis periculo ꝓxima / ꝑpetua eget cuſtodia. ꝓpterea ⁊ ex die i noctē ⁊ ex nocte in dieꝫ ſuccedere ſibi inuicem magiſtratus ⁊ cuſtodes oportet / ut tradētiū ſuſcipiētiūqꝫ cuſtodiā / ſucceſſio nunqꝫ ꝯſinat. Quoꝝ nihil multitudo celeriter facere pōt. Eſt aūt neceſſariuꝫ ut plurima ꝯſilii pars plurimū tēpꝰ ꝑmictatur in priuataꝝ ſuaꝝqꝫ reꝝ adminiſtratione uerſari: duodecima ūo pars eiꝰ / i mēſes duodeci diſtributōē facta / alia poſt aliā ſigillati cuſtodiat. Que unicuiqꝫ ſiue a ciuitate ipſa ſiue aliūde uenīēti parata ſit ſeu nūciare qcq̄ꝫ / ſeu interrogare qſpiā uelit de his rebꝰ / de qbꝰ ciuitatē oporteat uel reſpondere ceteris ciuitatibus uel ab eis iterrogationū reſpōſiones accipere. Nouaꝝ etiaꝫ gratia molitionū q̄ ſepe fieri ſolent. Maxime qdeꝫ ne fiant. ac ſi acciderint / ut qꝫ celerime ſentiat ciuitas / ⁊ remediuꝫ afferat. quod ꝑ cetū ciuitati preſidētiuꝫ fieri ſemp oꝫ. ut ⁊ q̄ legibus / ⁊ q̄ repēte ciuitati difficultates accedūt / diſſoluātur: Hec oīa curet duodecima ꝯſilii pars qetē i mēſes undeciꝫ habitura. Quaꝫ qdē cuſtodiā hec ꝯſilii pars ꝯmuniter cuꝫ aliis magiſtratibꝰ i ciuitate ſemp agat oportet. Atqꝫ urbana qdem ꝓle hoc pacto ordinata erunt: Totius auteꝫ relique regionis que cura ſ quis ordo ſ An cum ciuitas tota ⁊ uniuerſa regio in partes duodecim ſit diuiſa / in ciuitate quidem ipſa uiaꝝ habitatiōum. hedificationuꝫ. portuum. fori. fontium. ſacroꝝ locoꝝ. tēploꝝ. ceteroꝝqꝫ huiuſmodi omnium conſtituere curatores oportet ſ Cli: Cur nō ſ Ath: Dicamꝰ igitur tēplis edituos / ⁊ ſacerdotes taꝫ uiros q̄ꝫ mulieres prefici oportere: Ad uiaruꝫ autem edificationumqꝫ exornandarum curam / ne aut homines iniurientur / aut ipſe fere noceant / ſꝫ ut tam in ipſo urbis ambitu q̄ꝫ i ſuburbiis / ciuitatibus ꝯſentanea queqꝫ gerantur / tres ſunt magiſtratuum ſpecies eligende. Et rerum modo dictarum curatores / apellentur ediles. Qui uero fori uenditioniſqꝫ curaꝫ habebunt / rerum uenalium curatores. ſacroꝝ autem ſacerdotes. Et ſacerdotia quidem que a parentibus per ſucceſſionem ſeu uiris ſiue mulieribus tradita ſunt / nequaq̄ꝫ mouenda. Si ūo aut nullis aut paucis aliqua huiuſmōi ſūt / quod accidere par eſt illis qui in noue ciuitatis habitationem conueniunt / ubi hec deſunt ſacerdotes tam uiri q̄ꝫ mulieres ⁊ editii conſtituendi ſunt. Que omnia partim delectione / partim ſorte fieri oportet. Atqꝫ in omni regione ciuitateqꝫ plebs cum illis qui extra plebem ſunt / per amicitiam coniungenda / ut maxima ſit in omnibus his conſenſio. Et que ad ſacerdotum creationem attinent / deo committenda ſunt / ut quemadmodum illi placet ita diuina fortuna cui tributuꝫ id ſit ſortes ferat. In eorum autem qui ſortis ſuffragium aſſecuti ſunt / examinatione / ille eſt comprobandus / q integer ſit atqꝫ legitimus: deinde a domo q̄ꝫ maxime munda. expers quoqꝫ cedis omniūqꝫ huiuſmodi / que aduerſus diuinam rem committuntur. cuius / ⁊ pater materque ſimiliter uixerit. Leges autem de rebus diuinis a delphis petantur: conſtituanturqꝫ illarum interpretes atqꝫ his utendum. Sacerdotiū / non diuturniꝰ ſit q̄ꝫ annuum. Nec pauciores annos q̄ꝫ ſexaginta natus ſit qui ſecundum ſacras leges res diuinas ſufficiēter eſt tractaturus. Eademqꝫ ꝺ mulieribus ſacris / que ⁊ de uiris ſtatuta intelligantur Interpretes autem ter quatuor ferāt

tribus ipse quatuor / ex earũ ordine unaqueqȝ tres. ac tribus ꝓbatis / qui maiori suffragio delecti sunt reliquos nouem delphos mictãt: ut ex quaqȝ trinitate unꝰ oraculo deligatur: Cõprobatio ipsoꝝ etasqȝ talis / qualis ⁊ sacerdotum dicta est. Hi per totam uitam interpretãdi ⁊ exponendi habeãt potestatem. Et in defũcti uicem quatuor tribus inde alium eligant / unde puer ille defecit. Questores ⁊ asseruatores sacre pecunie in templis singulis / qui lucorum agrorumqȝ ipsis dedicatoꝝ ⁊ fructuũ / cõductionũqȝ ⁊ locationuȝ domini sint tres de maximis censibus ꝓ tẽplis maximis eligãtur. duo pro minoribus. ꝓ mediis maximeqȝ ꝯcinnis / unus. Qui nõ aliter q̃ȝ duces exercitus eligatur ⁊ cõprobentur: Atqȝ hec in rebus sacris ut diximus / per agantur. Danda uero opera est / ut quo ad fieri põt / nihil sine custodia sit. Ciuitatem quidem curent exercitus duces ordinum prefecti magistri equitum. tribuni. cõsilii pricipes. ediles. atqȝ censores: postq̃ȝ electi suo ordine fuerint. Reliqua regio ita custodiatur. Duodecim in partes equales ꝓ uiribꝰ regio tota diuisa fuit. Una itaqȝ tribus parti cuilibet sorte data. qnqȝ in annuȝ q̃si agroꝝ curatores tribuũqȝ pricipes deligat. quoꝝ q̃sqȝ sua ex tribu duodeci iuuenes habeat / non minoris etatis q̃ȝ quinqȝ ⁊ uiginti annoꝝ: neqȝ maioris q̃ȝ trigita. his singulis regionis partes ꝑ sortem menstruo tempore tribuantur ut totiꝰ regionis omnes peritiam habeãt. biennio autẽ imperandi ⁊ custodiendi curam habeant principes ⁊ custodes. Cum primum partes custodiẽdas sortiti sunt / per menses singulos loca permutent ad ꝓximum quemqȝ locuȝ: ⁊ ad dexteram primum cirulariter custodie principes ducant. dexteram uero plagam apello que solem orientem spectat. Deinde in altero anno ad sinistram commutentur: ne regionis quo ad unȝ anni tempus solum periti sint: sȝ ⁊ quid in quolibet tempore in quacumqȝ regionis parte contingat / agnoscant. Tertio autẽ anno quinqȝ alii agroꝝ ⁊ custodie priꝯipes a primatibus tribuũ deligãtur ipsoꝝ duodeci curatores. Cura uero ⁊ opera singulis in locis talis sit. Primũ ut q̃ȝ maxime aduersus hostium impetum regio munita sit / Foueis ubicumqȝ opus sit effossis turribusqȝ ⁊ claustris ꝓ uiribus circumductis. Ad hec utiqȝ facien ... nocere nolentes arceant. Ad hec utiqȝ faciẽda subiugalibꝰ seruisqȝ indigenis utantur: q̃n minime i suis opibus occupantur non nullos ipsis preficiẽtes loca oĩa ita disponãt: ut ꝑ ea difficile trãsire inimici possint. amici uero hoĩes pecudes. Ju gallia facile: quibꝰ maxime ꝑ uia regio fiat. Diligenterqȝ procurent: ut pluuiales aque non solum non noceant / uerum etiam conferant ab altis montibꝰ cauas in ualles fluẽtes: ubi foueis parietibꝰqȝ stagnare eas cogãt ut illic alueis pluuiales aque combibite inferioribus locis agrisqȝ oibꝰ scatebras fontesqȝ aquaꝝ efficiant / locaqȝ isto modo siccissima humore multo salubriqȝ irrigent. Fontes autem ⁊ fluuios arboribꝰ edificationibusqȝ exornent ⁊ lucos q̃ etiam iugi irrigatione ⁊ dedicatos diis agros aquis imissis pinguefacere curent: ⁊ metallis humorẽ scatebrasqȝ ad bibeãt. Atqȝ ita ⁊ abundantia oĩa ⁊ templa deoꝝ reddant ornatura. Ubiqȝ autẽ in istis gymnasia iuuenes tam sibi commoda q̃ȝ senibus preparẽt / calidis balneis constitutis: ⁊ copiose siccis appositis lignis / ut ⁊ remedium egrotantibus ⁊ lenimen labore defessis beniuole afferatur: que sane cũ ratio longe melior est q̃ȝ medici paꝝ periti medela. Hec oĩa ceteraqȝ huiusmodi his locis ornamento utilitatiqȝ sunt / grato quodam cum ludo Summatim autem circa hec studium huiꝰmodi sit. Sexaginta uiri singuli ad scriptum sibi locum custodiant: non hostium causa soluȝ sed eoꝝ etiam qui se amicos dicunt. Et siquis inter uicinos ac ciues seu seruꝰ siue liber alicui in iuriam inferat: iudicent. in paruis quidem ipsi quinqȝ principes: Jn maioribus autem de cem ⁊ septẽ uiri una cum duodecim / usqȝ ad minas tres de quocunqȝ alter de altero cõqueritur. Nemo autem iudex magistratus ue sit: q gesti officii sui rationem non referat: preter eos q regum istar finem rebus imponunt. Atq ⁊ agroꝝ curatores siquid / aduersus eos quorum habent curam / contumeliose gerant / inequaliter onera inferentes / aut ni aliquid ab agricolis accipientes siue adulatorum largitio nibus / quibus iudicium corrũpatur: muneribus quidem adulationibusqȝ capti / obprobrio per uniuersam urbem afficiantur. Jn aliis aũt iniuriis usqȝ ad minam sponte sua uicinis colonisqȝ dent mulctam. Qȝ si nolunt in maioribus uel minoribus iniuriis quod debẽt / persoluere / q2 sperent / cum de loco ad locum ꝑ singulos menses transeant / iudicium ac penã effugere / in cõi iudicio accusentur: ⁊ q damnabitur / duplum reddat ei quẽ iniuria oppressit. Uiuant ãt tam principes q̃ȝ ceteri curatores agroꝝ biennium hoc pacto. Primuȝ quideȝ omnibus cõia singulis in locis habeãtur conuiuia: quibuscunqȝ defuerit: etiam si uno die aut una nocte excubarit: cum nec princeps ita ordinauerit / neqȝ necessitas ulla coegerit: si quinque uiri eum damnent / scribantqȝ in foro deseruisse custodiam / magnis afficiatur obprobriis / utpote qui quãtũ in se est rem. p. prodidit. Et a quocunqȝ obuiã facto / uolentiqȝ cedere / impune cedatur. Oẽs autem sexaginta uiri obseruent / ne de principibus aliquis quicq̃ȝ tale cõmittat: ⁊ q sensit audiuitqȝ / si non accusauerit / similiter eadmeqȝ lege reus sit / qua q peccauit ⁊ acriori iuuenum censura punitus in omnibus iuuenũ magistratibus contemnatur. Atqȝ hec quidem oĩa custodes legum diligenter preuideant / primo quidẽ ne fiant / deinde ut facta / ꝓut ius postulat / puniantur. Existimare de omnibus hominibus id quisque debet / qȯ qui nunquã seruiuit / is laude dignus esse dominus nunquã poterit. Ideoqȝ gloriari quemque oportet magis qȯ bene seruierit / q̃ȝ qȯ bene fuerit dominatus: primũ q̃dẽ legibus: quibus q seruit / diis seruit. deinde senioribus q honeste uixerunt. Postremo totuȝ hoc biennium custodes agrorũ humillimum tenuissimumqȝ uictuȝ agant. Jtaqȝ duodecim uiri cum quidqȝ congregati inter se consultent / quasi alios seruos non habituri. Naȝ agricolis quidẽ colonisqȝ non in proprio ministerio / sed in publico solum utantur. Jn ceteris sic cogitent / ut seruientes sibi ipsis uicturi / estate preterea atqȝ hieme semper armati regionem oẽȝ lustraturi: ut custodiant diligentius / dum loca omnia nouerint. Nulla quippe cognitione minor hec esse uidetur: qua exquisite ab omnibus regio uniuersa cognoscitur. Atqȝ huiꝰ gratia non minus q̃ȝ uoluptatis utilitatisqȝ alterius / adolescẽtes alendis canibus / ⁊ relique uenationi dare operam debent. Hos ipsos studio etiaȝ illo uti oportet: quod ab occultando a non nullis apellatur. sed siue sic siue agri custodia sit nominãda / siue quomodocũqȝ aliter q̃squam uelit / oportet ut q ciuitatis sue salutẽ exoptant / in ea se re pro uiribus diligenter exerceant. Sequitur ut de censorum ediliumqȝ electione dicamus. Sexaginta illos curatores agrorum tres sequuntur ediles tripartito duodecim partes urbis complexi: qui sane illos imitantur / uiarum urbis curaȝ habent: uulgariumqȝ itinerum / que a regione in urbem tendunt: edificationum quoqȝ / ut secunduȝ leges omnes fiant. Aquarum preterea / quas custodes deduci in urbem curant: ut in fontes q̃ȝ liquidissime sufficiẽtesqȝ ducantur. ac ciuitatem iuuent pariter ⁊ exornẽt. Oportet hos esse tales ut intermissa suorum cura / ocium habeant ad publica procuranda. Quapp quisqȝ a maximo censu quem uelit edilem futurum nominet. Et de sex qui suffragio ceteros supabunt: tres sorte deligant: quibus cure ista sint. Denique comprobati / magistratum secundũ prescriptas sibi leges pagãt Censores deinceps / rerum uenaliuȝ curatores a primo secundoqȝ censu quinque deligantur. Eorumqȝ electio eodẽ ferme modo quo ediliũ transigatur. Quippe de decẽ / q ceteros suffragio superarint: quinque sorte designentur: et comprobati / magistratus declarentur. Nominet autem quemlibet unusquisque. Qui autem nolle accusabitur / dragmis quinquaginta dãnetur. atqȝ ẽt iniquus existimetur. Comitia communẽqȝ cetũ q̃cunque uelit ingrediatur. atque ad id primi secũdiqȝ census oẽs cogãtur. Porro qui de his absfuerit / decẽ dãnetur dragmis. Tertii uero quartiqȝ cẽsus hoĩes nõ cogãtur. Jccirco q non interfuit indẽnis sit: nisi forte principes urgẽte quadã necessitate / adesse oĩbꝰ edixerint. Est ãt censoꝝ officiũ / fori ordinẽ legibꝰ statutũ seruare. Fõtiũ quoqȝ ⁊ tẽploꝝ q̃ i eo loco sunt / curã hẽre: ut ne q̃s illic iniuriose q̃cq̃ȝ agat. ⁊ siq̃s fecerit / seruus q̃dẽ ⁊ pegrinꝰ uerberibꝰ ⁊ uinculis penas luat: Cuiꝰ ãt a censoribꝰ dragmis cẽtũ iure cẽsorio ꝯdẽnetur: Ma

iori uero mulcta usqꝫ ad huiꝰ duplā isti/nisi edi
les quoqꝫ adsint: condēnare nō possint: Eadeꝫ
quoqꝫ edilibus i ꝓprio magistratu mulctādi ⁊
puniendi conditio sit. Nā usqꝫ ad minā condē
nandi ipsi habeāt potestateꝫ. Ad duplam uero
mulctam censoꝝ simul auctoritas requiratur.
Post hec musice ⁊ gymnastice magistratus/du
plices utriusqꝫ facultatis ꝯstituūtur. Alii disci
pline/alii exercitatiōis cā. Qui discipline pre
sunt/gymnasioꝝ doctrinarumqꝫ ornatuꝫ ⁊ di
scendi ordineꝫ curent: opamqꝫ dent ut tam ma
res q̄ꝫ femine i adolescentia/honeste ad ista ꝓfi
ciscantur: honeste etiaꝫ ꝯmorentur. Exercita
tionis curā habeāt in gymnastica ⁊ musica ipsi
athlothete q munera imponunt atqꝫ declarāt/
athletis ipsis. s. certatoribus. Atque hi simili
ter duplices esse debent. Circa musicā alii/alii
circa gymnasticā: ⁊ in gymnastica qdeꝫ iidem
pariter i hoiuꝫ equoꝝue certaminibꝰ. In musi
ca uero alii in monodia. i. cantu ⁊ oratione fu
nebri/⁊ imitatione ipsa/sicut rphapsodorum
eorum. s. qui decantatoriū ꝯponunt carmen:
citharistaꝝ: tybicinum: ceterorumqꝫ talium.
alii i chori cantu. Primuꝫ igitur i chori ludo/
ubi uiri/pueri ⁊ puelle tripudio ceterisqꝫ musi
ce modis exercentur/principes eligēdi. Unus
autem illis sufficit princeps non pauciores q̄ꝫ
quadraginta ānos natus. Unum quoqꝫ i mono
dia sufficere arbitramur: qui triginta annos
expleuerit: qui ⁊ introducat homines in certa
men: eisque sufficienter cognoscat ⁊ iudicet.
At uero principē ordinatorēqꝫ chori/sic opor
tet eligere. Qui huic rei uacant: in cōcilium
ꝓficiscantur/mulcta iposita: nisi accesserint.
huius rei leguꝫ custodes/iudices sint. Ceteros
si nolint/nemo cogat. Nominent etiā q periti
sunt: ⁊ in comprobatiōe/una hec approbatio
reprobatioqꝫ habeatur: qō peritus uł impitus
sit q designatur. Qui uero ex ꝯsignatis decē/
ceteros suffragio supauerit/⁊ deinde compro
batus fuerit/unus annuo tempore choro secun
dum legem presit. Similiter etiaꝫ in monodia
⁊ tybicinio/ꝯsignatio fiat: electioqꝫ ⁊ cōpro
batio. ⁊ q assecutus fuerit eodeꝫ modo a iudici
bus confirmatus/anno presit. Deinceps aucto
res declaratoresqꝫ numerum in exercitatione
gymnastica tam equoruꝫ q̄ꝫ hoiuꝫ/a secūdo ter
tioqꝫ censu ita constituātur. Comitia ingredi
trium censuum hoies cōpellantur. minimus āt
census liber sit: Et de uiginti q pre ceteris suf
fragio designati fuerint/tres ante alios sorte
electi/principes declarentur: quos comprobā
tiū suffragiuꝫ ꝯfirmauerit: In cuiuscunqꝫ āt
magistratꝰ sorte atqꝫ iudicio/siqs reprobatus
⁊ repulsus fuerit: aliꝰ loco eius eodem ordine
designetur ⁊ comprobetur. Restat princeps:
q totius discipline i his q̄ narrauimus tam femi
narum q̄ꝫ mariuꝫ curā habeat: Unuꝫ quoqꝫ hūc
quoqꝫ secundum leges principeꝫ esse uolumus:
nō pauciores natuꝫ ānos q̄ꝫ qnquaginta: q legi
timos habeat filios/utriusque sexus maxime: si
uero minus alterius sexus oio: Cogitare debet
⁊ q eligit ⁊ q eligitur/hunc magistratum oiuꝫ
in ciuitate sūmoꝝ magistratuuꝫ esse admodū
prestantissimuꝫ: In omnibus quippe uiuentibꝰ
prima ipsa germina si apte ceperint ad nature
sue uirtuteꝫ/uim habent summā ad fineꝫ sibi de
bitum imponenduꝫ: Quod ⁊ in plantis euenit
⁊ in brutis tuꝫ siluestribus tum etiā māsuetis:
⁊ in hominibus: Hoieꝫ āt mansuetum aial esse
dicimus. Porro si cū natura felici rectā quoqꝫ
disciplinaꝫ fuerit assecutus in diuinissimuꝫ man
suetissimumqꝫ aial solet euadere: sin uero non
satis aut nō bñ fuerit educatꝰ/ferocissimū oiuꝫ
que i terris nascuntur/animal redditur. Quā
obrem non debet leguꝫ conditor rem summope
re necessariam pueritie educationem postpone
re: sed operam dare in primis/si rem hanc dili
genter est curaturus: ut omniuꝫ ciuium ad offi
cia queque optimus uir eligatur: qui q̄ꝫ maxime
ꝓ uiribꝰ educādis pueris preponatur: Omnes
igitur magistratus preter senatuꝫ ⁊ questores
in apollinis templum profecti/suffragiuꝫ clam
leguꝫ custodibus incant: deligētes singuli quē
optime puerorum discipline existimāt prefutu
rum: ⁊ qui suffragio supabit/a magistratibus
qui delegerunt/exceptis uidelicet leguꝫ custo
dibus/comprobatus: quinquenniuꝫ presit. Et
in sexto anno alius princeps similiter statua
tur. Siquis auteꝫ in magistratu publico consti
tutus pluribꝰ q̄ꝫ triginta diebꝰ ante q̄ꝫ munus
suum peragat/e uita decesserit/illi quibus id

cure est/alium similiter eligant. Sin autem
orphanorum tutor/mortem obierit/cogna
ti atque affines ex utrisque parentibus usque
consobrinos ⁊ patrueles/qui presentes sunt/
alium infra dies decem constituant: alioquin
dragma quotidie mulctentur singuli/quousqꝫ
orphanis tutorem preficiāt. Sed nulla ciuitas
reuera ciuitas erit/nisi debito ordine iudicia
fuerint constituta. Iudex āt mutus/qui nec in
star arbitri aliquid plus q̄ꝫ litigātes dixerint/
in causis discutiendis percunctatur/nunquam
ad ius declarandū sufficiens erit. Quapp nec
si multi sint/facile unquā bene iudicabunt: nec
si pauci ⁊ ignaui. Oportet auteꝫ semp ut quod
queritur ab utrisqꝫ declaretur. Tempus āt ⁊
mora/frequensqꝫ inquisitio ad aperiendaꝫ con
trouersiam conferunt. Iccirco qui litigāt ad
uicinos primū ⁊ amicos/⁊ maxime/rei de qua
queritur/conscios se conuertant. Quod si per
eos non sufficienter fuerit iudicatum/ad aliud
iudicium profiscantur. Tertium uero si p duo
superiora reconciliati non fuerint/fineꝫ impo
nat. Profecto iudicioꝝ ꝯstitutiōes quodāmo
do magistratuuꝫ electiones sunt. Omneꝫ nāqꝫ
magistratum necesse est quorundā etiam esse iu
dicem. Non tamen iudex ois necessario est ma
gistratus ⁊ princeps: quanq̄ꝫ iudex ea die qua
iudicium peragit/quodāmodo magistratus est
non uilis. Igitur quasi iudices ipsi/magistra
tus aliqui sint/de his iam qui quarumqꝫ rerum
⁊ quot in unaquaqꝫ re eē debeāt/disseramus.
Augustissimū certe iudicium sit: quod sibimet
aliqui prefecerunt/communi consensu iudiceꝫ
eligentes. Reliqua iudicia duo sint. Alterum
quando priuatus iniuriā a priuato pati conque
ritur/eumqꝫ i iudiciuꝫ trahit. Alterum quādo
rei. p. iniuriam a ciuiuꝫ aliquo fieri arbitratus
aliquis communibus rebus auxiliari conatur.
Dicēdū ē igitur/quos ⁊ quales iudices eē opor
teat. Primum iudiciuꝫ commune omnibus pri
uatis/qui tertio inter se litigāt/ita fiat. Oēs
magistratꝰ tam annui q̄ꝫ maioris temporis pri
die chalendas mēsis illius/quo post estiuū solsti
tiuꝫ nouus incipit ānus/in tēplū unū ꝯueniāt.
Ubi iureiurādo interposito a singulis magistra
tibus ueluti quasdam deo primitias offerentes/
unum iudicē deligāt: q optimus esse/⁊ optime
atque sanctissime iudicia illo anno redditurus
ciuibus uideatur. Ac postquā iudices ꝯsignati
sunt/ab eisdem q designarunt/singuli compro
bentur. Et siquis reprobatus fuerit/alius simi
liter eligatur. Comprobati illis qui per prece
dentia reconciliati non sunt/iudicia reddant/
⁊ aperte suffragiuꝫ ferāt: audientibus spectan
tibusqꝫ necessario ꝯsultoribus: reliquisqꝫ ma
gistratibus qui eos declarauerunt. De ceteris
autem intersit ꝓ arbitrio quisqꝫ. Quod siquis
aliquem iniustam sponte sentētiam tulisse incu
set/apud leguꝫ custodes/hoc faciat. Et q dāna
tus fuerit/dimidiam dāni partem iniuriā passo
persoluat. Si autem mulcta dignus maiore ui
deatur/iudices ipsi qui condēnarunt/quid aut
pati aut reddere debet/uel rei. p. uel iniuriam
passo cognoscant. In publicis auteꝫ accusatio
nibus necesse est in primis multitudineꝫ iudicii
participem facere. Nam quando aduersus ciui
tateꝫ peccatur/oibus infertur iniuria. Ideoqꝫ
merito grauiter patiuntur/nisi ad iudicandum
ipsi etiā admittantur. Sed ⁊ principiū iudicii
huius ⁊ finis deferri ad populuꝫ debet. examē
autem ⁊ approbatio ad tres maximos magistra
tus: de quibus conueniāt litigātes. At si con
uenire nequeāt/ꝯsiliū ipsum electionē utriusqꝫ
cognoscat ⁊ iudicet. Oportet preterea priua
torum iudicioruꝫ oēs ꝓ uiribus participes eē.
Nā q a iudicādi potestate oio repellitur/is a ci
uitate se ꝓrsus existimat alienū. His de causis
p ipsas quoqꝫ tribus necesse ē iudicia fieri: iudi
cesqꝫ sorte statiꝫ icorruptos precibꝰ iudicare.
Et demū iudiciū illud cūcta definiat/qō inte
meratū oio quoad humanis i rebus fieri pōt eē
debere diximus ad eas lites determinandas: q̄
nec p uicinos neqꝫ p ꝯtribules dirimi potuerūt
Uerū de iudiciis/q̄ magistratus esse nec affirma
re nec negare facile sine ꝯtrouersia qsquā pote
rit/hec quasi exteriꝰ circūducta ꝯscriptio/nō
nulla cōplexa ē: nōnulla ēt reliquisse uidetur.
Nā iudicialiū legum exacta positio atqꝫ parti
tio longe rectiꝰ/in calce ferendaꝝ legū locabi
tur. Quare ad id tpūs has distulimus. Ceteri
āt magistratus maxia iā ex pte dispositi sunt.
Tota uero atqꝫ perfecta ciuilium dispensatio

siue ad unum siue ad omnes pertineat: non an tea liqdo declarari poterit/ qꝫ tractatio ipsa/ principia et sequentia/ media omnesqꝫ partes suas complexa ad exitum usqꝫ puenerit. Que quidem in presentia usque ad magistratuũ crea tionem progressa/ ut antecedentium finis suffi ciens est ita ferendarum legum principiuꝫ: nec morã aut segnitiẽ amplius patitur. Cli. Quan uis superiora omnia ex animo meo dixeris ho spes/ multo tamen gratius in presentia mihi id contigit/ qđ cum dictorum exitu/ dicendorum initiuꝫ coniunxisti. Ath. Uelle igitur prudẽs seniorum ludus hucusqꝫ nobis sit plusus. Cli. Pulchrum sane studium uirorum significare ui deris. Ath. Cõsentaneum est. Uerum animad uertamus/ si hoc tibi quoque ut mihi uidetur. Cli. Quid nam? ⁊ quibus de rebus? Ath. An nescis idem in hac re quod in pictorum faculta te contingere? Illa quippe nullũ in pingendis animalibus terminum habere uidetur: sed sem per inumbrando ⁊ deumbrando/ uel quomodo cunque aliter a pictoribus id uocetur/ exornare conatur: nec cessat unquam. Non enim potest fieri/ ut ad pulchriora expressioraqꝫ incremen tum nõ habeatur. Cli. Intelligo ferme audiẽs que dicis. Nullum enim huius artis usum hẽo. Ath. Nihil tibi id obfuit. Sꝫ hac forte nobis allata similitudine sic utamur. Siqs pulcheri mum animal pingere uoluerit/ qđ non ad peius sed ad melius/ futuro semper tempore progre diatur/ nõne uides cuꝫ mortalis sit/ nisi aliquẽ artis successorem reliquerit/ qui siquid uel tem pore ex animali abolituꝫ fuerit/ instaurare/ uel per imbecillitatem artis/ ab artifice pretermis sum addicere possit/ atque ita fulgẽtius indies aĩal reddere/ laboriosum illud opus breui tem pore duraturum? Cli. Prorsus. Ath. An nõ legis latoris uolũtas hec tibi eẽ uidetur? prin cipio quidem ut leges sibi sufficienter et exqui site pro uiribus conscribantur. Deinde proce dente tempore/ ⁊ periculo rerum facto/ putas ne sic amentem legis latorem aliquem esse/ ut ignoret necessarium esse/ talia sibi multa relin qui/ que emendatione successoris alicuius indi geant: ne peior quideꝫ sed melior res. p. semp ornatiorqꝫ efficiatur. Cli. Probabile est. Nã quomodo nolle id poterit? Ath. Quacunque igitur uia poterit/ tam re qꝫ uerbis alium siue maiorem siue minorem docebit/ quomodo con seruande ⁊ corrigende leges sunt: nec unquaꝫ in his dicendis defatigabitur/ nisi ad finem per duxerit. Cli. Ita certe. Athe. Nõne id mihi ⁊ uobis i presentia faciunduꝫ? Cli. Quid ais? Ath. Quoniaꝫ leges laturi sumus/ ⁊ leguꝫ cu stodes creati sunt/ nos autem ad occasum uite appropinquamus/ ⁊ custodes isti nobis iuniores sunt/ oportet nos/ ut diximus/ leges ferre simul atqꝫ istos tam legum latores qꝫ custodes quoad possumus facere. Cli. Quid ni? dũmodo id sa tis fieri queat. Ath. Uerumtamen impensius annitamur. Cli. Nihil phibet. Athe. Sic er go ad eos dicamus. O amici/ leguꝫ conseruato res/ permulta i singulis nos qui leges ponimus/ necessario relinquemus. Que tamẽ non parua erunt/ imo ⁊ rem omneꝫ pro uiribus exteriore quadam circumscriptione significabimus: quã quideꝫ impleri a nobis oportebit. Quo uero id facturis uobis respiciunduꝫ est/ audite. Megil lus/ egoqꝫ ⁊ clinia hec iter nos sepenumero di ximus: ⁊ probe nos dixisse cõuenimus. Uosqꝫ rogamus ut ⁊ indulgere nobis/ ⁊ imitari quasi discipuli magistros uelitis: ad ea ipsa respicien tes: ad que legum custodi ⁊ latori respiciendũ concorditer nos consensimus. huius consensio nis unum est caput: ut homo bonus efficiatur/ habens uirtutem animi hominis propriam/ stu dio aliquo partã/ aut usu aut certa quadam ade ptione/ uel cupiditate uel opinione uel aliquo genere doctrinarum: seu masculus sit siue femi na/ siue iuuenis seu senex, atque ad hoc ipsum quod dicimus quisque per totã uitam omni stu dio tendat: cetera que impedimento huic rei sunt/ negligẽs. Pro patria preterea/ si necesse sit/ mori paratus sit/ ante qꝫ uelit aut euersam uidere ciuitatem iugoqꝫ seruitutis subiectam a peioribus gubernari/ aut fuga ipsaꝫ deserere. Quippe extrema oĩa subeunda sunt potius/ qꝫ i eam gubernationem ciuitas commutanda/ que peiores solet homines facere. In his iampridẽ nos ↄsensimus: ⁊ nunc nos ad hec utraqꝫ respi

cientes/ laudate leges et uituperate. Eas inqꝫ uituperate/ q̃ hec assequi minime possunt. Eas autem que possunt/ amate: libenterqꝫ illas am plexi/ in ipsis uitã agite. Cetera uero studia q̃ alio tendunt/ et ad uulgaria bona respiciunt/ spernite. Sed initium sequentium legum/ hoc nobis sit a sacris exorsuꝫ. Oportet primũ repe tere quot numerus quinque miliũ ⁊ quadragin ta partitiões cõmodas habuit/ atque hẽt: tum totus ipse numerus: tum qui p tribus ipsas por rigitur: quem totius parteꝫ duodecimaꝫ posui mus/ unam ⁊ uiginti uigesies rectissime natã: Atque ut totus numerus duodeciꝫ constat par tibus/ ita tribus ipsa i duodeciꝫ scinditur. Sin gulas itaque partes sacrum eẽ dei munus existi mare debemus/ cũ ⁊ menses ⁊ circuitum uniuer si sequantur. Quapropter ⁊ ciuitatem omneꝫ ducit/ quod ipsis inatuꝫ est/ ad eas sacrandas. Alii forsan rectius qꝫ alii partiti sunt/ ac diis partitiões suas felicius dedicarunt. Nos autẽ nunc rectissime arbitramur quinque milium et quadraginta numerum elegisse: qui oẽs ab una usqꝫ ad duodecim decisiones habet: undecimo numero solũ excepto: qui minimo quodã reme dio redintegratur. Restituitur enim si due ad alteram partem domus accesserint. Hec uera esse/ sermo nequaquam prolixus in ocio demon straret. Credentes igitur presenti sermoni ⁊ rõni distribuamus: ⁊ unicuiqꝫ parti deũ uel deo rũ filiũ inuocãtes aris ceterisqꝫ huiusmõi dedi catis/ in sacrificiis ↄuẽtus duos singulis mẽsibus faciamus: ut duodecim singularum tribuum/ et duodecim ciuitatis distributioni accõmodẽ tur. Hec deorum primo diuinorumqꝫ colendo rum gratia ita fiant: deinde amicitie quoqꝫ et cognitionis alterne: et cõmunis denique cõsue tudinis gratia: que ad matrimonia conficiẽda summope necessaria est: ut sublata ignorãtia/ nemo in his quoad fieri potest decipiatur/ sed quisque cui collocat: et quã et a quibus ducit/ agnoscat. Serie admodum huius rei gratia/ lu di etiam choriqꝫ puellorum ⁊ puellarum simul fieri debent nudatis corporibus quatenus mode stus pudor patitur: ut cum ratione in etate cõ uenienti/ conspiciant alterutrum atque conspi ciantur. Que quidem omnia curent ornentqꝫ chori principes ⁊ cum legum custodibus condi tores: ut a nobis relicta suppleant. Necesse namqꝫ ut diximus/ in his presertis q̃ multa par uaqꝫ sunt/ nõnulla i prima positione legum pre termitti: que magistratus sequentes usu rerum commoniti/ quotannis mouebũt et corrigẽt/ donec tẽpus illud aduenerit/ quo instituta hec discussa et approbata sufficienter fuisse uidean tur. Tempus autẽ ad hoc periculuꝫ faciundũ/ moderatum ⁊ sufficiẽs decennium erit: quo ad sacra ⁊ choreas/ ad omnia deniqꝫ atque singu la. Que quidem per experientiaꝫ emendatio/ uiuente legũ latore/ cõmuniter cum illo fiat: Si decesserit/ singuli magistratus ad legum cu stodes ô sui magistratus defectu referãt: emen dentqꝫ/ donec approbationis fineꝫ suum nacta singula uideantur. Tunc demum ratas has le ges habeant: eisqꝫ una cum aliis quas ab initio legis lator conscripsit/ utantur. In quibus ni hil unquam sponte mouebunt. Siqua uero ne cessitas aliquãdo urgere uidebitur/ de hoc una consultent/ magistratus omnes ⁊ populus uni uersus/ ⁊ omnia deorum petantur oracula. Si horum omnium unus erit/ consensus/ moueãt: aliter uero nunquam. Sed unus qui prohibet/ uincat secunduꝫ legeꝫ. Quandocunque igitur aliquis quinque ⁊ uinginti annos iam natus/ alios aspiciẽs/ ab aliisqꝫ aspectus/ adinuenisse sibi credit conuenientem animo suo/ atque de centem societatem ad communioneꝫ generatio nemqꝫ liberorum/ intra quinqꝫ ⁊ triginta eta tis annos uxorem ducat. Quo ãt pacto decorũ illud ⁊ aptum querendũ sit/ in primis audiat. Oportet eiꝫ/ ut ait clinias/ ante leges propriũ singulis exordium ponere: Cli. Oportune me ministi hospes/ tempusqꝫ commodum orationi cepisti. Ath. Probe loqueris: Dicamus itaqꝫ sic. O fili/ qui ex bonis parentibus ortus ẽ/ eas nuptias sequi debet/ quas prudentes uiri hone stas ducunt. Qui sane monerent/ nec pauperũ fugere neqꝫ diuituꝫ affinitatẽ sectari precipue oportere. Sed ceteris paribus/ pauperiorẽ semp honorare/ cũqꝫ ipso societatẽ iire. Nã ⁊ ciuitati et familiis que iungtũtur/ id conducit. Quippe qđ moderatũ ẽ et mediocre imoderato et exce dente mirum in modum ad uirtutem prestat.

Ergo quicunqꝫ ferocioꝛis uelocioꝛiſqꝫ q̃ꝫ opoꝛtet ad agenduꝫ animi ſibi conſcius ē/is det operam opoꝛtet/ ut q̃ꝫ quietiſſimoꝛuꝫ parentum filiam ducat. ⁊ qui cōtra natura affectus eſt/cōtrariam ſibi adſciſcat affinitateꝫ. Sed una tandem ſit communis ratio nuptiarum: ut quiſque non iocundiſſimum ſibi/ſed ciuitati utile ineat matrimonium. Eteniꝫ ſinguli ſemper ad ſibi ſimilimuꝫ natura feruntur. Unde ciuitas tota ⁊ diuitiis ⁊ moꝛibus inequalis q̃ꝫmaxime redditur: ex quibus que minime nobis euenire uellemus/maxime ciuitatibus plurimis accidunt. Sed ſi hec per rationeꝫ lege ſanciremus/ne diues diuitis aut potens potentiis in cōnubio admittat. cogeremuſqꝫ uelocioꝛes animo cuꝫ tardioꝛibuſ/ ⁊ tardioꝛes contra cum uelocioꝛibus copulari: nō modo ridicula noſtra oꝛatio uideretur/ſed ⁊ iram multitudini concitaret. Nō enim intellectu facile eſt/qō ciuitas ſimilis eē debeat patere: in qua merum quod primo infuſum bullit/ſtatim alterius dei ſobꝛietate caſtigatum/atque optime temperatū/bonus ⁊ moderatus potus efficitur. Quemadmodum uero id in mixta filioꝛum pꝛocreatiōe fiat/nemo ut breuiter dicaꝫ/poteſt conſpicere. Quamobꝛē non lege cogendi ſed perſuaſione inducendi ciues/ut equaleꝫ temperatamqꝫ liberoꝛum ſuoꝝ generationē pluris faciāt q̃ꝫ opulentiſſime affinitatis equalitatem. Et cum qui in cōnubio pecuniis inhiat/non lege ſcripta arcere debemus ſed obpꝛobꝛiis et increpationibus abſterrere. Ad nuptias igitur ut decet celebꝛandas ⁊ hec exhoꝛtantur/ ⁊ illa que in ſupioꝛibus diximus aſſerentes opoꝛtere/filioꝝ filios relinquēdo/ noſtros uidelicet in diuino miniſterio ſucceſſores/naturam aſſequi ſempiternaꝫ. Hec omnia atque etiā plura quis ō nuptiis ineundis exhoꝛtando recte diceret. Siquis āt ſponte non pareat/ ⁊ alienus ab hoc cōſoꝛtio uiuat in ciuitate/ ⁊ ſine cōnubio quinqꝫ ⁊ triginta egerit annos/ſingulis annis/ſi ō maximo cenſu eſt dragmis cētum mulctetur: ſi de ſecundo/ſeptuaginta: ſi de tertio/ſexaginta: ſi de quarto/triginta. Que quidem pecunia iunoni conſecrāda ē. Siquis āt ſingulis annis non perſoluerit/decuplū debeat. Cuius pecunie exactoꝛ ſit/de ipſis queſtoꝛ: ac niſi exegerit/ipſe debeat. atque huius rationem referre quiſque debeat. Sed pecuniis quidem qui nolit uxoꝛem ducere ita mulctetur. honoꝛe etiam ſic. Primū honoꝛes nullos a iunioꝛibus cōſequatur: Nec iuuenuꝫ ullus aliqua in re ſponte ipſi obtemperet. Deinde ſi aliquem cedere auſus fuerit/quilibet aduerſus ipſum inſurgat: ⁊ ei auxiliuꝫ ferat/qui accepit iniuriaꝫ. Siquis autē preſens hoc non fecerit/ timidus maluſqꝫ ciuis a legibus habeatur. De dote uero dictuꝫ eſt pꝛius/ ⁊ modo rurſus dicatur/equalia pꝛo equalibus eſſe/ſiquidem neque q accepꝫerit neqꝫ qui dederit/pecuniarū inopia conſeneſcet. Neceſſaria eiꝫ i hac ciuitate abundē de omnibꝰ ſunt. Mulieribꝰ preterea contumelioſus faſtus minoꝛ erit. Minoꝛ ⁊ uiris humilis illiberaliſqꝫ ſeruitus. Qui paruerit/unum ſane hoc aget pꝛeclare. Qui uero nō paruerit ſed aut dederit aut acceperit quod quinquaginta dragmas excedat ueſtimēti gratia/alius minam/alius tres ſemiminas/ alius minas duas/ ⁊ q cenſum habet ſupꝛemum tantumdem rurſꝰ perſoluat erario. Et quicquid datum fuerit ul' acceptuꝫ ioui atqꝫ iunoni conſecretur. Huius pecunie exactoꝛes eſſe uolumus hoꝛum deoꝛuꝫ queſtoꝛes: quemadmodum modo dictum fuit/ cum de his qui nuptias fugiunt/ loqueremur: quod ab eis debetur/eſſe a iunonis queſtoꝛibus exigendum. Qui ſi neglexerint de ſuo perſoluant. Fideiuſſio aūt pꝛimum patris firmiſſima ſit: Aui deinde. Tertia fratrum eodem ex patre natorum. Si nullus iſtoꝛum ſupeꝛſtes ſit/ tūc ex parte matris ſimiliter fideiuſſio ualeat. Sin autem inſolita contigerit deſolatio/ ꝓpinquioꝛes agnati atque gentiles una cum tutoꝛibus fideiubeāt. Siqua uero ſacra imitatio aut diuina alia expiatio ad futura uel pꝛeterita uel preſentia i nuptiis agenda uideatur: diuinoꝛū interpretes conſulant: putentqꝫ ſi illis paruerint/moderate ſingula peregiſſe. Ad nuptiale uero conuiuium non plures q̃ꝫ quinque amici ⁊ amice quinqꝫ ex latere paterno uocentur. Ex cognatis ⁊ ꝓpinquis totidem. Impenſa ſecundum diuitias fiat. Ditiſſimus minam expēdat: alius ſemiminam: deincepſqꝫ pꝛopoꝛtione ſeruata/quo decreſcit cenſus/decreſcat ſimiliter

⁊ impenſa. Qui legi paret: laudetur ab omnibus. Sed eum qui non obtemperat/damnēt cuſtodes legum tanquam a decoꝛo alienū/legiſqꝫ ſponſalium muſarum pꝛoꝛſus ignarum. bibere uero ad ebꝛietatem uſque/neque alibi unquam decet/pꝛeter q̃ꝫ in ſolemnitatibus eius dei qui largitus eſt uinuꝫ. Nec tutum eſt. Maxime uero connubio coniuncti ſponſus ⁊ ſponſa tunc mentis compotes eſſe debent: quando non paruam ineunt uite mutationem: preſertim ut ex q̃ꝫmaxime moderatis ſemꝑ generatio fiat. Ferme eniꝫ incertum eſt que nox aut dies cum deo ipſam peragat. Quare ut ſolidus/ſtabilis/ ⁊ quietus ꝯceptus fiat/ non opoꝛtet coꝛpoꝛibus ebꝛietate diffuſis/dare operaꝫ liberis. Qui āt uino refertus eſt/tam anime q̃ꝫ coꝛpoꝛis rabie concitatuſ/quo uis ⁊ trahit ⁊ trahitur. Icciꝛco ebꝛius tanquam mente captus/ad ſerendum eſt inutilis. Nēpe ueriſimile ē euꝫ fetus inequales/inſtabileſ/obliquos tā membꝛis q̃ꝫ moꝛibꝰ/ pꝛocreare. Quāobꝛem per totam quidem uitā ⁊ maxime q̃ꝫdiu generationi uacat abſtinebit/ quiſqꝫ cauebitqꝫ ne faciat/uel que ſuapte natura ⁊ ſponte moꝛbos inducunt/ uel que ad petulantiam iniuriamqꝫ declinant. Hec enim i animos ⁊ coꝛpoꝛa naſcentiuꝫ neceſſario tranſlata illic imprimuntur: peioꝛeſqꝫ inde naſcuntur. Sed pꝛecipue die illo ac nocte a talibꝰ abſtinēdum. Principium namqꝫ ⁊ numen hominibus inſitum/ſi conuenienti ſibi a ſingulis munere ipſius utentibus honoꝛe afficiatur/oīa ſeruat. Opoꝛtet āt alteram ex duabus ſoꝛte domibus a parentibus ſeparatuꝫ quaſi ad pulloꝛum generationem educationemqꝫ/ſponſuꝫ accipeꝛe: atqꝫ ibi nuptias celebꝛare/ubi ſit cum liberis ſuis habitaturus. Nam ſi quoddaꝫ in amicitiis deſiderium ineſt/moꝛes omnes quaſi glutino quodaꝫ connectit ⁊ uincit. Conſuetudo autē ſatura/ nec ulluꝫ habens per intermiſſionem tempoꝛis deſiderium/alterum ab altero ſacietate diſiungit. Quaꝑꝑ parentibus utriſqꝫ affinibuſqꝫ relictis/ſeoꝛſum quaſi ad coloniaꝫ pꝛoficiſcantur/ ac uiciſſiꝫ ſe ipſos reſpicientes habitēt/liberos generando/ ⁊ educando: ⁊ uitam quaꝫ ab aliis acceperunt/a ſe quaſi tedas ardentes aliis tradant/deos ſemper ſecundum legem colentes.

aquaticorū. alius uolatiliū. alius pedestriū: nec ferarum solum/uerum etiam hominum/horumq; non bellic⁹ tantūmodo/uerum etiā qui per amicitiā. et alius quidem laudē/alius uituperationem habet. Rapine quoque latronum/castrorumq; uenatus sunt. Quamobrē qui de uenatu leges est conditurus/nec ista preterire potest. neque singulis ordine certo atque mulcta/minaces leges iponere. Quid ergo de his faciendum ē? Oportet ut legis lator que in uenatione laudanda sunt/laudet: que contra/uituperet/ad iuuentutis exercitationem. Iuuenes āt cum audiuerint/ita parere debēt/ut nec labore nec uoluptate reuocati aliter faciant q̄ legis lator consuluit: Immo uero magis honorent que cum laude dicta ⁊ exhortando proposita sunt/q̄ q̄ minaci ⁊ uindice lege firmata. His ita propositis congrua deinceps laus ⁊ uituperatio uenationis conscribi pōt: ut que meliores animos iuuenū facit/laudetur: que contra uituperetur. Dicamus igitur deinceps ad eos sic/precibus interpositis. Vtinam uos/o/charissimi nunquam marine uenationis hamiq; cupiditas capiat. nec oīo aquaticorum animalium die siue etiam nocte per ociosam uenationem segena capiendorum. nec pyratice amor/ꝑ maria uenatores hominum iniquos atq; atroces uos faciat. Furti uero latrociniiq; cupiditas in urbe uel regione committendi nec ī mentem quidem ueniat uestrā. Nec uolatilium iocunda uenatio/seruilis magis q̄ libera. Pedestrium ergo uenatio uobis sola relinquitur. sed nec dormientium q̄ uicibus quibusdam interpositis fit nocturnaq; uocatur ⁊ ociosorū hominum est/laude digna habetur. neque etiam que in laboris remissione fit: ⁊ retibus laqueisque non cōstantis animi uiribus ferarū domat atrocitatem. Sola ergo quadrupedum uenatio illa restat omnibus optima: que equis/canibus/corporis uirib⁹ agitur. Nam quibuscunque diuina cure ē fortitudo/ii quadrupedes omnes/cursu/uulneribus/telisq; manu propria uenando uincere debent. Sed laus uituperatioq; uenandi ita distincta sit. Lex autem ista. Sacros quidem hos uenatores/ubicunque uenari uelint/nemo prohibeat. Venatorem nocturnum retibus ⁊ canibus suis fidentem nemo uspiam sinat uenari. Auceps per incultos agros montesq; uagari permittatur. A cultis locis/sacrisq; incultis a quocūque pellatur. Piscator nec in portibus/nec sacris fluuiis/paludib⁹/stagnisq; uenetur: in aliis liceat/dūmodo sucorum non utatur permixtione. Sed iam institutiones de disciplina finē habeāt. Cli. Preclare loq̄ris.

Argumentū Marsilii ficini in librū octauum.

De modo de precipuo singulariq; unius dei cultu ex multis platonis nostri testimoniis asseruimus/possumus preterea ꝑ phedrum/gorgiam/ꝓthagorā politicum/critiā/quartum legum absque controuersia confirmare. In his enim uniuersam deorum/ut ita dixerim/synagogam/unico subdit regi ꝓut uult singulis imperanti: aliaq; aliis officia iuste dispertienti: ⁊ humana ꝑ illos ordine dispensanti: nō quasi absente hinc illo sed ut apparet in quarto legū potius ita uolente. Iubet itaque plato primū quidē deum ꝓꝑ se adorari. Sequentes uero qui participes eius dii quoque dicuntur/amari tanquam illi similiores. Honorari etiam ut uicarios/immo ⁊ aduocari quasi cōciliatores. Audiri etiam ut diuine mētis interpretes. Exaudiri denique ceu maiestatis diuine precones. Iubet ⁊ templa condi in urbe: ⁊ urbem ipsam quasi edem sacrā ī partes distribuit duodecim. Quēadmodū ⁊ deus tēplū sibi ipse cōstruxit/mundum/duodecim sperarum choris ornatum Sacerdotib⁹ quoque munitū. i. spiritibus preditis rōne/deum ubique laudātibus. Diuinum uero id templum Plato pro uiribus imitans ⁊ multos in suis tēplis admittit deos quemadmodum deus ipse multos admittit ī suo: et uaria disponit simulachra: sicut ⁊ deus stellas locauit in celo/quasi suorum statuas angelorum. Preterea inter multas multorum aras altare primum consecrat primo/quemadmodum stellas inter peculiarē sibi statuam deus elegit solem/ut in republica plato inquit/de quo forte dictum uideri possit. In sole posuit tabernacu

lum suum. De sacrificiis autem statuisque diligentius alibi ptractabitur/uerum ut in presentia summatim dicam primum deum/utpote materie aut similis nature nihil habentem/unica uult mente coli: Sequentibus uero numinibus hostias ⁊ sacrificia qua ratiõe lex patria iubet adhiberi pmittit. Hinc theologi gentium in numinũ celestiũ igneorũqꝫ sacris/figuras ⁊ lumina multaqꝫ ad uisuꝫ spectãtia iserebant. In sacris autem aereorum musicos quoque concentus ⁊ odores uaporesqꝫ addebant. At in sacrificiis aqueorum atque terrestrium/iis insuper que ad gustum et soliditatẽ adtinẽt utebãtur.

Quamobreꝫ nemini mirum uideri debet platonem phũꝫ adeo grauem leges suas omnes quidem/precipue uero sacras/nõ nisi cõsultis oraculis promulgare/principio uidebatur temporibus indulgendum. Necessarium quidem erat humana diuino quodaꝫ consilio ⁊ auctoritate firmare. Impossibile uero ea tẽpestate eos homines ita natos ita educatos ratione ulla a cõsuetis alienissima in diuina reuerentia cõseruare. Deinde plato prudentissimus indicabat: ⁊ si possent impuri spiritus homines per oracula fallere/sepe tamen abstractas ob diuinam reuerentiam a corpore mentes quasi iam puras a puris subito numinib⁹ corripi. Et quemadmodum ligna que casu exsiccauit uẽtus/sepe mox natura ignis accendit/similiter posse animos religioso quodam ritu quamuis apud sapientes minus probato perfunctos occultis modis meliori numine corripi: ut qui nescientes quomodo in mentem ipsam seorsum a sensibus ascenderunt/ex alto iam feliciter accendantur. Neqꝫ tam attendenduꝫ plato uult/quo ritu colas diuina/q̃ꝫ cuius gratia colas. Si enim id summi omniũ regis gratia ethernorumqꝫ bonorum desiderio feceris/probabile est undecunqꝫ ⁊ quomodocunqꝫ ceperis te quandoqꝫ per eiusmodi uenerationem ad summũ propius accedentem/uel immenso illius lumĩe circũfundi/uel exuberanti saltem bonitate seruari. Quappe eiusmõi plato fiducia fretus de sanciendis legibus sacrificiisqꝫ oracula ↄsulit: precipitqꝫ quotidie aliquem ex magistratib⁹ sacra publice facere: pro salute patrie primum/deinde pro sua atque suorum. Et certo quodã ordine post iuuenilis etatis rudimenta in septimo tradita/mox in octauo ad sacra descendit: utpote qui intelligi uult homines ob id ipsum recte a primis annis instituti: ut rite iteresse sacris ⁊ uelint pariter atqꝫ possint. Siqs autem uel cauillator uel meticulosus tot diis demoniibusqꝫ i ciuitate platonica interesse formidat/huic pariter adire licet urbem peripateticam/non demonum deorũqꝫ tantum: sed dei etiam uacuam. Sed profecto operepretium est superstitioso supercilio stomachoqꝫ posito ex omnibus eligere potiora: pietatemqꝫ probare platonicam: neque exigere christianum fuisse illuꝫ: queꝫ solum temporis interuallum ꝓhibuit esse christianuꝫ. Prima quidem sacra sunt duodecim: in mensium chalendis. Secunda quoqꝫ duodecim in mediis mensibus. Tertia sunt tercẽtũ ⁊ sexaginta ⁊ quinque. s. quotidiana. Fiunt autem precipua diis celestibus/terrestribus uero media. s. diis sub luna regentibus. Omnes eiꝫ sub celo terrestres apellat. Inferiora demonibus. Infima heroibus. Oportere uero putat sacra his oib⁹ duodecim distingui generibus. Siquidem secundum sperarum signorumqꝫ duodenariuꝫ etiam i qualibet spera demones/heroesqꝫ duodenario distinguantur. Commemorationeꝫ uero solemnitatum/earumqꝫ distinctioneꝫ quotannis declarari populo iubet mense ultimo. quem more cõmuni accipimus februariuꝫ. Precipue uero platonico more mensem ante estiuum solstitium. Ultimum mensem merito plutoni dicant. Est enim pluto prouidentia proprie ⁊ separans animas ⁊ indicãs separatas. Inquit auteꝫ coniunctionem anime cum corpore non esse meliorem separatione. Intellige õ corpe caduco/⁊ quatenus caducũ est. Non de celesti/uel celo simili: quali corpore coniungi prestat. huic ãt quatenus caducuꝫ est/non prestat. Ac si opepretiũ esse dicatur huic quoqꝫ coniungi: non propter hoc ipsum ꝓprie/sed alterius finis gratia id dicendum. De his autem in theologia diffusius. Sed nunqd demonibus etiam impurioribus platonici litãt? Non nulli his insuper: partim qꝫ naturalibus presint officiis/partiꝫ uero ne inuidia noceant. Plato uero id nequaqꝫ ↄcesserit.

Quippe cũ purgãde mẽtis gratia primiqꝫ õi ueneratiõe dũtaxat sacra iubeat facere. Affirmat ãt ciuitatem legibus ↄsilio diuino utenteꝫ fore felicem. Addit ad feliceꝫ tum ciuis tum ciuitatis uitã id maxie ptinere: ut nec aliis iniuriam inferat: neqꝫ afficiatur iniuria. Utrunqꝫ uero uirtute consequi posse. Ac ne ciuitas afficiatur iniuriis/statuit sacrificia/in quib⁹ ⁊ diuinum auxiliũ impetretur/⁊ ludi quidã solemnes festiuiqꝫ frequententur bellicas pugnas q̃ꝫ maxime imitãtes. Quibus exerceri uult ad pugnam tam feminas q̃ꝫ mares: ⁊ in singulis qdẽ tam sinistram manũ q̃ꝫ dextrã: ut ⁊ ciuitas ex utroque sexu eque utili integra sit: ⁊ quilibet ex utraqꝫ manu pariter utili/sit ĩtegerrimus. Inter hec notabis q̃ꝫ detestetur auaritiã ob id maxime ciuitati noxiaꝫ/qõ ꝓpriis uilibusqꝫ lucris occupatos aĩos a publice salutis cura ãtor queat. Notabis iteruꝫ quanta cautione musicã choreas/poesimqꝫ in sacris bellicisqꝫ ludis admittat. Deinde solũ illud imperiũ legitimũ eẽ pariter atqꝫ tutũ: in quo uolens uolentibus imperat. At qm̃ in iuueniliuꝫ ludorꝫ cetibus sepe amores incidunt/⁊ ii quidẽ turpissimi/iccirco his diligentissime precipit occurrendũ: quãuis ex parte iã occurrerit/ubi aurum ⁊ argentũ ciuibus substulit/⁊ ĩ laborib⁹ assiduis educauit: ⁊ oculis iudicum mores ubiqꝫ circũspiciẽtium subiecit assidue oẽs/maxĩe iuuẽtutẽ. Que qdẽ tria esse remedia censet aduersus lasciuie ⁊ petulantie morbũ admodum salutaria. Obcurrit ⁊ quarto quodã presenti remedio: ut uidelicet ab auditoribus legũ magistratibusqꝫ fama quotidie diuulgetur: ꝑ quã cuncti cõi consensu cõsuescãt existimare/ↄcubitus ↄtra naturaꝫ/non minus turpes eẽ/nec minori apud deuꝫ odio haberi/q̃ꝫ concubitũ inter filios ⁊ parentes. Putat uero plato cõis fame ↄsensuꝫ mirã ad mores habere potentiã. In his audies feliciter euꝫ uiuere/q superat uoluptatẽ: infeliciter q superatur. Audies ⁊ preceptum ad abstinentiã maxĩe salutare a paulo apostolo summope comprobatuꝫ: ut si athlethe corporee uictorie studio uoluptatibus abstinent/multo magis oẽs gratia uictorie ad aĩuꝫ ptinentis/debeant similiter abstinere. Preterea geminã esse beniuolentiã: alterã quidem moruꝫ similitudine/alterã uero ex quadã indigẽtia ꝓcreatã. Et utrãqꝫ cũ sit uehemẽtior/amorẽ cognominari. Amorẽ quoqꝫ quantum ad ꝓpositũ spectat triplicem. Aut eiꝫ pulchritudinẽ animi/aut corpis tm̃/aut utriusqꝫ simul amari. In his ↄsidera q̃ꝫ caute in legibus ferendis incedat. ut q nõnunquaꝫ ĩ dialogis honesto forme corporee amatori non nihil indulserit/hic tñ nihil indulgeat. Nempe corporis solius amoreꝫ euidẽter exterminat. Utriusque uero coniuncti quãuis moderatũ in legib⁹ non audet admittere. Solũ õnique erga aĩuꝫ soluꝫ manifeste approbare uidetur. Tum uero homines deprauate nature sui dños eẽ negat: nec iniuria. Quisqs eiꝫ a rõne discedens/rationalẽ hoĩs dimittit naturã/nimirꝫ ⁊ libertatem q̃ rationis mun⁹ ẽ/simul amittit: neque tñ amittit culpã dum quasi delinqt impulsus: quippe cum ipsemet cãꝫ necessitati eiusmodi dederit. hoĩes ãt his ↄtrarios. i. integre nature apellat eos: q deum colunt. Et inter humana maxime oĩuꝫ timent infamiã: nec corpis ullius. s. uel sui uel alieni/sꝫ animi morꝫqꝫ pulchritudinem diligũt. Qõ ãt in superioribus dixit/officium esse dei/eiusmodi delictis obsistere/si ab eo hec ordinari possent/sic accipe/ut dei naturarꝫ ordinatoris proprium sit/que ab ordine nature collapsa sunt/in ordineꝫ restituere: presertim cum multorum opinio sit aĩaꝫ in eiusmodi scelera/non tã sensibus q̃ꝫ demonibus quibusque instigantibus uel ab initio corruisse. Ubi uero ait/si ordinari a deo possent/non õ diuina potentia: sed humana diffidit/potest quidem deus quãtum in ipso est ordinare: sed non tam facile ordinari homo potest. Posset ⁊ deus cogere/si modo uellet necessario trahere/quẽ uult mõ quodam libero ducere. Mox etiam de conuiuiis q̃ inter solemnia sacra ludosqꝫ celebrantur/mentionẽ facit. Item ex conuiuiis de uictu legibusqꝫ ad hunc ptinentibus. Oportune uero post educationem animi/legesque ad hanc attinentes/ad corpis nutrimentum legesqꝫ eiusmodi iã descẽdit. Tum de agris/terminis/aquis/fructibus pecorib⁹ atqꝫ pascuis similibusqꝫ leges tradit: Ubi uero de terminis loquens preuaricatorem terminorꝫ puniri dicit ab ioue cõtribuli atque

hospitali/iouem unum intellige contribulis pa
riter ⁊ hospitis curatorem. Et qm̃ statutos le
ge terminos preterire/⁊ alienum sibi dominiũ
usurpare/supbie ꝓpriũ ē: iccirco dicit iouem
ad hanc iniuriam ulciscendam excitari/atqz in
surgere cum preliis inimicissimis/quasi dicat
deum contra supbos non tam ut iudicem q̃z ut
hostem ultoremqz insurgere. Post uero mul
tas constitutiones inquit ad seniorem philoso
phum non ptinere/minimas quasqz leges accu
rate describere: presertiz que ad lites rerumqz
controuersias pertinent. Sed ō rebus quidem
externis paucas quasdã cõcesqz leges adducere
quas i minima queqz iuris deriuẽt interpretes:
de moribus ãt ⁊ animi disciplina adunguem di
ligentissime pertractare. ac dum de uariis opi
ficibus uerba facit/tria de his precepta tradit
admodum memoranda. Primum quidem nullũ
ciuem. i. publicis aliquando muneribus perfun
cturum/ullo debere opificio occupari: neque
etiam eius seruum. Quippe cum ars rei. p. gu
bernande longa exercitatione multisqz doctri
nis indigens integrum sibi hoiez uendicet. Se
cundũ uero/neminẽ artes duas uel studia exer
cere uel debere uel posse. Tertium deniqz/ar
tificem non decere alterius artis opifici presi
dere. Vetat prudenter ⁊ exportare ciuib⁹ ne
cessaria/⁊ importare supflua/⁊ i primis caupo
nari/preseirtiz questus gratia. Tum urbis par
tes uicosqz ac tẽplà ⁊ foros duodeciz digerit:
forisqz tã sobrias q̃z diligẽtes leges imponit.

Octauus legum.

Sequitur deinceps ut leges de
solemnitatibus p delphica ora
cula sanciamus/que sacra qui
busqz diis sacrificare feliciter
ciuitas debeat. At qñ/⁊ quot
numero sacra facere oporteat
forte nostrum est non nihil lege sancire. Cli.
Fortasse numerũ. Athe. De numero igitur pri
mo dicamus: Quem ego trecentorũ ⁊ sexagin
ta quinqz esse oportere censeo: ut unus aliquis
semper ex magistratib⁹/deorũ alicui/aut demo
num: pro ciuitate/pro seipsis pro rebus suis sa
crificet. Interpretes uero et sacerdotes tam
uiri q̃z mulieres/uatesqz una cum legum custo
dibus congregati ea ordinent que in his legum
lator necessario dereliquerit. Nam derelicto
rum cognitores/istos esse oportet. Lex ergo
uidebit/ut duodecim solemnitates diis duode
cim/quibus singule tribus cognominantur/ci
ues peragant: diisqz ipsis sacra p singulos men
ses faciant: choros preterea ludosqz musicos ⁊
certamina gymnica/prout diis singulis ⁊ tem
poribus conuenit. Erunt aũt solemnitates di
stincte/ut constet/quas sine uiris ⁊ quas non/
agi oporteat. Terrestrium quoque celestiũqz
deoruz/ceterorũqz qui hos sequuntur solemni
tates miscende non sunt: sed separande in duo
decimo mense: qui plutoni dicatus ē/ut legiti
me celebrẽtur. Non enim abiiciendus bellico
sis hominibus is deus est/sed colendus/tanquã
generi hominum semper optimus. Nam anime
corporisqz coniunctio/nullo modo melior est
q̃z solutio/ut ego serio loquens affirmo. Pre
terea qcunqz sufficienter hec distincturi sunt/
illud cogitare omnino debent/nostram hanc ci
uitatem talem esse/qualis modo ⁊ ocio tempo
ris ⁊ necessariorum copia ⁊ libertate reperiri
nõ possit. Verum oportet ipsam perinde atque
hoiez unuz bñ uiuere. Feliciter aũt uiuentibus
hoc necessario inesse in primis oportet/ut nec
ipsi aliis/nec alii ipsis iniuriam inferant. Quo
rum alterum non est admodum difficile. Alte
rum uero/ut nulla possis iniuria ledi/difficili
mum: nec pfecte id quisquam aliter assequi po
test/q̃z ut pfecte bonus efficiatur: Idem est ⁊
in ciuitate: nam si bona erit in pace uitã aget:
sin autem praua/⁊ intestinis seditionib⁹ ⁊ ex
ternis bellis assidue infestabitur. Cum hec ita
ferme se habeant: non belli tempus expectan
dum: sed in ipsa pace ciues ad rem bellicã exer
cendi. Ergo ciuitas nisi mente capta sit/singu
lis mensibus bellicas uires experietur/non mi
nus uno die: sed pluribus etiã/prout magistra
tibus ipsis uidebitur: uiri simul ⁊ mulieres ⁊
pueri: nec hieme/nec estu uitato: ut parati

sint omnes/quandocunque uniuersuz quodãmo
do educere populum magistratibus uisum fue
rit: ad idqz ludi etiaz conuenientes una cum sa
crificiis excogitandi: ut pugne quedam solem
nes festiueque fiant bellicas pugnas q̃z maxime
imitantes. Et uictoribus premia laudes/uictis
contra uituperationes fiant/prout singuli/et
in certaminibus et in omni uita se gesserunt.
Sic optimus quisque laudibus efferatur: et ui
tuperatione contrarius deprimatur. Nec oẽs
harum rerum poete sint: sed primum/qui non
pauciores q̃z quinquaginta ãnos natus sit. De
inde qui non solum poeticam musam sufficien
ter possideãt/uerum etiam preclarum et insi
gne aliquid fecerint. Eorum ergo qui boni ui
ri/honoreqz digni sunt in ciuitate: et res pre
claras gesserunt/poemata etiam si minus musi
ca sunt/decantentur. Cuius rei iudicium/pue
rili doctrine prepositus/ceteriqz custodes ha
bebant legum. Hi probis uiris honorem hunc
tribuant: ut solis libertatez in musis prestent:
ceteris uero prohibeant. Nemo igitur audeat
musam/horum iudicio non probatam canere:
etiam si thamire orpheiqz hymnis sit suauior.
Sed canantur poemata sacra: que iudicio ap
probata/diisqz dicata sunt. Virorum quoque
bonorum poemata/quib⁹ laudantur uituperan
turqz aliq: ⁊ modõrate id facere iudicata sunt.
Hec eadem de militia ⁊ de libertate poetica
iudico mulieribus ⁊ uiris similiter facienda.
Sed oportet legislatorem secuz ita plerumqz
loqui. Cedo/in ciuitate instituenda/quales ci
ues educare studeo. An non certaminum maxi
morum athletas: quibus innumeri sunt aduer
sarii? Prorsus/ita recte quilibet respõdebit.
Si ergo pugiles aut pancratiastas/aut alios si
miles educaremus/ita ne i ipsum certamen edu
ceremus: ut cum nullo antea unquam pugnaue
rint? Vel si pugiles essemus/nõne pluribus an
te diebus pugnare didicissemus/omnia facien
tes/quibus in uero certamine ubi ad uictoriaz
cõtenditur/uti oporteat: q̃z proxime ad id qd̃
simile est/accedẽtes pro cestibus annectentes
speras ⁊ pilas/ut uulnera et inferre et uitare
premeditatione disceremus. Quod si nulli/qui
bus cum exerceri possemus/socii nobis daren
tur: nunquid stultorum ueriti risum nos conti
neremus/quin in anime simulachrum ex aduer
so ad quod exercitatio fieret/suspenderemus?
Ac si nec animati nec anima carentis aduersa
rii copia nobis esset/non ne ipsi soli ad umbraz
propriaz pugnaremus? An id aliud quicquam/
manuum huc ⁊ illuc flexus/et preparatio hu
iusmodi excogitata est? Cli. Ad nihil aliud
ferme q̃z ad hoc ipsum. Athe. Quid igitur/ci
uitatis pars que militie studõt? An peius q̃z cer
tatores huiusmodi preparata audebit ad certa
men maximum deuenire/pro uita/pro liberis/
pro rebus suis/pro patria pugnatura? Non er
go uerebitur legis lator/ne gymnasia hec inui
cem aliquibus ridicula uideantur. sed lege sta
tuet/ut res militaris agatur maxime: quotidie
quidem minori exercitatione sine armis: cho
ros omnemqz gymnasticam ad hec inducens/⁊
concitans: maiore uero non rarius q̃z semel in
mense: ut certent singuli ad capienda uel reti
nenda loca ⁊ insidias: omnemqz rem bellicam
imitemur: ⁊ pila se exerceant/undique se uer
tentes/ac telis utantur ad uera et periculosa
tela q̃z proxime accedentibus: ne omnino absqz
timore ludus huiusmõi inter ciues agatur. sed
formidinem inferat: atque ita qui magno sunt
animo quodammodo ignauosque ostendat: ut
his honores/illis obprobria/ut conuenit/tri
buantur. ⁊ hac ratione ciuitas omnis per totã
uitam ad ueruz certamen utiliter preparetur.
Siquis autem cede inuoluntaria i his certami
nibus morietur/qui interfecit lege expiatus/
mundus sit in posterum. Putare enim debet le
gis lator/paucis ita mortuis hominibus/cete
ros non deteriores futuros: Timore uero in
omnibus his extincto/nihil amplius se inuen
turum/quo a deterioribus meliores discernat.
quod ni fiat/multo maius ciuitati malum est q̃z
illud. Cli. Concedim⁹ hospes ita hec esse lege
sanciendα/⁊ uniuerse ciuitati agenda. Athe.
Nunquid causam nunc omnes cognoscimus?
ob quam modo in ciuitatibus chorea talis atqz

certamen nusquã ferme: nisi parum admodum
fiant. An propter multitudinis legumqꝫ lato
rum ignorantiam ita fieri affirmabimus? Cli.
Forte. Athe. Nequaquam/ o/ beate clinia:
Sed due huius rei sufficientes cause sunt. Cli.
Que nam? Athe. Vna quidem quod diuitiarum
cupiditate/ceteris omnibus neglectis/solũmo
do rem priuatam curamus. Ad idqꝫ incumbens
ciuium animus/nulli prorsus nisi pecuniis quo
tidie cumulandis dare operam potest. Nam ar
tes ⁊ studia que ad lucrum cõducunt libentissi
me complectuntur omnes/ cetera spernunt:
Hec igitur una causa est/ ne ciues id aut aliud
quicquam honestum bonumqꝫ officiuꝫ curent.
sed insatiabili auri ⁊ argenti cupiditate/ ⁊ ho
nesta pariter ⁊ inhonesta artificia complectan
tur/ ⁊ quoduis agant/ seu phas siue nephas id
habeatur/ ut pecunias cumulẽt: qbus summini
strantibus ueluti pecora/ uentri ac ueneri ser
uiant. Cli. Recte dicis: Athe. Hec inquam
una sit causa: qua fit ut nec aliud quicquaꝫ pre
clare neque rem bellicaꝫ sufficienter ciues exer
ceant. Sed qui natura modesti sunt ad merca
turam/nauigationem/uiliaque ministeria con
uertantur: qui uiriles ⁊ generosi/ ad furta/la
trocinia/sacrilegia/ insidias/ sceleraqꝫ tyran
nica: qui cuꝫ bene a natura constituti fuerint/
infelices tamen hac consuetudine euaserunt.
Cli. Quomodo istud ais? Atheniẽsis. Immo
cur non eos omnino infelices apellem: qui fa
me coguntur per omnem uitam suam animam
cruciare? Cli. Hec utique una causa est: alte
ram uero causam hospes/ quam dicis? Athe.
Recte commonuisti. Cli. Ergo ut ais hec est
una perpetua ⁊ inexplebilis diuitiarum cupidi
tas: qua occupati singuli/ prohibẽtur rem bel
licam/ ut decet/ curare. Sed alteram iam ex
pone. Athenien[s]is. Num uobis uideor quia
ad alteram desit facultas in hac nimium immo
rari? Cli. Non ita: sed odio percitus uideris
hos mores hominuꝫ ad quos sermo hic incidit/
magis qꝫ deceat insectari. Atheniensis. Opti
me/o/charissimi me nunc increpatis. Quare

quod sequitur audietis? Cli. Dic tantum.
Atheniensis. Causam equidem essero/ guber
nationum genera illa/ de quibus sepe iam dixi
mus/popularem gubernationeꝫ/ paucorum po
tentiam/ ⁊ tyrannidem. Nulla certe potestas
huiusmodi/ res publica est: sed seditiones a
pellari omnes rectissime possunt: Nulla eniꝫ
uolentibus uolens: sed uolens nolentibus sem
per ui aliqua dominatur. In quibus cum prin
ceps subditos timeat/nec bonos/nec diuites/
nec robustos/ nec fortes/ nec omnino bellico
sos sponte unquam fieri patietur. He due oĩ[um]
quidem quodammodo/ horum certe precipue
cause sunt. Quas utrasqꝫ/res publica hec/cui
nunc leges damus/effugisse uidetur. Nam ⁊ i
ocio maximo est/ ⁊ penitus libera: ⁊ ex his le
gibus homines pecuniarum cupidi minime fiunt.
Ideo uerisimile est/ ut hec sola omnium que
nunc sunt rerum pub. disciplinam bellicam/lu
dumqꝫ simul/ dquibus recte disseruimus/susci
pere possit. Cli. Probe. Atheniensis. Dein
ceps de omnibus gymnicis possumus certamini
bus dicere: ut his premia ponantur/que ad bel
lum conducunt/ cetera dimittantur. Sed
que ista sunt/a principio recensenda sunt/ ⁊ le
gibus sancienda/ ⁊ primo que ad cursum ueloci
tatemqꝫ pertinent. Non ne? Cli. Omnino fa
ciendum. Atheniensis. Omnium igitur maxi
me agilitas corporis/altera pedum/altera ma
nuum/ ad bellum conducit. ad fugiendum qui
dem insequendumqꝫ/pedum/in pugnando autẽ
luctandoqꝫ/ manuum robore indigens. Cli.
Certe. Atheniensis. Neutra tamen absqꝫ ar
mis/magno usui ẽ. Cli. Vere. Atheniensis.
Stadium ergo cursurum/quemadmodum nunc
in certaminibus fit/preco primum uocet. Ille
uero cum armis ingrediatur. Nam nudo absqꝫ
armis certatori premia nos minime ponimus.
Primus igitur/stadium cursurus/ armatus in
grediatur. Deinde qui diaulum: Tertius qui
equis. Quartus qui dolicum. Quintus qui le
uiori armatura ornatus: quẽ primuꝫ sexaginta
stadiorum spatio ad aliquod templum martis

peruenturum immittemus. Alius etiam gra
uiore armatus armatura/ breuius ac planius
spatium cursurus. Alius sagiptarius omni ar
cuum ornatu munitus/centuꝫ stadia per mon
tes uariãqꝫ regiõis naturã ad apollinis diane
qꝫ tẽplum certãs perueniat. Certamĩe igitur
constituto/quousque ueniant/expectabim[us]/
⁊ uictoribus singulis premia dabimus. Cli.
Recte. Atheniensis. Tripartito hec cer
tamina distinguamus. Vnum puerorum. Al
terum imberbium. Virorum tertium. Et im
berbibus quidem duas cursus de tribus/par
tes ponemus. pueris harũ dimidias. Hi cum
sagiptariis/ ceterisqꝫ armatis concertent.
Feminis uero/ puellis quidem nondum pube
scentibus/nudis stadiũ ponemus/ ⁊ diaulum
⁊ equestre ⁊ dolichuꝫ: que in ipso cursu con
certent. ultra uero tertium ac decimum eta
tis annum donec nupserint nõ longius uigesi
mo nec breuius decimo atqꝫ octauo ad certa
men cursus descendant: que quideꝫ congruo
utantur uestitu. Hec de cursu ⁊ uirorum et
mulierum dicta sint. Ad robur uero augen
dum/luctationis similiumqꝫ loco/que nunc
habentur grauiora capiãtur. Et uni[us] ad unũ
duorum ad duos ⁊ usque decem ad decem ar
mis pugna fiat: Que uero quotqꝫ facere aut
non pati uictorem oporteat: sicut modo ĩ pa
lestra determinatum est a prefectis luctatio
num/quid sit bene aut nõ bñ luctantis opus:
Ita ⁊ ĩ his armorum certaminibus periti indu
cendi sunt/ut lege sanciant/quid aliquis non
patiens aut quid faciens uincat: et uictum si
militer quis nam ordo discernat. Eadem hec
de feminis quoque ad etatem usque nubilem/
lege sancita intelligantur. Peltastica uero
uniuersa pugne paneratiace opponatur: cer
teturqꝫ arcu/pelta/lanceis/lapidumqꝫ manu
⁊ funde proiectione. Et qui se optime in his
quoqꝫ gesserit huic lege honores uictorie tri
buantur. Nunc de equorum certaminibus ui
deamus. Equorum usus in creta magnus non

est. Quare necesse est studium in nutriendis
equis/certãdoqꝫ cum eis minori cure creten
sibus esse. Nam currus quidem nemo uestruꝫ
tenet. neque in hoc operam ponere preclarũ
esse ducitis. Cum igitur consuetum id non
sit: certatores huiusmodi lege statuere/ de
mentis esse uidetur. Solis autem equis/pul
lisqꝫ ante qꝫ cognitoreꝫ produxerint: ⁊ me
diis perfectisqꝫ equestrem ludum pro regio
nis natura tribuere licet. Huiusmodi ergo
certamẽ secundum legem sit: in eoqꝫ iudiciũ
magistris equituꝫ ⁊ tribunis tam d omni cur
su equorum/ qꝫ de his qui cum armis descen
dunt/communiter tribuatur. Non armatis
uero/neque in gymnasticis ludis/neque hic
certamen premiumqꝫ imponimus. Sed non
est crete inutilis: qui sagiptam aut iaculum
ex equo imittit. Quapp ĩ hoc ẽtludẽdi grati
a ꝯtẽtio ꝯcertatioqꝫ hẽatur. Ad hec ãt legi
b[us] femine cogende sũt. Verum si priori disci
plina consuetudineqꝫ puellas uirginesque na
tura concitat ad hec: facitqꝫ ne abhorreãt/
admittende sunt. Sed de exercitatiõe disci
plinaqꝫ gymnastica/siue que in certaminibus
exsequimur/seu que sub magistris quotidie
exercemus/ satis iam diximus. De musica
etiaꝫ maiori ex parte. At uero d rhapsodis/
idest carminum cantoribus/ deqꝫ his qui eos
sequuntur/ ⁊ de contentione chororuꝫ/quot
cunqꝫ necessario solẽnitatib[us] diis demõib[us]qꝫ
constituuntur/statutis diebus mensibusqꝫ ⁊
annis/hec omnia quomodo disponenda sint/
⁊ si per tres aut etiam per quinque annos fie
ri debeant consilio deorum intelligentur/
agenturqꝫ. Tunc uero certamina musice ui
cissim fient/ prout athlete ipsi premiorum
declaratores: ⁊ doctor iuuenum/ legumqꝫ
custodes qui in his ferendarum legum aucto
ritatem habent/una congregati/hec ordina
uerint. Hi namque et quando/ ⁊ qui/et qui
buscum singula certamina in omnib[us] choris
choreisque exercere debeant/ ordinabunt.

Qualia uero singula hec quo ad orationem uel cantus uel harmonias numeris saltationibusqꝫ mixtas/esse debeant/sepenumero a primo legum latore est dictum: quem posteriores sequētes/ut singulis sacris temporibusqꝫ conueniet/ita certamina queque distribuēt: festosqꝫ dies statuent ciuitati. hec quidem ⁊ cetera talia/nec intellectu difficilia sunt/quo pacto sint legibus ordinanda/neque si hoc uel illo modo commutentur/multuꝫ prosunt ciuitati/uel obsunt. Sunt autem nō nulla plurimi facięda: que persuadere ita difficile est/ut dei maxie opus hoc esse uideatur: si ab illo possent cōstitui. Nūc āt audacis alicuius hominis opera indigent: qui libertate dicēdi maxime fretus/que ciuitati ciuibusqꝫ optima fore censet/ita statuat/ut corruptos ciuium animos ad decentem habituꝫ legumqꝫ obseruantiam reuocet: dum ardentissimis eorum cupiditatibus aduersetur: omniqꝫ etiam auxilio carens/solam solus rationem secutus non uereatur. Cli. Quid naꝫ dicis hospes? Hoc enim non intelligimus. Atheniensis. Verisimile est. Verum conabor planius dicere. Nam cum disciplinam ipsam uite animaduerterem/uideremqꝫ adolescentes et adolescentulas inuicem humaniter conuersari. timui ut par est/considerans qua in re quispiaꝫ ea ciuitate utatur: ubi adolescentule adolescentuliqꝫ delicati sint: qui non magnis durissimisqꝫ laboribus/quibus libido petulantiaqꝫ extinguitur/domiti sint: sed festis diebus/sacrificiisqꝫ et choris omnes plurimum uacent. Quomodo igitur in hac ciuitate ab illis cupiditatibꝰ abstinebunt: que multos in extremuꝫ duxerunt? ita ut ratio que abstinere imperet/lex efficiatur? profecto si leges superiores/multas a nobis pellunt cupiditates/nihil mirum est. Nam institutio illa qua nimie diuitie prohibentur/non paruꝫ ad temperantiaꝫ confert: ⁊ disciplina illa omnis supra a nobis exposita leges ad hec commodas habet. Preterea et principium oculi coacti non alio intueri/sed semper adolescentiam obseruare/ceteris quidem humanis cupiditatibus modum adhibent. Sed adolescentulorum adolescentularumqꝫ contra naturā amores ⁊ uirorum pro feminis et mulierum pro uiris abusus/unde innumera hominibus ⁊ priuatim ⁊ publice mala secuta sunt/quomodo aliquis euitabit? ⁊ quod i singulorum periculis remedium inueniet? Omnino difficile id est/o/clinia. Nam in ceteris quidem multis uniuersa creta lacedemoniaqꝫ nobis ad leges ponendas a multorum moribus alienas ualde opitulantur: sed quo ad amores pertinent/ad uersantur dissentiuntqꝫ omnino. Quoniam siquis naturam secutus legem ante laium illā posuerit/non dimittens maribꝰ pro feminis abuti/testemqꝫ bestiarum naturaꝫ citauerit: in quibus mares inter se ueneri operam non dent/quia secundum naturam id minime sit/uerisimili forsan ratione utetur: uestrisqꝫ ciuitatibus non consonabit. Accedit ad hec quod minime id assequetur: quod a legislatore semper est obseruandum. Semper enim obseruari oportet/quid ad uirtutem conducat quod lege sancitur: ⁊ quid non. Age uero si id honestum aut non turpe nunc lege statui assentimus/quid nam ad uirtutem proderit? utrum impersuasi animo fortitudinis habitum? an in eius qui persuasit/temperantie speciem generabit: Vel hec quidem nullus unqꝫ sed potius horum contrarium credet. Quippe uoluptatibus seruientis/nec resistentis quisqꝫ mollitie uitupabit. In eo uero q feminas imitatur/nōne muliebrē ipsam imagineꝫ quilibet improbabit? Quis igitur hominum hoc cum tale sit/legibus sanciet? Ferme nullus: qui ueram i mente legem habuerit. Quo modo ergo uerū hoc esse dicimus? Amicitie utique cupiditatis: amorumqꝫ naturam considreare necesse est: siquis ista recte sit inspecturus. Nam cum ipsa duo sint/⁊ tertia ex ambobus species/uno comprehensa nomine/dubitationē oēꝫ ⁊ tenebras faciūt. Clinia. Quomodo? Athenien sis. Amicum enim simile simili uirtute ⁊ equale equali asserimꝰ. Amicum rursus egenum diuiti/quanuis genere contrarium sit. Quando uero utrumque uehementius fuerit amorem nuncupamus. Cli. Recte. Atheniensis. Amicitia que a contrariis proficiscitur/dura est ⁊ aspera: ⁊ sepe uicissitudinem in nobis non habet. Que uero a similibus/placida: communisqꝫ per uitam. Ubi uero ex utrisque conmonitur beniuolentia. primo non facile cognoscitur/quid sibi uelit/qui tertio hoc amat amore. Deinde ab utrisqꝫ in cōtraria tractus ⁊ ipse quid faciat/dubitat: cum ab altero/etatis uti flore iubeatur/ab altero prohibeatur. Nam qui corpus amat: eiusque formam quasi fructum quendam esuriens petit/is saciari dumtaxat querit/nullumqꝫ animo amati prebet honorem. Sed qui minus de corpore curat/⁊ animo considerat potius q̄ꝫ desiderat/cum ipsum/ut decet animum diligat: corporis usum petulantiam ⁊ contumeliaꝫ arbitratur: cumque tēperantiam/fortitudinem/magnificentiam/⁊ prundentiam uereatur ⁊ colat/cum casto amico castus uiuere uolet. Amor autem ex utrisqꝫ his compositus/ipse est quem modo loco tertio ponebamus: Cum ergo tres sint amores/utrum omnes lege pellendi sunt? An uidelicet eum in ciuitate suscipiemus/qui uirtuteꝫ respicit: ⁊ adolescentem fieri q̄ꝫ optimum cupiat? Duos autem alios/si fieri poterit/repellemus? Nunquid aliter tibi/o/amice megille uidetur? Megillus. Probe admodum de his modo dixisti hospes. Atheniensis. Non frustra/o/amice coniiciebam tuum mihi consensum affore. Non oportet autem me nunc quid de his uestra lex sentit/inquirere. sed quod admittis accipere. Clinie uero postea id persuadere conabor. Quod a nobis datuꝫ est/modo accipiatur/legesqꝫ diligenter consideremus. Megillus. Rectissime loqueris. Atheniensis. Artem in hac lege ferenda quandam habeo/partim quidem facilem. partim omnino difficilem. Megillus. Quomodo istud? Atheniensis. Constat nunc quoqꝫ plurimos hominum quamuis iniqui sint/bene ⁊ diligenter ⁊ sponte a pulchrorum coniunctione sese abstinere. Megillus. Quādo id fit? Atheniensis. Quando frater aut soror eximia pulchritudine alicui sit/a filio quoque filiaqꝫ lex eadem/quamuis scripta nō sit/sufficienter repellit: prohibetqꝫ et manifestum ⁊ furtiuum istorū cōcubitum. Immo uero facit/ne cupiditas quideꝫ ulla rei huius uulgus aggrediatur. Megillus. Vera narras. Ath. Unū ergo uerbum atque breuissimū oēs huiusmōi uoluptates extinxit. Me.

Quid illud? Atheniensis. Quod fas nihil
horum esse dicitur: sed apud deum odio habe
ri: et turpium omnium esse turpissima. Cau
sa autem non ne hec est? Quia nemo aliter
predicat: sed statim ab ineunte etate ⁊ ioco
simul ⁊ serio dictam ⁊ sepius in tragediis hec
eadẽ audiuntur. Quando uel Thyestem uel
Edipodem uel Machareum mortem sibi debi
tam sceleris penã consciuisse propter huiusce
modi uenerem narrant. Me. Recte istud
dictum est. Miram enim fame potentiam no
uimus: qñ nemo aliter qꝫ iubeat lex ne respira
re quidem audeat. Atheniensis. An nõ recte
dictũ ẽ a nobis: qđ uolenti legis latori cupidi
tatem aliquam earum que uehementer sibi
subigunt homies / rationi subicere / facilis co
gnitu modus est? Quippe si famam huiusmo
di / apud omnes seruos ⁊ liberos / masculosqꝫ
et feminas / et uniuersam ciuitatem quasi sa
crum quiddam dicauerit / firmissimam istam
legem efficiet. Me. Ita prorsus. Qua uero
ratione id assequi poterit / ut libenter idem
omnes predicent. Atheniensis. Probe obie
cisti: Ideo enim a me dictum est / artem me
ad hanc legem habere: ut secundum naturã
ad procreationem venere homines utantur.
Abstinendum igitur a maribus iubeo. Nam
qui istis utuntur / genus hominum dedita ope
ra interficiunt: in lapidem seminantes / ubi
radices agere quod seritur nunquã poterit.
Abstinendum quoque ⁊ ab agro illo femini
no / ubi semẽ germina nolit producere. Hec
lex si perpetuo in aliis / sicut in necessitudine
paterna conseruabitur / innumerorũ erit bo
norum causa. Nam primo secundum naturã
statuta erit: Deinde ab omni amorum rabie
atque furore / adulteriis / potusque ⁊ cibi ni
mio luxu repellet. Uxoribꝰ quoque uiros cõ
ciliabit: ⁊ alia plurima pariet bona: si apud
quẽqꝫ fuerit stabilita. Sed forsã si uehemẽs
aliquis iuuenis / multo spermate plenus hanc
legem ferri audierit / improperabit protinꝰ:
⁊ alta uoce clamabit / impossibilia stultaqꝫ a
nobis lege sanciri. Quod quidem cum consi
derarem / dixi artem me habere: quodãmodo
facilimam / quodammodo etiam difficilimã /
ad legem hanc obseruandam. Facile nam que
intellectu est: quomodo id possibile est. Nã
cum apud omnes legitima hec sententia dedi
cata fuerit: animos oĩs domabit: efficietqꝫ
ut metu latis legibus pareãt. Sed eo iam res
peruenit: ut nunquam effici posse uideatur:
sicut nec conuiuii quidem studiũ credebatur
ab uniuersa ciuitate ꝑpetuo posse obseruari.
Et tamẽ apud nos re ipsa fieri uidetur: quod
inter mulieres nec in ciuitatibus quidem ue
stris fieri posse putatur. Hac equidem ratio
ne propter huius incredulitatis uim difficili
mum esse dixi hec utraque lege seruari. Me.
Et recte quidem. Atheniensis. Quod autẽ
supra uires humanas non sunt / sed fieri pos
sunt / uultis ut uerisimilem quandam rationẽ
uobis exponã? Cli. Cur non? Atheniẽsis.
Utrum facilius quispiam a uenereis abstine
bit / uoletqꝫ ordinem his impositum modera
te seruare: cum bene ex prudenti aliqua dili
gentia corpus affectum fuerit? An cum con
tra? Cli. Multo magis cum bene atque ex
arte. Atheniensis. Num igitur de tarenti
no Icco non audiuimꝰ? qui propter olympi
ca aliaqꝫ certamina / artificioso circa hec stu
dio / temperantiam simul ⁊ fortitudinem ani
mi consecutus / nullam unquam in toto exer
citationis sue tempore venerem cognouit.
Idem quoqꝫ ð Chrisone astylo ⁊ diopompo
aliisqꝫ qꝫplurimis fertur: qꝫqꝫ / o / clinia mul
to peius aĩos bonis artibꝰ excoluerãt / qꝫ tui
meiqꝫ ciues. corpibꝰ certe multo magis uige
bãt. Cli. Uera narras: qđ a priscis ita ab a
thletis facta hec fuisse predicãtur. Ath. Illi
igitur ut in luctando ⁊ currẽdo ceterisqꝫ hu
iusmodi uincerẽt alios ab ea uoluptate q̃ bea
ta uulgo existimatur / abstinere uoluerunt:
Nostri adolescẽtes uictorie causa lõge prestã

tioris / non poterunt? quam nos carminibus fa
bulisqꝫ ⁊ soluta oratione ⁊ cantibus esse opti
mam statim ad puerorum aures predicabimus /
⁊ ut uerisimile est oblectando persuadebimꝰ.
Cli. Quam uictoriã dicis? Atheniensis. Ut
uoluptate inquam uicta feliciter uiuant: uicti
autem contra. Preterea metus ille / ne quod
minime fas est / committatur / non ne ad idem
potissimum conferet: ut ea uidelicet superẽt:
que alii quãuis deteriores / superasse dicuntur?
Cli. Consentaneum id quidem. Atheniensis.
Postquam huc in lege hac ferenda deuenimus /
⁊ propter multorum prauitatem in dubitatio
nem incidimus / audacter iam manifesteqꝫ dica
mus / non oportere ut ciues nostri auibus mul
tisqꝫ belluis sint peiores. Permultos enĩ gre
ges ipsarum uidemus integre atque caste / ante
qꝫ procreandi tempus aduenerit / uiuere.
sed cum hanc etatem attigerint / mas femine ⁊
femina mari coniuncte / iuste / sancteqꝫ i prima
perseuerantes amicitia reliquam peragunt
uitã. Oportet igitur esse eos bestiis me
liores. Quod si a ceteris grecis barbarisqꝫ plu
rimis corrumpantur / nec possint se continere:
cum uideant audiantqꝫ inordinatam apud eos
uenerem / plurimum posse / alteram preterea le
gem custodes legum ad ferendas leges auctori
tatem nacti / excogitent. Cli. Quam modo
ferre legem consulis: si hanc non susceperint?
Atheniensis. Que hanc / o / clinia sequitur?
Cli. Que nam illa est? Atheniensis. Ut qꝫma
xime laboribus corporis ueneris robur infrin
gant: ⁊ alio uires suas cõuertãt. Quod erit /
si non impudenter ipsa utentur. Nam si rarius
propter ruborem id fiat: imbecillior erit domi
na. Clam ergo consuetudo ⁊ lex non scripta
hec fieri suadeat: contra autem fieri uelut tur
pe dissuadeat. Turpeqꝫ sic non omnino agere.
Sic enim et secundo seruabimus honestum lo
co. Et genus unum hominum / tria genera con
tinens / homies deprauate nature: quos sui do
minos esse negamus: coget utique: ne leges cõ
temnãt. Cli. Que tria genera? Atheniẽsis:
Cultores inquam deorum: honoris amatores:
⁊ qui nõ corporum sed animi morum pulchri
tudinem diligunt. Hec quasi per fabulã dicta
uotoqꝫ similia: multum tamẽ ciuitatibus omni
bus si ea seruare potuerint / collatura. Fortas
se autem si deus uoluerit: duorum alterum in
amatoriis assequemur: Uel ut nemo generosas
liberasqꝫ mulieres preter uxorem audeat tan
gere: nec ullus nothos ex cõcubina suscipiat:
nec infecundos marium agros preter naturam
serat. Uel alterum quidem omnino tollemus:
ne quis cum maribus congrediatur. siquis autẽ
aliis mulieribus commisceatur / qꝫ cum his que
cum diis sacrisqꝫ nuptiis domum uenerunt / em
ptis uidelicet / uel alio quocumque modo acqui
sitis: nisi uiros simul mulieresqꝫ omnes lateat /
infamis lege omnibusque ciuitatis honoribus
ceu peregrinus aliquis priuatus sit. Hec lex si
ue simplex siue duplex sit: de rebus uenereis
amatoriisqꝫ omnibus: quas inter nos propter
huiusmodi affectus recte uel nõ recte agimus /
lata sit. Me. Ego quidẽ hanc legẽ ualde pro
bo. Clinia uero iste / qđ sibi uidetur / nobis ape
riat. Cli. Faciam / o / megille: cum occasio da
bitur. Nunc autem sinamus hospitem ulteriꝰ
in ferendis legibus progredi. Me. Probe.
Atheniensis. Sed adeo iam progressi sumus:
ut ad conuiuia deuenerimus: quã quidem rem
alibi difficilem esse dicimus. In creta autem
nemo frustra existimabit fieri oportere. Quo
modo autem? utrum ut hic / aut quemadmodũ
apud lacedemonios: an tertius quidam modus
utrisque his melior inueniatur: nec inuẽtu dif
ficile id mihi uidetur: nec inuentũ cum fuerit /
maxime profuturũ. Enimuero concinne ⁊ nũc
constituta uidentur. Sequitur nunc ut de ui
ctu / quomodo haberi possit / dicamus. Uictus
in aliis ciuitatibꝰ multiplex uariisqꝫ ex locis:
maxime uero duplici ex loco in ceteris compa
ratur. Nam ex mari ac terra plurimis grecorũ
ciuitatibus aduehitur: cum istis terra solũmõ
aduehatur. Que res legũ latori facilior. Mul
to enĩ maior qꝫ dimidia pars legum sufficiet.

Adulteria

Conuiuia

victus

Preterea conuenientiores liberis hoībꝯ leges
ponētur. Naualiū eiꝫ et mercatorūꝫ cauponū
diuersorii / publicanorum / permutationūꝫ fodi
cinarumqꝫ metallicarum / ⁊ mutui fenoris / ac
mille huiusmodi leges ferre non admodum co
gitur. Quare in ciuitate hac nostra legum con
ditor his ommissis dumtaxat agricolis / pastori
bus / apum curatoribus / taliumqꝫ custodibus /
atque ministris leges dabit: cum de nuptiis li
berorumqꝫ procreatione. educatione. discipli
na: magistratuumqꝫ designatione / maxima ex
parte tractauerit. Nūc ergo ad leges de uictu
deqꝫ iis qui labore suo ipsum parant / uenire
necesse est: ⁊ agriculture leges primo ponan
tur: primaqꝫ terminalis iouis hec. Nemo fines
atque terminos terre moueat: nec ciuis uicini
nec finitimi peregrini / si agri extrema possideat
sed putet id eē uere qđ fertur / hic imobilia mo
uet: malitqꝫ unusquisqꝫ saxum ingēs mouere / q̄ꝫ
paruū lapidē iureiurādo a diis firmatū quo ami
citie ⁊ inimicitie terminentur. Alterius eniꝫ
iupiter contribulis alterius hospitalis / est te
stis: qui hostili prelio semper insurgunt. Qui
legi obtemperat / indēnis utique sit. Qui eam
despexerit / duplices penas luat: primo quideꝫ
deo uindice / deinde lege: q̄ iubet ut nemo spon
te uicini agri terminos moueat. Eum uero qui
mouerit quicunque uoluerit ad agricolas defe
rat. agricole ad iudiciuꝫ ducant: a quo damna
tus utpote terminorū clam uiqꝫ turbator / red
dat / patiaturqꝫ / prout iudices iudicauerint.
Multa deinde paruaqꝫ damna i uicinia sepius fa
cta / magnas inimicitias pariūt / uicinitateꝫ dif
ficilem ⁊ amaraꝫ reddunt. propterea caueat ui
cinus ne uicino noceat / cum i aliis tum uel ma
xime in agris colendis. Nocere namqꝫ non dif
ficile / sed cuiuslibet hominis est. prodesse uero
non cuiuslibet. Quicunqꝫ uero fines egressus /
uicini coluerit agros / damnū restituat: ⁊ impu
dentie atqꝫ illiberalitatis penas luat: duplūqꝫ
loco mulcte ipsi deponat: cuius agrum coluit.
Cognitores uero et iudices censoresqꝫ huius
rei agrorum curatores sint: In maioribus qui
dem ut supra dictum est / uniuersus duodecime
partis ordo: in minoribus uero / qui custodiis
presunt. Siquis pascuis noceat / illi considera
tis damnis iudicēt atque condemnent. Si alie
na examina quis persequitur: atqꝫ era pulsans
delectatione apes ad se trahit / damnum resti
tuat. Siquis ignem i materiam sic immiserit /
ut uicino non cauerit / prout magistratibꝯ uide
bitur / condemnetur. Similiter qui in plantan
do mensuram uicini agri non reliquit / ita ple
ctatur / ut a plerisque legum latoribꝯ sufficiē
ter est dictum. Quorum legibus uti debemus /
nec putare multa ⁊ minima que cuiuslibet legū
latoris sunt / a maiori ciuitatis conditore esse
sancienda. Nam ⁊ de aquis prisce leges ⁊ bo
ne sunt. Que profecto recitatione deriuande
non sunt. Sed qui aquam ad sua uoluerit duce
re a publicis fontibꝯ ita deducat / ut nullius pri
uati manifestuꝫ fontem perturbet. Deducat āt
qua uelit / preter q̄ꝫ per domos aut sepulchra:
aut loca diis consecrata: nec aliud damnum in
ferat / nisi quod ab ipso riuulo efficitur. Quod
si aque inopia solo insita i locis aliquibus aquas
ab ioue prodeuntes non retinet: cum necessita
te quispiam opprimatur / in loco suo ad cretam
usque effodiat: ⁊ si hac i pfunditate nihil aque
inuenerit / tantum a uicinis aquetur / quantum
necessitas postulat. Sed si uicinis quoque pau
ca sit / aquandi modus / quo utatur quotidie / si
bi ab agri curatoribus statuatur. Si uero aque
pluuiales abundent / ⁊ qui inferiores partes ha
bitant aut colunt / defluxum ita prohibeant:
ut superioribus noceāt: aut contra si superior
inconsiderate fluere aquas permittens / inferio
ri noceat / ⁊ conuenire inter se nequeant / in ur
be quidem edilis / in agris uero / qui agris preest
modum imponat: quem siquis non seruauerit /
inuidie ⁊ peruersitatis penas persoluat: ⁊ uici
no dānū in duplo restituat. Fructuuꝫ āūt cōis
huiusmōi participatio sit. bina nobis gratie do
na hec dea largitur. Unum dionysiacum: qđ re
condi non pōt. Alterum uero qđ repositioni
aptum ē: Hec igitur lex đ fructibꝯ sanciatur.

Qui uuas aut ficus đ rusticis fructibꝯ ante uin
demie tēpus gustauerit: quod arcturo concur
rit / quinquaginta dragmis: si de suo agro colle
gerit / dionysio dedicandas persoluat: sin a ui
cinis acceperit / minam: sin ab ab aliis / duas mi
ne partes. Uuas autem ficusqꝫ quos generosos
nominauimus: neque commode recōdi possunt
quomō ⁊ quādo uelit / si sua hec sunt colligat.
sin uero aliena / quoniam lex est: ut nemo mo
ueat / que non deposuit: qui accepit nisi persua
serit: mulctetur. Quod si seruus quispiam /
non persuaso agri domino / eas accepit / pro sin
gulis ficubus uuarumqꝫ acinis equalia numero
uerbera patiatur. Inquilinus fructibꝯ emptis
ad repositionem ineptis / si cupit / uescatur: pe
regrinus autē in ipso itinere si transeat solus /
aut cum uno tantūmodo / fructus nō reponen
dos / si uelit hospitali cum uenia gustet. Alios
āūt gustare quos rusticos dicimus peregrinos
quoqꝫ lex phibeat. Sin uero repositiōi aptos
inscius tetigerit / seruus quidem plectatur. Li
ber autē dimittatur admonitus ficus uuasqꝫ so
lūmodo ad repositionē ineptas gustare licere.
eas uero / ex quibus passe uue ⁊ uinum ⁊ caricē
fiunt / minime. Pira uero ⁊ mala tuꝫ alia tum
punica ceteraqꝫ huiusmōi / clam auferre / turpe
nō sit. Siquis uero deprehensus fuerit / paucio
res ānos q̄ꝫ triginta natus / sine uulneribus uer
beretur: atqꝫ puniatur. nec pena ulla propter
huiusmodi uerbera libero sit. Aduene quoque
de his fructibus / pinde ac de iis quos supius di
ximus repositioni ineptos carpe liceat. Si se
nior quispiam cōmederit / nec asportauerit / ut
aduene pmissum est: ⁊ ipse quoqꝫ oiuꝫ huiusmo
di fructuum particeps sit. qđ si legi non parue
rit / ad uirtutis certamē impotens habeatur. si
iudicibus huic rei presidētibus tunc relatū hoc
fuerit. Aqua nutriendis ortis maxime oiuꝫ cō
fert: sed facile corrūpi pōt. Terra uero ⁊ sol
⁊ aer / q̄ cum aqua simul ea nutriunt q̄ terra na
scuntur / non facile ueneno uel diuersione / uel
ablatione corrumpi possunt / his āūt modis faci
le aque damnū infertur. propterea legis auxi
lio indiget. De hac igitur hec lex sanciatur.
Siqs spōte alienā aquā / siue scaturienteꝫ e fon
tibus / siue collectaꝫ ueneno aut foueis aut abla
tione corrupit / ad ediles deferatur: ubi si deli
quisse conuincitur / damnū restituat: ⁊ fontes
aut aquaꝝ uas: ut interpretes singulis semp fa
cundam purgationem iudicarint: ita purget.
In aduectione āt oiuꝫ q̄ ab agris colliguntur:
liceat cuiqꝫ res suas: qua uelit aduehere: modo
aut nulli dāno sit: aut sibi triplum pueniat lu
crum eius dāni qđ uicino infertur. hoꝝ cogni
tores: magistratus sint. ⁊ ceteroꝝ oiuꝫ q̄ p in
iuriam sponte quis aut ui aut clam uł p se uel p
illa q̄ possidētur ab eo in psonam aut in rem in
tulerit. Hec inquā ad magistratus oia deferan
tur: si tres damnū minas non excedit. sin uero
maius sit: ad cōstituta publice iudicia causa de
feratur: ⁊ q iniuriam intulit puniatur. Quod
si magistratuum aliqs iniuste đ damno alicuius
sententiaꝫ tulerit / duplum ei qui passus est iniu
riam / ōbeat. Et oīo siquid per iniuriā fecerint
magistratus / causa ipsa a quolibet uolente i pu
blico iudicio agitetur. Infinita pene paruaqꝫ
restant instituta: quibus corrigantur errores i
iudicii termino in citationibus citatoribusqꝫ /
siue inter duos siue inter multos citatio sit: ⁊
ceteris huiuscemodi: que nec a legibus preteri
ri possunt: nec tamen seniore legum latore di
gna uidentur. Ea igitur oia iuniores / priscas
leges imitati / ⁊ parua ex magnis intelligētes:
necessariumqꝫ istorum usuꝫ experientia cogno
scentes legibus donec sufficiēter se habeant / or
dinent. Deinde sufficienter positis / immobili
ter his utantur. De ceteris autem opificibus /
leges ita cōstituantur. Primo nullus ciuis opi
ficio ullo detineatur: sed nec seruus quidem
ciuis alicuius. Arte eniꝫ magna que lōga exer
citatione / multisqꝫ doctrinis indiget / occupa
tus est ciuis: cum communem ciuitatis ornatū
procuret. que res non leui quadam opera con
tenta est: sed precipuum studium exigit. Duas
uero artes aut studia duo diligenter exercere
humana natura non potest. Nemo etiam satis
pōt arti qdē uni uacare: ⁊ alteriꝯ artis opifici
presidere. Hoc igitur i ciuitate statutū sit: ut
nemo erariꝯ simł ⁊ lignariꝯ faber sit / nec ligna
rius faber / fabris erariis / magis q̄ꝫ opificio suo

presideat: occasionem hinc forte nactus quod dum curam gerit multorum quasi ministrorum ipsi elaborantiūꝫ inde sue arti fiat accessus: ac per illos artem melius curet suam. sed singuli opifices singulis artibus uacent/ ⁊ ab eis uictū acquirant. hanc legem ediles ita obseruari procurent: ut siquis ciuis ad artem aliquaꝫ/ magis qꝫ ad uirtutis curam declinauerit/ obprobrio atque infamia notatum ad cursum suum conuertant. Sin autem peregrinorum aliquis duabus artibꝰ uacet/ uinculis: mulcta/ expulsione unā tantum complecti cogatur. De mercede auteꝫ opificum/ d operis ipsoꝝ approbatione aut improbatione/ d iniuria etiam quā uel patiuntur uel inferunt/ ediles usque ad dragmas quinquaginta cognoscāt: Maiora uero ad publica iudicia delata secundum legem iudicentur. Uectigal autem in portandarū exportandarumqꝫ rerum/ nullum penitus sit. Thus uero ceteraqꝫ huiusmodi que diis incenduntur/ peregrinaqꝫ sunt/ purpuram similiter et colores alios/ qui a regione non producūtur/ omnia denique peregrina/ nisi necessaria sint/ nemo adducat: nec rursus aliquid quod regioni necessariū sit/ exportet. Hec oia legū custodes duodeciꝫ/ qui reliqui sunt/ exceptis quinque senioribus/ pcurent atqꝫ cognoscant. Arma uero ⁊ instrumēta bellica si aduectitia arte est opus ꝯuehātur. similiter que ad hec idonea sunt/ plante/ enea instrumenta/ funes/ animalia/ que ad bellum cōferunt. Quorum/ magistri equituꝫ ⁊ ductores exercitus curaꝫ habeant: ut ciuitas in uehendi euehendiqꝫ simul cum opus sit facultate nō priuetur. de quibus legū custodes/ sufficientes decentesqꝫ leges ferēt. Nulla uero in re pecunie colligende gratia uel in ciuitate uł in uniuersa regione cauponatio fiat. Annone auteꝫ que ex agris pcipitur distributio/ recte iuxta cretensem legeꝫ cōstituetur. Nam que a regione producuntur in duodecim partes ab omnibꝰ distribuenda sunt: et similiter consumenda. Duodecima uero pars queqꝫ/ ut tritici/ ordei/ ceterarumqꝫ fruguꝫ ⁊ fructuum/ uenaliuꝫ quoqꝫ oīuꝫ animaliuꝫ tripartito ⁊ competenti ratione distribuatur: et pars una liberis: altera seruis. tertia opificibꝰ ac omnino aduenis tribuatur: siue aliunde uenerint aliquādiu urbeꝫ habitaturi ⁊ necessariis egeant/ siue propter publicam uel priuatam ciuis alicuius utilitatem accesserint. Hec igitur tertia omnium necessarioruꝫ pars/ uenalis semper ac necessario tantūmodo sit. De duabꝰ uero partibꝰ nihil necessario uendatur. Quomodo igitur hec recte distribuentur? patet autem in primis recte id fieri posse: si partim equaliter/ partim inequaliter distributio fiat. Cli. Quo pacto? Athe. Meliora utiqꝫ uel deteriora istorum singula/ necesse est terraꝫ pducere/ atque augere. Cli. Quid ni? Ath. Cum tres partes sint/ quo ad hoc nemo plus habeat: nec dñs: nec seruus: nec aduena: sed equalis eademqꝫ similiter sit omnibꝰ distributio. Quilibet autem ciuis/ cum duas partes acceperit seruis ⁊ liberis quot ⁊ qualia uelit/ suo arbitratu distribuat. Quod uero plus istis est: ut est/ mensura ⁊ numero sic dispertienduꝫ est: uictus cum omnium animalium/ quibus a terra uictus prebetur/ numerꝰ habeatur: ita demū fiat partitio. habitationes postea seorsum ordinande sunt. Ordo autem talis maxime decet. duodecim uicos per media in singulis duodeciꝫ partibus unum eē oportet: ⁊ in uno quoque uenaliū rerum loca/ deorumqꝫ templa ⁊ deos sequētiū demonum esse cōstructa/ siue indigenuꝫ magne siorum/ siue aliorum/ quorum statue antiquissima memoria consecrate sint/ atqꝫ his priscorū uirorū honores reddēdi sunt. Veste quoque/ iouis/ minerue/ singulorūqꝫ aliorū singulis duodecim partibus presidentiuꝫ templa construenda sunt. Et primum quidem iuxta templa in altissimis locis edes custodum sint undique munitissime. Reliqua deinde regio opificibus in tredecim partes distribuatur. Et pars una in urbe habitet/ per duodecim urbis partes diuisa. alie exteriorem undique teneant locuꝫ. atque i singulis uicis opifices ad agriculture cōmeditatē idonei habitare compellantur? horum omninꝫ curam magistratus qui agris presunt/ habeāt: preuideantqꝫ quot quibusue singuli opificibus egent/ ⁊ ubi habitātes impedimento agricolis non sint/ sed magnam ipsis utilitatē conferāt. Urbanorum quoque similiter opificum curam/ ediles habeant. Res aūt uenales cure cēsoribꝰ sint/ qui primo rem sacram curent/ deinde ne quis uendendo emendoue/ iniuriam faciat/ uehementer prouideant: ⁊ immoderatos/ contumeliososqꝫ omnes compescant. hi considerent nunquid ciues/ peregrinis res singulas conuenienter atque ut lege cautum est uendant: primo uero mensis cuiusque/ ciues eorumqꝫ ministri/ duodecimā tritici partem emendam peregrinis proponant: emantqꝫ peregrini pro mensis totius tempore triticum ⁊ similia que primo foro uēdūtur. decimo uo die uēditio/ ēptioqꝫ mēsi sufficiēs statuatur. xxiii. aialiū uēditio q bus homines egent supellectiliumqꝫ/ ut coriiuestiumqꝫ ac similium/ fiat. Necesse autem ē peregrinos omnia/ a/ possidentibus emere ne cauponatio in tritico ⁊ ordeo circa farinam ac cetera alimenta ulla fiat: nec ciuibus nec seruis eorum cauponari omnino liceat. In peregrinoꝝ tñ foro peregrino liceat/ opificibꝰ/ eorumqꝫ seruis uinum cibumqꝫ ꝯmutare ac uendere: carnesqꝫ coctas similiter: q̄ res/ a/ plurimis cauponatio nominatur. Materiam uero ignis uniuersam quotidie peregrinus iis qui in agris id curant. emere possit/ ceterisqꝫ peregrinis prout uelit ⁊ quando uelit reuendere. Ceterarum omnium rerum ⁊ supellectilium quibus utimur in communi foro uenditio fiat: in locis determinatis: ubi legum custodes: cēsoresqꝫ una cū edilibꝰ locū designarit ⁊ pretia uenalibus imposuerint. hic nummi commutentur rebus. ac res nummis. Commutet autem unusquisqꝫ per seipsum nemini commictēs. Quod si commiserit/ siue receperit siue non/ quiescat oportet. Nullum enim commutationum talium iudicium est. Siquid uero uēditū emptumque pluris minoris ue est/ qꝫ lex iustituta sunt/ qua rerum uenalium mensure ⁊ pretia cōscribatur: ⁊ contrarium deleatur. Eadem ipsa de conscriptione bonorum/ que ab incolis peregrinisqꝫ possidentur/ fiant. liceatqꝫ cuiuis certa conditione ad urbem migrare/ ⁊ hoc ita ut artem aliquam exerceat/ nec plures qꝫ annos. xx. a/ die conscriptionis permaneat. quo in tempore/ incolendi uectigal soluere nullum cogatur nisi frugalitatis exemplum. nec emptionis uenditionisqꝫ gratia erario quicquā debeat. Cum autem uiginti anni exacti fuerint accipiat rem suam/ ⁊ abeat. Quod si magnuꝫ aliquod beneficium intra uiginti annos ciuitati contulerit/ uelitqꝫ plus temporis/ aut etiaꝫ per uitam in ciuitate manere/ fiat sibi qd̄ petierit/ ratumqꝫ habeatur/ si modo consilio ꝯcioniqꝫ persuaserit. Incolarum autem filiis si ipsi quoqꝫ opifices sint post quintum decimum etatis annum/ ita colonie tempus incipiat/ ut. xx. postea maneant annos. deinde quo uelint proficiscantur. ⁊ si manere uoluerint/ maneāt postquam similiter persuaserint. Qui autem recedit/ oblita descriptione/ que sibi apud magistratus erat conscripta sic habeat.:

Argumētū Marsilii Ficini in Nonū Librum.

NONUS liber post communeꝫ morum disciplinam ⁊ legum multaꝝ traditionem/ aggreditur iam iudicia. Et ualde quidē oportune. Nā et q moribus eruditi legibusqꝫ instructi sunt/ iudicare iam possunt/ ⁊ q eruditioni instructioniqꝫ precedenti nō paruerūt/ iam sunt iudicandi. Prudenter oīo noster hic animoꝝ medicus seruare hactenus salutaribus studuit monitis integrā animi sanitatē. iam uero pditā cunctis machinis reparare molitur. Verum q charitas platonica est/ misericors/ dolēs ꝯpulsus ad secandum quasi trahitur ⁊ urendū: et id quidē tam benigna cautione: ut grauiter egrotantes uerbis blandissimis consoletur: cōtēdatqꝫ uerbis quasi magicis carminibus sanos efficere: anteqꝫ medicam adhibeat manum/ quā etiā deinō sic admouet/ ut lāguens ⁊ uix psentiat/ ⁊ plus admodū spei ꝯcipiat qꝫ doloris/ ⁊ ex dolore non pnitiem reportet: sꝫ salutē. Insignis clemētia uirꝫ/ neminē absqꝫ ꝯsolatiōe punit neminē punitū pdit: oēs puiribꝰ seruat: ⁊ quos nece punit/ pfitetur a morbis animi liberare ac minimo mortis malo/ iteri igēti ⁊ idies crescēti

obsistere animi malo. Prestare vero asserit
hinc abire qꝫ in morbo uel animi uel corpo
ris incurabili uiuere. Atqui neque hac uita
priuat/ nisi quem cognouerit insanabilem.
Neqꝫ supplicium ullum a lege/ que bona est/ il
latum tendere uult ad malum. Quinnimo pe
nā ipsā multis de causis esse bonam: tuꝫ quia iu
sta est/ iustitia uero bona: tum quia uel presens
purgat uel futurum prepedit malum: tum quia
in puniendo uno/ interim exemplo prodest ⁊
multis/ ciuitatemqꝫ purgat malis. Et ut sum
matim dicam/ iustitiam ubiqꝫ mirum inmodum
cū clementia miscet/ neque rigiditate torquet
durius/ nꝫ mollitia quicquā relinquit inultū.

Quēadmodū uero i superiorib⁹ prius diui
na precepit officia qꝫ humana/ sic in presentia
prius in sacrilegia qꝫ in cetera delicta pruden
ter animaduertit. Ac dum qꝫ graue sit lese ma
iestatis diuine crimen/ ostendit/ afflante deo si
gnificat nihil tale ab hominibus quondam quā
diu diuina quedam in eis gratia uiguit/ fuisse
aliquando perpetratum. Sed postquam pro
pter alia delicta gratia illa est amissa/ homi
nes iam quasi alienos/ a/ deo i deum ipsum pec
care per sacrilegia incepisse: ut sacrilegium ip
sum non modo peccatum sit sꝫ etiam pena pec
cati: pena inqꝫ non purgans aliquem/ sed inte
rimens. Non. n. lege/ sed trāsgressione legis
pena talis infertur. Quod autē dicit priscos le
gum latores fuisse dei filios/ legesqꝫ heroibus/
qui etiam ex diis erant geniti/ tradidisse. expo
nendum est per ea que in critia ⁊ politico ⁊ sepe
alibi pertractantur/ deorum filios hic intelli
gi deos sub luna alios aliis terre plagis guber
nandis accomodatos. Quos possumus more eti
am platonico angelos nominare. Per quos sub
mercurii nomine in prothagora leges genus ho
minū accepisse docet. Per quos in Critia quo
qꝫ dicit homines primos ex terra natos accepis
se iura. homines qꝫ illos hic nominat heroes ex
diis ortos. i. deorum opera ex terra pgenitos
Sed leges illas inquit in critia non scriptis ad
aures/ sed inspiratione quadam/ a/ mentibus di
uinis in mentes humanas fuisse transfusas. ho
minesqꝫ sub illis quamdiu paruerunt/ uixisse be
atos. Addit ob huiusmodi legum transgressio
nem homines diuinam gratiam amisisse. Quā q
dem amissa felicitatem quoqꝫ amiserint: ⁊ infe
lices in sacrilegia iam proruperint: ⁊ per sacri
legia pessimi tandem infelicissimiqꝫ euaserint.
In his ⁊ terrestris illius paradysi ⁊ eiectionis
ex eo mysteriuꝫ licet agnoscere. Considera ue
ro ubi perquirit sacrilegii causas/ tres assigna
ri causas grauium delictorum. Primam qui
dem communem hominum fragilitatem consue
tudine confirmatam. Secundam uero demo
nicam persuasionem siue subgestionem. Ter
tiam denique cuplam pernitiosam ex antiquis
inexpurgatisqꝫ peccatis inustam ad grauissima
scelera stimulantem. Que qdē originali culpe
d qua multi multa theologi disputāt uidetur es
se similima. Quam obrem ubi Plato diuinus
sacrilegum alloquens iquit/ non humanum ad
sacrilegiū te impulit malum: neque diuinum.
intellige humanū malum/ humanam fragilita
tem ad inferiora procliuem. Diuinum uero ma
lum/ diabolicam ut inquiunt fraudem. Negat
uero duo hec/ non quia non sint in causa sacri
legii/ sed quia non sola sunt cause. Accedit
enim his tertia propriaqꝫ sacrilegii causa/ quā
subiūgit dicēs/ sꝫ stimulus quidā exitialis a pri
scis inexpiatisqꝫ peccatis ingenitus. Per
quem uidelicet animus non humanus amplius/
sed ferinus/ nimirum sacrilegio peccat in deuꝫ
nullam ulterius dei rationem habens/ quan
do rationem humanam iam amisit diuine ratio
nis imaginem. Mox uero prime ad sacrilegiuꝫ
instigationi Plato quasi nascenti morbo tri
bus occurrit remediis/ quēadmodum morbus
hic tribus ex causis oritur. Primo quidem/ ut
immanis impetus comprimatur ad sacras mit
tit expiationes/ quas christianorum more pe
nitētie/ cōfessionis/ elemosine/ ieiunii nomine
possum⁹ nūcupare: Deinde ut diabolicis resista
tur insidiis ad oratōes supplicatōesqꝫ mittit: p
quas a supis liberatoribusqꝫ spiritibus atra infe
ros presidium impetretur. Postremo quo im
becillitatem humanam continere possit/ man
dat ut malorum hominum familiaritatem deui
tans/ bonorum adsciscat consuetudinem. Pro
inde/ quoniam post deum more pythagorico
coli patriā iusserat/ merito post sacrilegia que

in personas aut res deo consecretas perpetrā
tur/ pergit ad punienda scelera ⁊ delicta/ que
proprie contra patriam committuntur: que
non soluꝫ sacrilegiis proxima iudicat sed annu
merat/ plectitqꝫ similiter. Hec uero tria esse
iudicat. Peccare. n. in patriam/ hostemqꝫ pa
trie habendum esse/ ⁊ qui posthabitis legibus
principatum ad humanam uoluntatem libidi
nemqꝫ reducit: ⁊ qui cum possit/ periclitanti
patrie non succurrit: ⁊ qui uel auaritia uel alia
de causa pro filio euadit patrie proditor. In
ter hec officium legiferi repetit. Id autem es
se uult: ut non tanquam domin⁹ seruis/ sed tā
quam pater filiis conscribat leges: non minus
persuadens qꝫ minitans: nec minus docens qꝫ
imperans: nec minus alliciens qꝫ perterrens:
ut legislatoris opus non tam mandatoruꝫ pre
scriptio sit/ qꝫ disciplina morum. finis. n. eius
est/ quacunqꝫ id ratione fiat/ ciues bonos bea
tosqꝫ efficere. punire uero malos/ necessitas est
in eo potius qꝫ uoluntas. Et quia sole inter hu
manas platonice leges/ hec omnia complectun
tur hūanarum omnium perfectissime sūt: ac pe
ne inter diuinas potius qꝫ humanas annumeran
de. Neqꝫ abre primum disputationis huius ex
ordium/ a/ deo factum est. deinde additum/
a/ Platone/ uideri sibi hec omnia diuinit⁹ ispi
rata. Demū ex hac ipsa disputatione ad beatū
summi Iouis templum. i. celūm recto trami
te peruenitur. At quoniā non solum in sacri
legiis parricidiisqꝫ/ uerum etiam in ceteris sce
leribus pro aliis culparum gradibus/ alii quoqꝫ
penarum gradus/ ⁊ a legum latore describen
di: ⁊/ a/ iudice sunt censendi/ commodissimam
ad gradus eiusmodi discernendos distinctionē
adducit in medium. habitus quidem omnis aut
uirtutis est aut uitii. Si uirtutis/ omnino uo
luntarius est: quoniam consilio libero ⁊ expedi
ta electione ⁊ propriis animi actionibus est ac
quisitus. Sin uero uitii habitus est/ in uolun
tarius omnino censetur. Quia ita morbus est
animi/ sicut humorum intemperantia morbus
est corporis. Nemo uero morbum dixerit uo
luntarium: qꝫuis non nulla que preter opinio
nem inferunt morbum/ possit quodam modo uo
luntaria dicere. Preterea eiusmodi habitus
ex impedito consilio/ distractaqꝫ electione ⁊
passionibus potius qꝫ actionibus inolescit. ex
his conficitur Platonicum illud sepissime de
cantatum. Vitioruꝫ habitus in uoluntarios es
se: neminemqꝫ fieri sponte malum/ quemadmo
dum/ ⁊ nemo fit sponte egrotus ⁊ deformis ⁊
inops. Post hanc habituum distinctionem se
quitur distinctio actionum. Que quidem aut
ad uirtutis aut ad uitii habitum gignendum
pprie uergūt. Si ad uirtutis/ ita uoluntarie
sūt/ ut dict⁹ ē habit⁹ uolūtarius. Sin uero ad
uitii/ partim quidem uoluntarie dicuntur pro
pterea quod ⁊ animo quodammodo consentiē
te fiunt/ ⁊ poterant non fieri ante qꝫ fierent:
partim uero inuoluntarie tum quia ad detrimē
tum/ deformitatem/ morbum clam deducunt.
Hec autem uellet nemo: tum quia ex quadam
finis exitusqꝫ ignoratione consurgunt. Quate
nus uero per ignorantiam fiunt/ eatenus pre
ter ipsam rationis uoluntatem fieri iudican
tur. Distigue rursus hoc pacto. Actiones hūa
ne quantum ad legum iudiciorumqꝫ materiam
attinet: in quinque capita rediguntur. Aut
enim ex affectibus concupiscentie pululant:
aut ex impetu irascibilis nature prorumpunt/
uel simplici quadam ueniunt ignorantia: per
quam quis res ipsas ignorat/ quamuis se igno
rare non nesciat: uel ignorātia duplici fiunt:
per quam quis ⁊ res ipsas nescit/ ⁊ ignoranti
am suam simul ignorat/ uidelicet scire se putās
Vel tandem ex rationali quadam opinione pro
ueniunt: opinione inqꝫ de iustis atque iniustis
rationi legibusqꝫ credenti. Post distinctio
nem eiusmodi distinguit ⁊ iudicii regulas per
quas aliter animaduertatur in eos qui concupi
scentia/ aliter in eos qui ira peccant: atque in
his discernatur/ utrum consulto/ an incon
sulto deliquerint. Preterea utrum dii pa
lamqꝫ an potius clam atque fraude. Deinde
nunquid per ignorantiam sit erratum/ siue per
simplicem/ siue per duplicem ignorantiam.

Vbi uero de homicidiorū iudiciis agēs priscuꝫ
adducit mysterium de interfectis interfecto
res ulciscentibus: attende ex platonis senten
tia/ perturbatōes ad sensibilia ptinētes posse i aia
seiūcta ab hoc corpe remanere. Siqdē ex ei⁹ dꝫ mmii

sententia remanet ⁊ prima quedam sentiendi
natura substātialis origo sensuum reliquorum
per quā aīa ⁊ in hoc corpore / in hec instrumen
ta vires explicat sentiendi : ⁊ discedens ab
hoc eas quodammodo replicat in seipsam : siue
/ ut magis platonice loquar / exercet in aereo
corpore . Quo inuoluta ⁊ hoc ingreditur ⁊ ex
hoc egreditur. De hiis platonici ita distingūt
ut anima in corpore hoc crassiore ad breue ha
bitet : in aereo uero multa per secula. In cele
sti per omnia . Quorsum hec ? Ne mireris per
turbationes in defuncti anima superesse / si ha
rum rerum sensus memoriaqȝ supersunt. Pro
babile uero esse putabant antiqui theologi / ani
mas hominum repente interfectorum / utpote
inexpiatas perturbationibus agitari : Quin ⁊
hostes exagitare : id uidelicet non humana tan
tum īdignatione efficiēte / sed diuina etiam ne
mesi ac demone prouidēte. Superesse uero ex
antiquorum opinione in anima sensum pertur
bationemqȝ ultricem / eamqȝ aereo uti corpore
platonicus noster Maro / testis occurrit. Quid
enim sibi uult ? Et nunc magna mei sub terras
ibit imago. Platonice admodum imaginem
rationalis anime nominat primam ipsam senti
endi naturam. Sed cur magnam ? Quia ⁊ fons
est sensuū reliquorum conmunisqȝ sensus ⁊ ma
gno post hoc corpus utitur corpore . s. aereo : qd
quidem ⁊ huic insinuatum quodammodo fit an
gustum / hoc exutum / explicatur in amplum :
elementi id aerei exigente natura. Preterea :
omnibus umbra locis adero / dabis improbe pe
nas. Inter imaginem distinguit / ⁊ umbram :
et imaginem quidem anime esse uult sensum in
aereo corpore. Ipsum uero corpus aereum / es
se anime umbram : Sed terrestre corpus cecū
nominat carcerem. Quod autem in iudiciis de
homicidio presertiȝ / de parricidio dicit / de re
gressione anime humane in corpora rursus huma
na / in quibus sepe det penas / pares omnino cul
pis in superiori uita conceptis / uetus magorū
egyptiorumqȝ sacerdotum sententia est. Nul
lum . n . conuenientius humanorum delictorū
esse purgatorium iudicabant / q̄ȝ in corporibus
humanis eadem animas quandoqȝ pati que fece
rint. Qua quidem ratione Plotinus egyptius
in libris de prouidentia utitur ad soluenda du
bia aduersus prouidentiam iustitiamqȝ diuinaȝ
quotidie insurgentia. Inquit . n . que a diuina
prouidentia ī presenti uita non rependuntur :
in altra / ⁊ quidem humana pari prorsus ratio
ne rependi. Rependi insuper ⁊ in brutis in qui
bus sepe anima quondam hominis / fiat anima
bruti. Sed ī ultima hac sētētia solus extitisse
uidetur : Ceteris . n . Platonicis displicet aīaȝ
hominis propriam / aliquando fieri bruti pro
priam. Consentiunt tamen uicissim in homines
alios transmigrare quod quidem ⁊ si Plato nō
habet certum / habet tamen valde probabile.
Quod uero migret in bestias / sepe quidem recē
set : sed dedita opera adeo preter solitam gra
uitatem ridicule narrat / ut plane demonstret /
negandam quidem esse rem ipsam : allegoriam
uero querendam. s. ut transire in brutum duo
bus modis accipias : Primo quidem in affectuȝ .
imaginationeȝ , habitūqȝ bruto conuenientē .
Deinde in habitationem consuetudinemqȝ in
ter feras ad tempus supplicii gratia / consuetu
dinem namqȝ effectionemqȝ brutam / esse penā
dumtaxat antiqui putant : regressum uero ī ho
minem ubi paria ⁊ similima subeantur / non so
lum supplicium esse / sed purgatorium. Post
hec in mentionem de legis necessitate incidens
oportune : asserit necessariam humano generi
esse legem. Nam absque legibus nihilo ab atro
cissimis feris discrepaturum. Huiusqȝ causam
asserens. Nullius hominis ingenium ita natu
ra institutum inquit ut omnia que ad publicum
hominum necessario cognoscenda sunt / cognoscat
sufficienter. Ac si forte nouit / ut optimum id
quod nouit agere possit semper ⁊ uelit Quod si
diuina quadam gratia mens quedam inter homi
nes surgeret / que publicum omnino bonum co
gnosceret / ad idqȝ generose ac semper intende
ret / nullis uel huic uel patrie sue eo tempore
legibus opus fore. Mentem namque ueram ac
liberam omni lege prestantiorem esse : atque
ipso iure cunctis dominaturam. At quoniam
id nullius ingenio est tributum / concludit ne
cessario sub legibus esse uiuendum. Ait quoqȝ
studiū quidē proprii boni ciuitatem penitus di
sipare : studiū uero publici boni connectere. Iteȝ

pestem in ea ciuitate dominari pernitiosam /
ubi iudicium a magistratibus uel mutum agitur
uel clamosum. Atqȝ ubi familiarem demonem
inquit multis sepe malis obsistere / si demonis
horres nomen / uel concedente Platone ange
lum nominato. Ac memento nostrum demonē
geniumqȝ / nō solum ut quidam putant / nostrū
intellectum esse / sed numen. Precipit mox se
niores paterna reuerentia adeo coli / ut etiam
ab his uerberatus succensere non debeas / sed pa
tienter ferre. Sed natales quos hic conmemo
rat deos / non adscendentia signa / signorumqȝ
dominos / planetas astronomico more debemus
accipere : sed ideam generis humani principiuȝ
demonemqȝ nostre uite custodeȝ. Denique mo
net timendam esse superorum indignationem /
⁊ inferorum punitionem. Monet mortem nō
esse ultimuȝ sed ultra hanc esse supplicia infero
rum : eaqȝ uerissime omnino narrari.

Nonus Legum.

: Athe :

HOMINA HERO si post
hec superioribus actionibus con
uenientia reddantur : natura
lis utiqȝ ferendarum legum or
do seruabitur. Sed de iudiciis
quidem agriculture similibus
qȝ dictum est. de maximis ue
ro iudiciis ⁊ iudicibus sigillatim non dum dixi
mus. de his ergo deinceps dicemus : Cli : Pro
be : Athe : Turpe quodammodo uideri potest /
leges de huiusmodi rebus / quales tractabimus
illi ciuitati tribuere / quam dicimus recte se om
nino ad uirtutis possessionem habituram. Naȝ
cui absurdum non uideatur / siquis in ciuitate
ita instituta putet hominem nequissimum sicut
in aliis nasciturum ? adeo ut opus sit legum mi
nis hūc preuenire / ne talis fiat : neue tale quid
conmictatur : ⁊ conmissa positis legibus puniā
tur : quasi possint in hac quoque re publica fla
gitiosissimi homines reperiri. Uerū quoniā nō
ut prisci legum latores agimus / qui cum deorū
filii essent / heroibus / qui ⁊ ipsi / e / diis nati di
cuntur / leges ferebant / sed homines homini
bus ista sancimus / uereri par est / nequis ciuiū
ita natura indomitus ⁊ incox nobis gignatur
ut quasi legumina fulminis tactu predura . igni
legū ēt fortissimarū decoq neqat. Quāobrē si
qs forte sacrilegiū committere audat / legē ī hoc
feremus / quamuis onerosam nobis atqȝ mole
stam. Enim uero educatum recte ciuem nec uo
lumus nec ualde timemus tam graui morbo la
boraturum. Sed serui istorum forsan ⁊ pere
grini / peregrinorumqȝ serui / huiusmodi mul
ta aggredientur. Quorum gratia maxime / ⁊
quia uniuersa natura hominum imbecillis est /
tam de sacrilegio q̄ȝ de aliis que aut uix aut nul
lo modo sanari possunt / leges conscribam. sed
prohemia primum secundum ordinem in superi
oribus institutum / his omnibus q̄ȝ breuissime
preponenda. Ad eum igitur qui nepharia cupi
ditate / ⁊ die tractus / ⁊ nocte excitus templa
ut furetur / petit / hec aliquis instructionis /
et monitionis gratia diceret. O. mirabilis uir
non humanum te malum neque diuinum ad sa
crilegia uertit : sed exitialis quidam asillus / a /
priscis atque inexpiatis flagitiis innatus homi
nibus circumagitans quem cunctis uiribus ef
fugere debes. Quomodo autem effugies / audi.
Cū talis oboritur in animo cogitatio / cōfuge
ad expiationes obsecro. Confuge ad liberatorū
deorum sacrificia supplex. Confuge ad bonorū
uirorum consuetudines. Ubi partim audias /
partim tu quoqȝ dicas iusta honestaqȝ ab omni
bus esse colenda. Malorum uero consuetudines
apprime fugias. Que si feceris / cessaueritqȝ
morbus / bene tecum actum erit. Aliter autem
mori satius fore arbitratus / desine uiuere.
Cum illis hec exordia cecinerimus / quorum ī
animos incidit impia quedam ⁊ ciuitati pesti
fera cogitatio / quicumque ex his paruerint /
eos a lege liberos dimictemus / sȝ hominibus ꝓ
hemio nō persuasis / ferētes post hec legē / altius
intonabimus. Qui deprehensus in sacrilegio fu
erit / si seruus peregrinusue erit / in facie ac mani
bus calamitate ipsius litteris inusta / uerberatus
prout iudicibus uidebitur / nudus extra fines mmiii

pellantur. Forte enim hoc suplicio continentior
factus, euadet deniq; melior. Nullum quip
pe supplicium lege factum, ad malum tendit.
Sed duorum alterum fere semp solet efficere
Nam aut melior aut certe minus prauus, qui
penas dedit fieri solet. Si uero ciuis quispiam
aliquid tale in deos aut in parentes aut in pa
triam perpetrare ⁊ ad maximam iniuriam indu
xisse animum deprehendatur, hunc iudex, quia
ex puero bene doctus educatusq;, a maximo
scelere non abstinuit, sanari non posse exi
stimet. pena huic mors, malorum minimum.
Dituperatus autem, ut exemplo alios iu
uet, extra fines perdatur. Filiis uero e
ius, ⁊ generi uniuerso si mores paternos fu
gerint, quia nati ex malo, fortiter uirtu
tem secuti sunt, honor exhibeatur ⁊ laus. Nul
lius autem istorum pecunie in fiscum redigan
tur, in ea re publica in qua fortes easdem sem
per ⁊ equales permanere oportet. Sed quan
do quis ea patrauit: que pecuniarum mulcta
luenda sunt, quod supra sortem possidetur,
id impendatur, sors integra maneat. Cuius
rei exactam ueritatem, a descripto censu le
gum custodes semper iudicibus deferant: ne
quis unquam propter indigentiam pecuniarum
sua sorte priuetur. Quod siquis maiore digna
damno uideatur, nec fideiussione liberalitateq;
amicorum liberetur, manifestis diuturnisq; uinculis
⁊ ceteris obprobriis puniatur. peccatum nullum
impunitum sit: neque profugus ullus ⁊ impuni
abeat: sed aut morte plectatur, aut uinculis,
aut uerberibus, aut ignobiliter sedendo stan
doq; in sacris ad extremitates regionis produc
tus, aut pecuniis, ea ratione quam diximus,
mulctatus penas luat. Iudices autem capitalis
criminis legum custodes sint: ⁊ optimi quique
ex eorum numero electi: qui anno proxime pre
terito functi magistratibus fuerint. Quo aut
modo accusationes citationesq; ⁊ similia fieri
debeant, posteriores legum latores determi
nent. Suffragiorum autem sententieq; modum
nostri officii est lege perscribere. Manifeste
igitur ista ferantur. Sed ante hec coram accu
sante defendenteq; q; proxime: seruata ipso
rum dignitate iudices sedeant. Ubi ciues qui

ocio abundant, omnes adsint: taliaq; iudicia
diligenter audiant. In quibus cum prima ora
tio ab accusatore fuerit habita, defensor alte
ram dicat. Deinde senior de iudicibus que dicta
sunt, omni adhibita diligentia sufficienter exa
minet. post eum ceteri omnes considerent:
quodcumq; ab aduersariis dictum uel non dic
tum perquirendum singuli putant: qui autem
nihil discussione sua dignum censet, alteri exa
minationem ipsam relinquat. Ac tandem i ue
ste sacrario scripta que tunc conclusa fuerant
insertis omnium iudicum signis, deponantur
Rursus in crastino die, eodem in loco congre
gati, eodem modo examinent, iudicentq; ⁊ si
gnis appositis, omnibus que dicta fuerint, de
ponant. Cumq; hoc similiter tertio fecerint,
signis testibusq; sufficienter assumptis, sacrum
singuli ferentes suffragium iure iurando per ue
stam, uere iusteq; pro uiribus se iudicaturos af
firment, atq; ita huic iudicio finem imponant.
Post peccata in deos commissa, de his dicatur
que in rei publice pernitiem comictuntur: Qui
principatum ad hominis arbitrium redigit, ei
q; leges subigit: atque ita ciuitatem subiicit fa
ctionibus, ⁊ ui adhibita contra leges seditio
nibus eam replet, hic uniuerse ciuitati hostis
est maximus omnium iudicandus. Secundus
ille hostis est qui quamuis particeps huius scele
ris non sit: tamen cum amplissimis fungatur i
ea re p. magistratibus, eas coniurationes non animaduer
tit, et si animaduertit timiditate quadam patrie
non succurrit. Quarre unusquisque uir, qui
modo alicuius pretii ciuis fore studet, hec iu
dicibus referat, eumq; in iudicium trahat, qui
patrie insidiatus ui ad iniquam gubernationem
uertere illam conatur. Iudices autem huius
sceleris sint, qui ⁊ sacrilegii, totumq; iudici
um similiter peragatur. ⁊ suffragia que multi
tudine uincunt, morte condemnent. Et ut
breuiter dicam, peccata patris non luant filii,
nisi pater, auus, ac proauus deinceps mortis
supplicium debeant. hos autem cum bonis suis
sorte semper excepta, in antiquam ciuitas
patriam mictat. Et de filiis ciuium, qbus plures
q; unus sunt, nō pauciores q; decē ānos nati,
eos sorte deligāt, quos patres aut aui paterni

materni ue nominauerint, nominaq; ipsorum
delphos mictant: ⁊ qui oraculo Apollinis ap
probabitur, huic feliciore fortuna sors ⁊ do
mus destituta reddatur: Cli: Recte id quidem
Atheniensis. Communis preterea tertia lex
de iudicibus iudiciiq; modo aduersus eos, qui
proditionis accusati sunt. Et de mansuetu
dine filiorum atque nepotum siue exitu, e pa
tria una lex aduersus tres similiter sit, pro
ditorem: sacrilegum. ⁊ uiolentum legum ciui
lium euersorem. de furto autem, siue magnum
quid seu paruum quis furatus sit, Una lex, pe
naq; similis omnibus sit. Damnatus. n. quispi
am furti, si ultra sortē bona sua sufficiunt, du
plum reddat. aliter uinciatur, donec aut illi.
persuaserit cui debet, aut reddiderit. Quod
si publicum furtum fuerit, tum demum, a car
cere liberetur, cum ciuitati persuaserit, uel du
plū reddiderit: Cli: Quo nam modo dicimus
hospes, nihil differre siue magnum seu paruum
sit furtum, siue, a sacro loco, seu non sacro sub
latum sit, seu quomodocunq; aliter id fiat:
Quippe cum multis modis conmicti furtum pos
sit, sceleris uarietatem dissimilitudinemq; cō
iicere legis lator debet: nec similibus penis que
similia non sunt, punire: Athe. Oportune. o.
Clinia impetu currentem me retraxisti: ⁊ in
memoriam que olim quandoq; cogitaueram re
degisti, ad hunc usque diem leges nullo modo
recte constitutas fuisse. Ut nobis presentia cō
siderantibus succurrit dicere. Cli. Quomo
do rursus id dicimus? Athe. Congrua profec
to imagine usi sumus, quando omnes qui hacte
nus leges recipiunt, seruis illis contulimus,
qui ab aliis seruis curarētur. Illud certe igno
rare non decet, quod si medicus quispiam eorū
qui usu quodam absque ratione medentur, libe
rum medicum philosophieq; studiosum egrotā
ti libero colloquentem audiat, dum morbi ini
tia rationibus indagat, ⁊ de natura corporum
diligentius disserit, ridebit protinus: ⁊ aduer
sus illum ea dicet que hac in re plurimis medi
corum in promptu semper esse solent, Non
mederis inquiet egrotanti. o. fatue: sed quasi
doctrina nō sanitate indigeat, doces. An nō
recte sic loqui uidebitur? Non ne ⁊ nobis me

rito idem obiiciet? qd̄cūque de legibus ut mō
nos disserit, nō leges condit, sed ciues erudit.
Clini: Fortasse: Athenien: Sed feliciter in
presentia nobis contingit: Cli: Quid nam?
Ath. Quod nihil ad ferendas leges nos urget
Sed ipsi sponte hac consideratione suscepta d
omni rei. p. disciplina, quid optimum atq; ne
cessarium sit, quomodoq; id peragatur, perspi
cere nitimur. Cum ergo liceat si uolumus qd
optimum sit, aut quid maxime necessarium, in
legibus considerare, utrum uobis uidetur, trac
tandum in presentia eligamus: Cli: Ridicula
hec hospes, optio est: manifesteq; nos illi simi
les facit, qui necessitate ingenti leges ferre ita
in presentia compelluntur, ut in crastinum lice
re nō uideatur. Nobis autem dei auxilio, quē
admodum illis qui ex lapidibus uel ex alia qua
uis materia aliquid construunt, licet fusim ea
colligere, ex quibus futura commoda operi abs
q; ulla festinatione deligētur. Quasi ergo edi
ficatores minime festinantes, alia modo funde
mus, alia hinc ad edificandū summamus: Adeo
ut i ferendis legibus, alia quasi modo ponētur
Alia uero quasi iam positis apponantur. Ath:
Sic utiq; secundum naturam magis. o. Clinia
compendiaria nobis fiet legum cōspectio. Sed
illud per deos de legum latoribus consideremus
Cli: Quid nam? Ath: Multorum littere uer
baq; ex litteris in ciuitatibus conscripta reperi
untur. litteras uō legis quoq; lator ⁊ uerba scri
bit: Cli: Quid ni? Ath: Utrum igitur poetarum
ceterorumq; scriptorū operibus de ratione uiuē
di cōpositis animum applicabimus? Legum ue
ro latorum, nequaq; ? an his maxime omnium?
Cli: Istis omnino: Ath: Legis latorem ergo
scribentium solum oportet, de honesto, bono,
iustoq; consulere, docereq; qualia hec sint, ⁊
quomodo his agenda, qui felices futuri sunt.
Turpe. n. est, cum homerus tyrteus ceteriq;
poete probe de uita studiisq; hominum scripserit
turpe inq; lycurgo atq; soloni, ceterisq; legum
latoribus minus id facere. Rectum igitur ip
sum preceteris omnibus scriptis leges mirifice
pre se ferre debent: Ceterorum uero scripta p
bari, si legibus consentanea sunt: sin dissona,
derideri. Sic igitur leges ciuitatibus conscir

bantur / ut patris matriſqꝫ perſonaꝫ lator legū
penit⁹ gerat. ſcriptaqꝫ charitatis prudentieqꝫ
uirtutem habeant potius q̄ꝫ domini tyramniqꝫ
imperium minitantis / tantum ⁊ deſcribentis /
rationem uero nullam penitus aſſignantis.
Conſideremus igitur an hac uia nobis progre
diendum ſit / ſiue poſſimus / ſiue non. Sed ac
cingamur iam: ⁊ pro uiribus hac uia proceden
tes etiam ſi pati quicq̄ꝫ neceſſe ſit / toleremus
quod utinam felix ſit: eritqꝫ profecto ſi deus
uoluerit: Cli: Recte locutus es: quare ſic fa
ciamus: Athe: Conſiderandū eſt ergo primuꝫ
ut cepimus diligenter / de ſacrilegio. de furto
de ceteris omnibus iniuriis: nec grauiter ferē
dum / ſi in ea ipſa legum deſcriptione / alia iam
poſuimus / de aliis diſceptamus. Non. n. legū
latores iam ſumus / ſed efficimur modo / ⁊ cito
fortaſſis erimus. Uerum ſi de his que propoſui
ita ut dixi diſſerendum uidetur / ediſſeramus:
Cli: Sic omnino: Athe: De honeſtis igitur
iuſtiſqꝫ rebus omnibus / inſpicere id conemur /
quo nobis ipſis conuenimus / ⁊ quo diſcrepam⁹
qui in hoc maxime ſtudere nos profitemur / ut /
a plurimis differamus. quo item alii / a / ſeipſis
diſſentiunt: Cli: Quas queſo inter nos diffe
rentias dicis? Ath: Conabor exponere. De iu
ſtitia omnino / iuſtiſqꝫ hominibus ⁊ rebus ⁊ ac
tionibus omnes quodammodo conſentimus:
quod uidelicet omnia hec honeſta pulchra ſint
ita ut ſiquis iuſtos homines etiam ſi corpore de
formes ſint / ſecundum ipſum iuſtitie habitum
pulcherrimos aſſerat / nemo ſit iudicium illius
reprobaturus: Cli: Nemo fere q ita loquatur
perperā loqui uidebitur: Athe: Recte igitur
Cli: Forte: Athe: Sed uideamus age: ſi om
nia q̄ iuſte fiunt honeſta pulchraqꝫ ſunt. Oīum
uero paſſiones nobis ſunt / ferme actionibus ſi
miles: Cli: Quid hoc? Athe: Actio utiqꝫ que
cumqꝫ iuſta eſt / quatenus iuſtitie / eatenus ⁊ ho
neſti eſt particeps: Cli: Cur non?: Atheni:
Quare paſſio quoqꝫ iuſta / ſi eque honeſti atqꝫ
iuſtitie particeps eſſe dicatur / haud diſſona no
bis erit oratio: Cli. Uera loqueris: Atheni:
Si autem paſſionem aliquam iuſtam quidem eſ
ſe affirmabimus / honeſtam uero negabimus / iu
ſtum ⁊ honeſtum inter ſe diſſonabunt. Iuſta

. n. turpiſſima eſſe dicentur: Cli. Quomodo
id dixiſti? Athe: Nihil difficile cognitu / leges
. n. que pri⁹ nobis poſite ſunt / contraria peni
tus precipere his uerbis uidebūtur: Cli: Quo
pacto? Atheni: Sacrilegum cenſebamus iuſte
moriturum legum quoqꝫ bene poſiturum hoſteꝫ
ſimiliter. Cumqꝫ multas huiuſmodi leges ſcri
ptturi eſſemus / retraximus nos / conſiderantes
has paſſiones tā multitudine q̄ꝫ magnitudine
īfinitas eſſe. Iuſtiſſimas qdē oīum paſſionū: ſꝫ
turpiſſimas quoqꝫ oīuꝫ. Non ne ſic honeſta iu
ſtaque modo q̄i eadꝫ / modo q̄i ꝯtraria uidebun
tur? Cli. Ita uidetur. Ath. Multi igitur diſ
ſone ſic hōeſta iuſtaqꝫ q̄i diſcrepātia nūcupāt.
Cli. Ita. pſ⁹ appet: Ath: Sꝫ id rurſ⁹ uide
am⁹ o Clinia / quo modo nos de his ꝯſentimus
Cli: Quē dicis conſenſum? Athe: In ſuperio
ribus manifeſte mihi dictum arbitror: Clini:
Quo pacto? Athe: Quod ſi ſupra dictum nō
ē / nunc ſaltē me dicere exiſtimate: Cli: Quid
nam? Athe: Malos omnes / omnino nō ſponte
malos eſſe / quod ſi ita eſt / illud quoqꝫ ſequi ne
ceſſe eſt: Cli: Quid? Athe: Iniuſtum eſſe ma
lum / ⁊ malum non ſponte / huiuſmodi eſſe. Nō
ſponte uero fieri / quod uoluntarium eſt nulla
unq̄ꝫ ratione poteſt. Qui igitur iniuſtitiam
inuoluntariam putat iniuſte agentem hominē
iniuſte agere non ſponte putabit. Mihi quoqꝫ
mecum modo conueniendum eſt: cum omnes
non ſponte iniuriari fatear q̄muis poſſit quiſpiā
ambitionis ꝯtentioniſue cauſa illud nobis obii
cere. iniuſtos quidem non ſponte iniuſtos eſſe /
multos tamen illoꝝ ſponte iīuriari. Mea quip
pe ſententia non hec / ſꝫ illa ē. Quomodo ergo
uerbis meis ipſe conueniā / ſi me ita. o. Clinia
⁊ Megille interrogabitis? Si hec ita ſe hñt ho
ſpes qd nobis ō magneſienſiū ciuitate ꝯſulis?
Dare ne leges ipſis / an nō? Ego uero / dare le
ges cōſulam. Tum uos ita. Diſtingues igitur
ipſis ſponte atqꝫ itē nō ſponte factas iniurias?
⁊ illarum maiores / haꝝ uero minores mulctas
conſcribes? An omnium pares / cum mille peni
tus iniurie ſponte fiant? Cli: Recte tu hoſpes
ſꝫ iſtis q̄ modo dicta ſūt / ad quid utemur? Ath
Probe interrogaſti. Utemur. n. i primis ad il
lud: Cli: Ad quid nam? Athe: memoria repe

tamus probe i ſuperioribus nos dixiſſe / multaꝫ
magnāqꝫ de re iuſta turbationem inter nos eſſe
atqꝫ diſſenſionem Quod reſummentes / nos
ipſos interrogemus / deceat ne cum differenti
am iſtoruꝫ nequaq̄ꝫ declarauerimus que in qua
libet ciuitate ab omnibus priſcis legum latori
bus / quaſi due iniuriaꝝ ſpecies poſite ſunt / ſpō
te ſcilicet ⁊ non ſponte facte / atqꝫ ita uarie pu
niuntur / Opinionē hanc noſtraꝫ quaſi diuinit⁹
dicta ſit / i medium inducere / nec eam ulla rati
one quomodo recte ſe habeat / confirmare. Mi
nime uero ſic decet. Uerum neceſſe eſt / anteq̄ꝫ
leges ponamus / quemadmodum hec duo ſint / ⁊
quam differentiam habeant / ſignificare. ut quā
do ſupplicium utriqꝫ imponimus: quiſqꝫ intelli
gat: iudicareque ualeat quodammodo conueni
enter ne / an ꝯtra impoſitum fuerit: Cli. Rec
te nobis loqui uideris hoſpes. Oportet. n. alte
rum de duobus nos facere. Uel nō dicere / nul
las iniurias ſponte fieri. Uel ante q̄ꝫ ad alia p
gamus / quomodo recte id dicatur / exponere:
Ath: Horum ego alterum minime patiar / ut
uidelicet quod ita eſſe exiſtimo / negem: Nec:
officii mei id eſſet / nꝫ piū: Quō āt hec ſi i eo q̄ō
eſt ſponte fieri: ⁊ nō ſponte minime differant /
duo ſint / ⁊ quo alio differant / quodammodo a
perire conemur: Cli. Non aliter certe hoſpes
iſta nos intelligere poſſumus: Athe: Ita fiet.
Age igitur / non ne multa iter ciues in conu
tatione conſuetudineqꝫ damna ⁊ incommoda ſi
unt / in quibus uoluntarium ⁊ inuoluntariū abū
dare uidentur? Cli. Quid ni? Ath: Nemo ue
ro cum incōmoda nocumentaqꝫ iniurias putet
duplicem quoqꝫ in ipſis eſſe iniuriaꝫ arbitretur
non ſponte alteram / alteram ſponte commiſſā.
Damna. n. omniuꝫ non ſponte facta / nec nume
ro nec magnitudine / minora illis ſunt / que ſpō
te fiunt. Sꝫ conſiderate queſo utruꝫ deinceps
ueri aliquid afferam? An penitus nihil. Ego
. n. o. Clinia ⁊ Megille / ſiquiſ cuiq̄ꝫ nocet no
lens: dicam iniuriari nolentem neqꝫ propterea
quaſi iniuriā non ſponte factam i legibus iſtud
ponam. immo nullam id damnum iniuriam dicā
ſiue maius ſiue minus ſit. Sepe etiam eum / qui
utilitatem minus recte contulit / iniuriari dici
mus: ſi hec minime ſuperat. Naꝫ ferme. o. ami

ci / nec ſiquis conferat / nec ſi contra quicquam
auferat / par eſt ut iuſtus aut iniuſtus ita ſim pli
citer apelletur. Non igitur id: ſed ſi probis
moribus iuſtoqꝫ modo proſit alicui / uel obſit /
an contra: hoc eſt legum latori conſideranduꝫ
et ad hec duo illi reſpiciendū / ad iniuriā dico ⁊
nocumentum: ita ut ad indemnem integrumqꝫ
ſtatum pro uiribus queqꝫ perducat. amiſſum re
ſtituatur: quod decidit / ruſus conſurgat. oc
ciſum uulneratumqꝫ reparetur: ſemperqꝫ conā
dum ut diſcordie nocumentis ſuſcitate / per le
ges in amicitiam redigantur: Cli: Probe iſta
dicuntur: Athe: Iniuſta itaqꝫ damna emolum
taqꝫ / ſiquid forte ex iniuria ſequatur lucri qua
ſi morbos animi / ſi ſanabilia ſunt / curare opor
tet. Cura uero iniuſtitie illuc feratur: Cli:
Quo nā? Ath. Ut qſquis iniurias ſeu magnas
ſiue paruas conmiſit / per doctrinaꝫ corrigatur
a lege / cogaturqꝫ omnino / ut uel nunq̄ꝫ ā pliuſ
tale quid audeat ſponte cōmictere / uel rarius
admodum pene īpoſitione deterrituſ. profecto
legum optimaruꝫ officium eſſe dicimus / ita ani
mos hominum inſtituere / ut oderint iniuſtitiam
iuſti uero naturam ul' diligant / uel ſaltem non
oderint / ſiue operib⁹ ſeu uerbis legis lator id
aſſequatur / ſeu uoluptate ſiue dolore uel hono
re ul' īfamia. aut pecunia mulctādo aut doniſ /
ut alio quouis modo id faciat. Quos uero i ſa
nabileſ legis lator eſſe ſēſerit / ultimo ſupplicio
hoſ afficiet. non ignorans ſatius fore his qui in
ſanabiles ſunt / mori q̄ꝫ uiuere / ac ſi uita priuan
tur dupliciter pdeſſe ceteris. Nam hoꝝ exem
plo / a peccato ceteri deterrentur. ⁊ improbis
hominibus ciuitas ipſa mundatur. hac de cauſa
inſanabiles homines / morte legis cōditor plec
tet: alia minime: Cli: Moderate admoduꝫ hec
abſte dicta uidentur. ſed iterum iniurie dāniqꝫ
differētiā / ⁊ quō ſponte ⁊ ñ ſponte fiāt / clarius
te dicētē libēter audiremus: Athe. Et face
re conabor ⁊ dicere ut iubetis. Cōſtat ſane / q̄ō
anima inter uos differentes hoc ſepe dicitis / ⁊
auditis. Unum i ea affectum ſiue partem natu
ra ineſſe: quam iracundiam dicimus contentio
ſam atqꝫ difficilem. que inconſiderata ui mul
ta euertit: Cli: Proculdubio: Athe: Volup
tatem autem non eandem cum ira dicimus / ſꝫ

ex contraria potẽtia dominantem: que persua
sione simul & uiolenta quadam deceptione com
pellit/ut quicquid ipsa uelit/ hoc peragas: Cli
Et maxime quidem: Ath: Tertiam delinquẽ
di causam quisquis ignorantiam posuerit/non
errabit. Sed qui hanc bipartito distinxerit/le
gũ lator melior erit/alterã q̃ppe simplicem is
ponet/alteram duplicem & simplicem quidem
leuium peccatorũq; causam arbitrabitur. dupli
cem uero uocabit/quando non ignoratione so
lum quispiam detinetur/sed etiam sapientie
opinione inflatus/que omnino ignorat/ea sci
re se prorsus existimat. hanc/si uires robur q;
cõsecuta fuerit/ingentium turpissimorũq; sce
lerum causam esse censebit: sin autem imbecilli
tate prematur/peccata & puerorum & seniorũ
inde profecta/peccata quidem esse putabit: &
illis tanq; peccantibus leges prescribet/sed mi
tissimas omnium/plurimaq; uenia & indulgen
tia plenas: Cli: Equum id est: Ath: De uolup
tate atq; ira consentimus ferme omnes/alios
quidẽ homines illas uincere/alios uinci. Atq;
ita est omnino: Cli: Ita prorsus: Ath: Igno
rantiam uero alios superare & ab aliis superari
nunq; audiuimus: Cli: Uera narras: Atheni:
Singula hec ad se rapere hominem dicimus/sepe
simul ad contraria tractum: Cli: Immo sepis
sime. Athe: Nunc iam tibi quid iustum/quid
ue iniustum dico/clare absq; ulla ambiguitate
exponã. Ire namq; atq; timoris/uoluptatis
& doloris/inuidieq; & cupiditatis tyrannidem
in animo/siue noceat siue non/omnino iniusti
tiam nomino. Sed opinionem optimi qua uide
licet ratione ciuitas uel priuati aliqui putabũt
si animo dominata omnem uirum exornet/eti
am siquid minus recte illi successerit/iustitiã
nomino: & quicquid inde gestum est/iustum a
pello. atq; eos qui huiusmodi principatui liben
ter parẽt/optime uiuere duco. Illiusmodi ue
ro damnum iniuriam non spõte commissam plu
rimi opinantur. Nos autem de uocabulis non
contendimus. Uerum quoniam tres peccatorũ
species dicte sunt/memoria iste primo diligen
tius repetende. doloris quidem quem iram ti
moremq; uocamus/unam speciem arbitramur
. Cli: Prorsus: Athe: Uoluptatis rursus cupi
ditatumq; alteram. Spei autem ac de optimo
uere opinionis/appetitionem/desideriumq;/
speciem tertiam. Quibus rursus bipartito di
uisis: species quinq; conficiuntur. quibus leges
inter se differentes speciebus quinque in duo
bus generibus sunt ponẽde: Cli. Que sunt ista
genera? Athe: Alterum quod ui & aperte com
mictitur: alterum quod clam & cum deceptio
ne i tenebris. Ac nõ nũq; utroq; modo agitur
Quod si iure tractabitur/asperrimis legibus
cohercebitur: Cli: Equum est: Athe: Sed re
deamus illuc iam/unde huc digressi sumus: ter
minandisq; legibus incumbamus. Erat autem
nobis propositum de sacrilegis. de proditori
bus. de his qui mutando rem. p. leges corrum
punt. horũ aliquid quis forte commictet/prop
ter insaniam/uel morbo uel senio pressus/uel i
etate puerili constitutus ita ut ab istis nihilo
differat. Ac si tale quippiam electis iudicibus
fecisse declarabitur/ipsoq; aut defensore refe
rente sic affectus iudicabitur commisisse/dam
num quod intulit/simplex omnino restituat.
Cetera sibi remictantur/nisi homine interfec
to/mundus adhuc a cede non sit. Sic. n. alio
profectus/annum peregrinetur. Et si priusq;
constitutum a lege tempus preterierit reuersus
fuerit aut etiam intra fines deprehendatur/in
publico carcere biennio a legum custodibus de
tineatur. posthac liber a uinculis esto. Sed ut
incepimus/de unaquaq; specie cedis leges abso
lutius conscribamus. Et primo quidem de ui &
non sponte factis dicamus. Siquis in certami
ne publicisq; gymnasiis non sponte/siue confe
stim siue postea ex uulneribus secuta mors sit/
amicum hominem interfecerit/uel in bello si
militer uel in exercitatione bellica/a/magi
stratibus instituta/siue nudis corporibus/seu
ad imitationem ueri belli armatis/secundum
legem/a/delphico apolline latam mundus sit.
Omnes autem medici qui curantes/non spon
te/occiderint/mundi sint. Quod si manu sua
quispiam non sponte/siue nudo corpore siue in
strumento. uel telo. uel cibo potu ue. ignis fri
goris ue & fluctus adiectione aut priuatione spi
ritus/siue id suo corpore siue per alia quedam
faciat/aliquem interfecerit/omnino ut manu

propria interfector existimetur: atq; ita ut di
cam plectatur. Si alienum seruum interemit
suumq; putauerit: domino damnũ restituat.
uel duplum pretii reddat. Quanti uero pretii
fuerit seruus a iudicibus statuatur. purgationi
bus uero pluribus maioribusq; utatur q̃ q cer
tando aliquẽ interfecerunt. Quarum idonei
sint interpretes/hi quos dei comprobauit ora
culum. Sin uero seruum suum/purgatus secũ
dum legem/sit absolutus. At si liberũ quis nõ
sponte hominem interfecerit/iisdem purgatio
nibus utatur/quibus qui seruum peremit. Et
priscum mysterium nõ contemnat. Fertur. n.
iterfectum ui hominem qui libere uixit/in
terfectori proximo statim post mortem tem
pore irasci: ac propter uiolentam mortem/ter
rore turbationeq; plenũ maxime si uiderit in
terfectorẽ iter suos more solito uiuere/inter
fectorem ipsum eiusq; actiones/uĩ ad hoc sup
peditãte memoria/cunctis uiribus terrere atq;
turbare. Quare opus est ut homicida interfec
ti hominis gratia anno integro exul a patria/
omniq; ea regione p̃cul uitam ducat. Sin ue
ro qui interiit peregrinus fuerit/a/patria quo
q; peregrini annuo tempore homicida pellatur
huic legi si obtemperauerit/genere proximus
interempto qui utrum paruerit attendet/illi
ueniam prestet. qui etiam pace ipsi reconcilia
tus & equus omnino erit. Sin uero non obediue
rit/sed cum inmundus sit/templa deorũ petere
sacrificareq; audeat/uel statuto tẽpore uniuer
so non peregrinabitur/genere p̃ximus iterẽp
to id iudicibus deferat/eumq; de cede accuset
& dupla omnia summat ab eo supplicia. Quod
si p̃ximus ille neglexerit/quasi scelere in ipsũ
reuoluto ipso uel interempto passionem in illũ
cõuertẽte a quolibet uolẽte accusetur/& quinq; ã
nos patria carere cogatur. Si peregrinus non
sponte peregrinum in ciuitate occiderit/eadẽ
lege a uolente quocunq; id iudicibus deferatur
& similiter iudicetur. Sin uero incola id fece
rit anno exulet uno. Quod si peregrinus omĩ
no peregrinum siue incolam siue ciuem necaue
rit/ultra purgationem/tota etiam a/regione
in qua leges huiusmodi dominãtur/per omnẽ
exulet uitã. Ac si contra leges redierit/mor
te a legũ custodibus puniatur/& bona siqua pos
sideat/p̃ximo interfecti tradantur. Quod si
non sponte quispiam in eam regionem delatus
fuerit/tempestatis quidem ui & fluctu maris cõ
pulsus/nauigandi oportunitatem pedibus ma
re tangens/expectet. ui autem per terram ab
aliquibus adductus/a magistratu cui primo res
delata fuerit soluendus est: & intactus in exili
um retrudendus. Siquis uero manu sua liberũ
hominem ira concitus interfecerit/bipartito
iram primo oportet distinguere. per iram enĩ
facit & qui subito absq; uoluntate interimendi
uerberibus uel quouis modo interfecit ita con
festim post impetum penitentia sequatur: & qui
cõtumelia uel iniuria lacessiti/ideoq; in uindic
te cupiditate perseuerantes/postea uolentes i
terfecerunt/nec penitet ita fecisse. duplicem
igitur cedem ponere placet/utramq; ira factã
Quas inter uoluntarias & inuoluntarias actio
nes medias iure posuerim. Neutra. n. uolũta
ria reuera uel inuoluntaria est. Sed altera al
terius est imago. Nã ille quidẽ qui iram seruat
nec repente/sed cum insidiis se postea uindicat
homicide uoluntarii est p̃ similis. Et qui non
seruat sed primo in re impetu fertur: & absq;
premeditatione interficit/inuoluntarii homi
cide similis iudicatur. Non tamen omnino in
uoluntarius est/sed inuoluntarii habere simili
tudinem dicitur. Quo circa per iram conmis
se cedes/difficile determinantur/utrum uolũ
tarie/an contra ponende sint. Optima igitur
& uerissima sententia est/utrasq; imagines a
pellare. easq; seorsum ita distinguere/ut alte
ra cõsulto altera inconsulto commicti dicatur
Maiora uero supplicia illis decet imponere qui
consulto p̃ iram interfecerunt. Illis cõtra qui
repente & inconsulto/leuiora. Nempe q̃d gra
uiori malo simile/asperius/quod uero leuiori/
mitius puniendum. Ita certe nostris legibus
ac si totum facit / intelligit quoque totum. Si
cognoscit totum / cognoscit ⁊ partes ex quib⁹
totū necessario constat: si partes / ergo parti
culas / ex quibus necessario partes. Potest er
go ⁊ scit uniuersum regere: qui potest et scit
prouidere. Uult queq; utiliter gubernare to
tum opus suum. Gubernari uero bene non gu
bernatis partib⁹ nūquā pōt. Ita neque medi
cus neque architectus opus totum absque par
tibus ad id necessario conducentib⁹ optime cu
rat. Nō negligit deus minima gubernare / qui
facere minima non neglexit. Neque difficilis
est gubernatio deo: cui est procreatio facilis.
Neque mollitie ad curandū tardior est / q oīum
est fortissimus / q accuratius cuncta gubernat
q; uel ars uel natura q ab arte naturaue fiunt. nn iiii

Nam quanto magis a deo dependent opa dei / q̃ꝫ artis uł nature opa ab arte siue natura / tanto deus operibus suis prouidet diligentius: p cuius prouidentiaꝫ cetera quoqꝫ id habent / ut similiter suis neque ꝓuideant. Quoniaꝫ uero ars quo perfectior est / eo facilius parua simul expedit atque magna / in deo aũt ars est immensa / nimiruꝫ minima simul 7 maxima summa facilitate gubernat. In quibus utique dispensandis / non totum gratia partium / sed partes totius gratia disponit / bonũqꝫ cuiusque propriũ refert ad uniuersi bonum. Inter oĩa uero sub luna maxiaꝫ hẽt circa hũanã spẽꝫ diligẽtiã: tũ qr pfectissima ẽ: tũ qr ipsa colit deũ q̃ ipsa singulariter excolatur a dõ. In his notabis a deo summo per singula rerum genera speciesqꝫ diuinos distributos esse rectores: uel minimaruꝫ actionuꝫ passionumqꝫ curatores. Qui sicut p potẽtiã ei⁹ possũt qcqd possunt / ita p ꝓuidẽtiã ipsius uel minimorum procuratricem / minima queque ꝓcurant. Notabis in sydērib⁹ esse sensus / 7 ut plotinus hermiasqꝫ disputant: uisum. proprie atque audituꝫ. Sed in alio quodam genere longeqꝫ prestantiore q̃ꝫ sensus aialiuꝫ terrenorum. Notabis 7 animã humanã semp corpori esse coniunctaꝫ / assidue quidẽ ethereo corpori: p successioneꝫ uero tum terreno / tum aereo corpori. Item motũ aie / qr prim⁹ est atqꝫ ex se / ideoqꝫ liber / posse in formas uarias deriuari: usque adeo ut aĩa alias in habituꝫ inferiorem homine / alias in superioreꝫ hoie conuertatur. 7 illo quidem quasi quadam grauitate ad loca inferiora descendere: hoc aũt / ceu leuitate sublimia petere. Ex quo apparet cõceptos ex ꝓpriis motibus habitus / cum diuine uolũtatis lege ꝯcurrere. Sicut eniꝫ lex illa dictat bonis quidẽ animis celestia / malis uero terrestria cõuenire: sic oĩo nullo extrinsecus impellente: 7 quasi naturali quodam instinctu 7 bonorum habitus sponte superiora petunt / maloꝝ uero ad inferiora labuntur: hic profecto si longius cõmentari liceret / exponerem illud obscurissime dictum: ubi inducit aliquem trãsmutare conantem / ignem in aquam animataꝫ / quasi difficilima molientem. Nam cum 7 aqua igni contraria sit / 7 aĩa creari non possit ex igni / nimirum impossibilia tentat / qui ignem ĩ aquã animatam transmutare molitur. Neqꝫ minus obscure dictuꝫ est / qđ de resolutione 7 diuisione dialetica ẽ exponendum. Nempe siquis diuidendo procedat p tres gradus. s. a genere quodam generalissimo ad species subalternas / ab eisqꝫ ad specialissimas denique species facile diuidit: similiter q p eosdem gradus resoluit / a specie specialissima ad subalternum genus / et inde ad generalissimuꝫ facile quoque resoluit. At uero q p singula numero infinita peruagari uoluerit / irritum opus aggredietur. Sed ĩ nobis in cõmentariis in philebum. Inter hec notabis platonis uerba dauidis ꝓphete oraculo q̃ꝫ simillima: neque ascensu in celum / neque descensu in infernum diuinum posse iudicium euitari. Post hec ostendit deum a prauis non posse muneribꝰ iniuste placari. Ubi considerabis deum diligentiorem esse humanis curatorẽ q̃ꝫ pastores ouium / gubernatores nauium: duces exercitus: agrorum rustici: equorum aurige / medici egrotantium. Preterea oĩa subcelo plena maloruꝫ / perpetuumqꝫ circa aĩas bellum. In quo uitia deorsum trahũt. dii uero demonesqꝫ sursum. Cõsiderabis uiuas esse in deo uirtutes: imoluitas: quarũ scitillis qbusdam inanima inde succensis: anima ad sublimia eleuatur. Post uero prohemia: seueriori cẽsura animaduertit in impios: neqꝫ soluꝫ nefarias actiones / sed impudentiam quoqꝫ uerborum: immo 7 cogitationes ipsas contra diuinaꝫ dignitatẽ diligẽter explorat. ac tres species impietatis in supioribus positas / in sex deducit: uidelicet ĩ duo quamlibet partiendo. Tres enim ille in opinione contra deum falsa cõsistunt. Potest autem una cũ falsa opinione: iniquitas quoqꝫ moruꝫ concurrere: potest 7 tolerabilior equitas. Cognosces hic 7 penas maleficorum hereticorum / superstitiosorum: illorum preterea qui pseudo prophete cognominantur. Rursus quantum plebeaꝫ damnet supstitionem. Dãnauit 7 supra poeticam / a qua plebea etiam confirmatur. Ubique uero plato tam poeticam q̃ꝫ plebeaꝫ superstitionẽ improbat. 7 ante oĩa humana officia pietatẽ philosophicã ueneratur.

Decimus liber legum.

Ost leges de cede / uulneribꝰqꝫ 7 uerberibus / cõis lex illa sanciatur: Ut nemo ferat asporteтqꝫ rem alienam: aut uicini re ulla utatur / nisi possidenti antea psuaserit. hinc eniꝫ mala oĩa que narrauim⁹ / dependerunt: pendẽtqꝫ iam. 7 in posterum dependebunt. Reliquorũ uero maxima sunt / petulantum iuuenum cõtumelie atque iniurie: que tunc ĩmaxima: quãdo in sacra cõmittuntur. presertim cum ĩ publica atque sancta. uel in tribuum aliquarum cõmunionem / uel alioꝝ huiuscemodi. Secundo uero loco habenda sunt / quando in sacra priuata atque sepulchra. Tertio que in parentes seorsum ab his que narrauimus. Quartũ contumelie iniuri⁹qꝫ genus est / quãdo quis contemptis magistratibus / rem illoruꝫ adducit / uel ea utitur / ante q̃ꝫ illis persuaserit. Quintuꝫ cum ciuis alicuius ciuilis dignitas leditur uł offenditur: quod genus omnino ultioneꝫ poscit. atqꝫ his singulis cõmuniter ꝓuidere lex debet. De sacrilegio quidem summatim dictum est. quid fieri oporteat: si ui aut clam pagatur. De his autem que uerbo uel opera in deorum contemptum aguntur / quomodo punienda sint / deinceps prohemio quodaꝫ proposito / dicendum uidetur. Huiusmõi uero ꝓhemiuꝫ sit. Qui deos esse putat secundum leges / nec facit unq̃ꝫ sponte impium quicquã / nec loquitur. Faciunt aũt aut dicunt impium aliquid ĩ deos / uel qr deos esse negant: uel qr 7 si putant esse deos / de rebus tamen humanis curare ipsum minime arbitrantur. uel tertio / quamuis 7 sint 7 de hominibus curam habeant: facile tamen placari eos uotis 7 sacrificiis opinãtur. Cli. Quid faciem⁹ igitur? qd ad ipsos dicem⁹? Ath. Audiamus o bone uir prius qd in nostrũ ꝯtẽptũ ioco quodã dicturos illos coniicio. Cli. Quid naꝫ dicent? Ath. Ita ferme in nos nugabũtur / o / atheniensis hospes: uosqꝫ lacedemonie / atque gnosie / uere illud dicitis: quod nostrum alii nequaquam esse deos / alii nihil nostra curare / alii muneribus facile placari existiment. Quõ igitur uos in omnibus legibus ferendis / faciendũ eẽ putauistis: hoc 7 nunc a uobis fieri uolumus: ut scilicet ante legum minas / sufficientibus signis deos eẽ nobis persuadeatis: nec posse illos preter q̃ꝫ fas est / muneribus ullis moueri. Nunc enim hec 7 similia quedam audiẽtes predicari quotidie ab iis q excellere putãtur / poetis / oratorib⁹ / uatib⁹ / sacerdotib⁹. aliisqꝫ pmultis / ab iniuria quidem facienda non remouemur: sed cum fecerimus / placare deos conamur. A uobis aũt qui atroces nullo modo sꝫ mites legum latores eẽ gloriamini / poscimus ut psuasione prius adhibita qđ dii sint ita doceatis / ut etiaꝫ si non multo sublimiora q̃ꝫ alii / ueriora tamẽ loquamini. Forte namqꝫ uobis credemus. Quare si equum quid postulamus / morem gerite. Cli. Atqui / o / amice facile ẽ ueritatem hãc ostendere quod dii sint. Ath. Quo pacto? Cli. Primum quidẽ terra / sol / sydera / ipsumqꝫ uniuersum. Temporum quoque ornatissima uarietas / annis mensibusqꝫ distincta / id ostendunt: grecorum preterea barbaroꝝqꝫ omniũ consensus / deos esse fatentium. Ath. Timeo / o / beate uir scelestos hoĩes. Timeo inquam non erubesco nec uereor: ne forte uos contemnant. Uos eniꝫ differentie istorum causam ignoratis: 7 incõtinentia uoluptatum cupiditatumqꝫ tantũmodo putatis ad impiaꝫ animos eorum uitaꝫ corruere. Cli. Sed que nam preter ista / alia istorum causa hospes ẽ? Ath. Quod uos ipsius exptes / penitus fugit. Cli. Quid hoc? Ath. Ignorãtia quedaꝫ certe grauissima. que maxima uidetur esse prudentia. Cli. Quo pacto inquis? Ath. Feruntur apud nos sermones / partim metro partiꝫ soluta oratione conscripti: qui apđ nos propter disciplinę ciuilis excellentiam: ut audio: nõ reperiuntur. Quoruꝫ antiquissimi / primã celi alioꝝqꝫ naturam deorum factam fuisse affirmant: nec multum progressi / deorum generationem consuetudinemqꝫ inter se narrant. Que quoniam prisca sunt / quantum ad alia quidem siue recte seu non recte se habeant. reprehẽdere: non facile est. ad cultũ tñ honorẽqꝫ genitoꝝ nec utilia ipsa: nec uera esse fatebor. prisca igitur dimittamus: deqꝫ illis ut diis placet dicamus.

Iuniorum uero sapientum uerba / sicubi mala
hominibus afferant / incusemus. ꝑfecto istorū
uerbis illud efficitur: ut cum ego ⁊ tu hec ipsa
signa esse / quod dii sint / asserimus: solemqꝫ ac
lunam: sydera ⁊ terram / quasi deos ⁊ res diui
nas in mediū adducimus / tunc iuuenes ab istis
sapientibus aliter persuasi / terram ⁊ lapides
hec esse / dicant: nullamqꝫ humanarum rerum
curam habere posse. sed uerbis tamen ornatis
uerisimiliter sermonem de istis esse digestum.
Cli. Graue id certe hospes etiam si solūmodo
unus dixisset. Nūc uero eo grauius ⁊ molestius
est / quo plures sunt: qui dicunt. Athe. Quid
ergo dicere / qdue facere nos oportet? Utrum
quasi apō impios homines accusati simus quod
falso deos eē / legibus affirmamus / ad defensio
nem accingemur? An his dimissis ad legū tra
ctationem iterum reuertemur. ne prohemium
legum nobis hoc excrescat in longū? Cum ora
tio breuis futura non sit / si pronis ad impieta
tem hominibus q̄ requirunt / sufficienter osten
dere uoluerimus: atque etiā terrore illos a sce
lere amouere: demum uero quemadmodum cō
uenit / leges ferre. Cli. Sepenumero i hoc bre
ui tempore hospes a nobis dictum est / breuita
tem non esse prolixitati anteponendā. Nihil
enim nos / ut dicitur / urget. Quare ridiculum
simul ⁊ prauum eēt / si breuiora melioribus pre
ferremus. Multum enim conferet / si uerisimili
ratione sermo noster ostēderit: quod dii sint /
⁊ boni sint: iustitiamqꝫ multo magis q̄ hoīes
colant. Quod fere optimum pulcherrimumqꝫ
legum omnium erit exordium. Quamobrem
absque ulla molestia atque festinatione / pro ui
ribus nihil pretermittamus: quod ad hanc rem
ꝑsuadendā pertineat. Ath. Iste sermo tuus
adeo te paratum promptumqꝫ ostendit: ut ad
preces uotumqꝫ uideatur ꝓuocare: nec morā
amplius patiatur. Uerum quomodo sine ira eē
aliquis deos differat? presertim cum necesse sit
grauiter ferre odisseqꝫ eos: qui horū uerborū
nobis causam prebuerunt. Hi certe a pueritia
ad deos affirmandos eo maxime inducere aiū
potuerūt / quod dum lacte nutrirentur a nutri
cibus matribusqꝫ multa de illis ioco ⁊ serio di
cta decantataqꝫ i orationibus audiebant: ⁊ in
sacrificiis uidebant consentanea queqꝫ illis fie
ri / que suauissime pueri ⁊ uidēt ⁊ audiūt: dum
parentes eorum summo studio pro se liberisqꝫ
sacrificare / orareqꝫ supplices: deos / quasi q̄
maxime dii sint / uiderent: necnon quotidie in
ortu ⁊ occasu solis ac lune grecos ⁊ barbaros
omnes tam i rebus aduersis q̄ secundis conspi
cerent / suppliciter adorare: atque ex hoc non
suspitionē quō dii non sint afferre: sed testimo
nium quod sint absqꝫ controuersia perhibere.
At uero qui hec omnia / nulla ratione / ut men
tis compos quilibet diceret / moti despiciunt:
proptereaqꝫ nos ad hec dicenda compellunt:
Quo pacto eos nunc mansuetis uerbis corrige
re / ⁊ primum quod dii sint docere possumus?
audeamus tamen. nec enim decet / cum illi uolu
ptate perdantur / nos quoqꝫ ira in eos corrum
pi. Quapropter omni concitatione animi extin
cta prohemium ad eos qui ita mente corrupti
sūt aggrediamur: ⁊ quasi ad unum eorū ita ora
tionem mansuete uertamus. O fili / iuuenis ad
huc es: nec dubito / quin progressio tēporis fa
ciat: ut de multis aliter q̄ nūc sentias. Expe
cta igitur oro / ut tunc de rebus maximis iu
dices. Maximum āt est / quod tu modo nihil ar
bitraris / ut recte de diis sentientes / bene uiua
mus. Uerum si hoc in his permagnū tibi signi
ficauero / minime mentiar. Non tu solus nec
amici tui primi / hanc dē diis opinionē habetis.
Sed aliqui semper / tum plures tum pauciores
hoc morbo laborant. Quod uero plurimis illo
rum cōtigit / tibi narrabo. Profecto nullus eo
rum ab adolescentia usque ad senectam in hac
opinione quod dii non sint / perseuerauit. Re
liqui autem duo morbi quamuis non multis /
nōnullis tamen ꝑmanserunt: quod dii sint qui
dem: sed de rebus humanis nihil curent. Uel
quod curēt / sed facile precibus sacrificiisqꝫ pla
centur. Tu igitur si mihi credes / expectabis /
donec plane constet tibi pro uiribus / quid dē his
iudicandum sit. Utqꝫ id assequaris / diligenter
cōsiderabis / siue sic siue aliter se res habeat. ⁊ a
ceteris omnibus / ⁊ a legum latore maxime sci
scitaberis. Interea noli tam temerarius esse:
ut impie de diis sentias. Is enim qui tibi leges
ponit ⁊ nunc ⁊ postea / quomō ista se habeant /

docere conabitur. Cli. Optime hucusque ho
spes nobis est dictū. Athe. Prorsus ē ita / o /
megille atque clinia. Sed in mirabilē quendā
sermonē nescientes incidimus. Cli. Quē nā?
Ath. Qui a multis sapientissimus eē putatur.
Cli. Dic clarius. Athe. Res omnes non
nulli aiunt / que fiunt / que future queque fa
cte sunt / uel natura / uel fortuna / uel arte fie
ri. Cli. Et probe quidē. Ath. Certe non ab
surdum est uiros sapientes ꝓbe dixisse. Quare
sequamur ipsos: inquiramusqꝫ quid nā intelle
xerunt. Cli. Omnino. Ath. Maxima dicunt
atque pulcherrima natura fortunaqꝫ fieri. Ar
te uero minora eamqꝫ dicunt accepta a natu
ra magnorum primorumque operum generati
one fingere / fabricareque minora omnia: que
artificiosa ab omnibus apellātur. Cli. Quomo
do istud ais? Athe. Sic planius dicā. Ignem
aquam / terram / aerem / omnia hec non arte sed
natura ⁊ fortuna esse dicunt. Corpora etiam
que post hec sunt: rerum terrenarum / solis / lu
ne / stellarum omniū / ex istis anima prorsus ca
rentibus facta fuisse aiunt: fortunaqꝫ uiriū la
ta singula casu singulis cōuenisse: atque ita fri
gida calidis / sicca humidis / mollia duris: ⁊ oīa
cōtraria contrariis / duce fortuna / necessario
contemperata fuisse. Hoc pacto celum totum
⁊ que i eo sunt oīa: animalia quoqꝫ et plantas
⁊ anni tempora fuisse producta: non per intel
lectum / neque per deum aliquem. sed natura /
ut diximus / atqꝫ fortuna. Ex quibus artem po
stea mortalē a mortalibus factā / posteriores
quasdam res genuisse / nō penitus ueritatis par
ticipes / sed simulachra quedā sibi ipsis cogna
ta: qualia pictura / musica: ceteraqꝫ artes his
similes generant. Sique uero artes serium ali
quid faciunt / eas eē que uim suam cum natura
cōmunicāt: qualis est medicina / agricultura /
gymnastica. Ciuilem preterea peritiam aiunt
parua quadam parte cum natura: magna uero
cum arte concurrere. Atque ita uniuersam le
gum positionem nō cum natura / sed cum arte /
cuius positiones uere nō sint / cōuenire. Cli.
Quo nam pacto? Ath. Deos / o / beate uir / nō
natura / sed arte ⁊ legibus quibusdam constare
uolunt: eosqꝫ aliis alios eē / prout singuli secū
consentientes / lege sanxerunt. Pulchra uero
uel honesta / alia natura / alia lege consistere.
Sed iusta natura minime esse. Immo uero ho
mines de his semper inuicem disceptare: ⁊ no
uas quotidie constituere. ⁊ que nuper statue
runt / quatenus illis sic placet eatenus eē iusta /
nō natura quidē / sed arte ⁊ legibus stabilita.
Hec sunt / o / amici que sapientes uiri tum poe
te tum scriptores alii iunioribus tradiderūt:
dicentes iustam eē eam possessionem: que ui ⁊
uictoria comparatur. Unde iunioribus impie
tas innascitur: ut credant non eē deos / quales
credere leges iubent. Hinc etiam seditiones
oriuntur: per quas ad eam homines uitā quasi
secundum naturam rectam trahuntur / qua ita
uiuant ut ceteros uincant / nec secundū leges
aliis seruiant. Cli. O qualem hospes rem nar
rasti? qualemqꝫ pestem iuuenum ⁊ publice ciui
tatibus ⁊ priuatim domibus suis illatā? Ath.
Uera narras / o / clinia. Sed cum ita se res ha
beat / quid legum latori agendum censes? An
solū minari omnibus hominibus debet? eos oīo
penas daturos / nisi deos eē credāt: talesqꝫ opi
nentur / quales a legibus traduntur. deqꝫ hone
stis ⁊ iustis ⁊ maximis quibusqꝫ rebus ac de uir
tute ⁊ prauitate / ita omnino arbitrentur et
agant / ut legum lator perscripserit. Si igitur
nō paruerint / alios mortis supplicio / alios fla
gellis ⁊ uinculis / alios dedecore / alios exilio /
egestateqꝫ puniendos. Ita ne minabitur quidē
tantum legum lator? ut autē in legum latione
persuasionem minis adiungat / qua mitiget / ni
hil curabit? Cli. Minime hospes: sed siqua in
huiuscemodi rebus uel modica persuasio inueni
ri potest / nō debet legum lator qui modo alicu
ius pretii sit / labore inde deterreri: sed q̄ ma
ximo / ut dicitur / clamore pōt / prisce legi auxi
lium ferre: rationibusqꝫ ostēdere quō dii sint:
⁊ quecumque ipse paulo ante dicebas. Atque
ipsi legi ⁊ arti / ita suffragari / ut uel natura uel
non minus q̄ natura cōstare affirmet: cū men
tis ipsius proles sint. ut recta ratio monstrat:
quā tu mō dicere mihi uideris: ⁊ ego credo.
Ath. O paratissimi animi clinia: nōne arduū

est/eā rationibus prosequi: que ita per omnes diuulgata sunt: ipsaqz prolixa sunt/nec breuitatem patiuntur. Cli. Quid hospes? cum tam multa d̄ ebrietate ⁊ musica dicerētur: eā prolixitatem equo animo tulimus: de diis uero talibusqz rebus plura dicentez nō auscultabimꝰ? Enimuero legum lationi prudenter disposite/ magnum hinc patrociniuz est futurum: cum legum mandata litteris tradita que toto tempore futuro redargutioni subiecta eē solent/ sic comprobata quiescant: Quare terreri non debemus: si auditu ardua ī principio sunt: que uł tardi ingenii homines sepius repetēdo animaduertere poterunt. Hec igitur licet prolixa/si modo utilia sunt/nō uidentur abiiciēda. Nec equum est/hos sermones pro uiribꝰ non defendere. Me. Optime mihi hospes clinia loqui uidetur. Athe. Et maxime quidem/o/megille/ Quare faciendum est/ ut dicit. Profecto nisi sermones isti inter omnes/ut ita dixerim/homines uulgati eēnt/nihil opus eēt/deos eē rationibus demonstrare. Nunc uero necesse est. Cum igitur maxime leges ab improbis hominibus corrumpantur/cuius nam magis q̄z legū latoris officium est/auxiliū ferre? Me. Nullius certe. Ath. Uerum dic mihi clinia. participē eniz te rationis huius eē oportet. Non ne qui hec dicit/ignem/terram/aquam et aerem/prima omnium putare uidetur? atque hec eadem naturam uocare: ⁊ ex his posteriorem animaz arbitrari? Immo non uidetur solū: sed ista nobis oratiōe sua uere significat. Cli. Ita prorsus. Ath. Num igitur per ionem quasi fontez quendam inuenimus stulte illorum opinionis: qui unquam questiones rerum naturalium attigerunt. Considera obsecro ⁊ rationem omnez scrutare. Non eniz parum interest: si ostenderimus eos qui impiis rationibus innitūtur/ceterosqz ad impietatem trahunt/non recte sed peruerse disserere. Mihi igitur de his ita uidetur. Cli. Probe dicis: sed coneris ista ostendere. Athe. At uideor rationibus uti non consuetis. Cli. Ne uerearis amice. Intelligo eiz quod putabis longe te a proposito ferendarum legū abire/si disputationē hanc ingrediamur.

Uerū si non aliter conuincere possumus recte se habere que de diis secundum legem modo dicuntur/dicendum est omnino. Ath. Dicā iam nouam hanc pene inauditamqz rationem. Qd̄ generatiōis corruptionisqz omniuz prima causa est/non primum/sed posterius factuz illi sermones affirmarunt: qui animos impios effecerunt. Quod uero posterius/id prius. Quare ueram deorum substantiam ignorarunt. Cli. Nonduz intelligo. Ath. Qualis anima sit/⁊ quam habeat uim omnes ferme ignorasse uidentur: tum quo ad alia/tū quo ad eius generationem/qd̄ ante oīa corpora/nata sit: ⁊ transmutationis decorisqz corporum ipsa sit maxime omnium princeps. Si hec ita sint/non ne que anime ipsiꝰ propria sunt/necessario priora his erunt/que ad corpus pertinent: cum ipsa corpore sit antiquior? Cli: Necesse ē. Athe. Ergo opinio/cura/intellectus ⁊ ars ⁊ lex/duris ⁊ mollibus/grauibꝰ atqz leuibus priora sunt. Quare ingētia ⁊ prima opa/c pationesqz ipse artis ī primis erūt. Que uero natura sunt/⁊ natura ipsa/ quàm non recte sic apellant/posterius sunt: ⁊ artem intellectūqz sequuntur. Cli. Cur non recte? Athe. Quia naturaz/generationez circa prima dicere uolūt: primaqz ponunt corpora. Si autem non ignis nec aer/ sed aia primo eē uidebitur/aia ipsa corpore antiquior rectissime affirmabitur: ⁊ hec ipsa ita natura constare/si animā corporibus antiquiorem eē constiterit: aliter uero nequaq̄z. Cli. Uera loqueris. Ath. Nuz deinceps ad hec ita nos comparabimus? Cli. Ita prorsus. Athe. Rationem cauillatoriaz fallacemqz fugiamꝰ/ ne si forte iuuenilis ipsa nos senes fefellerit/ridiculos reddat. uideamurqz magna aggressi: ne parua quidē consecuti fuisse. Si amnem profundum rapidumqz tres ipsi transire uellemꝰ: ⁊ ego iunior uobis/fluctuēqz magis expertus dicerem/ periculum me primum uobis in tuto relictis facere oportere: utrum transiri fluuiꝰ a uobis seniorībꝰ possit: an nō? ⁊ postea facto periculo/ aut hortari uos ad transitum: aut si transiri nō possit/me solum periculuz subiisse: modeste loqui uiderer. Non aliter modo/cum

ratio profundior adeunda sit/ fermeqz uestris uiribꝰ nō accessibilis/ne uertiginē tenebrasqz uobis faciat/ ad eas uos questiones deducens/ quibus consueti nō estis/atque hoc pacto dedecore tristitiaqz afficiat: periculuz in me primo ita faciundū censeo: ut ⁊ me ipsuz interrogem ⁊ mihi ipsi respondeam: ⁊ hoc pacto uobis in tuto audiētibꝰ totā hāc de anima disputatiōez ptrāseaz: qua prior esse corpore ostēdatur. Cli. Optime hospes loq uideris: facitoqz ut dicis. Ath. Age igitur modo magis q̄z unquaz deum omni studio inuocemus: cum deos esse diligenter demonstrare conemur: rationemqz ingrediamur/ rudētibus tutissimime tensis. In hac aūt disputatione interrogationibus huiusmodi sic securissime respondere uideor: siquis roget: O amice stant ne oīa/ nihilqz mouetur/ an contra/stat nihil/cuncta mouētur? Uel aliqua mouentur/aliqua permanent: huic utique respōdebo/manere alia/alia uero moueri: Nō ne in aliquo loco stāt ⁊ mouentur? Quid ni? Nōnulla in una sede id faciunt/ nōnulla in pluribus: Ea ne dicis que stantium in medio uires capiunt/in uno moueri? quemadmodum circuli stare dicuntur/ licet circumferentia eorum uertatur. Ita prorsus. Intelligimus autem/ quod ī hac circulatiōe/cum huiusmodi motus/ maximum simul minimumqz circulum circūducat/secunduz proportionem seipsum maioribꝰ minoribusqz dispertit: ⁊ ipse quoque proportione seruata maior est et minor. Propterea cunctorum factus est fons mirabiliuz. Una eiz cuz magnis paruisqz circulis uelocitates tarditatesqz conuenientes ita transigit/ut incredibile quiddaz peragere uideatur. Uera narras. In multis uero moueri/dicere mihi uideris/ quecumque ex alio in alium semper transeunt locum: ⁊ nō nunquam alicuius centri unius obtinent basim: non nunquam plura: eo quod circum uolnātur: ⁊ cum singula sibi inuicē passim obcurrant/ si stantibus resistentibusqz obuia fiunt/scinduntur: sin uero contra latis/unuz facta tam hec q̄z ipsoꝝ inter media coniunguntur/atque condensantur: fateor utiqz hec ita se habere/ut tu ais. Atq coniuncta densataqz

augētur/disiūcta uero rarefactaqz minuūtur/ quādo prior singulorum habitus permanet: qn̄ uero nō permanet/propter utraque corruptio sequitur. Fit igitur omnium generatio/quando passio quedam fit: cum uidelicet principiuz capto incremēto ad secundaz pueniat transitionem: ⁊ ab hac in proximam: cumqz ad tres usque peruenerit/in sentientibus sensuz habuerit. Hac ergo transmutatione atqz transitione quodlibet gignitur. Uere autem est/quādo permanet. Quod si in alium habitum permutatum sit/iam penitus est corruptū. Species motuum oēs preter duas/o/amici iam diximus. Cli. Quas illas? Athe. Illos/o/bone uir motus nondum diximus: quoruz pene gratia tota hec consideratio est. Cli. Dic planius. Ath. Anime gratia disputationem hanc aggressi sumus. Cli. Maxime. Athe. Sit ergo alter motus quo quid alia semp mouere potest quidez: seipsum uero non potest. Alter quo quid ⁊ se ipsuz semper ⁊ alia potest mouere: coniungendo/disiungendo/augendo ⁊ contra: generando preterea ⁊ corrumpendo. Qui motus a ceteris omnibus ē distinctus. Cli. Sint ut uis. Ath. Non ne motum illum nonum ponemus: quo aliqd ab alio mouetur/ ⁊ alia mouet? Decimū uero collocabimus illum/quo ⁊ se mouet ⁊ alia. qui certe omnibꝰ actionibus ⁊ passionibus se acconmodat: rerumqz omnium quecūqz sint reuera motꝰ ⁊ trāsmutatio nuncupatur. Cli. Ita prorsus. Ath. Quez potissimū ex decem motibus ceteris omnibꝰ tanquaz robustissimum et efficacissimum preponemus? Necesse est eum quo quid ⁊ se ⁊ alia mouere potest/lōgissimo interuallo precedere/ ceteros autem oēs eē longe posteriores. Cli. Probe. Athe. Sed unum uel duo non recte locata/aliter ponenda sunt. Cli. Que nam? Athe. Quod de motu decimo diximus/nō recte ē dictū. Cli. Quare? Athe. Quia qui decimo enumeratus est/tam generatione q̄z robore secunduz rationem primꝰ est. Secundus uero/quem nono absurde loco enumerauimꝰ. Cli. Quomodo hec dicis? Ath. Sic: Quando aliud ab alio mouetur: idqz rursus semper ab alio/erit ne ī talibꝰ

aliquid qd̄ primo moueatur? At quomodo id
cum ab aliquo moueatur/eorū que mouentur/
primum erit? Certe impossibile id est. Sed qn̄
aliquid seipsuꝫ mouens/aliud quoqꝫ mouebit:
illudqꝫ aliud: ⁊ sic deinceps plurima mouebun
tur/an aliud totius motus principium erit/qꝫ
mutatio eius: quod seipsuꝫ mouit? Cli. Egre
gie dictum id: ⁊ concedendum est. Ath. Pre
terea sic nos ipsos interrogemus/⁊ ipsi nobis
respondeam⁹. Si quo uis mō uniuersa simul/
steterint/ut plurimi taliuꝫ audent dicere/quē
motum potissimum ex omnibus primuꝫ in ipsis
fieri asseremus? Eum ꝓfecto/quo quid seipsuꝫ
mouet. Motus eīꝫ depēdēs ab alio/nō prius in
cidet/qꝫ alia quedā ipsis inciderit ꝑmutatio.
Quapropter initium omnium motionum pri
mumqꝫ motuꝫ/qui ⁊ in stantibus factus sit: ⁊
in his que mouentur modo insit/illuꝫ fateri ne
cesse est/quo quid seipsum mouet: ⁊ hanc eē an
tiquissimam omniuꝫ potentissimamqꝫ mutatio
nem. secundaꝫ uero illam: qua quid ab alio mu
tatur/⁊ alia mouet. Verissime dicis: postquaꝫ
huc usque disputando deuenimus/hoc quoque
respondeamus. Cli. Quid nam? Ath. Si pri
mum motum in terreno uel aquatico uel igneo
corpore siue simplici seu mixto uiderimus/quā
inesse ipsi passionem dicemus? Cli. Nunquid
rogas/si uiuere ipsum dicendum sit/quod a se
ipso mouetur? Athe. Id ipsum. Cli: Viuere
certe. Ath. Quid uero/cum animam eē in ali
quo uiderim⁹/num ob aliud uiuere ipsuꝫ qꝫ ob
hoc putabimus? Cli. Ob hoc ipsum? Athe.
Attēde ꝑ iouē obsecro/nūqd uelis tria ī re qua
libet ītelligere. Cli. Quo pacto? Ath. Vnuꝫ
substantiā ipsam. Vnum substantie rationem.
Vnum quoqꝫ nomen ipsum. Interrogationes
etiā d̄ omni re duas eē. Cli. Quomodo duas?
Ath. Quod uidelicet non nunquā nomine no
bis proposito/rationem ipsam queramus: non
nunquam rationeꝫ assecuti/nomen iam inuesti
gemus. Sꝫ uolumus ne hoc iterū dicere? Cli.
Quid naꝫ? Ath. Bipartita distinctio ⁊ ī aliis
⁊ in numero repitur: ⁊ in numero sic diuiso/
nomen quideꝫ par est: Ratio autem/numerus
in duo equalia diuisibilis. Cli. Certe. Athe.
Tale aliquid dico: Non ne idem in utroque si
gnificamus? siue nomen interrogati rationē:
siue rōnē interrogati nomē reddam⁹: qn̄quidē
unam eandemqꝫ rem nomine quidem parem/ra
tione uero numerum in duo equalia diuisibileꝫ
apellamus. Cli. Idem omnino. Ath. Rei ue
ro illius/cui nomen ē anima/que nam ratio ē?
Num habemus aliā rationē/preter eā quā mō
diximus: quod ipsa possit seipsaꝫ mouere? Cli.
A seipso moueri asseris rationē eē illius substā
tie: quam nomine omnes animam apellamus?
Athe. Assero equidem: Quod si ita est/an ad
huc desideram⁹ sufficientius demonstrari/idē
eē animam/⁊ primam generationem ac motuꝫ
rerum que sunt: q̄ fuerunt/queqꝫ future sunt:
omniumqꝫ rursus istis contrariorum: quando
quidem transmutationis motusqꝫ omnis omni
bus causa eē apparuit. Cli. Minime. Nam suf
ficientissime monstratum est/animaꝫ omnibus
antiquiorem esse: cum motus principium sit.
Ath. Non ne igitur motus qui ab alio in alio
fit: quo re nihil unquam seipsum mouet/secun
dus est: ⁊ quoto quis uelit numerorū interual
lo superiori motui postponendus. siquideꝫ cor
poris uere inanimati mutatio ē. Cli. Probe.
Athe. Recte igitur ⁊ proprie/ uereqꝫ ⁊ abso
lute diximus prius corpore animam factam
fuisse: corpus uero posterius atque secundo.
anime secundum naturaꝫ dominanti subiectū.
Cli. Verissima hec sunt. Athe. Recordamur
nos in superiorib⁹ concessisse/si antiquior cor
pore anima declaretur/illa etiam que anime
competunt/iis que corporis ꝓpria sunt/prio
ra esse simul declarari? Cli. Maxime. Athe.
Affectus ergo/mores/uoluntates/cogitatio
nes/uere opiniones/cure/memorie. omnia
hec/longitudine corporuꝫ/latitudine/profun
ditate/robore/prius facta sunt/sicut ⁊ anima
corpore. Cli. Necesse est. Athe. Num etiam
concedere cogimur: bonorum ⁊ malorum/ho
nestorum ⁊ turpium/iustorum ⁊ iniustorum/
ceterorumqꝫ contrariorum causam esse/siqui
dem causam omnium ipsam asserimus? Cli.

Cur non? Atheniensis. Animaꝫ cuncta
gubernanteꝫ/⁊ in omnibus que mouentur/ha
bitantem non ne ⁊ celuꝫ gubernare necessario
confitebimur? Cli. Omnino. Atheniensis.
Vnam igitur an plures? plures certe/ut ego ꝓ
uobis respondeam. Nec pauciores qꝫ duas po
nere debemus: unam beneficam/contrariam
alteram. Cli. Recte admodum. Atheniēsis.
Vniuersa ergo que in celo sunt: que in terra:
que in mari suis motibus anima ducit: quibus
nomina sunt/uelle/considerare/curare/con
sultare/Recte ⁊ non recte opinari/letari/do
lere/audere/metuere/odisse/diligere: ⁊ cete
ris preterea motibus omnibus: qui horum affi
nes primiqꝫ sunt: qui ⁊ secundos corporuꝫ mo
tus suscipientes/omnia in augumentum decre
mentumqꝫ perducunt concretionem uel cōden
sationem ⁊ discretionem: uel rarefactionem:
⁊ in ea que ista sequuntur: caliditates: frigidi
tates: grauitates: leuitates: duruꝫ: molle: al
bum: nigrum: austerum: dulce: amarum. Et
denique omnibus: quibus anima usa/si intelle
ctum quoque semper diuinum acceperit/recte
cuncta diis recta feliciaqꝫ perducit. sin uero
amentia cōiuncta fuerit/omnia his contraria
facit. Dam⁹ ne ista sic se habere? an adhuc am
bigui sumus? Cli. Nullo modo ambigimus.
Ath. Vtrū ergo aie gen⁹/celū/terrā/totūqꝫ
orbem regere arbitramur? quod mente uirtu
teqꝫ refertum est? an quod caret utrisque?
Vultis ne ut ita respondeamus? Cli. Quo pa
cto? Athe. Ita dicam⁹/o/mirifice uir: si uni
uersus celi circuitus/⁊ omnium que ī eo sunt/
progressio/mentis motui ⁊ circulationi ⁊ ra
tioni similem habet naturam: ⁊ simili quadam
ratione peragitur/constat animaꝫ totius mun
di curam habere concedendum esse: unde tali
ratione circumuoluatur. Cli. Recte. Athe.
Sin uero furiose et sine ordine mouetur/ma
lam. Cli. Hec quoque recte. Atheniensis.
Quam igitur mentis motus naturam habet?
Sed ad hanc questionem/o/amici prudenter
respondere difficile est. Quare par est ut ego
uobiscum respondeam: Cli. Probe loqueris.
Atheniensis. Cauere itaqꝫ debemus/ne quasi
ex opposito ad solem conuersi ⁊ in meridie no
ctem agentes/perinde respondeam⁹/ac si mor
talibus oculis mens sufficiēter conspici cogno
sciqꝫ possit. Tutius enim uidebimus: si ad ima
ginē eius respiciamus. Cli. Quo pacto dicis?
Atheniensis. Videamus cui potissimuꝫ decem
illarum agitationum similis sit intellectus: ut
tanquam imagine hac utamur. Eam ego in me
moriam uobis reducaꝫ: ⁊ pro omnibus respon
debo. Cli. Optime. Atheniēsis. Meminisse
oportet ⁊ illud a nobis in superioribus esse di
ctum: omniū que sunt/alia stare/alia uero mo
ueri. Cli. Sic dictum fuit. Athensis. Quin
etiam eorum que mouentur/non nulla uno in
loco/non nulla in pluribus agitari. Cli. Hoc
quoque. Atheniensis. Motus autem qui sem
per in uno fit/necessario circa mediuꝫ aliquod
agitur: et circuli torno confecti similis est:
ideoqꝫ mentis circuitum pro uirib⁹ imitatur.
Cli. Quomodo id dicis? Atheniensis. Per
eadem certe. eodem modo. in eodem. circa ea
dem. ad eadem. Vna ratione ⁊ ordine uno fer
ri utraque assero. Nempe si dicamus mentem
motumqꝫ/qui in uno fit spere torno confecte
lationibus similes/nunquam rudes bonarum
imaginum opifices erimus. Cli. Recte admo
dum. Athe. Contra ergo motus qui nunquaꝫ
similiter: nec per eadem: nec in eodem: neque
circa eadeꝫ: neqꝫ ad eadeꝫ/neqꝫ in uno fertur:
nec ordine ⁊ ornatu rationeqꝫ aliqua/omni
profecto amentie cognatus est. Cli. Procul
dubio. Atheniensis. Iam ergo aperte possu
mus clamare/cum ab anima cuncta circumdu
cantur/necessarium esse celi circuitum a procu
rante exornāteqꝫ anima circumduci: siue opti
ma illa quideꝫ/siue contraria. Cli. At hospes
ex dictis iam apparuit/nefas esse aliter dicere
qꝫ ab anima/omni uirtute referta siue una seu
pluribus hec omnia circumagi. Atheniensis.
Optime tu clinia citoqꝫ hec intellexisti: sed il
lud adde. Cli. Quid nam? Atheniensis. Si
solem/lunaꝫ: ceteraqꝫ sydera anima ducit cun
cta: non ne singula quoque. Cli. Quid ni?

Athe. De uno igitur uerba faciamus: q̃ astris omnibus possunt accommodari. Cli: De quo? Athe. Solis quidem corpus omnes homines uident: animam nemo. nec etiam alterius animalium corporis: nec uiui nec mortui. Idq; genus cum nullo corporis sensu percipiatur, sola mente comprehenditur. Quare & nos de ipso hoc sola intelligentia capiamus. Cli. Quid nam? Atheniensis. Cum solē anima moueat, si triū modorū aliquo ab ea fieri hoc asserim9, fortasse nō aberrabimus: Cli. Quos dicis modos? Atheniensis. Quod uel intus in hoc rotundo corpe inest: & quolibet ipsum trāsfert: quēmadmodum nos anima nostra quolibet ducit. Uel ipsa foris quidē est: & corpus aliquod ignis uł aeris nacta: ut quidam aiunt, per uim corpus corpore pellit. Uel tertio, quāuis ipsa nuda corpore sit, quia tamen alias uires supra modum mirabiles hēt, facile ducit. Cli. Certe uno istorum modorum ab anima agitari cuncta necesse est. Atheniensis. Prestat autem ut siue curru quodā intrinsecus teneat corpus illud, eius aīa, lumenq; ita cunctis effundat: siue foris sit, seu quomodocumque quis excogitet, deum esse ipsam omnes arbitremur. An aliter? Cli. Ita certe, nisi qs extrema dementia teneatur. Atheniensis. De uniuersis preterea stellis & luna, annis, mensib9, cunctisq; temporibus, quid aliud q̃ hoc ipsum dicemus? Quoniā anima aut anime omnibus uirtutib9 predite borū omniū cause demonstrate sunt, deos esse eas affirmabimus: siue in corporibus sint & tanquam animalia quedam celum totū exornent: siue quomodocumque aliter agere id dicātur. Cli. Omnino. Atheniensis. Ita ergo istis concessis, poterit ne aliquis negare plena deorum omnia esse? Cli. Nullus adeo mente captus est, hospes. Atheniensis. Ei ergo qui deos esse negat, positis terminis, o clinia & megille sermonē iam relinquamus. Cli. Quos terminos imponemus? Atheniensis. Ut uel doceat nos non recte opinari, cum animam generationem primam omnium dicimus: ceteraq; a nobis consequenter dicta, uera non esse: Uel si nihil melius q̃ nos dicere potest, nobis credat: & ita in posterum uiuat, ut deos esse non ambigat. Uerum consideremus nunc utrum suffi̇cientēr deos esse aduersus negantes ostendimus, an non? Cli. Sufficienter dictū est hospes. Atheniensis. Disputatio igitur aduersus istos, finē habeat. Sed ille iam qui quamuis deos esse dicat, curam tamen humanarum rerum negat habere, sic a nobis est suadendus. O uir eximie dicamus, natura quedam diuinitati cognata ad rem tibi coniunctā affirmandam colendamq; ducit: quando deos esse asseris: Sed improborum iniustorumq; hominum publice priuatimq; successus, qui licet reuera felices non sint, uulgo tamē felices habentur, & carminibus frequenter ceterisq; sermonibus extolluntur, temere ad impietatem te precipitem agunt: Aut etiam cum scelestos homines uideas ad senium usque ita deuenire, ut filios atque nepotes in maximis relinquant honoribus, ualde turbaris? Audisti fortassis, aut etiā ipse uidisti nō nullos, quamuis iniuste & impie multa gesserint, propter ipsa tamen scelera ex re parua in magnā & ex infimo gradu ad tyrannidem peruenisse. Propterea cum deos harū rerum auctores esse propter ipsam cum illis coniunctionē incusare & aduersus eos peccare nolis, non nulla ductus absurditate: ac diis ipsis succensere non ualens huc tandē delapsus es, ut licet deos esse arbitreris, humanas tamen res ab illis negligi credas. Ne igitur hec opinio ad grauiorē te trudat impietatis morbū: remedium pro uiribus, opinionem hanc refutantes adhibeamus. Quocirca sequentem disputationē cum precedente illa ratione iungemus: qua aduersus eos esse qui deos esse negabant, usi sumus. Tu uero clinia & megille, pro adolescente, ut fecistis hactenus, respondete. Atque ego si arduum quid inciderit, uos suscipiens ut nunc feci, trans fluuium ducam. Cli. Recte dicis: & ita facito: nos quoque pro uiribus faciemus. Atheniensis. Non erit forsan difficile demonstrare, deos non minus minimarum rerum q̃ maximarum curam habere.

presertim cum paulo ante dictum fuerit, eos omni uirtute refertos, prouidentiam omnium sibi propriam uendicare: Clinia: Et maxime quidem: Atheniensis: Quod sequitur, communiter inuestigemus, que sit uirtus eorum, qua boni esse conceduntur. Age non ne temperatum esse, mentemq; habere, uirtuti dantur, & contraria uitio: Clinia: Certe: Atheniensis: Quid porro? Non ne fortitudo uirtuti etiam datur: timiditas uitio? Clinia: Ualde: Atheniensis: Et horum alia turpia, alia honesta dicuntur: Clinia: Necesse est: Atheniensis: Et que in his uitia sunt, nobis quidem inesse posse: deos uero eorum participes nullo modo dicem9: Cli. Nec etiā quiuis concederet: Atheniensis: Nunquid negligentiā, delitias, ocium, animi uirtutem putabimus? An aliter? Clinia: At quomodo? Atheniensis: Num contra? Clinia: Ita sane: Atheniensis: Horū ergo contraria in contrarium: Clinia: Sic utiq;: Atheniensis. Qui delitiis, negligentie: ocioq; deditus est quem hesiodus ignauis maxime fucis similem dicit non ne odio nobis habetur? Clini: Rectissime profecto poeta ille cecinit: Atheniensis. Non ergo dicendus deus eos mores habere, quos odit. nec permictendus est ullus ita dicere. Clinia: Nullo modo: Atheniensis: An ille, ad quem operis alicuius effectio & cura maxime pertinet, magna in eo opere curabit? parua cōtemnet? Quomodo si hanc opinionem laudauerimus, non errabimus? Sed ita istud consideremus. Non ne siue homo siue deus duabus de causis negligit? Clinia: Quib9? Ath: Uel quia nihil interesse totius putat, si parua negliguntur. Uel quia licet interesse opinetur, pigritia tamen mollitieq; detentus, negligit. Aliter enim negligentia non contingit. Nam qn quis non potest omniū curam gerere magnorum paruorumq;: atque ideo in hecillitate impeditus, non curat, negligentia tunc in eo esse nō dicitur: Siue homo quidam sit impotens, siue deus aliquis non posse fingatur: Clinia: Non certe. Atheniensis. Sed nunc illi duo tribus nobis respondeant: qui licet deos esse concedāt alter tamen facile placabiles, alter in rebus paruis negligentes putat: primumq; sic interrogētur. Ambo deos asseritis scire, uidere, audireq; oīa: nihilq; ipsos effugere posse eorū: que aut sensu aut intellectu percipiuntur: hec ne ita se habere dicitis? An aliter? Sic: Deinde omnia eos posse: quecumque mortales immortales ue possunt? Clini. Absque dubio ita esse concedent. Atheniensis: Bonos etiam: immo optimos esse omnes quique confessi sumus: Clinia: Omnino: Atheniensis: Nulla ergo pigritia, nulla mollitie capi eos possibile: quando quidem tales sunt, quales esse consensimus. Nam a timiditate in nobis ocium nascitur: pigritia uero ab ocio atque mollitie. Cli Uera loqueris: Atheniensis Nullus ergo deorum ocio pigritiaq; corruptus quicquam negligit. Nullis eni timiditatis deus est particeps Clinia: Probe: Atheniensis: Ergo relinquitur si paruas paucasq; i uniuerso res negligūt ut ita negligant, aut quia contemnenda illa esse sciunt: aut quid nam aliud reliquum est, q̃ huius contrarium? Clinia: Nihil penitus: Atheniensis. Utrum ergo. O. uir eximie te dicere affirmabimus? an qd̄ p̄p̄ ignorātiā cū puidēre debeāt n̄ puidēāt? an sicut improbos homines dicimus, meliora quidem uidere sed uoluptate aut dolore fractos deteriora sequi, sic deos quamuis sciant prouidendum esse, similiter, non prouidere? Clinia. Quo modo id fieri potest? Atheniensis: Preterea res humane, uiuentis nature participes sunt. & homo ipse pre ceteris animalibus dei cultor diligentissimus est: Clinia: Apparet. Atheniensis. Quin etiam mortalia cuncta uiuentia, a diis fieri possideriq; quem admodum & celum uniuersum dicimus. Clinia. Proculdubio. Atheniensis. Iam ergo seu parua hec siue magna quis dixerit diis esse, nullo modo cum prouidentissimi atq; optimi sint, negligēda sibi sua possessioē. Sz istud preterea cōsiderem9: Cli: Quid nam? Athe: Nuz sensus & uires contrario inter se modo ad facilitatē difficultatemq; se

naturaliter habeant: Cli: Quid ais? Athe.
Parua quippe difficilius q̃ magna uidentur ⁊
audiuntur. Facilius autem tenentur feruntur
q̃ ⁊ prouidentia gubernantur / parua omnia ⁊
pauca q̃ eorum contraria: Cli: Certe multo
facilius: Atheni: Quid uero? cum medicus
totum corpus curare uelit ac possit / si magnos
prouiderit / parua contempserit / an bene huic
umquam se totum habebit? Clini: Nunquam.
Athe: Sed nec gubernatores / nec imperato
res / nec patres familias / neque ciuitatum mo
deratores / neqꝫ ulli omnino tales / paucis par
uisqꝫ neglectis recte multa ⁊ ingentia guberna
bunt. Nam lapides quoque magnos sine par
uis bene strui negant architecti. Cli: Certe:
Athe: Caueamus autem ne deum mortalibus
opificibus uiliorem putemus. Isti sane quanto
peritiores sunt / tanto arte una in propriis ip
sorum operibus ⁊ parua simul ⁊ magna exqui
sitius absolutius q̃ perficiunt. Deus uero qui
sapientissimus est / ⁊ curare potest ac uult: ma
gnis quidem prouidebit solum / parua autem
que facilius gubernari possunt / propter pigriti
am ⁊ ignauiam negliget? Clini: Nullo modo
hanc hospes de diis opinionem admictendam
putamus. Nefaria. n. hec ⁊ falsa penitus cogi
tatio: Athe: Satis iam aduersus eum / qui ne
gligentie crimine deos incusat / disputasse ui
demur: Cli: Certe: Athe: Uerum hactenus
quodammodo ratione coegimus / ut falsa se opi
nari confiteretur. Indigere quoque persuasio
ne / qua ueluti cantu quodam capiatur / existi
mo: Cli: Que nam hec persuasio est? Athe:
Huic adolescenti persuadeamus. eum qui toti
prouidet / ad uirtutem salutemqꝫ totius om
nia ordinare: cuius pars queque pro uiribus
quod sibi conuenit agit ⁊ patitur. atque his
singulis prepositi principes sunt: qui minima
rum etiam actionum passionumqꝫ per singulas
et extremas uniuersi particulas distributione
ad ultimum usque peracta curam habent. Qua
rum una tua. o. miser particula est / que ⁊ ad to
tum semper respicit / quamuis minima sit. Tu
uero ignoras / omnem singulorum generatio
nem illius gratia fieri / ut uniuersi ipsius beata
uita sit. eius substantia non tui gratia est: sed
illius tu gratia factus es. Medicus enim ⁊ arti
ficiosus opifex omnis / totius gratia singula fa
cit / ⁊ ad communem perfectionem dirigit om
nia: non totum ad partem / sed partes ad to
tum singulas referens. Tu autem moleste
fers: quia ignoras quo pacto quod tibi opti
mum est / uniuerso simul ⁊ tibi pro communis
generationis uiribus conuenit: Quoniam ue
ro anima cum corpore semper / modo cum alio
deinde cum alio coniuncta / uariis mutationi
bus aut propter se ipsam / aut propter aliam
animam commutatur / nihil aliud harum rerum
ordinatori tanquam talos iacenti restat / q̃
ut quasi transponendo permutet meliores qui
dem mores in meliorem locum: in deteriorem
uero deteriorem / prout singulis conuenit: ut
sortem sibi congruam singula consequantur.
Cli: Quo modo id ais? Atheni: Ea ratione
mihi dicere uideor / qua facilime dii cunctis
prouideant. Nam siquis ad totum semper re
spiciens / fingit queque / ⁊ ad ipsum omnia trans
figurat / ut ex igne aquam animatam / nec mul
ta simul ex uno / uel ex multis unum / prime
aut secunde aut tertie generationis participa
tia multitudine infinita transpositi huius orna
tus erunt. Nunc autem mira facilitas in eius
opere est / qui toti prouidet: Cli: Quo pacto
id rursus ais? Athe: Ita: Quoniam rex acti
ones hominum omnes animatas esse perspexit
multamqꝫ ipsas in se uirtutem / multam etiam
prauitatem habere. Quod ue factum est ani
mam ⁊ corpus / perditionem non pati / neque
tamen ethernum esse / qua lege dii sunt. Nam
si alterutrum horum perderetur / omnis cessa
ret animalium generatio: preterea quod ip
sius anime bonum est / iuuare: quod malum /
contra nocere: hec inquam omnia / q̃ perspexit
iccirco excogitauit ubi pars queque locata /
maxime / optime / facilimeque uirtuti

uictoriam / uitio uero ne uincat / impedimen
tum in uniuerso prebere possit: Adinuenit igi
tur ad uniuersum hoc / quale factum quodlibet
qualem sedem habitationemqꝫ ⁊ qualia loca sor
tiri debeat. Causas uero talis cuiusdam /
aut talis gignendi uoluntatibus nostris di
misit. Ubicumque enim quis cupiat / qua
lisque animus sit / ibi ferme semper habitat:
et talis fit / ut plurimum: Clinia: Congrue
: Atheniensis. Quecumque igitur animam ha
bent / transmutantur: quippe cum transmuta
tionis in se ipsis causam habeant. Transmutata
secundum ordinem legemqꝫ fatorum feruntur
Et que minus peccarunt / minus profunde / ac
in regionis superficie uagantur. que magis at
que atrocius / decidunt in profundum. Et in
regionem inferiorem delabuntur / quam infe
rorum uocabulo similibusqꝫ nominibus apel
lantes / tam uiuentes q̃ / a / corporibus soluti
somniant atque formidant. Anima uero que
maioris uirtutis uel uitii compos est / quando
propria uoluntate ⁊ assidua consuetudine uehe
mentius permutata / diuine uirtuti adhesit /
talisqꝫ precipue facta est: in locum similiter
longe meliorem sanctumqꝫ transfertur. que
uero contrario modo affecta est / in contrari
um translata uitam peragit suam. Hoc deo
rum qui celum habitant / o / puer et adolescens
qui / a / diis negligi putas / iudicium est / ut qui
peior sit / ad peiores / qui melior / ad meliores
animas tam in uita q̃ in omni morte profici
scatur: patiaturqꝫ ⁊ agat / que / a / similibus
ad similes fieri oportet. Quare nec tu nec ali
us ullus optet confidatqꝫ se adeo felicem fore /
ut iudicium hoc deorum effugiat atque exsupe
ret. Nam qui hoc sanxerunt / firmius q̃ cete
ra omnia stabilierunt: ut cauendum omnino
sit. Nunquam enim ab illo negligeris / nec si
ita paruus sis / ut in terre profundum ingredia
ris. nec si adeo sublimis fias / ut pennis eleua
tus in celum uoles. sed conuenientia suppli
cia dabis: siue hic manens. siue ad inferos p
fectus. siue ad remotiorem aliquem in acces
sibilemqꝫ locum translatus. Eadem quoque
de illis ratio sit: quos per nepharia scelera
ex paruis in magnos uiros euasisse intuitus
putasti ad felicitatem ex miseria peruenisse.
Quorum in operationibus uelut in speculo /
deorum ad omnia negligentiam inspexisse exi
stimasti. qui uidelicet ignorabas ad quid eo
rum progressus uniuerso conducant. Non opor
tet autem hoc. O. uir prestantissime ignorare
quod qui nescit / nec uiuendi formam unquam
conspiciet: nec uerba de uite beatitudine uel
miseria facere poterit. Quare si Clinias hic ⁊
uniuersus hic seniorum cetus tibi persuasit /
te quid de diis dicas penitus ignorare / satis
tibi deus fauerit. sin uero rationem ad huc
aliquam desideras / audi que ad tertium illum
dicemus / siquo pacto mentis es particeps:
Profecto deos esse / hominibusqꝫ prouidere /
satis arbitror demonstratum. Sed iniquorum
hominum eos muneribus corrumpi / nullo mo
do dici permictendum est / ⁊ si dicatur / omni
no pro uiribus refutandum. Cli: Preclare dic
tum. ⁊ sic agamus: Athenien: Age igitur per
deos ipsos / quo nam modo placabiles fiunt /
si quo pacto fiant: ⁊ qui ⁊ quales sunt / si pla
cantur: principes enim esse eos necesse est: qui
totum celum perpetuo gubernaturi sunt: Cli:
Certe: Athe: Sed quibus nam principibus si
miles sunt? qui ue illis principes similes? ut
possibile nobis sit / minores maioribus compa
rare. Utrum aurige aliqui certantium bigarum
tales sunt? aut nauium gubernatores? Fortas
se autem exercituum ducibus conferri possunt. Uel
medicis. Qui bella morborum ab humanis cor
poribus arcent atque propulsant: Aut agrico
lis inimicas orientibus stirpibus tempestates
timentibus cauentibusqꝫ aut etiam gregum ar
mentorumqꝫ pastoribus. Nam cum inter nos
conuenerit multorum bonorum multorumqꝫ
malorum ⁊ quidem plurium plenum esse celum /
inmortale aliquod bellum hoc est / ⁊ mirabili cu
stodia indiget. sed opitulantur nobis dii simul
et demones. Nos autem deorum demonumqꝫ
possessio sumus. Uerum iniustitia ⁊ intemperā
tia una cum imprudentia nos corrumpunt. Iu
stitia uero ⁊ temperantia cum prudentia que in uiri
bus deorum animatis inhabitant / salutem nobis afferunt

Breue autem aliquid horum habitare in nobis manifeste hinc licet conspicere. Nam anime in terra quedam habitantes iniuste, et ferarum instar atroces aduersus custodum animas, canum puta aut pastorum, uel etiam precipuorum omnino dominorum insurgunt uerbo, atq; lenociniis, deprecationeq; quorundam cantuum persuadent, ut fama malorum ē licere male agendo inter homines sibi plurima usurpare: nec aliquam inde penam persoluere. hoc nos delictum quo ad usurpationem plurium inhiatur, in corporibus animalium morbum uocamus, in anni temporibus pestilentiam, In ciuitatibus rebusq; publicis conmutato nomine iniustitiam: Cli: Omnino: Athe: Necesse est igitur eum, qui credit deos ueniam hominibus iniustis prebere, siquis ipsis rapine partem tribuerit, dicere eos esse ueluti canes, q[ui]bus lupi particulam rapine concedant, et illi muneribus his placati, greges diripi patiantur: Non ne hic eorum sermo est, qui placabiles esse deos predicant? Cli: Hic certe: Ath: Sed quibus predictorum custodum deos aliquis conferens, non erit omnium hominum ridiculosissimus? Utrum gubernatoribus, qui libatione uini atq; nidore carminum deuoluti, nauem simul nautasq; euertunt? Cli: Minime Athe: Sed neq; aurigis qui dum certant corrupti muneribus, aduersariorum curribus uictoriam ipsam cōcedant: Cli: Non certe. Turpis. n. hec in deos comparatio: Athe: At qui nec imperatoribus, nec medicis, nec agricolis, nec pastoribus similiter persuasis, nec etiam canibus, astutia luporum blande seductis: Cli: Bona uerba queso. Hec. n. audienda non sunt Athe: Nonne custodum omnium maximi, et in maximis rebus dii omnes? Cli: Ita prorsus: Athe: An optimarum rerum custodes et in uirtute custodie nimium excellentes, deteriores esse dicemus q; canes homlnesq; mediocres? q[ui] numquam muneribus ab iniustis hominibus impie acceptis iustitiā proderent: Cli: Nequaq; hic sermo ferendus est, et qui hac opinione laborat impiorum omnium iure pessimus et probatissimus iudicabitur. Tria igitur illa que proposuimus, deos videlicet esse, omniumq; curam habere, nec preter iustum precibus ullis flecti posse: sufficiēter ostēdisse uidemur: Cli: Certe et his nos rationibus assentimus: Athe: Uehementius quodammodo propter improborum hominum controuersias diximus. Sed hac de causa. O. amice Clinia contentiosa usi sumus oratione, ne praui dicendo se uicisse putantes, licentiam sibi datam credant faciendi quecumque uelint, et qualiacumque aduersus deos existimant facienda. hac inquam de causa, noua quadam et uehementiori dicendi ratione uti noluimus. Quod siquid ad persuasionem attulimus, ut iam uelint, mores suos odisse et contrarios complecti, probe nobis exordium legum de impietate, dictum est. Cli Speramus ita fore. sin minus: At genus orationis legum latori dedecori non erit: Athe. Post exordium, sermo legum interpres recte sequitur: qui impiis omnibus predicet, ut a suis moribus ad pietatem se se conuertant. Aduersus eos autem qui non paruerint lex ista de impietate ponatur. Siquis impie quicquam agit uel loquitur, qui forte presens fuerit, deos defendat, magistratibusq; significet. Quorum qui primi audierint, ad harum rerum iudicium, secundum leges deferant. Quod siquis magistratus audierit neque detulerit, ipse impietatis reus fiat. et qui uelit, pro ultione legum prosequatur. Et siquis cōdemnatus fuerit, iudices hunc pro singulis impie conmissis, singulis quibusq; afficiatur supliciis. Carceribus quidem omnes coherceantur. Tres uero sunt in ciuitate carceres. Unus plurimis communis in foro rerum uenalium: ubi multi ne fugiant, custodiuntur. Alter, ubi cetus eorum fit, qui nocte congregantur, correctionis nomine apellatus. Tertius. i media regione, ubi q; maxime desertus syluestrisq; locus ē supplicii noīe, notatus. Tres quoq; impietatis, ut supra narrauimus, cause sunt. Cumq; ex singulis huiusmodi causis duo q[ue]dam proficiscantur, sex erunt aduersus deos genera peccatorum: que ut diiudicentur digna sunt: nec equali similiq; pena indigent. Nam alii quamuis deos esse non credant, tamen propter iustum aliquem nature affectum, malos oderunt: et odio quodam aduersus iniustitiam moti ab iniuriis abstinent. Iniquos fugiunt: iustos homines diligunt. Alii uero ad hanc opinionem quod deorum presentia destituta omnia sint, proniores quoque ad uoluptates doloresque sunt, acumine etiam et memoria pollent. Utrisque, idest commune ut esse deos negent. In hoc autem erunt, quod ceteris hominibus ille minus, hic plus nocet. Ille quidem libere aduersus deos, sacrificia, iusiurandum obloquitur, atque ita alios deridendo, nisi puniatur multos forsan sibi similes faciet. Hic uero tandem habet opinionem: sed acriori ingenio preditus uulgo putatur: doloq; et insidiis plenus est. Ex istis multi sortilegi fiunt. et ad omne ueneficii maleficiiq; genus prompti. fiunt preterea ex istis non nunq; tyranni. exercituum duces. Concionatores. et qui solemnitatibus priuatis insidiantur et q[ui] homines captiunculis sophistarum decipiunt. harum profecto multe sunt species: sed legum positione digne due: quarum que dissimulatione refecta est, scelera parit non una tantum morte uel duabus digna sed pluribus. Altera castigatione simul et uinculis indiget. Similiter opinio qua dii negligentes existimantur duo gignit et qua facile uotis muneribusq; placabiles, alia duo. Cum ita impii distincti sint, eos quidem, qui non malis moribus sed amentia quadam tales facti, in correctionis carcerem non minus q; quinquennium permansuros iudex coniiciet. Quo in tempore nullus cum ipsis ciuium colloquatur preter eos qui nocturni cetus participes sunt. hi uero admonentes, ad salutem anime colloquantur. Cum autem uinculorum tempus exactum fuerit, qui modestior factus est, una cū modestis habitet. quod si rursus impietatis crimine condemnabitur, morte plectatur. Sed sunt non nulli qui ad eam opinionem quod dii sint, uel negligentes uel placabiles sint, inmanes quoque fiunt, hominesq; despiciunt. et uiuentes ad se multos alliciunt attrahūtq;, nec non defunctos se trahere consolariq; dicunt. profitenturq; se deos ipsos cantibus, sacrificiis, uotisq; mulcere. Et hoc lenocinio conantur domos et ciuitates uniuersas pecuniarum gratia perdere. Eorum qui damnatus fuerit in mediterraneis carceribus uinciatur. Nec ullus liber unquam ad eum accedat. sed statutum ipsi, a legum custodibus cibum, serui afferāt. Uita denique functum, extra regionis fines insepultum eiiciant: Quem siquis liber sepellierit, a uolente impietatis crimine accusetur. Quod si filios reliquerit ciuitati sufficientes orphanorum tutores, horum non minus q; reliquorum, ab eo die quo damnatus fuerit curā habeāt. Sed communis de omnibus his lex ista ponatur, que faciet ut multi minus uerbo et re in deos peccent, et ut ab amentia reuocentur. ex eo q[uo]d non licebit deos sibi deorumq; sacra preter leges effingere. Sit autem lex huiusmodi simpliciter cunctis imposita. Sacella nemo in priuata domo habeat. Cum uero animum quis ad sacrificandum induxerit, ad publica sacrificaturus accedat. et sacerdotibus hostias prebeat: qui curam harum rerum castissime gerunt. Quibus cum et ipse oret, et quicumque cum eo simul orare uelit. hec ideo ita fiant, quia sacella et deos instituere non facile est. Quippe magni ingenii est recte rem istam facere. Solent autem mulieres precipue, ac imbecilliores et in periculo constituti et indigentes ubicumque quispiam indigeat, et contra q[uan]ñ facultas rei alicuis affluit, quod adesse uidetur, semper consecrare: hostiasq; uouere: et statuas diis atq; demōib[us] et deoꝝ filiis polliceri. Phātasmatibus cōmoti uigilantes. et insomniis similiter, multa se uidisse pre formidine recordati. Ubi remedia singulis afferre conātur et aris sacellisq; omnes domos uicosq; replerunt. Quorum omnium gratia lex ista ponenda est. ac preterea impiorum causa, ne ista sibi operationibus usurpantes, sacella et aras suis in domibus statuant: putentq; deos clam uotis sacrificiisq; placare. atq; ita in infinitum suam iniustitiam augeant. Unde tam ad se q; ad eos qui sibi ista permictunt quāuis illi meliores sint, indignationem deoꝝ prouocēt

Quo pacto tota ciuitas iure quodammodo im
pietatis crimine teneatur. legum quidem lato
ri deus minime irascetur. Lex enim sit / sacel
la deorum / neminem in priuatis domibus pos
sidere. Si uero quispiam habuisse sacrificasseqꝫ
alibi qꝫ in publicis deprehendatur : q sensit / ad
legum custodes deferat. Ipsi autem si nihil ma
gni sceleris a femina siue a uiro factū sit ad pu
blica tēpla iubeāt priuata sacra deferri : ⁊ si nō
illico delata fuerit / mulctēt / donec ōferātur.
Siquis autem non puerilem / sed nefariam im
pietatem commiserit / siue in suis priuatim siue
in publico deorum cultu sacrificando delique
rit / morte ut impure sacrificans / condēnetur.
puerile uero esse uel non / custodes legum iudi
cent : tractoqꝫ ita impios in iudicium impie
tatis reos esse delarent

Finis.

Argumentum Marsilii Ficini in Undecimum Librum.

PLATO noster / quemadmodum
et philosophorum omnium sapien
tissimus / ⁊ eloquentissimus orato
rum : ita iuris consultorum omni
um prudentissimus / ne in contrac
tibus cogeretur ut solent ceteri uastum legum
interpretationumqꝫ / ⁊ id quidem frustra opus
conficere : merito ante qꝫ descenderet ad con
tractus forensiaqꝫ commertia / studuit discipli
nis / legibus / iudiciis / religione ciues bonos ef
ficere : sperans iustos homines uel absqꝫ legibus
sponte fidem ⁊ ueritatem in omni commertio
prestituros. Et profecto admodum oportune

post leges de iudiciis pertinētibus ad personas
leges iudiciorum ad res spectantium adducit i
medium : quibus tam aduene qꝫ ciues discant
iuste deponere / seruare deposita / atque pacta /
aliena non mouere / sua cuiqꝫ reddere / dti libe
ris / ⁊ libertis / ⁊ seruis / uendere / emere / redde
re / ducere / militare / tueri pupillos / testari /
testamenta seruare / hereditates administra
re / nuptias conciliare / diuortium facere / fami
liam gubernare : preceteris uero parentes reli
giose uereri / nihil adulterare / ueneficia odis
se : iram insaniamqꝫ uitare / iurgia / cōtume
lias / detractiones fugere / restituere damna.
Ueritatē i testimoniis iuramentisqꝫ seruare /
atque hec ferme ē undecimi huius libri materia.
Post hec autē / ut solemus / obscuriora quedam
arbitramur breuiter exponenda. Principio
deam itineris geminam esse scito indicatricem
scilicet atqꝫ seruatricem. Et illam quidem esse
lucem sub nomine lune : hanc uero sub diane no
mine fidem : ⁊ quicquid casu quodam alienum
in itinere repertum est / deo esse dicandum : ut
agnoscas fortunam prosperam / esse ad dei
prouidentiam referendam. Contemplare Pla
tonicam bonitatem / uidelicet uetantem in em
do atque uendendo / nō solum rem adulterare /
mentiri / peierare : sed iurare etiam : immo ne
ro ⁊ rem uenalem laudare ⁊ in eadem die pre
tium permutare. Ubi illud edisce. Nemo di
is innocatis mendacium dicat / aut decipiat /
aut adulterare / uerbo uel re quicquam audeat /
nisi deo uelit odio esse : cui quidem primum
odio est / qui falso iurans deos paruipendit. de
inde qui coram maioribus suis mentitur. ⁊ ui
de iterum atque iterum qꝫ libera ⁊ integra Pla
to optet ingenia ciuium / a quibus omnem cau
ponandi licentiam procul expellit. Addit quo
que tum opulentiam tum egestatem esse morbū
ingeniorum. Inde enim inflatiores / hinc debi
liores abiectioresqꝫ homines fieri. Ubi uero
ait Palladē / Uulcanūque / ⁊ Martē artibus pre
sidere / ex multis Platonis mysteriis alibi atqꝫ
alibi traditis collige. Ioui summo mundi ar
chitecto trinitatem quandam numinum / quaꝫ
opificiā Platonice nominamus / semp adstare
In qua qdē trinitate prima sit Pallas. secūdus

autē Uulcanus. Mars uero tertius. Sed quē
admodum trinitas tota ad Iouem ipsum a
quo est / refertur / ita ferme uulcanus ⁊ mars re
feruntur ad palladem Dicto nūc qd i marte /
potentiā. In pallade / sapientiā. In uulcano /
igneum spiritū somniasse uidetur. Tria certe
ad ipsam Iouis artem / qua uniuersum perficit
requiruntur. primū quidem ratio ipsa / per quā
singula sit facturus. secundum efficax eorꝫ que
ratione conceperat / expeditio. Tertium eo
rum que i effectum expedienda sunt salus atqꝫ
defēsio. Idea primi / palladem : Secundi / uul
canū. Tertii / Martem noiat. Et quia utrūqꝫ
scilicet tā conseruatio siue defensio qꝫ expedi
tio uel expressio rerꝫ idiget ratione atqꝫ sapia
ideo pallas ⁊ uulcano preest ⁊ marti : ⁊ quicquid
uel / a / uulcano fabricatur uel / a / marte postqꝫ
fabricatum est defenditur ⁊ in sua forma serua
tur / Pallade duce peragitur. horum uero triuꝫ
in arte diuina regnantium / tria quoqꝫ in natu
ra uidemus uestigia. per palladem quidem / or
dinem / quo singula disponuntur. per uulcanuꝫ
uo / efficacē progressum ⁊ promptum quasi par
tum / ad quem omnia properant. per martem ō
niqꝫ / munitissimā structuram a generantibus
adhibitam genitis : ⁊ uaria propugnacula natu
ram propriam a contrariis defendentia. Tria
similiter in arte humana quidē omni / maxime
uero ciuili esse debent : Ut singula ⁊ sapienter
priusqꝫ fiant excogitētur. ⁊ mature strenueqꝫ
expediātur : ⁊ ea forma qua excogitata ex pm
ptaqꝫ sunt / seruētur atqꝫ fortiter defendantur
Et ut cognoscamus artem humanam in his om
nibus absoluendis / non minus qꝫ naturam ab ip
so deo idcirco pēdere : inquit tres illos deos hu
manis artibus presidere : Ac ne solas a diis ar
tes habuisse putemus / addidit deos uite datores
reuereri maxime omnium oportere : adeo ut ul
eorum nomina non sint uel impudenter uel te
mere proferenda : sꝫ omnia uel minima ad eos p
tinentia pure reuerentur / casteqꝫ tractanda.
Quibus preceptis nihil potest sanctius cogita
ri : si modo non deos / sed deum noiauisset. Sed
ecce / unam Iouis summi substantiam introdu
xit : neqꝫ multiplicauit substantias / dum multi
plicaret ideas / quid nā ultra i eo desideramus s

Qui etiam ubi deos nominat / non aliter sentit
qꝫ qui dixit millies mille ministrabāt ei. Neqꝫ
uero silentio pretereunduꝫ est / quod ait animā
a deo uitā accipere / intelligendum esse uitam
mediā inter illam que i eternitate manet / qua
lis est angelica tota simul / atqꝫ illāque quodā
tempore clauditur. mediam inqꝫ ex eternitate
temporeqꝫ compositam. In qua celi instar sub
stantia qdē semper manet / actio uero ⁊ affectio
fluit semper. Ideoqꝫ in libro superiore / ani
mam dixit ⁊ esse simul ⁊ fieri / esseqꝫ inperdibi
lem. Non tamen eternam / qua lege sunt dii.
idest non omnino manentem. Dixit autem de
os, idest angelos manere / non ex se quidem / sꝫ
lege diuina / eos per se mobiles eterne sistente.
Ait corpus quoque imperdibile esse. Corpus
certe celeste. Forte uero ⁊ elementale / quate
nus ⁊ elementorum moles / ⁊ materia prima nō
disperduntur : ex quibus in politico inquit cor
pus idem quādoqꝫ diuinitus recreari. Notabis
ubi de testamentis loquitur ⁊ personam ⁊ rem
cuiuslibet ciuis / non sui ipsius esse / sed patrie.
Item ubi de orphanorum cura tractatur / ani
mas defunctorū res nostras sentire : atqꝫ cura
re : sentire inqꝫ per corpus celeste atqꝫ aereum
⁊ curare pre aliis alia ad que uel natura / uel ha
bitu / uel diuina prouidentia magis afficiūtur.
Presertim animas / que cum mediam tenuerint
uitam / mediam quoque obtinent regionem.
Mediam dico tum situ tum qualitate. Situ q
dem inter celum ⁊ terrā / qualitate uero inter
beatitudinem summam extremamqꝫ miseriam.
Meminisse namqꝫ oportet in libro superiore fa
isse dictum / quemadmodum certe quedam natu
re congrua loca / ⁊ conuenientes naturas adsci
scunt / sic animas cum facte ex se tales fuerint
aut tales consequenter pro similitudinis ipsius
natura ad gradus sedesqꝫ ⁊ similes ⁊ similium
transmigrare. Ut celestes quidem facte / cele
stia / terrene uero / terrena / aeree autem aerea
petant. Profecto cum alia non nulla circa
animas Plato affirmare non audeat / huc usqꝫ
tamen / ⁊ hic ⁊ in libro de scientia euidentissi
me asserit : atqꝫ alibi sepe significat. Unde ⁊
ait cauendum esse pupillos ledere / ne paren
tum anime nobis iure succenseant : Idemque oo iiii

I nono du℥ ageret de homicidiis/ īquit/ animas s. interfectoribus indignari. Huic illud simile: Marianorum anime Syllam solicitabant hinc ⁊ tragedie furentem horeste℥ agunt. Aiadvertes post hec ubi de parentu℥ cultu tractatur honorādas qde℥ sacratas deoꝝ statuas/ nō propter se/ sed quia deos nobis significant. Sed magis honorandos esse parentes/ quasi animata deorum simulachra. Audit imprecationes parentum ī filios exaudiri a deo/ neq℥ quicq̃℥ accidere filiis pestilētius. Audies post multa iteru℥/ quod est ual de platonicum. Penis maligni uexantur/ non quia fecerunt. Nam quod factum est infectum esse non potest: Sed nequid tale post hac fiat: ⁊ ut iniustitiam odio tam qui puniūtur/ q̃℥ qui puniri intelligunt pseq̄uātur/ aut saltem minus in simili uitio delinquatur. Preterea iudicem legum latoris interpretem esse/ iustitieq℥ ministrum. Punit deinde susurrones detractoresq℥/ ⁊ qui ī ira obiurgant atq℥ conuitiantur/ ⁊ qui grauiores personas mordacibus iocis offendunt: ⁊ qui inter iocādu℥ acrius irascuntur. Audies maxīe timēda℥ esse diuina℥ uindictā/ ubi quis ī testimoniis iuramētisq℥ mentitur. Audies deniq℥ in testimonio/ atque iureiurādo/ ueritatem ipsā p themide℥. Iouēq℥ et apollinem/ esse firmandam. Per themidem qdem significatur ius fasq℥/ ⁊ ciuile ⁊ sacru℥/ ⁊ apud homines/ ⁊ apud deum: ut intelligat qsqs iurādo testificandoq℥ mētitur/ cōtra ius fasq℥ humanum/ diuinum/ cōtra homines/ contra deum grauiter se peccare. Per Iouem uero/ qui nutu omnia concutit/ cognoscat/ si peccauerit diuine potētie ultionem se nequaquam euitaturam. Per Phebum autem/ ne confidat delicta sua/ presētia/ uel preterita/ eū latere posse qui futura omia uaticinio presagit.

Vndecimus Liber. De Pactis.

EQVITVR ut dicamus de pactis: conuenientemq℥ iis ordinem tribuamus. Simplex autem illud sit: ut nec mea qsq̃℥ pro uiribus tangat/ nec moueat meoꝝ quicq̃℥ etiam minimum/ nisi mihi persuaserit. Atq℥ ego idem dū mentis compos fuero/ alienis in rebus efficiam. In primis quidem thesaurum eum dicimus quē sibi quisq℥ ⁊ suis deposuit qui meoꝝ parentum non erat/ nec reperire unq̃℥ optarim nec si reperim/ moueam: nec ariolis depositum accipere consulentibus credam. Nunq̃℥. n. mihi tantum pecunia pderit/ si accepero: quantum uirtute animi institiaq℥ excellam/ si non accepero. Pro possessiōe igitur pecunie melior mihi possessio animi iustitia erit/ si uirtutem diuitiis preposuero. Quippe cum bene de multis dicatur: que immobilia sunt/ mouenda non esse/ perpulchre etiam de hoc uno dicetur. Sed uulgate quoque de his rebus fame credendum est/ generationi hec liberorum non conferre. Siquis uero de liberis non curet/ legisq℥ latore℥ negligat/ ac ideo que nec ipse nec suoꝝ aliquis deposuit eo inuito qui deposuit/ auferat: is legem illam optimam ⁊ simplicissimam aspernatur/ quā generosus uir pmulgauit/ q dixit. Que nō deposuisti/ ne tollas. Quid ergo hunc pati oportet q hos duos legis latores despexit: quodq℥ ipse nō deposuit/ substulit/ nec paruum quiddam quod abstulit/ sed magnus thesaurus fuerit. Que pena huiꝰ a diis debeatur. deus quidem ipse nouit. Que uero ab hominibꝰ declarabimꝰ. Qui prius inspexit/ indicibus indicet. Ac si in urbe delictum est/ edilibus. sin uero in agro agroꝝ curatoribus eoꝝq℥ principibus. si in foro reꝝ uenalium/ eaꝝdem curatoribꝰ id significet. Req℥ ita patefacta delphos ciuitas mittat/ ⁊ qd ō oraculo dei tam de pecunia q̃℥ de illo qui pecuniam mouit/ dictum fuerit/ id ciuitas deū secuta confirmet. Et q fecit inditium si liber fuerit in uirtutis ueniat opinionem. ⁊ contra/ uitii/ si sciēs celauerit. sin autem seruus fuerit/ pretio a ciuitate domino eius collato/ liberādus ē. Seruus uero qui celauit/ morte plectendus. hanc legē illa deinceps similis de paruis simul ⁊ magnis sequitur. Siquis rem suam alicubi uolēs/ uel contra/ reliquerit/ non tangat/ qui forte repperit/ sed putet deam itineris a lege sibi hec consecrata seruare. Quicūq℥ uero hac lege spreta/ domum hec suam asportauerit si seruꝰ sit ⁊ parui pretii a quocūq℥ ob uiā facto/ ⁊ ultra ānos trigita nato uerberibus multis pulsetur Sin aūt liber/ illiberalis primo preuaricatorq℥ habeatur/ deinde etiā decuplu℥ pretii rei illiꝰ quā mouit/ ei qui reliquit retribuat Quando quis magnū aliquid de suis uel paruū ab aliquo teneri conqueritur/ quod ille habere quidem fatetur/ sed eius qui petit/ esse negat/ si res apud magistratus conscripta ē secundum lege℥/ uocetur ad magistratus qui tenet. Req℥ ipsa patefacta/ si cōscriptum est/ alterius de aduersariis rem esse ille ipse habeat. Quod si neutrius esse/ s℥ absētis cuiusq℥ inueniatur/ qui sufficiente℥ fideiussionem nō dederit/ illi se absenti cuiꝰ est/ rem traditurum/ is tantūdē deponere cogatur. Seꝝ si apud magistratꝰ res qua de agitur/ conscripta nō sit/ tunc apud tres inter magistratus seniores usq℥ ad latam sententiam deponatur. ac si aīal est de quo ambigitur/ lata sententia qui cecidit causa magistratibꝰ ipsis īpendium alimentoꝝ restituat. Tribus uero diebus id iudiciu℥ absoluatur. Mentis quilibet cōpos seruum suum ducat quo uelit/ honeste ipso usurus. ducat etiā amicoꝝ necessarioruꝫue/ ut fugitiuū restituat ī gratiā. Qō siqs aliquē ut seruū ductū ad libertatē uēdicet/ dimictat qō℥ q substulit/ q ūo ita ductꝰ ē si tres fideiussores dignos prebuerit sic iure sit ereptus. Aliter si abduxerit/ uim intulisse uideatur: damnatusq℥ duplū damni ei restituat/ a/ quo abstulit. Liberta℥ quoq℥ suū unusquisq℥ ducere possit/ si ab eo nō colitur/ aut si nō sufficienter colitur. Cultus aūt est/ primum ut ter domini domum mensibus singulis ueniat: paratumq℥ se ostendat facere quicquid honestum possibileq℥ sibi sit. de inde ō matrimonio qcquid domino uidetur/ faciat. Nec ei liceat maiores sibi diuitias comparare q̃℥ ille possideat/ qui liberauit. Sed quicqd plus habuerit/ domino detur. libertus autē sić et peregrini/ ultra uiginti annos ī ciuitate nō maneat: s℥ post id temporis bonis suis acceptis abeat: nisi dūo quondam suo ⁊ magistratibus psuaserit. Si autem liberti ⁊ pegrini alicuius bona tertium censum excesserint/ trigesimo die postea q̃℥ ho: factum deprehensum ue sit/ rebus suis acceptis recedat/ nec ulla sibi ulterius manendi facultas/ a/ magistratibus concedatur. Huic legi siquis non obtemperasse condemnatus fuerit/ morte plectatur ⁊ bona sua in publicam redigantur. Hec tribnum iudices cognoscant/ nisi prius per uicinos ⁊ arbitros/ litigātes cōciliati fuerit. Siqs aīal aut rem aliā suā esse dicit/ q habet/ ad eū referat q uēdidit: uel legitie sufficiēterq℥ donauit/ uel qūocūq℥ aliter ualiō firmiterq℥ tradidit/ et ueritas si ad ciuē uel urbis incola℥ ille rettulit/ intra triginta dies inueniatur. sin autem ad externos/ mensibus quinq℥: quoꝝ medius ille sit mensis in quo ab estiuo sol circulo ad hyemalem recurrit. Quecūq℥ emendo uendēdoq℥ cōmutantur ī statuto fori loco permutentur/ dando accipiendoq℥ ultro citroq℥ rem ⁊ rei pretiu℥ illico/ nec alicubi alibi. Nulla uero emptio uenditioq℥ ad terminu℥ fiat. Quod si aliter aut in aliis locis permutatio facta fuerit/ nullum sit secundum legem/ de ipsa iudicium. Sed nec de collatione/ cum non nulli ad aliquid inter se agendum/ pecuniam uel quod ius aliud conferant/ iudicium reddatur. Venditor/ qui pretiu℥ rei uendite non minꝰ q̃℥ triginta dragmas accepit decem ī ciuitate necessario dies expectet: nec diuersorium eius emptor ignoret Id uero que relarum redditionumq℥ legitimarum gratia/ que ī his contingere solent/ ita fieri uolumus. Redditio autem legitima a non legitima ita discernitur. Qui quis seruum uendidit/ phrenesi. uel calculo. uel stranguria uel eo morbo quem sacrum apellant/ aut alia quouis plurimis occulta ⁊ longa ⁊ egre sanabili corporis siue mentis egritudine laborantem/ si medicus aut gymnasticus emit/ reddere non liceat. S℥ nec etiam quando uenditor emptori cui uis ueritatem predixerit. Sin autem artifex aliquis huiusmōi reꝝ pitꝰ/ ignaro ⁊ rudi cuipiā tale aliquid uendidit/ qui emit/ citra sex menses in aliis/ in morbo uero sacro usq℥ ad annum integrū reddere possit. Iudicium uero hoꝝ reꝝ apud

medicos agatur: quos communi consensu litigantes elegerint. Et q condemnatus fuerit / duplum pretii eius quo uendidit / emptori persoluat. Quod si imperitus imperito uendidit / quemadmodum de superioribus dictum est / redditio iudiciumq; fiat. & q conuictus fuerit / simplex pretium deferat. Quando quis homicidam uendidit si sciens quidem scienti / non redoatur. si nescienti / tunc redoatur / quando senserit emptor. Id uero iuniores de legum custodibus quinq; cognoscant. Ac si non ignorasse inuenietur / emptoris domum primo secundum legem interpretum a piaculis purget. deinde pretii triplum illi deponat. Qui minimum pro minimis. aut queuis animalia / & cetera quecumq; uelit / commutat / nec afferat nec accipiat adulteratum quicquam / legemq; istam diligenter obseruet. Sed huic quoq; legi quemadmodum legibus aliis exordium preponatur. Adulterationem quidem mendacium deceptionemq; quasi genus unum putare oportet. In quo sane multorum damnandus est sermo: qui hoc ipso / quandocumq; oportune fit recte se uti affirmant. Cumq; occasionem ipsam ubi & quando non determinent / & sibi & aliis hoc uerbo multum officiunt. Legis autem lator ita indeterminatum istud non obmictet: sed diligenter pluribus paucioribusue terminis declarabit. Atqui & nunc ita determinetur. Nemo diis inuocatis mendacium dicat. aut decipiat. aut adulterare uerbo uel re quicq; audeat / nisi deo uelit odio esse. Cui quidem primum odio est qui falso iurans / deos paruipendit. Deinde q coram maioribus se / mentitur. Maiores uero aliis eos dicimus: qui aliis prestant: ut seniores communiter iunioribus. parentes natis. uiros mulieribus atq; pueris. principes subditis. Quos reuereri par est / cum in omni principatu tum uel maxime in ciuili. Cuius gratia in hunc sermonem incidimus. Quicumq;. n. aliquid in foro adulterat / mentitur certe ac decipit / diisq; aduocatis aduersus rerum uenalium curatores eorumq; iura peierat. qua certe in re nec homines ueretur: nec deos colit. Equum profecto est nomina deorum non facile inquinare. nec ea huc atq; illuc deuoluere. sed omnia que ad deos pertinent / pure casteq; seruare. Qui his rationibus

non persuadetur / hac lege urgeatur. Qui uendit in foro aliquid / numq; sue rei uenalis duo pretia dicat. Sed cum simplex imposuerit pretium si non uendiderit. referat iterum / & eadem die / nec maius nec minus pretium petat. Laus autem rei uenalis & iuramentum longe absit. Eum uero qui hanc legem transgreditur / quilibet ciuis non pauciores q triginta natus annos / cum iurante audierit / impune uerberibus cedat. Quod si non fecerit / legum proditor habeatur. Eum uero qui legi non obtemperauerit / remq; adulteratam uendiderit: quicumq; aduertit potestq; arguat: & q coram magistratibus redarguerit / seruus quidem aut inquilinus rem adulteratam secum asportet. Ciuis uero si accusare neglexerit / quasi diis substulerit / improbus habeatur. sin accusauerit conuiceritq; / diis qui foro presunt / dedicet. huius autem rei q deprehensus fuerit manifeste uenditor non solum re ipsa priuetur: uerum etiam tot uerberibus publice cedatur / quot dragmis uendebat / preconum uoce causa cur uerberetur / declarata. Sed uendentium omnem malitiam adulterationesq; ipsi rerum uenalium curatores custodesque legum ab hominibus harum rerum peritis diligenter inquirant: & in columna conscriptas in foro proponant ut plane ex his pateat / quid oportet / & quid non / uendentes facere. De edilium uero legibus satis supra diximus. Et siquid deesse edilitiis legibus uideatur / ediles ipsi cum legum custodibus habito consilio suppleant: deinde in columna primas secundasq; istitutiones inscribant. Post adulterationem sequitur ut de cauponatione dicamus: de qua consilium primo & rationem dabimus. legem deinde ponemus. Cauponatio omnis in ciuitate non nocendi gratia / sed cotra omnino naturaliter adiuenta est. Quo modo. n. ille non prosit / qui rem pecuniariam immoderattam & inequalem / ad equalitatem modumq; redegit? Quod nummularius. mercator. mercennarius. & hospitalis diuersorii magister faciunt. hi. n. ceteriq; huiusmodi / siue honestiores siue turpiores / indigentiam supplere / rebusq; equalitatem prebere conantur. Sed consideremus / que nam huic rei causa calumnie sit. & cur honesta non uideatur. ut & si non

totum / attamen partem legibus ordinemus: Clinias. Res hec ut uidetur / nec exigua est / nec paruam uirtutem postulat: Athe: Quomodo dicis Clinia? Pauci admodum natura homines: & ii quidem optima educatione perducti qn egestate cupiditateq; rerum aliquarum afficiuntur / ita continere se possunt / ut moderate se gerant: & cum liceat magnam pecuniam capere / modica contenti sint: mediocritatemq; excessui anponant Uulgus autem contra facit omnino. Inmoderata. n. cupit. & cum mediocriter lucrari liceat: inexplebili lucri cupiditate uexatur. Quo circa omnia genera hominum que in cauponatione. mercatura / diuersorioq; uersantur / calumnie & obprobrio subiacent. Nam siquis / quod absit neq; fiat unq; / modo cogeret dicam. n. & si dictu ridiculum est: siquis inq; cogeret optimos ubiq; uiros ad aliquod tempus diuersoriis preesse aut cauponari / aut huiusmodi aliquid facere / mulieres quoq; sanctissimas aliqua fati necessitate ad hec similiter descedere: cognosceremus plane honesta & approbanda hec esse. Quippe nisi corrupte fierent / matrum nutriciumq; personam gerere / non iniuria qui hec faciunt / putarentur. Nunc uero in desertis locis ad q multe longeq; ducunt uie / cauponandi gratia domos edificant: optato diuersorio tempestate pulsos suscipiunt: & caloribus pressos recreant. deinde non tanq; amicos hospitalibus muneribus donatos remictunt: sed ut inimicos atq; captiuos crudeliter se redimere cogunt. rebusq; omnibus spoliant. Hec autem ceteraq; huiusmodi in his omnibus turpiter acta faciunt / ut huiuscemodi studia que indigentibus opem ferunt / calumnie sint subiecta. Quorum remedium / a / Latore legum excogitandum est. Recte igitur iam olim trito prouerbio dicitur. Arduum esse aduersus duo contrariaq; pugnare. Quemadmodum in multis aliis morbis & in isto contingit. Pugna. n. nunc nobis ad duo iminet. diuitias atq; egestatem. quorum alterum hominum animum delitiis mollitieq; corrumpit alterum doloribus ad impudentiam trudit. Quod igitur remedium in ciuitate prudenter instituta ad pellendum hunc morbum excogitabimus? Danda est opera primum ut q minimo pro uiribus

cauponum genere in ciuitate utamur. Deinde his hominibus cauponandi artes commendande sunt: quibus corruptis / non magnum ciuitas detrimentum incurrat. Tertio inuenienda uia & ratio est / ne facile impudentia atq; illiberalitate illorum hominum animi repleantur. His dictis hec magnesiensibus lex de huiusmodi rebus bona fortuna feratur: quorum urbem deus erigens coli iterum facit. Nullus eorum qui de quadraginta & quinq; milibus domorum sunt / caupo mercatorq; nec sponte nec inuitus fiat: nec priuati cuiusq; fiat minister / qui non ex equo in eadem sorte sibi respondeat / nisi patris ac matris / aliorumq; generis maiorum: ceterorumq; seniorum: qui liberi sunt & libere uiuunt. Liberum uero & non liberum / non facile potest legibus exquisite distingui. Discernatur tamen ab optimatibus: ac odio & amore ipsorum diiudicetur. Eum uero qui illiberali cauponationi in aliqua arte operam dederit / uolens quilibet ad optimates uirtuteq; primos quasi generi suo dedecori sit accuset. Et si paternam domum indigno studio macculasse deprehendatur / ab hoc opere uinculis annuis arceatur. Qui si iterum lapsus fuerit / biennium uinciatur. Ac deinceps quotiens peccasse deprehenditur / duplo tempore semper detineatur. Altera lex iubet ut peregrini dumtaxat & aduene cauponarias artes sequantur. Tertia lex cauendum monet / ut peregrinus ille uel incola aut q optimus aut q minime malus sit. Nec ignorare legum custodes debent / non solum obseruatores illorum se esse / quos ab iniquitate prauitateq; amouere difficile non est: qui bene nati educatiq; sunt: uerum etiam illorum multo magis / q tales non sunt. & in auribus his uersantur quibus ad improbitatem / facilius impelluntur Cum uero cauponatio multiplex atq; uaria sit cum peritis singulorum eius generum custodes legum conueniant. & ut paulo ante de adulteratione huic affini dicebamus / que necessaria ciuitati uidebuntur / ea fieri primo constituant. Deinde impendio & emolumento diligenter examinato / quid mediocre cauponi lucrum sit / uideant: & tam impendium q emolumentum conscribant. Obseruetur autem alia ab edilibus. alia / a / rerum uenalium curatoribus / alia ab agri

magiſtratibus. ſic ferme cauponandi artes ſin gulis proderint: ⁊ minime oberint. Siquis nō uideatur pacta ſeruaſſe / niſi lex aut decretum probibeat / aut neceſſitas ⁊ uis illata coege rit / aut inopinatus caſus inuitum detinue rit / In aliis non ſeruati cauſam pacti / tribuuʒ iudices cognoſcāt niſi uicini aut arbitri prius re🝆iliauerit. Vulcano ⁊ Palladi opificum ge nus qui uitam nobis ſuis artibus inſtruxerunt conſecratum eſt. Marti uero ⁊ palladi genus eoꝝ q artificum opera ceteris qbuſdam ad tu tandum auxiliandumqʒ paratis conſeruant ar tibus. Nec ab re hoꝝ genus his diis eſt conſe cratum. Hi. n. omnes regioneʒ populumqʒ cu rant. Alii qppe bellicis certaminibus preſunt Alii ſtipendiaria opera inſtrumentaqʒ efficiūt hi profecto deos auctores ueriti neminem mē dacio decipere debent. Si autem artificum ali quis in tempore ſtatuto opus per malitiaʒ non abſoluerit / ac deum uite datorem cecitate qua dam animi ignoſcere ſibi tanq̄ʒ domeſticum ſu um aliquem arbitratus / ipſum minime uerea tur. primum deo ipſi penas dabit. deinde hac lege reus factꝰ operis quod in tempore non fe cit / mercedem perſoluat. ac ab initio rurſus in eodem ſpatio temporis opꝰ gratis efficiat. Sʒ quod uenditori de reꝝ uenalium pretio lex cō ſuluit / id ipſum opifici quoqʒ conſulit. Caueat ergo ne pluris q̄ʒ equum eſt ipſe ſuum liceatur opus. ſʒ q̄ʒ ſimpliciſſime / ⁊ ut dignum eſt / lici tatio fiat. Non. n. ignorat opifex quo pretio dignuʒ opus ſuum ſit. Nec debet in libera ciui tate artifex arte ipſa / que aperta res eſt ⁊ a mē dacio lōge remota / rudes decipere. In his igi tur / iniuriam patienti aduerſus facientem iu dicium reddatur. Siquis opifici mercedem ſe cundum pacta non dederit / ſʒ iouem ciuitatis tutorem / mineruamqʒ huius rei participem ne glexerit / ⁊ paruo lucro motus magnaʒ hominū ſocietatem ꝓ uiribꝰ parte diſſoluerit / lex una cū deoꝝ auxilio ciuitatis unioni patrocinetur Qui operis accepti mercedem / tēpore quo pac tꝰ ē / nō obtulerit / duplū reddat / ac ſi annꝰ pre terierit / q̄ʒuiſ pecūie accepte mutuo ſine uſura reddi debeāt / hic tamē ꝓ ſingulis dragmis ſin gulas ſextas dragme partes menſibus ſingulis dato. haꝝ rerū cauſas tribuum iudices cogno ſcāt. Verū quoniaʒ de opificibus mentionē fecimus / ⁊ imperatores ceteriqʒ belloruʒ artifi ces / modo quodam opifices ſunt / non alienum eſt / ut de his quoqʒ dicamus. Si ergo quiſpiaʒ horum opus aliquod publicum / ſiue ſponte / ſeu iuſſus ſuſceperit: recteque quod cepit ab ſoluerit / iuſte ſibi lex honores: qui bellicoſis ui ris premia ſūt ita reddet ut laudare nunq̄ʒ de ſinat. Sin autem ei qui rem bellicam bene geſ ſerit / nihil redditur / iuſte cōqueretur. Itaqʒ lex quedam de his cum laude mixta / que nō co gat quidem ſʒ conſulat multitudini ciuium po natur. Honorētur boni uiri qui aut fortitudi ne aut bellica quadam peritia / ciuitatem totaʒ ſeruauerint / ⁊ maximi honores illis primo at tribuantur / qui bonorum legum conditoruʒ le ges precipue coluerunt. Iam igitur de pac tis que maxima homines inter ſe tractant / pre ter q̄ʒ de orbis atqʒ tutoribus / fere iam dictuʒ eſt: de quibus nunc neceſſario eſt dicendum. hoꝝ omnium initiuʒ eſt / tum eoruʒ qui mortui ſunt ut libuit teſtandi cupiditas / tum eoꝝ q ni hil teſtati ſunt / fortuna. Ob id autem neceſſa rio dicendum. o. Clinia dixi qm̄ huius rei dif ficultatem conſiderabam. Nec. n. poſſibile eſt abſqʒ ordine id relinquere. Nam multa ſingu li diuerſaqʒ ⁊ inter ſe / ac legibus ⁊ uiuentium moribus / maioribuſqʒ ſuis contraria propere teſtabuntur / ſiquis ſtatuet quodcumqʒ teſta mentum in fine uite conditum fuerit / id omni no fore inuiolatum. Stulta eniʒ ⁊ abiecta qua dam moroſitate ferme omnes premuntur: quā do morituros ſe iam arbitrantur: Clin: Quo modo id ais hoſpes? Athe: Difficilis quedam res eſt. o. Clinia homo iam moriturus / hiſqʒ uerbis frequentiſſime utitur / que legum lato res terrent atqʒ fatigant: Clinia: Quomodo iſtud? Athe: Nempe cum uelit ſuorum omniū eſſe dominus / hec ſolet / ⁊ quidem cum ira dice re: Eli: Que nam? Athe: Graue inquit eſt ni mium. o. dii / ſi mea mihi non licebit cuicūqʒ uolo relinquere: ⁊ aliis plura / aliis pauciora / pro ut erga me boni mali ue liquido inuenti ſunt / tum in morbo tum in ſenio tum in aliis fortunis meis ſufficienter comprobati: Elia:

An non recte hoſpes tibi loqui uidētur? Athe Priſci legum latores. o. Clinia molles fuiſſe mihi uidentur / ⁊ ad minimum quid humanaꝝ reruʒ i ferendis legibus reſpexiſſe: Eli: Quo nam pacto? Athe: Illis morituri hominis uer bis. o. optime uir commoti legeʒ illam ſcripſe runt: per quam licet: cuiqʒ utcumqʒ uelit ſim pliciter ſua diſponere. Ego autem ⁊ tu in ciui tate tua morituris commodius reſpondebimꝰ. Eli: Quomodo? Athe: O amici dicemus / ac breui proculdubio morituri / difficile uobis eſt res ueſtras atqʒ etiam uos ipſos ſecundum delphicum epigramma cognoſcere. Ego qui le ges condo nec uos ueſtros eſſe arbitror: nec rē familiarem hanc omnem eſſe ueſtram. ſed toti us ueſtri generis preteriti atqʒ futuri: multo q̄ʒ magis uniuerſe ciuitatis ⁊ genus omne ⁊ di uitias eſſe. Hec cum ita ſint / ſiquis aſſentati unculis in morbo ⁊ ſenio uos aggreſſus preter honeſtum teſtamentum condere perſuaſerit / nūq̄ʒ id fieri ſpōte ɔcedā. Sʒ quod ciuitati uni uerſe generiqʒ cōferat ɔſiderās ita leges ɔſcri bam: ut ſingulorum commoda minoris q̄ʒ cun ctorum ut par eſt / eſtimem. Vos igitur mites atque beniuoli nobis ite modo / quo nature hu mane uos neceſſitas uocat. Nobis autem re liqua ueſtra nobis cure erunt. qui non aliis ma gis q̄ʒ aliis rebus ſtudemus: ſed omnium eqʒ ꝓ uiribus curam gerimus. Hec in prohemio ſola mina ⁊ uiuentium ⁊ morientium. o. Clinia ſint. Lex autem ſit iſta. Qui liberos habet / ⁊ teſtamentum conſcribit / primo heredem de fi liis unum / quem dignum putauerit / conſtitu at. Deinde quēcunqʒ aliorum / adoptandum aliis dederit / conſcribat. Et ſi filioruʒ aliquis ſupereſt / nulla hereditate munitus / quem ſe cundum legem in coloniam ſperat profecturū huic liceat patri de alia pecunia quantuʒ uelit legare / paterna ſorte ſemper excepta: ⁊ omni bus que ad illam pertinent. Quod ſi plures ſint eis pater quecunqʒ ultra ſortem ſunt / ut uelit diſtribuat. Ac ſi alicui eorum iam domꝰ eſt / ei pecunias non tribuat: neqʒ filie ſimili ter que uiro ſit deſponſata. ſi deſponſata non fuerit / tribuat; Et ſi filiorum filiaruʒ ue alicui ſors aliqua in regione poſt conditum teſtamen tum aduenerit / teſtatoris ipſius heredi relinq̄ tur. Si autem non filios ſed filias habet / qui te ſtatur / cuius filie uelit uirum heredem ſibi ac fi lium fore / conſcribat. Et ſi alicuius filius ſiue naturalis ſiue adoptiuus / āte q̄ʒ togam uirileʒ aſſummat / deceſſerit / has etiam fortunas ſuas teſtator ſignificet: ⁊ quem uelit loco illius me lioribus auſpiciis filium ſibi fore / declaret. Si quis abſque liberis omnino teſtamentum con dit / decimam partem fundi ultra ſortem acqui ſiti leget cuicumqʒ ciui uoluerit. Cetera om nia futuro per adoptionem filio benigno / ſine querela ⁊ ſecundum legem tribuat. Si cui libe ri tutoribus indigent / ⁊ idem moriens teſtam̄ to tutores quoſcumqʒ ⁊ quotcumqʒ uelit con ſtituerit / qui tutandi officium ſuſcipere uelint ita fiat ſicut deſcripſerat. Sin uero uel inteſta tus nature conceſſerit / uel tutores non con ſcripſerit / qui genere proximi ſunt / duo ex parte patris duoqʒ ex parte matris / atqʒ unus ex mortui amicis / tutelam ſuſcipiant. Quos legum cuſtodes indigentibus pupillis ſtatuere debent. Nam quindecim ipſorum ceteris ſe niores / orphanorum omnium quinquennio cu ram ſic habere uolumus / ut terni pro dignita te ſingulis annis curent. Et exacto quinquē nio ſimiliter quindecim alios. atqʒ id pro ui ribus nunq̄ʒ deficiat: Siquis autem nihil te ſtatus deceſſerit / filioſqʒ tutela egentes reli querit / iiſdem legibus filiis eius prouideatur: Qui uero inopinata fortuna deceſſerit / filias que reliquerit / latori legum / ueniam conce dat ſi ad duo ō tribus reſpiciens / eius filias col locet: ad propinquitatem uidelicet generis / ſortemqʒ ſeruandam. Tertium autem / quod paterni officii eſt / ut moribus ciuium diligen ter conſideratis / idoneum ⁊ ſibi filium / ⁊ fi lie ſponſum deligat / id quoniam impoſſibile cō ſideratu eſt / pretermictat. Lex igitur pro ui ribus hac de re / huiuſmodi ſit. Siquis ex inte ſtato mortuus filias reliquerit / frater eius ex patre / aut ex matre / ſi abſqʒ ſorte ſit / mortui filiam ⁊ ſortem ſuſcipiat. Quod ſi frater non

extat / eius filius / nisi etas obstet / accipiat. Tertius sororis filius / si nullus illorum extat. Quartus patris frater. Quintus filius eius. Sextus sororis paterne filius. Et similiter per fratres consobrinosq; generis semper propinquitate seruata / si filias reliquit ita procedatur / ut in eodem genere mares feminis anteponantur. Conuenientiam uero etatis ad nuptias ⁊ contra / Iudex / nudos omnino mares / nudas quoq; ad pubem usq; feminas conspiciens iudicet. At si ad fratrum usque auorumq; filios / cognatorum penuria sit / quemcumq; ciuium sponte puella cum tutorum consilio deliget / is si uoluerit / eam in uxorem atque insuper hereditatem accipiat. Quod si magna in penuria illorum qui urbem habitant / aliquem in colonia missum puella heredem facere sui patris optauerit / is si ex eodem genere fuerit / hereditatem secundum legem adeat. Sin uero ciuis quidem / sed non ex genere sit / ducat eam si uoluerit / secundum tutorum puelleq; electionem / ⁊ hereditatem domum reuersus adeat. Siquis absque liberis omnino / masculis feminisq; ex intestato decesserit / cetera quidem secundum superiorem legem agantur. Mas uero ⁊ femina ex eodem genere tanquam consortes / desertam domum ingrediantur: quibus sors proprie competat. Prima soror. deinde fratis filia. Sororis filia / tertia. Quarta / paterna soror. Paterni fratris filia quinta. Sexta paterne sororis filia. he cum illis ut fas est qui genere proximi sunt / uitam agent: quemadmodum in superioribus sanximus. Sed ne fugiat nos q̃ graue sit earum legum imperium / quibus genere propinquam ducere uxorem iubemus. Quippe qui huiusmodi legem fert minime considerare uidetur / q̃ multa impedimenta reperiri posse / que faciant / ne quis his preceptis uelit obtemperare. Multi etiam quod uis potius perpeti uolent: q̃ ducant / nubant ue illi cuius uel corpus egrotum mancum ue sit uel insanus animus. In his ergo legum lator forte nihil pensi habuisse uidebitur. Et profecto in plerisque non recte ita uidebitur.

Quare tam pro conditore legum q̃ pro subiectis commune huiusmodi sit exordium. Doniam dare legum latori hi quibus leges ponuntur / debent. Quoniam publicis gubernandis incumbens / nunq̃ poterit priuatis quoque calamitatibus simul consulere. Subiectis pretera ignoscendũ / si legis latoris ea non nũq̃ precepta complecti nequeant: que singularum calamitatum ignarus / conscripsit: Cli: Quid igitur hospes hac in re agere decet? Atheni: Arbitri. o. Clinia qui legibus his ciues conciliẽt / eligendi sunt: Clin: Quomodo iudicis? Athe: Non nunquam diues aliquis iuuenis / delitiis deditus ⁊ ad maiores nuptias inhians / patrui auunculi ue filiam aspernatur. Non nunquam calamitate maxima puelle seu corporis animi siue coactus / legi illi non obtemperat / qua ad insana connubia inuitus trahitur: quibus implicitus uiuere nollet. Quare nobis hec lex de istis sanciatur. Siqui testamenti aut nuptiarum aliorumq; gratia de legibus querantur / asserantq; legis latorem si uiueret / minime impulsurum hanc ducere uel huic nubere / ⁊ propinquus aliquis seu tutor legis latorem affirmet orphanis tutandis conciliandisq; tanquam arbitros ⁊ parentes / qui decim de legum custodibus reliquisse / ad hos ipsos litigantes confugiant: eorumq; iudiciis pareant. Quod si alicui / maiora legum custodes urgere uideantur / rem ad electissimum iudicium deferat: expetatque sententiam: ⁊ qui damnatus est / infamia notetur: quod pecuniarum multarum mulcta apud eum qui sapit lõge maius suppliciũ ẽ. Sequitur post hec quasi secunda quedam orphanorum procreatio. Est autem post primam / educatio disciplinaq; de qua dictum est. post secundam uero operam dare debemus / ut priuati parentibus q̃ minime miserabili calamitate premantur. Legum ergo custodes quasi alteros istorum parentes / primis non peiores constituimus: ⁊ per singulos annos quasi suis prouidere iubemus. Sed in primis de orphanorum educatione tam pro legum custodibus q̃ pro tutoribus ita exordia mur. Oportune uidemur in superioribus narrasse defunctorum animas uim quandam habere: qua de rebus humanis curam habent. Id uera quidem: sed longa oratione approbatur. Quamobrem ⁊ aliis tritis antiquisq; de hac re sermonibus / ⁊ legum latoribus sic se habere ista sancientibus credere debent / nisi omnino dementes sint. Cum uero hec ita natura sint / primũ deos maxie supos timeãt / q̃ õ puerorũ õsolatõe pcurat deĩde ẽt mortuorum manes / quibus natura inest / ut precipua illorum cura teneantur / qui ab eis geniti sunt / adeo ut honorantibus eos propitii / contemnentibus infensi sint. Preterea seniorum uiuentium animos / qui maximis i ciuitate felici funguntur honoribus. Quos filii nepotesq; dum colunt iocundissime uiuunt. Hi acute hec audiunt ⁊ acute perspiciunt. eisq; qui iuste orphanos tractant / beniuoli sunt. Illis autem maxime indignantur: qui contumeliis parentibus orbos afficiunt. Orphanos quippe maximum sacratissimumq; depositum putant. His omnibus tutor ⁊ magistratus commonitus / mentem siquam habet / ad hanc rem adhibebit: ac de disciplina educationeq; orphanorum ita prouidebit pro uiribus / ut sibi ⁊ suis prouidere uideatur. Quicumq; hoc ante legem exordio persuasus ab omni in orphanos contumelia se continebit / iram legum effugiet. At qui prefationem hanc aspernatus / aliquem patre aut matre priuatum iniuriis afficit / damnũ / duplum restituat ac si quem parẽtes ambos habentem leserit. Sed leges que sequuntur / tutoribus prout erga orphanos se gerant / magistratibus prout de cura tutorum inquirant / conscribimus. Si ergo educationis liberorum ipsi propria ⁊ distincta q̃dam haberent exempla / ac ipsos educantes / de rebus suis aliter prouiderent / leges q; / de istis mediocriter distintas haberent / non absq; causa tutoris leges / quoniam multum ab illis differrent / seorsum ederemus: aliis studiis orphanorum uitam / aliis non orphanorum munientes. Nunc uero ad hec uniuersa orbitas eiusq; cura non multum differt quantum ad leges attinet / a / gubernatione paterna: sed honore. contemptu. cura exequari minime solet. Qua propter lex consolando minandoq; orphanorum cure studet. Neque ab re fuerit / si hunc in modum minemur. Qui feminam marem ue tutatur ⁊ qui de legum custodibus tutorem obseruare constitutus est / non minus orphanos q̃ si genuissent / eos diligant: neque res illorum peius q̃ suas gubernent. Immo etiam affectu animi melius. Unam uero hanc legem semper in animo te habens tutelam peragant. Siquis huic legi derogauerit / tutor quidem / a / magistratu condemnetur. Magistratus autem ad electorum iudicium / a / tutore uocatus / duplo damno afficiatur. Id damnum sententia iudicum estimetur. Quod si tutor negligere aut malitiose agere propinquis aut ceterorum ciuium alicui uidebitur / in idem iudicium adductus / quadruplum damni restituat / cuius pars altera puero / accusatori altera deferatur. Postquam uero ad pubertatem orphanus uenit / si male secum egisse tutorẽ duxerit ad quinquennium usq; ab exacta tutela in tutorem sibi agere liceat. Et si tutor quispiam condemnabitur quid pati dare ue debeat / a / iudicibus decernatur. Si magistratum aliquis per negligentiam obfuisse orphano uideatur / quid ipsi restituendum sit / iudices statuant. Sin uero etiam per iniuriam / non solum damnum restituat / uerum etiam magistratu legis custodum priuetur. ⁊ alius pro eo ciuiuitati regioniq; a populo confestim creetur. Solent patrum aduersus filios qurele fieri / filiorum quoq; in parentes / maiores q̃ deceat. Quarum causa patres scribi oportere / a / legis latore forte putent / liceat sibi si uelint publico preconio filium abdicare. ne amplius secundum legem filius sit. Et filiis parẽtes morbis uel senio turpiter affectos liceat amentie accusare. Hec omnia ubi pessimi omnino mores hominuũ sunt accidere solent. Nam si dimidium solũ / esset malũ / ut si parentes mali uel filii solum essent

tam grauium inimicitiarum calamitates non euenirent. Profecto in alia qua uis republica abdicatus filius / non necessario ciuitate priuatur. In ea uero que his legibus gubernabitur / alio abire patre priuatum necesse est. Quippe cum ad quadraginta ⁊ quinquies mille domos / nulla possit accedere. Quapropter oportet filium iure abdicandum non / a / patre solo / sed / a / genere uniuerso depelli. Itaqꝫ in rebus huiusmodi tali quadam lege agendum. Quando aliquis infelici indignatione commotus / siue iure seu iniuria irascatur / quem genuit educauitqꝫ / a / cognatione sua cupit reicere / non liceat leuiter subitoqꝫ id facere. Sed primum genere sibi propinquos usqꝫ ad patrueles / propiquos item filio ex parte matris conuocet. Apud quos accuset filiuꝫ ostendatqꝫ dignum esse / qui / a / propinquis suis omnibus depellatur. Deinde filio quoqꝫ causam suam dicendi potestatem concedat: quod uidelicet talis non sit / ut reici debeat. Postremo suffragia preter parentes ⁊ filium ipsum ꝓpiqui omnes tam uiri q̃ꝫ mulieres conferant / nisi etas impedimento sit. Et si plura q̃ꝫ dimidie partis suffragia patri suffragantur / liceat ei filium abdicare: aliter minime. Siquis autem ciuium / abdicatuꝫ adoptare uoluerit / nulla id lege uetetur. Iuuenum. n. mores sepe indies uarieqꝫ mutantur. Ac si nemo citra decennium / reiectum filium coniungere sibi adoptione uoluerit / curatores prolis supra modū adaucte / quā constituimus trāsmissis coloníis āputari / de his quoqꝫ prouideant / ut eiusdem colonie participes congrue fiant. Siquis morbo aut senio aut morum acerbitate / aut his omnibus magisq̃ꝫ alii exagitatus in dementiam incidat. Lateatqꝫ id omnes preter domesticos: ille uero tanq̃ꝫ dominus rem familiarem dissipet: ⁊ filius dementie patrem accusare formidet / lex ita fieri iubeat. primo quidem filius ad seniores legum custodes profectus calamitatem patris enarret. qui re satis inspecta / accusandus nec ne pater sit / consulant. deinde si accusandum decreuerint / testes simul ⁊ adiutores sint accusanti. Et si pater damnabitur: nec minimum: quidem de rebus suis in posterum disponere queat. nec tanquam pater familias amplius / sed quasi filius ac puer domum habitet. Si uir ⁊ uxor propter morum acerbitatem inuicem non conueniant / decem uiri de leguꝫ custodibus qui medii sint ⁊ decem mulieres de curatricibus connubiorum prouideant. Quorum sententia si ita conciliati fuerint / ualida ⁊ stabilis habeatur. Sin autem illorum animi uehementius etiam iracundia fluctuent / facto diuortio / illos pro uiribus querant / qui utrisqꝫ conueniant. Videntur autem in eiusmodi hominibus acriores natura mores inesse. Quare maturiora mitioraqꝫ igenia istis accōmodāda sūt. et qui cumqꝫ sine filiis sunt / aut paucos procreauerunt / di sentiuntqꝫ: procreandorum liberorum causa coniugium rursus querere compellēdi. Q̄ð si filios nō paucos habent. atqꝫ dissētiāt senectutis mutuo curā de gratia diuortio facto / aliud coniugium ineant. Si mulier liberis / maribus feminisqꝫ relictis mortua est / lex uirum non cogat quidem / sed persuadeat / filios suos educare adducta nouerca at si defuncta uxor filios non reliquerit / duci alteram cogat ex qua tum familie sue tum ciuitati quātuꝫ satis sit / prolem procreet. Si uir sufficientes reliquit filios / mater ipsos uidua educato. Quod si iunior esse uideatur / q̃ꝫ ut sana sine uiro uiuere possit / propinqui eius cum mulieribus connubiorum curatricibus consilio habito / quod sibi illisqꝫ uidebitur / id exsequantur. Si uero liberis egeant / liberorum quoqꝫ gratia ducant / nubant ue. liberorum autem sufficiens numerus / mas ⁊ femina secundum legem. Quotiens utrimqꝫ cōceditur / natos pueros eorum filios esse quisibi eos uendicant: sed res iudicio eget / utrum parentum potius sequi natus debeat / sic agatur. Serua si seruo aut libero aut liberto coniuncta peperit / serue domino natus detur. sin ex seruo libera peperit / serui dominus / nati similiter dominus esto. Quod si quispiam ex serua sua natum susceperit / aut quepiam ex seruo peperit proprio / id qꝫ pateat / natū qdē ex serua ⁊ libero mulieres in aliam regionem cum patre simul emittant. Natum uero ex libera ⁊ seruo legum custodes una cum matre extra fines expellant. Parentes negligere nec deus / nec homo mentis compos alicui unquam consulet. Sed quod de cultu deorum ignorare non oportet / id recte dictum ad honorandos parentes prohemium erit: Leges de diis antique apud omnes dupliciter posite sunt. Nempe alios deoruꝫ cernentes eos ipsos quos cernimus / colimus. Alios uero non uidemus quidem: sed eorum imagines fabricamus. easqꝫ licet inanimes dum honoramus / deos ipsos uiuentes existimamus ob id maxime nobis gratos ⁊ propitios fore. Cuius ergo pater aut mater / uel horum parentes senio confecti quasi thesaurus quidam domi iacent / is putet nunquam aliud sibi tale simulachrum magis q̃ꝫ efficax domui sue affaturum: si recte / ut ðcet / ab eo colitur. Eli. Quis nam rectus colendi modus? Atheniensis. Dicam. Digna eniꝫ / o / amici hec auditu sunt. Clinia. Age igitur dic. Atheniensis. Edippus contemptus a filiis ea illis imprecatus est: que exaudita effectaqꝫ a diis apud oēs feruntur. Amyntora quoque phenicio filio iratum / illi maledixisse ferunt: ⁊ hyppolito thesea: plurimosqꝫ alios aliis. Quibus apertissimum factum est / a diis preces parentum aduersus filios exaudiri. Nihil enim imprecatione parentis / non iniuria pernitiosius filio. Nemo uero cuꝫ pater aut mater ab eo contemnitur / tunc soluꝫ a deo putet orationes eorum secundum naturam exaudiri: sed cum etiam honoratur. ac ideo cum letiores bona liberis a diis petunt exaudiri eos similiter existimare debem9: atque ideo nobis equa inde distribui. Nam aliter in bonis distribuendis iusti non essent. quod longe a diis abesse necesse est. Clinia. Certe. Atheniensis. Quapropter existimandum est / ut paulo ante diximus / nullum apud deos magis honorandum simulachrum habere nos posse q̃ꝫ patres ⁊ auos senio confectos / matresqꝫ similiter. Quibus honoratis deus gaudet. Alioquin eos minime exaudiret. Mirabilius enim parentum simulachrum nobis q̃ꝫ inanimes queque imagines uideri debet. Nam que animam habent / quando coluntur a nobis / pro nobis orant / fauentqꝫ quotidie / quando despiciuntur / contra. que uero anima carent / neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes ⁊ auos ceterosqꝫ huiusmodi recte se gerit / is ad deos sibi conciliandos simulachrorum omnium optima possidet. Clinia. Preclare dixisti. Atheniensis. Omnes igitur non insani uerentur coluntqꝫ parentum orationes / non ignorantes multis sepe profuisse obfuisseqꝫ. Cum hec ita natura constituta sint / probis quidem uiris seniores parētes pro magno questu habentur: si ad senium usque peruenerint. sin uero iuniores decesserint / ualde desiderantur. Improbis autem contra ualde terribiles sunt. Quapropter quilibet rationibus his inductus / parentes suos secundum legem honoret. Siquis uero surdus ad hec exordia sit / hanc legem recte statutam audiat. Siquis in hac ciuitate minus q̃ꝫ decet parentes colat / nec magis eos q̃ꝫ filios nepotesqꝫ ⁊ seipsum diligat / pre ceteris eoruꝫ uoluntati in omnibus obsequēs / qui ita negligitur / per se uel per alium / ad tres de legum custodibus seniores rem deferat: et ad tres similiter de connubiorum procuratoribus: qui re inuestigata in eos qui iniuriam intulerunt / animaduertant: In uiros quideꝫ si trigesimum annum non excesserint / et in mulieres si quadragesimum / uinculis atque uerberibus. Si autem prouectiores etate q̃ꝫ diximus sint: neque desinant parentes negligere: imo etiaꝫ eos affligant / ad iudicium ire com

pellantur. Iudicent autem cives/ qui etate ceteros omnes maxime antecedunt: et condēnatus solvat patiaturve: quod a iudicio statuetur: ita ut nihil pretermittatur quod dare hominem aliquis pativе possit. Siquis vero cum afflictus sit/ deferre non potest/ quicumque liber audierit/ magistratibus nunciet: aut improbus habeatur: et a volente quolibet damni illati accusetur. Si autem servus detulerit/ liber esto. Quod si affligentis vel afflicti servus sit/ in libertatem a magistratibus vendicetur. Sin autem alicuius alterius civis servus fuerit/ pretium domino publice persolvatur. Cure vero magistratibus sit/ ne quis ei qui detulerit/ noceat. Que veneno aliis ab alio fiunt/ letalia quidem divisa sunt. Cetera vero sive potu sive cibo sive in unctione sponte et consilio peragantur/ nondum distinximus. Bipartito enim generi humano venena officiunt: Primo enim/ ut modo diximus/ corporibus corpora secundum naturam leduntur. Deinde magicis veneficiis et cantibus nodisque quibusdam persuadetur/ iis quidem qui officere studēt/ posse id assequi: iis vero facile admodum ab illis veneficio ledi posse. Hec vero ceteraque huiusmodi quo pacto natura se habeant nec facile sciri possunt: nec siquis sciat/ aliis persuaderi. Sed animis hominū circa hec egre suspitioseque inter se affectis haud admodum dignum est conari persuadere: ut si cerea simulachra sive ianuis sive in trivio sive in monumentis parentum viderint/ hec omnino despiciāt/ cum certam de his opinionem nullam habeāt. Quare bipartito legem de veneficio partientes primum hortamur/ monemus atque consulimus/ ne talia faciant: ne multos quasi pueros terreant: nec legum latorem et iudicem cogāt huiusmodi hominum timori mederi. Quippe qui veneno nocere nititur/ si corporibus id illaturus ē/ nisi medicine peritus sit/ quid agat/ ignorat. Similiter qui magicis cantibus id tentat: nisi aruspex/ monstrorumque interpres sit. Sed iam lex ista de venenis huiusmodi sanciatur. Qui non ad mortem hominis/ sed pecorum aut examinum veneno utitur/ sive etiam ut aliter quam morte bestiis noceat/ si medicus sit et veneficii reus fuerit iudicatus/ morte supplicium luat. Sin vero medicine ignarus/ iudicium quid pati dareve ipsum oportet/ constituat. Quando vero quis nodis/ inductionibus/ cantibus similibusque veneficiis ad nocendum paratus deprehensus est/ si aruspex aut prodigiorū interpres sit/ occidatur. Sin vero nō fuerit/ iudicium de ipso similiter quid dare pative debeat/ statuat. Qui clam aut vi nocuit/ magna reddat/ si in magnis nocuit: minora/ si in minoribus: et in omnibus tantum reddat: ut damnum exequetur. Preterea in singulis iniurii/ ut punitus moderatior fiat/ mulcta afficiatur: Leviore quidem/ si propter iuventutis imprudentiam/ aliena malitia fuit impulsus. Graviore autem si dementia sua/ aut immoderatis voluptatibus et doloribus: aut timore/ aut invidia/ aut iracundia insanabili. Penis vero maligni vexantur/ non quia peccaverint: nam quod factum est/ infectum esse non potest/ sed ut posthac et peccatores ipsi et qui puniri iniquitates viderunt/ iniustitiam oderint: aut saltem minus in simili vitio peccent. Quorum omniū gratia oportet ut ad hec leges respiciant: et boni sagiptarii similes ad hoc signum tendāt: et punitiōis magnitudinem in singulis: et quod dignū est/ considerantes. Idipsum iudicem legum latoris ministrum facere decet: cum a lege sibi committitur/ ut ipse statuat/ quid dare pative damnatum oporteat. Qui sane non aliter/ quod reliquum est/ superiora imitatus exsequi debet/ quam pictor ita pingere ut exemplaria diligenter sequatur. Quod nobis/ o Clinia Megilleque faciendum/ quam pulcherrime atque optime censeo: et penas tam eorum que furto et clam quam eorum que vi aguntur/ quales esse oporteat/ dicendū: putant dii nobis deorumque filii leges ponere concedūt. Nemo furiosus palā in urbe cernatur: sed furiosum propinqui domi quomodocumque possūt/ custodiāt.

Quod nisi fecerint/ mulctentur. qui maximi census sunt/ dragmis centum: sive servum seu liberum minus diligenter custodiāt. Qui secundi/ quatuor de quinque mine partibus. qui tertii/ tribus: et duabus qui quarti. Multis autem modis homines furore agantur. Alii morbo/ ut hi de quibus modo diximus. Alii per iracundiā prave nature vitiosamque educationem. qui parvis inimicitiis moti altius inclamant: et turpiter inter se convitiantur. Nihil vero tale in civitate bonis legibus instituta fieri decet. De convitio igitur hec una omnibus lex ponatur. Nemo in aliquem convitietur. Sed quicunque cum alio de re quapiam ambigit/ discat potius doceatque tam ambigentem quam presentes/ ita ut omni convitio prorsus abstineat. Cum enim sibi invicem verbis turpibus maledicunt/ muliebres habentur: et in primis ex verbis/ que certe levissima res ē/ odia gravissima et inimicitie sepe nascūtur. Profecto qui ire rei penitus ingrate morē gerit: ipsamque quasi alimentis quibusdā noxiis explet/ is quantum per disciplinam antea excultus fuerat/ tantum exacerbatus postea iracundam animi partem/ efferatusque/ difficilem sibi vivendi reddit rationem: et hāc amarā ab ira gratiam suscipit. Ex his pene omnes ad id devenire solent/ ut ridiculū aliquid in adversarium dicant: qua in re quicumque se assuefacit/ aut bonos mores penitus/ aut magnanimitatem maxima ex parte amittit. Quamobrem nemo in templo obiurgationibus his unquam utatur: nec ubi publica sacrificia vel certamina peraguntur. nec in rerum venalium foro nec in iudicio/ aut alio quovis cetu cōmuni. Eum vero qui in hoc deliquerit/ magistratus harum rerum preses libere puniat: quod si nō fecerit/ quasi legum proditor preceptorumque legis latoris spretor/ nunquam ad publici cuiusquam muneris certamen quasi de virtute certaturus ascendat. Siquis autem aliis in locis maledicto vel provocando vel respondendo utatur/ quicumque senior presens fuerit/ pro legum defensione hunc verberet: et eos qui ira alieno malo concitati sunt/ comprimat. Alioquin ut prediximus/ puniatur. Neminem preterea in his convitiis dicacitatibusque versari arbitramur: qui non sepe ridiculose aliquid obloquatur. Atque hoc ipsum est/ quod damnamus: quando cum ira fit. Quid porro? comicorum ne satyrorumque sales et ridiculosa convitia quibus adversus cives utuntur/ si absque ira sic mordeant/ admittemus? An id bifariam distinguemus in iocosam et seriam orationem? Et ioco quidem uti liceat sic/ ut ridiculum absque ira dicatur. Concitato vero per iram animo/ nemini/ ut ante diximus/ tale quid dicere liceat. Hoc igitur nullo modo admittendum. Cui vero liceat/ et cui non/ lege iam declarandum. Poete comico vel iambice musiceve melodie auctori nec verbo nec imagine vel persona cuiquam civium detrahere liceat/ sive id ira sive absque ira faciat. Et eum qui contra fecerit/ qui dandis premiis presunt/ eodem die exterminent: aliter tribus minis mulctētur/ deo in cuius honorem certatum fuerat/ consecrandis. Ceteris vero de quibus supra diximus/ sine ira et cū ioco ridiculum aliquid dicere liceat. serio autē et cum ira/ nequaquam. Cuius rei cognitio/ cōmunis iuvenum discipline curatori committatur. Et quod probaverit/ proferre in medium liceat: quod autem reprobaverit/ hoc neque ipse ulli unquam ostendat: neque alium sive servum sive liberum doceat. Si contra fecerit/ pravus legumque contemptor habeatur. Miserabilis autem/ idest misericordia dignus existimandus est/ non qui fame vel re alia huiusmodi premitur: sed qui cum temperās sit et virtute alia vel parte virtutis sit preditus/ calamitate tamen ad hec aliqua forte vexatur. Quare mirū profecto erit/ si vir talis usque adeo neglectus fuerit/ ut sive liber seu servus in civitate moderate gubernata/ in extremam paupertatem deveniat. Idcirco non iniuria legis lator talem de hac re legem tuto ponere potest. Nullus in civitate nostra mendicus sit. Quicumque vero id tentaverit/ victumque inexplebilibus precibus colligere ceperit a rerum venalium curatoribus e foro pellatur: ab edili magistratu ex

urbe eiciatur. Ex tota deniq; regiōe/ab agri
magistratu exterminetur: ut ab eiusmodi ani
mali omnino uniuersa regio munda sit. Si ser
uus uel serua aliene rei offecerit siue imperitia
seu immoderato aliquo usu id fecerit: nec qui
damnum passus est/causa; prebuerit/dominus
eius aut satisfaciat/aut seruū seruamue illi qui
damnum passus est/tradat. Quod si communi
quada; nocentis patientisq; astutia/ut seruus
sibi aufera tur/serui domin9 factū contendat/
de malitie crimine agat aduersus eum qui ō ser
uo conqueritur. Et si conuicerit/pretium ser
ui a iudicio constitutum a damnato duplicatu;
accipiat. Sin autem conuictus fuerit/⁊ dam
num restituat/⁊ seruum insuper tradat. Si iu
mentum aut equus aut canis aut domesticum
aliud animal ꝓximi rem attriuerit/animalis
dominus similiter damnum restituat. Siquis
sponte testimonium ferre noluerit/citetur ab
indigente: citatusq; tempore ideo adsit: ⁊ te
stimonium prout sciuerit/afferat. Si nescire
dixerit: iureiurando tribus diis/ioue/apolli
ne/themide nominatis/nescire se affirmet: ac
abeat. Qui ad ferendum testimonium citat9/
non uenerit/damnum ei qui citauit/secundu;
legem deponat. Si iudex aliquis i testimoniu;
citatus fuerit/testimonio allato/nullam in ea
dem causa sententiam ferat. Mulieri libere si
quadraginta annos excesserit tam ad testan
dum q; ad dicendum interesse iudicio liceat/
immo uero ⁊ agendum si sub uiro non sit. Ui
uente uero marito testimoniu; ꝓhibere solum
modo liceat. Seruo autem ⁊ serue ⁊ pueris ō
homicidio solum dicere testariq; liceat: si ido
neum fideiussorem dederint se usque ad latam
sententiam permansuros: si forte falsi testimo
nii fuerint accusati. Siqs falsi testimonii age
re uoluerit quod ⁊ in toto ⁊ in parte testimo
nii ⁊ utrisque aduersariis licet/ante q; senten
tiam iudices ferant/falsos fuisse testes obii
ciat. Falsi uero testimonii criminationes ab
utrisq; illatas magistratus ipsi conscriptas ser
uent: ⁊ ad iudicium postea de falso testimonio
referant. Siquis falso testimonium bis dixisse
inueniatur/a nulla lege tertio testari cogatur.
Si uero ter/nullo modo postea testimonium
sibi dicere liceat. Quod si ter i falsitate depre
hensus/testari ulterius ausus fuerit/a uolente
quolibet ad magistratum deferatur: et a magi
stratu tradatur iudicio: ⁊ si conuictus fuerit/
moriatur. Quando in lite/falsa testimonia in
tercesserint: per que aduersarium superasse ui
deri quis potuit/si plures q; medietas testium
condemnati fuerint/iudicium secundum illa
nullum procedat. disceptare uero conuenit/
utrum secundum illa testimonia quicquam iu
dicatum sit/nec ne. Et quomodocumque iudi
catum fuerit/hoc pacto iustum lis finem conse
quatur. Uerum cum multa in uita hominu;
bona sint/pluribus eorum quasi queda; dire ca
lamitates insident: que maculant illa atque co
inquinat. Iudicialis autem disceptatio iudi
ciumq; cur homini bonum non est? quod huma
na omnia mansuefecit. Atqui cum disceptatio
talis/bonum sit/cur ⁊ adesse in lite alicui ⁊
cause iuste fauere/bonum non sit? hec cum ita
sint/peruersa calumnia bonum artis subit no
men: que artificium inuenisse in litib9 asserit:
quo agenda ⁊ dicenda/siue honesta siue turpis
sit causa/supare facile quis possit/uictoresq;
facere. quibus ipsa rationibus suis fauet/si pro
artis ipsius beneficio pecunia dabitur. hec siue
ars/siue artis expers exercitatio quedam sit/
danda opera est: ne in nostra ciuitate aditum
habeat. Sed legum uerita conditorem/nihil
aduersus leges proferat: ⁊ alio profecta uires
suas ostendat. Siquis uero non pareat/hac le
ge deterreatur. Siquis iustitie uires in animis
iudicum in contrariu; uertere conetur: ac pre
ter oportunitatem multa litigia monet/aut
mouentibus adest/agat in eum quicumque uo
luerit/male agendi aut inique defendendi cri
mine: Iudiciumq; huiusmodi apud electos iu
dices agitetur. Et si damnatus fuerit/discu
tiatur/utrum auaritia an ambitiosa quada; cō
tentione id fecerit. Ac si contentione/certū
sibi iudices tempus prescribant: in quo neque
pro se neq; ꝓ alio ullam agat dicatue causam.

Sin autem auaritia/peregrin9 quidem a regio
ne/nunqua; rediturus abito: ⁊ si redierit/mo
riturus. Ciuis autē si auaritia fecisse id depre
hendatur/quoniam pecunia; tanti fecerit/oio
moriatur. Quod si ambitiosa contentione bis
tale quid fecisse indicatus fuerit/id ipsum sup
plicium subeat.

Argumentu; Marsilii ficini in duodeci
mum librum.

Plato diuinus i omnibus legu;
libris diuini operis/similitu
dine: ideoq; numero duodena
rio delectat9/nimirum duode
cimum librum ita communem
legum archa; eē uoluit/quēad
modum duodecimus mundi circulus commune
stellarum est firmamentum: Et quemadmodu;
siquis circum duodecimum penetrauerit perfe
ctionem felicitatemq; anime/stati; inueniet/
immo etiam consequetur: sic plato ultra librū
duodecimum ꝓgressurus: non tam leges q; bea
tam anime perfectione; legibus acquisitam in
epinomide demonstrabit. In superioribus qui
dem libris leges partim ad officia publica/par
tim ad priuata negocia pertinent/parti; ad ur
bana/parti; ad externa/siue in pace siue in bel
lo. In duodecimo uero/omnes quodammodo
congregātur ad omnia pertinentes: non leges
inqua; singule: sed non nulle ex quolibet gene
re singularum. Additur legibus id quod maxi
mum est ratio/uidelicet/et conseruatrix legū
⁊ emēdatrix. Additur magistratib9/id quoq;
quod maximum: ratio uidelicet/repetundarū
referendarumq; rationu;/non aliter publicis
magistratuum officiis preposita/q; priuatis
actionibus animorū/ꝯscientie ipsius examen.
Hoc utique examine tum priuato/omnis ani
morū salus/tum publico ciuitatis salus uniuer
sa consistit. Atq; id est compendiarium duode
cimi argumentum. At quoniam mox i prin
cipio ⁊ in sequentibus/et sepe in antecedenti
bus deorum cōmemorat filios. atque tum deos
alios aliorum/tum homines deoru; filios nun
cupat. Meminisse oportet duobus modis apud
platonē deos deorum filios esse: duobus quoq;
modis homines filios esse deorum. Primo qui
dem/ut timeus docet/omnes sperarum mundi
rectores/siue ipsi spera; animi/siue demones
citra speras/siue intellectus angelici ultra spe
ras/filii sunt omnipotentis dei/tanquam uo
luntate ipsius benefica procreati. Deinde in
quolibet horum trium genere/inferiores supe
riorum filii ideo nuncupantur: quia a superio
ribus continue radios formasq; suscipientes/
quodammodo inde formantur: et illis quasi pa
tribus obsecundare uidentur. Homines simi
liter geniti dicuntur a superis: uel quonia; ab
initio rerum e terre uisceribus superorum fo
mento in lucem editi fuerint: uel quonia; non
nulli quotidie superorum inspiratione uehemē
ter afflati/mox humana solitaq; affectione/in
diuinum quendam uite statum quasi renati di
uinitus transferuntur. Quo quidem in gradu
⁊ pios philosophos ⁊ philosophicos principes
sopenumero collocat. Quod autem statim in
principio libri Iouem Mercuriumq; legatis
nunciisq; preponit/intelligendum est primo
quidem ⁊ per iouem deum architectum mūdi/
⁊ per mercurium omnem numerum angelorū:
deinde per iouem rursus planetam secundum
imperatorum legumq; significatore;: per mer
curium uero planetam alium interpretationis
expeditionisq; omnis significatorem. Signifi
catores dico planetas. Quoniam/ut testatur
timeus ⁊ plotinus disputat/planete celestiaq;
omnia significāt utcumq; possunt ⁊ nunciāt:
que uel superi iam iam facturi sint/uel nos in
terdum qdem facturi/sepe uero passuri. De
testatur mox poetas/qui scelera hoiu; transfe
rentes i superos/⁊ contra diuinitatem impie
deliquerunt/et malo superorum exemplo ho
minibus grauiter nocuerunt. Preterea fur
ta ceteraq; facinora/ex intentione peccantis
et habitu uel sanabili uel insanabili magis q;
ab effectu putat esse censenda. Precipit inter

militie leges / quod ⁊ in omni uita optimum omnium arbitratur: Ut nemo cognoscit quid sit sibi tantum uiuere uel seorsum ab aliis quicquam agere. Sed ad prudentis supiorisqꝫ nutum / ⁊ ad communem usum singuli singulas dirigant actiones. Docet iudices ne uł sponte uel etiam coacti preter ius sententiaꝫ ferant. Iudicium eniꝫ ipsuꝫ ex antiquorum sententia precipue orphei ⁊ hesiodi esse uirginem quan dam pudicam. Pudori autem atque iudicio in primis odio esse mendaciuꝫ. Deam uero iudicii presidem / diuinaꝫ esse existimant prouidentiã humanis iudicibus uenerandam. Post hec ubi damnat eos qui arma turpiter proiecerunt: ⁊ illos insuper belli duces: qui eos sub signis suis iteruꝫ militaturos recipiunt. Denarium mina rum numerum hic a nobis translatuꝫ / leges ali cubi millenarium. Paulo post rei pub. nedum esse asserit repetundarum iudicium rationum: ut nullus in repub. iudex sit absqꝫ iudice: Alio quin persolutam iudicandi licentiam / primo quidem iustitiam perituram: deinde ciuitateꝫ amissa iustitia uelut anima / morituram. Tem plum uero solis atqꝫ apollinis / intelligit edem non solum planete animeqꝫ solari / sed multo magis summi boni luci cuius imago sol ẽ / dedi catam. Audies ex absentia religionis ĩ iudiciis peccata commiti. Sed impiorum omniuꝫ peri mos esse / qui precibus hostiisqꝫ ita deum placa turos se confidunt: ut ob hanc confidentiam impune sibi liceat grãdeꝫ pecuniã extorquere.

Tradit cautissimas post hec leges de pegri nis excipiendis: peregrinationemqꝫ ciuiuꝫ: ne uel mores ciuium aliena ⁊ inconsiderata cõsue tudine confundãtur / uel alienorum peritia rei pu. desit. Notabis hic prauis quoque non nul lis diuinam quandam uim inesse: per quam di scernant captus ingeniorum. Quod quidem ostendit diuinitatem quandam non solum a no bis acquiri: sed / ut ita loquar / innasci. Preci pit non esse paruifaciendum / utrum probus an improbꝰ uidearis. Sed existimationẽ quoque uirtutis querendam esse: ⁊ ipsa dumtaxat uir tute querendam. Commemorat diuinos non nunquam uiros uel in ipsa plebe ⁊ ciuitatibus male gubernatis existere. Post hec ꝺ actione cãꝝ accusatiõe / defẽsiõe / apellatõe / fidiussiõe pscriptione / ceterisqꝫ huiusmodi tractat mul ta. Miscet ⁊ his sua quadam oportunitate que donaria uel simulachra dicanda numinibus. Que quidem symbolica pythagoreo ritu tradi tio est. Terram inquit ⁊ uestam deorum oiuꝫ habitationem sacram existere. Quod uestam adiunxit / significauit sub terre huius nomine altius itelligi debere. ⁊ terram hanc elementa lem / ⁊ terram lunarem / ⁊ terram postremo stelliferam. Item tres terrarum trium ani mas / tresqꝫ angelos. Memento uero apud anti quos quicquid ĩ uniuerso est efficax ad forman dum atque mouenduꝫ / methaphorice ignem di ci. Item quicquid usquam facilime est forma bile / dici aerem. Quod autem purgatorium / aquam: quod solidum uel stabile ⁊ consistens / terram cognominari. Talis quideꝫ natura ob qualitatem uel densam uel consistentem / ⁊ hic et in luna ⁊ in firmamento terra a platonicis nuncupatur. Cui ergo mirũ sit: Terram deo rum omnium habitationem sacram existere: Si tribus terrarum trium terminis comprehẽ ditur uniuersum. Cumqꝫ sacratam ab initio diis esse dixerit / uetat iterũ consecrari: admo nens ne confidas deo quicquaꝫ / quod non pri ipsiꝰ ꝺi sit offerre te posse. Ex auro quoqꝫ uł argẽto statuas fieri uetat / ne ꝯfidamus magno horum pretio nos grãdia scelera purgaturos. Ex ebore rursus prohibet / cum ab anima scili cet sensuali fuerit destitutum: ne absque sensu idest uigilantia ⁊ animaduersiõe operemur in sacris. Es etiam ⁊ ferrum respuit culpans / ui delicet bellica instrumenta. Animo eniꝫ intra se ⁊ aliis dissidente frustra sacrificia opamur. Recipit denique lignum atque lapideꝫ / ex qui bus deorum simulachra fiant. In lapide quidẽ commendans stabilitateꝫ mentis in sacris. In ligno uero ignis escam / idest flagrantiam ani mi qui in diuinis facile accendatur. Iubet ex uno siue lapide siue ligno imagines integras fabricari / simplicitatẽ in primis integritatẽqꝫ cõmendans. Neqꝫ uero silentio pretermitten duꝫ ẽ legatos in supioribus ad quatuor oracula

DE LEGIBVS

missos fuisse: ut cognosceremꝰ deuꝫ omniuꝫ au ctorem / omnibus eque mundi partibꝰ prouide re: que per quatuor quasi angulos designantur orientis: occidentis. septẽtrionis: meridieiqꝫ nomie: ⁊ quocunqꝫ ritu colatur deus / modo pura mente gratiaqꝫ sui colatur / acceptuꝫ quo dãmodo esse deo. Sed de his alibi diligẽtius. Inter hec uetat illos qui patrie aliqua ĩ re mi nistrãt / accipere munera. Agit ⁊ de tributis: Ait nihil melius a quoquã disci posse / qꝫ id quo ipse fiat melior. Ait legem esse rem mirandam atque diuinaꝫ: nomenqꝫ ab ipsa mente apõ gre cos habere: a mente inquam tum diuina uelut / patre / tum humana uelut matre. Legem uero sequi uult iudicium. Que quidem duo humano rum bonorũ maxima sint. Sed hic redit ĩ men tem / quod in fine undecimi bona inquit nostra plerumqꝫ a suis calamitatibus inquinari. Et le gis quideꝫ calamitatẽ alibi esse inquit magistra tus ipsius improbitateꝫ. Calamitatem uero iu dicii iudicialisqꝫ disceptationis ibi apellauit peritiam quandam causidicam: que nulla iuris habita rõne: sed auaritie ambitionisqꝫ studio omnem absqꝫ delectu causam accipit defenden dam. Quam uelut reipublice pestẽ pre ceteris detestatur. Post hec ubi funeribus imponit leges hominem ipsum precipue uult substantiã ipsam anime rationalis haberi: corpus autem hominis huius simulachrũ / ⁊ ut alibi nominat umbram. Quid nam homo ĩ nobis sit / quid ani mal / ex timeo ⁊ alcibiade / ⁊ plotino cognosci tur: quod quidem in theologia latius disputa mus. Ubi concluditur hominem quideꝫ esse ani me rationalis substantiam / ultra rationem / ha bentem quoque sensum quendam intimum im patibilem ⁊ communem. Animal uero compo situm quiddam ex figurato corpore / atque ex quodam uite uestigio impresso ab aĩa. In quo quideꝫ uestigio impressus quoque sit sensus / se cundus a sensu primo / iam per instrumenta ua ria distributus atqꝫ patibilis. Id quidem non nullis apostoli pauli dictis maxime consona re uidetur. Quando uero aĩaꝫ inquit ad alios deos abire / rationem suorum operum redditu ram. Alios deos nominat / mentes angelicas extra corpora / qui alii dicuntur dii ultra spera rum animas: Anime siquidẽ nostre his coniun cte corporibus / nimirum sub animaruꝫ superio rum regno / ponuntur / separate uero ad separa torum iudicium transferuntur. Hactenus quidem leges condidit: sed frustra constitui le ges ait: nisi de legum salute stabilitateqꝫ cogi tetur. Ergo ad harum stabilitateꝫ cetum quen dam magistratuũ mirabilem excogitabit. Sed ante cetus eiusmodi creationem / de ui fatoruꝫ nõ nihil attingit / utpote qui intelligat ad ope ris tanti salutem humanam hominum pruden tiam non sufficere: si uis fatalis penitus aduer setur. In his profecto uidetur probare eos q ĩ edificandis urbibus / cõdendis legibus / crean dis magistratibus / immo ⁊ plantandis homini bus / aduersam nimis syderuꝫ dispositionem di ligenter euitant. De fato quidem alibi multa: quibꝰ ⁊ hic consentanea hec qꝫ oportune / tam breuiter adducũtur. Fatum est immobilis que dam in anima mundi rerum mobilium disposi tio. Fati uero instrumentuꝫ ẽ natura celestis. Sed materiam in quam agit per instrumentuꝫ est moles elementorum. Tria uero nomina / lachesim / clothon / atropon: tum quantum ad instrumentum: tum quantum ad materiam per tinet / accipit. Nam lachesim nominare possu mus firmamẽtũ: in cuius stellis uires sortesqꝫ inferiorum omnium continentur. Clothon ue ro planetarum cetum in euoluendis rerum sor tibus firmamento subministrantem. Atropon denique saturnuꝫ precipue / stabilitate sua euo lutas in effectuꝫ sortes ineuitabiliter ꝯfirman tem. In materia quoque fati ideo tres parcas connumeramus: quoniam uis fatalis per instru mentum celeste elementis infusa / agit in mate riam ⁊ formam atqꝫ compositũ. Item in essen tiam ⁊ uirtutem ⁊ actionem. Item in princi pium mediumqꝫ ⁊ finem. Quoniam uero non solum agit in corpora / uerum etiam eatenus ĩ animos / quatenus afficiuntur corporibꝰ: uel utuntur / iccirco Plato hic ait / parcas tuꝫ cor porum / tum animorum legumqꝫ prosperitateꝫ posse seruare. Et qm̃ mens natura sua utpote mẽtis diuine puidẽtia quoqꝫ freta / uł fatũ supe rat / uel fato feliciter utitur: subiũxit ad ipsaꝫ uite tã publice qꝫ priuate salutẽ / coniũgẽdũ eẽ

cum mente sensuz adeo ut sensus menti pareat ⁊ ministret. Similēqz huic copule que ex mente ⁊ uisu audituqz componitur, pcreat cetum quendam magistratuum in republica, stabilitati legum prospicientem, qui finem ipsuz primo pspiciat reipublice. Deinde que uic potissimuz perducant ad finez: studeatqz omnino, ut singula i ciuitate siue priuatim, siue publice fiāt, una quadam ratione conducant ad unum: cuncta quidem ad uirtutem dirigens, uirtutes uero ceteras ad prudentiam. hanc denique ad sapientiam: quam sub nomine mentis sepe significat. Cuius quidem ratiōe una, uirtutes omnes comprobande cēsentur: quatenus, uidelicet, conducunt ad sapientiam, quam etiam ea rōne probat, quod unius diuini boni sit particeps. Asserit exquisitissimam rerum consideratiōnē esse: que nō soluz multa, quatenus multa sunt, conspicit: sed etiam que sit in cunctis natura una cōmunis. Item a quo uno principio hanc habuerint. Rursus ad quem finem unum p hēc conducere possint: Absque eiusmōi contemplatione, neminem posse uitam perfecte uel priuatam, uel publicam gubernare. Cum uero hec speculatio ad philosophuz, presertim diuinum pertineat, non iniuria inter ciues in cetu illo electissimo ꝯgregatos ad diuinos philosophos, rerum summam iudicat referendam. Diuinos inquam reruz diuinarū inspectores atqz cultores: Itaqz eos qui ad diuina uł inspiciēda sunt hebetes, uel colenda sunt pigri, uel docenda inepti, ab amplissimis reipublice muneribꝰ procul arcet. Mox uero probat ad firmam summe diuinitatis fidem duo esse potissimum necessaria: primum, ut sciamus genus ipsum rationalium animoruz, diuinum esse, corporibusqz antiquius, quo moueantur mundi spere, et intra speras omnia generentur. Secundum, ut cogitemus genus mentium. s. angelicarum, animorum genere esse prestātius. Et animas ob ipsaz mentis participationez speras ordinate mouere. Siquis eniz duo hec nouerit, facile cognoscet, sicut mens anime forma ordoqz est, ita diuinum bonuz, esse tum mentis, tum anime uitā atque lumen. Hec uero tria. s. diuinum bonū mentemqz ⁊ animam Plato proculdubio pene in omnibus eius scriptis, aut demonstrat, aut innuit omnium esse principia. Quod quidez in epistola ad dionysium obscurioribus uerbis inuoluit. Animam uero nostram corpore antiquiorez esse, si non placet tempore antiquiorē dicere, dic saltem dignitate prestantiorē: atqz ex eo priorem, qō a principio corporibus superiori habet originez: Ideoqz motum in anima ex se locauit, in corpore uero ab anima. Et qz crescit in corpore mutabilitas, ait a mutabili anime, corpus non actione tantum, sed etiam substantia mutabili dependere. Reprehendit ⁊ anaxagoram, quod cum inter mentem ⁊ corpora non posuerit animā, compulsus fuerit naturales effectus non ab intelligentia per aiaz, ut par est, disponi: sed elementali potius natura contingere. Asserit uero hic quemadmoduz i timeo atqz phedone omnia siue p mētes angelicas, siue p aias, siue p corpora fieri dicātur, precipue uolūtate diuina boni gratia fieri.

Duodecimus legati.

Si legatus aut preco falso q̄si bi cōmissa nūciauerit: dicēda ne tacuerit, uel rursus ab hostibꝰ amicisue redisēs, ab illis accepit, aliter q̄z accepit, retulisse repiatur: quasi mercurii iouisqz mandata legationesqz ꝯtra legez cōtempserit, in iudiciuz deferatur. Et iudices p magnitudine rei, quid pati dareue ipsum oporteat, si damnatus fuerit, statuant. Pecunie furtum illiberale pfecto est: rapina uero turpissimum. Nullus autem filiorum iouis aut ui aut dolo delectatus, quicquā huiusmodi unquaz fecit. Ideo nemo uel a poetis uł a fabulosis aliis hominibꝰ ita decipiatur, ut credat si furto aut ui uisus sit, nihil se turpe, sed quod dii quoque fecerint, commisisse, Nam nec ueruz id nec uerisimile est. Et qui preter legem horum alterꝫ facit, is nec deus nec deorum est filius. Hec legum latori magis q̄z cunctis poetis cognoscenda sunt. Igitur quicumqz huic nostro sermoni paruerit, felix ē, ⁊ i posterum semp erit. Qui cōtra fecerit, hac lege arcebitur. Siquis aliqd

publicuz furatus fuerit, siue paruuz seu magnū id sit, pari supplicio puniatur. Nam q rem paruam substulit, ⁊ si minori ui, q̄z qui magnam rapuit, equa tamē cupiditate furatus est. Et qui magnum aliquid inde remouit, ubi ipse non deposuerat, is omnino iniquus ē. Lex igitur non furti paruitate alterꝫ minus q̄z alteruz puniendum censet, sed eo forsitan interesse putat, qō alter sanabilis sit, insanabilis alter. Si seruus aut peregrinꝰ furti publici accusatus ⁊ condēnatus sit, tanquam sanari quodammodo posse uideatur, quid pati dareue debeat, iudicio statuatur. Ciuem autem ita educatuz ut ipsi instituimus, siquis publicum aliqd furatum esse uel uiolasse conuicerit siue in ipso furto ⁊ scelere siue aliter quomodocumqz deprehenderit, tanquam insanabilem mortis supplicio condemnamus. Militie gratia merito magne habētur deliberationes: ⁊ leges multe conduntur. Sed illud omniū maximum ē, ne quis mas feminaue sine magistro ac principe quicquaz agat. nec ciuis cuiusquā animus siue ioco siue serio aliquid facere solus ⁊ suo dumtaxat arbitratu consuescat. Sed tam in bello q̄z in pace ad principem magistrumqz semp respiciat: ⁊ eum quocumqz sequatur: atque ita ad eius nutum, suam uitam instituat. ut uel minima queque ab eo gubernatus faciat. Stet cum iubetur, ⁊ rursus iussus proficiscatur, exerceatur, lauetur, cōmedat, surgat nocte: custodiam agat. Det signa ⁊ uicissim accipiat: ⁊ i ipso prelio nec insequatur unquā, nec cedat: nisi princeps ⁊ magister significauerit. Et ut summatiz dicā, nemo penitus cognoscat, qd sit seorsum ab aliis agere: sed simul semper cōmunisqz q̄z maxime omnibꝰ uita sit. Nihil enim hac re melius: nihil prestantiꝰ nihil artificiosius unquaz erit ad salutem ⁊ uictoriam bello acquirendam. hoc ipsum etiam i pace ab ipsa pueritia seruent: assuescātqz alios ducere ⁊ ab aliis duci. Soluta uero licētia e uita penitus expellatur: nō hominum solum: sed etiam bestiarum que sub hominibus sunt. Oēs quoque choree ita ut bene geratur bellum celebrande sunt: atque omnis dexteritas, facilitas pmptitudo eiusdē rei causa cōparāda. Ob eandem causam consuescere debemꝰ a cibo ⁊ potu abstinere, frigus estumqz ⁊ cubilis duritiez ati: ⁊ in primis capitis pedumqz uirtutem alpnis tegmentis non corrumpere: nec pileorum calceorumqz a generatione datorum naturam perdere. Nam extremitates iste cum naturaz conseruant suam, maximas toti corpori uires prebent. contra uero contrarium. Et altera quidem uniuerso corpori maxime ministrat: altera totum ducit, cum principales eius sensus omnes natura possideat. Sed huiusmōi quidez laudes bellicose uite iuuenes audiāt. Leges uero istas militet quicumque conscriptus est, aut parti alicui deputatus. Siquis uero propter ignauiam absque cōmeatu impatoris desit, ad principes belli cuz redierint, accusetur. Iudicent autem qui militarūt, omnes: seorsum quidem pedites: ⁊ equites seorsuz, ceteriqz similiter. Pedites quippe ad pedites ⁊ equites similiter ad equites: ceteriqz singali ad eiusdez sortis principes deferendi sunt. Ubi quicumque dānatus fuerit, ⁊ in certamē postea quodcūqz descendere ⁊ alium neglecte militie accusare prohibeatur. Preterea quid dare patiue ipsuz oporteat, iudices statuant. Sed deserte militie iudicio peracto, peditum rursus equitumqz ⁊ aliorum cetus a principibus habeātur: ut militaria his q strenue se gesserūt, dona dentur. Iudicet autez de uictoria quisquis uelit inter ordinis sui participes: ita ut preteritorum certaminū nec coniecturas neqz testes adhibeat. sed eam que nuper gesta est pugnam dumtaxat cōsideret. Donētur deinde q preclare certasse uidebuntur, corona ex frondibꝰ arboris perpetuo uirentis conserta. Quam postea qui consecuti sunt in bellicosorū templis deorꝫ utcunqz placuerit cum inscriptiōe tituloqz suspendāt, ut testimonium uirtutis sit diuturnū. secundo quoqz ac tertio loco declarati sic faciant. Siquis āt militiaz profectus, ante q̄z principes dimiserint, ab exercitu abierit, apud eosdez iudices iste derelicti ordinis accusetur: apud quos ⁊ ille superior neglecte militie accusatus est: ⁊ damnatus similiter puniatur. Cauere āt p uiribus debet quisquis aliquem iudicaturus ē: ne sponte aut inuitꝰ supplicium multamue falso ⁊ non merito inferat. Iudiciuz enim uirgo

quedam pudica esse uere dicitur. Pudori autē
atque iudicio secundum naturā odio mendaciū
est. Quamobrem cum in aliis omnib⁹, tum ma
xime in bellicorūꝫ armorūꝫ proiectione cauen
dum est, ne deam iudicii presidem offendam⁹:
ne quis necessarias armorūꝫ abiectiones, quasi
turpes, per ignorantiam arbitratus, aliquē
pena indignum, imerito puniat. Arduū quidē
est, ita distinguere. Oportet tamen ut lex di
stinguere per singulas partes conetur. Fabula
igitur ad hec utamur. Si absqꝫ armis semimor
tuus ad tentoria patroclus fuisset delatus, qđ
pluribus accidit: ⁊ arma que a diis ut poeta di
cit, in dotem thetidi data fuerant, ab hectore
rapta fuissent, utrum meneciades quasi arma
abiecerit, a detractoribus uitupandus fuerit?
Preterea siqui ab alto precipitarunt, aut ī ma
ri, aut ī tempestatis aquarūqꝫ colluuione, aut
ī aliis huiuscemodi permultis que ad purgādā
ignauie suspitiōeꝫ afferri possūt: coacti arma
amiserint: erunt ne uituperandi? Danda uero
opera est: ut maius grauiusqꝫ maluꝫ ꝓ uiribus
a contrario secernamus. In ipsa igitur uitupe
ratione uocabulorūꝫ ipsorūꝫ prolatio differen
tiā quādā ostendit. Nam scuti abiector non de
omnib⁹ merito dicitur, Armorꝝ uero amissor,
de omnibus: Nec similiter qui ui amisit: ⁊ qui
sponte abiecit: sicuti abiector est iudicandus.
Omnino enim undiqꝫ differunt: Sic igitur sā
ciamus. Siquis ab hostibus circumuentus cum
armatus esset: non defendit se uersus ad eos:
sed arma spōte dimisit: aut abiecit: turpemqꝫ
uitaꝫ uelocitate comparare sibi maluit, q̄ꝫ for
titudine honestā felicemqꝫ mortē, de huiusmo
di armorum proiectiōe iudicium habeatur. de
superiori uero nullum. Mali eniꝫ ignauiqꝫ sem
per puniendi sunt: ut meliores fortioresqꝫ eua
dant. Infortunati uero minime. Nihil enim
proficitur. Sed que nam abiectionis armorūꝫ
damnato ⁊ a uirili fortitudine degeneranti pe
na congrua erit? presertim cum impossibile sit
homini in cōtrariuꝫ cōmutari, ut ceneū thessa
lum ferunt diuina quadam ui in naturam uiri
ex femina commutatum. Abiectori eniꝫ armo
rum contrarium maxime conueniret: ut in mu
lierem ex uiro translatus sic puniatur. Nunc

uero quoniaꝫ id fieri non potest: proximuꝫ ali
quid excogitemus: ut postq̄ꝫ ille usque adeo ui
uendi cupidus est, deinceps nullum periculum
subeat: sed reliquam uitam ⁊ quidem q̄ꝫ longis
simam improbus ⁊ cū dedecore uiuat. Hec igi
tur lex sit. Eo q arma turpiter proiecisse dam
natus est: nec imperator neqꝫ prefectus aliqs
ꝓ milite unquam utatur: nec in acieꝫ recipiat.
Si contra fecerit, rationum referandarum iu
dex id cognoscat. ⁊ si maximi cēsus sit decem
minis: si secundi, quinque: si tertii, tribus: si
quarti, una ipsuꝫ condemnet. Proiectionis āt
damnat⁹ nō solū ob nature ei⁹ ignauiā a uirili
bus periculis arceatur: sꝫ etiaꝫ si maximi cēsus
est: decē similiter mulctetur minis: si secūdi,
quinque. tribus, si tertii: una uero, si quarti.
De repetendis autem rōnibus quas magistrat⁹
annui sorte creati, uel plurium etiam annorūꝫ
consilio quodam delecti referre debent, quid
dicemus? Quis enim sufficiens repetundarum
iudex erit? siquis magistratus rerum pondere
pressus, dixerit feceritue suo aliquid indignuꝫ
principatu? difficile inuentu hoc est. Nā cum
delecti magistratus uirtute alios antecellāt,
quo pacto prestantiorem eis inueniemus? Et
tamen diuini aliqui uiri rationum referēdaruꝫ
exactores ⁊ iudices nobis querendi sunt. Sic
enim se res habet. Multe occasiones soluende
rei. p. quēadmodū nauis aut animalis cuiusdā
esse uidetur. Quarꝝ licet una natura sit ubiqꝫ
diffusa, eas tamen intensiones fulcimentaqꝫ ⁊
neruorum extensiones, multisqꝫ aliis non ini
bus apellamus. Sed hec tam salutis q̄ꝫ euersio
nis rei. p. occasio non minima est. Nam si iudi
ces qui gesti magistratus rōneꝫ exigunt, uirtu
te magistratibus prestent, atque ita id fiat, ut
nemo iure cōqueri possit, uniuersa sic regio fe
liciter ciuitasqꝫ florebit. Sin aliter iudicium
repetundaruꝫ processerit, tunc eo iudicio solu
to, quo in unuꝫ ciuilia omnia uinciuntur, omīs
magistratus, alius ab alio distrabuntur: ipsiqꝫ
ex uno multi iaꝫ facti, ex una multiplicē ciuita
tem efficiunt, hinc plena seditione cito omnia
euertuntur. Quare exactores rōnum oportet
in omni uirtutū genere cunctis excellere. hoc
igitur mō ipsorum generationeꝫ machinemur.

Singulis annis post estiuale solstitiuꝫ ad locuꝫ
soli atque apollini communiter dedicatuꝫ ciui
tas uniuersa cōueniat, tres uiros electuri: queꝫ
unusquisqꝫ meliorem, se solo excepto iudicet:
qui nō pauciores q̄ꝫ quinquaginta natus sit an
nos. Electorum deinde dimidiaꝫ partem: qui
a plurib⁹ prelati fuerint, si pares sunt, antepo
nant: sin uero impares sint, uno excepto cui
pauciora suffragia contigerunt, dimidiaꝫ simi
liter reliquorūꝫ partem accipiant. Suffragio
rum numero preiudicantes. Qđ si equalia nu
mero suffragia multis fuerint dimidiūqꝫ nume
ruꝫ auxerint, iunior postponatur. Acceptisqꝫ
aliis rursum ferantur suffragia, quousque tres
inequales obtineāt. At si omnibus his uel duo
bus equalia suffragia sint, bone iaꝫ fortune res
cōmittatur: sorte hi discernantur. Eum q suf
fragiis supat: rursumqꝫ secundo loco ⁊ tertio
delcaratuꝫ, corona ex semper uirentis arboris
fronde cōtexta coronet. Datis premiis preco
nio declarent, quemadmodum magnesiorum ci
uitas rursus deo duce nacta saltem ciues eius
tres omnium optimos soli ⁊ apollini cōmunes
primitias prisca lege quaten⁹ iudicium secutu
risunt consecrat. Qui primo anno, duodecim
repetūdarum rōnuꝫ examinatores constituāt.
Idqꝫ faciāt donec singulis septuagesim⁹ quin
tus ann⁹ exactus sit: deinde singulis ānis tres
semper addantur. hi magistratus omnes in par
tes duodecim distributos omni libera examina
tione iudicaturi, diligenter obseruēt. habitēt
aūt tempore quo rationes sibi redduntur, in
loco ubi electi fuerunt, soli atqꝫ apollini dedi
cato. Et tum per se soluꝫ quilibet tum cōmuni
ter, omnib⁹ diligentes perquisitis, de singulis
magistratib⁹ publice perscribāt, quid pati eos
dareue ex repetundarum iudicum sententia de
ceat. Ac siqs magistratus horuꝫ iudicio non re
cte damnatum esse se, queritur, ad electuꝫ iudi
cium repetundarum iudices deferat. ⁊ si eua
serit, accuset eos si uelit. sin āt ibi quoqꝫ dam
netur: atque antea ab ipsis repetundarum iudi
cibus morte fuerit cōdemnatus, quemadmodū
necessitas exigit, moriatur. Qđ si ea mulcta
ab illis damnatus fuerit, q̄ dupla ab ipso ꝑsolui

potest, duplam persoluat: Sed iam audienduꝫ
est, que horum de repetundis sententie ⁊ quō
ferende sint. His igitur q totius ciuitatis con
sensu omnib⁹ propositi sunt. donec uixerint,
primi consensus, semper in omnibus solemnita
tibus prebeantur. Et quandocunqꝫ ad commu
nia grecorūꝫ spectacula sacrificiaqꝫ mitti iudi
ces ac presides aliquos a ciuitate necesse ē, ex
istis mittantur. hi soli in ciuitate, corona lau
rea coronentur. hi solis et apollinis sacerdo
tes sint. pontifex etiaꝫ summus singulis annis
ex istis ille sit: qui superiori āno ceteris excel
luisse sacerdotibus iudicabitur. horum nomini
bus quousqꝫ ciuitas habitatur, tempora distin
guātur. defunctis āt funera ⁊ sepulchra excel
lentius q̄ꝫ ceteris ciuib⁹ fiāt. Indumēta queli
bet alba sint. luctus ploratusque absit. Chori
quoqꝫ duo, unus puellarū quindecim, alter to
tidem puerorꝝ feretro undiqꝫ circundato uicis
sim sacerdotes carminibus laudēt, felicitatēqꝫ
eius per totuꝫ diem decantent. Mane uero ad
monumentum feretrū iuniores ferant qui gym
nasiis operam impendunt: quos defuncti homi
nis propinquiores deligerint. primiqꝫ celibes
quasi ad pugnam precedant: cū equis equites:
⁊ cū leuib⁹ armis pedites: ceteriqꝫ similiter.
Pueri uero ante feretrum, patrium cantuꝫ cō
cinant: ⁊ puelle post eos, ac mulieres iam effe
te sequantur. Postremo utriusqꝫ generis anti
stites quamuis ab aliis monumētis arceantur,
tamen si pythius quoqꝫ confirmauerit, ad hoc
sepulchrum quasi purum quiddam sit, nil ꝓhi
bet deuenire. Monumentum huic sub terra sit
fornix quedaꝫ longior ex durissimis pulchrisqꝫ
lapidibus: ubi lapidei lectuli utrinqꝫ sint. hic
beatum illum sepelliant: arboresqꝫ in circuitu
planctēt: una excepta solūmodo parte, ut hoc
sepulchrum augeri possit. deinde singulis ānis
musico, gymnico, equestriqꝫ certamine hos ui
ros honorēt. Hec premia illis reddētur:
quorūꝫ de relatis rationibus iudicia, damnata
non sunt. Siqs āt horuꝫ iudicio confidens quo
prelatus fuit, nature humane fragilem cōditio
nem detexerit, lapsus uidelicet ī errorē pestqꝫ
egregius habitus ē, sanciatur lege: ut a uolēte

quolibet accusetur: Iudiciumqꝫ de ipso sic aga
tur. Primo legũ custodes adsint: deinde accu
sati ipsius college: electi preterea iudicii iudi
ces. Adducat at̃ accusator, indignuꝫ esse illuꝫ
qui accusatur, ⁊ magistratu ⁊ magistratus pre
miis. Si ergo damnabitur, magistratu, sepul
chro, ceterisqꝫ illi magistratibus cõpetentibꝰ
premiis priuetur. Sin uero accusator quintaꝫ
suffragiorum partem non habuerit, qui primi
cẽsus est. xii. qui secũdi, octo: qui tertii, sex:
qui quarti, duas minas persoluat. Magna
autem in iudicando ammiratione dignuꝫ fuisse
rhadamantum uideo. Ille siquidem perspicie
bat i illis temporibꝰ deos esse, oĩs uno ore ho
mines confiteri, neqꝫ id iniuria. Cum multi in
Primo uero ac maxime numeris. non iis dico numeris qui corpus habent. Sed qui omnem paris imparisue generationem atqꝫ uirtutem: quam ad perficiendam cognoscendamque rerum naturam conferunt. Quibus perceptis illa deinceps quam ridicule geometriam apellant, discenda est. Numerorum uero inter se natura dissimilium similitudo ad planorum partem relata clarescit. Quod quidem non humanum sed diuinum miraculū, siquis plane intelligat, uideatur oportet. post hāc numīri, qui in tres usqꝫ dimensiones adaucti sunt, nature solide similes: ac rursus dissimiles alia quadam arte stereometria uidelicet huic simili considerandi sunt. sꝫ hanc quoqꝫ qui in ea uersati sunt geometriam, nominauerunt. Illud autē mirum diuinumqꝫ intelligentibus est, quod cum rerum uirtus in duplo semper ⁊ in suo opposito reuoluatur, in singulis proportionibus per genera speciesqꝫ uniuersa natura formatur prima igitur dupli uirtus secundum numerum, p unū ad duo proportione procedit, duplum potentia possidens. Sꝫ in solidū ⁊ tāgibile rursus ab uno in octo dupli ratio proficiscitur. Alia uero dupli in medium: sed forte minore maius ⁊ minus maiore equaliter. Hoꝝ aliud eadē parte extremitates excedit, ab eisque exceditur. In medio uero senarii ad duodenariū numerum, sexquialtera ⁊ sexquitertia emersit proportio. horum in medio uis huiusmodi adutraqꝫ uersa concinnum hominibus usum commodūqꝫ attribuit: ludi ⁊ temporalis numeri concentusque gratia, choree musarum felici tributa. Hec igitur ita fiant: ⁊ ita se habeant. hoꝝ finis est, ut ad diuinā generationem, ⁊ eorum que cernuntur oculis pulcherrimā diuinamqꝫ naturam cōsiderandam nos conferamus: quā terrenus hanc hominibus inspiciendam deus largitus est. Quam nunqꝫ sine dictis artibus asseq̄mur. Ad hec, singula queqꝫ ad species suas, omnia deniqꝫ ad unum in disputationibus, referenda interrogando ⁊ arguendo siqua minus recte dicantur. Recte. n. omnium pulcherrima ⁊ prima hominibus huiusmodi examinatio est. Ubi uero nō talis reuera, sꝫ simulata inquisitio est frustra contenditur. preterea temporum considerādus est ordo, q̄ꝫ exacte celestia omnia perficit. ut quicumqꝫ uere dictū fuisse crediderit antiquiorem diuinioremqꝫ corpore animam esse, putet preclare sufficienterqꝫ illud quoqꝫ esse dictum. Deoꝝ plena esse omnia, adeo ut supperi neqꝫ obliuiscantur nostrarum rerum neqꝫ nos deserant. Sed hoc in his omnibus animaduertendum est maxime illi qui recte perceperit pfutura. ei uero q non recte, deū inuocādū esse. Modꝰ uero hic. Necesse. n. est id quoqꝫ tāgere Omē linearū descriptionē: ꝯstitutionēqꝫ numeri, ⁊ ꝯcentus rōem: circuitusqꝫ astroꝝ cōuenientiā. ⁊ q̄ una cunctoꝝ cōspiratio ē pspici oportet ab eo q modo ꝯgruo discit. pspicietur āt, siqs q̄ dicimꝰ ad unū recte respiciēs discat. Unū. n. hoꝝ oium itelligēti uinculū apparebit. Qui uero aliter hec adipisci studet, fortunā ut dicimus inuocet. Nunqꝫ. n. absqꝫ his naturai ciuitatibꝰ ulla felix efficetur. Et. n. hic modꝰ est. hec educatio. he discipline. p hec itaqꝫ siue facilia siue difficilia sint, eundū. Nefas aūt est deos negligere, cū felix oiū illoꝝ doctrina oibꝰ recta rōe patuerit. Eū sane q cūcta hec ita pcepit uere sapiētissimū apellamꝰ. Quē ego et ioco ⁊ serio affirmo, cū diē suū obierit, nō ampliꝰ mltoꝝ sensuū ut nūc sꝫ unius sortis pticipē fore. unūqꝫ de mltis factū, felicē, sapiētissimū atqꝫ beatū. et siue qs i ꝯtinēti siue i insulis seu publice seu priuatiꝫ uixerit, modo ita se gesserit, eandē a deo sortē reportaturū. Sꝫ q̄ in principio diximus, nunc quoqꝫ uerū nobis apparet: non posse homines preter paucissimos perfecte beatitudinē consequi. Q̄ quidem recte nobis

assertū ē. Nam qui diuini modestiqꝫ simul, aliisqꝫ uirtutibꝰ natura prediti sūt, Disciplinas preterea felices consecuti, quas diximus, iis solummodo satis ad felicitatem omnia se habere uidentur. his igitur qui ita ⁊ priuatim ⁊ publice in his elaborarunt, cum ad senectam peruenerint, maximos tradi magistratus iubemus. Ceteros uero sequi. ⁊ deos simul deasqꝫ laudare: ac cetum nocturnum ad hanc sapientiam omnes diligēti examinatione peracta q̄ꝫ rectissime adhortari.

Argumentum Marsilii Ficini. In Epistolā primam que est Dionis.

DIONYSIUS SYRACUSANUS vir profecto magnus, Platonis non auditor solum, sed etiam imitator: a tyranno expulsus, ⁊ magno animo pecuniam quam miserat tyrannꝰ statiꝫ remictit: et utpote Platōicus, p summa iniuria, summo quodam Dionysium afficit beneficio: tribus. s. preceptis salutaribus ammonens. Primum est, principes nō pecuniarum sed amicorum defectu perire. Secundum nullam potentiam maiorem esse bonorum prudentiumqꝫ consensu. Tertium oportere errata preterita recognoscere. ⁊ quanto nobis detrimento sint augurari. quo a futuris delictis absterreamur.

Marsilii Argumentum in Epistolam Secundā que est Platonis ad Dionysium. Sicilie tyrannum.

In hac Epistola quam Plato scribit ad Dionysium iuniorem post primum ab eo discessū, ⁊ expulso Dione quatuor sunt pre ceteris obseruāda. Primum quidē, quod ait magnam potentiam naturali quodam instinctu atque sapientiā se se inuicē petere: quo in unum cōgrediantur. Id quidem i diuinitate, in natura, in arte compertum habemus. Principio penes deum infinitam dei potentiam immensa sapientia comitatur. Quod hic sub Iouis ⁊ promethei nomine indicat, Iouem quidem potentiam: prometheum uero prouidentiam esse iudicans. Nempe diuine intelligentie fontem atque spectaculum eiusdem potentiam esse putat. Siquidem ⁊ quia potest intelligere, iccirco intelligit: ⁊ potentiam eandem contemplatur intelligendo. Apparent ⁊ hoꝝ uestigia in natura. In his eniꝫ que naturaliter composita sunt, siue lapides ⁊ metalla, siue plāte ⁊ animalia, immo ⁊ in primis in ipso celo, ita natura comparatum est, ut ex intima nature potentia naturaliqꝫ uigore procedat, ordo quidam tum in ipsis horum formis, tum in actionibus atque effectibus. Ordo uero eiusmodi extrisecꝰ euidēs, iteriorēqꝫ uigorem potentie comitans, sapiam quandam pre se ferre uidetur Non enim aliter in progressibus ordinatis natura procedit, aliter sapientia: sed similis omnino est utriusqꝫ progressio. In arte quoqꝫ humana siue priuata siue publica similis quidāꝫ uidetur potentie sapientieqꝫ congressus. Naturalis quidem ingenii, memorie, uoluntatis uirtus ad potentiam pertinet. Ex hac uero acquisita oritur sapientia: ⁊ in actionibus ipse ad sapientiam pertines ordo seruatur. Huius autem mysterii diuinitate, natura, arte constantis, in consuetudine eleganti habemus exēpla, qualia hic Plato recenset: in mutua uidelicet potentiū sapientumqꝫ familiaritate ⁊ quasi naturali quadam necessitudine. Qua de re nos admonet celum: in quo planete significatores principum his proximi sunt, qui significāt sapientes. Nam ⁊ Iupiter Saturno est situ proximus. ⁊ sol ferme, a, Mercurio non discedit. Morale igitur apud Platonem preceptū esto: principes sapientes honorent. sapientes libenter principibus consulant. Nam ⁊ sapientia absque potentia prodest paucis, ⁊ potentia remota sapientia obest multis. Potentia quidem expers sapientie quo maior est, eo perniciosior. Sapientia uero procul a potentia manca uidetur. Docent hoc magne planetarum cōiunctiones. Iupiter quidem dominus est. Saturnus uero philosophus. hi profecto nisi ꝯiūgātur nihil uel magnū ul̓ stabile moliūtur.

Felicem quidem familiaritatem Plato uult es
se ex potente sapienteq; conflatam. Felicissi
mam uero copulam/ ubi utraq; in eodem animo
coniunguntur. In quo ⁊ ipsiu Palladis sedet nu
potentiam una cum sapientia copulans. Pal
las. n. sola ⁊ artes callet simul ⁊ uibrat hastā.
Hactenus de primo epistole huius mysterio di
ctum sit. Ad secundum iam pergamus. Ani
mi bonitate excellentis/ est gaudere bono/ ma
xime uero diuino/ hoc est amplissimo. Tale ue
ro est/ quod ⁊ q̄ plurimis ⁊ q̄ diutissime ꝓdest
eiusmodi est uera uirtutis gloria ad doctri
nam ⁊ mores tam posteris q̄ presentibus cō
ferens. hac ergo uiri optimo ingenio prediti:
duabus de causis maxime omnium delectantur
tum quia sicut intimam uirtutis lucem amant
sic exteriorem quoque diligunt uirtutis splen
dorem: tum quia splendore hoc optant semper
prodesse q̄ plurimis/ ⁊ hoc certe perpetuo in
genus humanum beneficio gaudent. Gaudent
inq̄ quatenus sentiunt. Cum uero sempiterna
gloria studeant posteritati prodesse/ sperantes
uidelicet/ sicut nunc ita ⁊ tunc splendore hoc/
et beneficio se gauisuros/ profecto id se post
hanc uitam persensuros uaticinantur. Natu
re ſ quidem diuinioris instinctu ad tantum be
neficium instigantur. Non tam quia hoc ipso
gaudeant q̄ ut gaudeant. Ac si multe animali
um species in ipsa nidorum escarumq; opera in
stigante natura non frustra futuro usui consu
lunt/ multo minus diuinos animos sperantes
se sempiterno quodā officio gauisuros frustra
tur euentus. Eiusmodi uero uirtutis splendo
rem ⁊ beneficium tam in doctrina q̄ in moribꝰ
his uerbis propheta Daniel comprehendit. Ful
gebunt docti tanq̄ splendor firmamēti: ⁊ qui
multos erudierint ad iustitiā/ sicut stelle in ꝑ
petuas eternitates. In quibusdam uero ani
mis a sua diuinitate degenerantibus beneficum
uere glorie studium uel extinguitur uel in ua
nam gloriam permutatur. Tertium epistole
huius mysterium/ surgit altius. Sed quoniā
in theologia et in libro de amore latius exposu
imus/ satis fuerit in presētia leuiter delibasse.
Quando diligenter formas ab artifice factas
consideramus/ paulatim qua ratione facte fue
rint animaduertimus. ⁊ quando rationes per
quas efficit formas apprehendimus/ facile ꝑ eas
ad ipsas ideas artificiose mentis accedimus: ad
quarum exemplar rationes suas ad formas di
rexit efficiendas. Quemadmodum uero in ar
tificiis a formis ad rationes: ab his ad ideas/
idest exemplaria proficiscimur/ sic in ipso rerū
ordine contemplando pulcherrimas rerum for
mas cognoscimus artificiosissimis rationibus
esse compositas: ac si rationibus: Ergo ideis
idest exemplaribus/ ad quorum similitudinem
ipsa ratio formas producit in ordinem. Tres
ergo in uniuerso sunt ordines. Formarum. s.
et rationū ⁊ idearū. Ordo qdē formaꝝ que pa
tent sensibus/ ad animam ipsam mundi reduci
tur: que utique uelut principium motus/ for
mas in materia generat/ generat autem/ alios
aliis rationibus atq; seminibus. hunc uero or
dinem ī anima rationum ad mentem redigimꝰ
anima altiorem: a cuius ideis anima generanda
rum rerum suscipit rationes. Ordo denique
ideaꝝ in mentem ab inmenso ⁊ simplici diuini
boni splendore descendit. Siquidem una om
nium idea bonorum/ idest ipse deus alias a
liorum bonorum/ menti angelice ideas infun
dit. Quamobrem tres rerum ordines ad tres
principes fontesq; reducuntur. Ordo quidem
formarum ad mundi animam: ordo uero ratio
num ad mentem angelicam. Ordo deniq; idea
rum ad ipsum bonum: Et quia per ideas cuncta
referuntur ad bonum: ideo Plato inquit/ cir
ca omniū regem cuncta sunt. idest circa ipsū
bonum sunt idee per q̄ ideas omnia/ circa secū
dum. i. mentem sunt secunda. idest rationes/
que sequuntur ideas. Circa tertium uero tertia
idest circa animam mundi forme. Significauit
autem deum esse rerum causam exemplarem/
ubi dixit circa. Item finalem/ ubi ait eius grā
tia. Rursus efficientem quando subiunxit ip
se causa est pulchrorum omnium: quod enim ñ
nulla sint deformia nō, ob id habent quod ab ip
so sunt/ sed quatenus ab eo degenerant. Neq;
mirum Platonici uideri nolunt/ quod Plato
quodlibet illorum trium principium nominaue
rit. Nominasse enim similiter/ sed non neq;
Deum qdem per se unū bonūq; existere. Cum
uero unitas bonitasq; amplissima sint sēper ut
deus per se sit omnino. Mentem uero summam
deo proximam per deum esse/ quatenus unum
quiddā est et bonum. preterea ⁊ per se/ quate
nus mens est ⁊ ordo nature secunde. Mundi de
nique animam productā quidem/ ⁊ ipsam a pri
mo deo/ qua unum atque bonum: Productam
quoque ab ipsa mente/ qua mens. Sed qua per
se mobile est/ a seipsa productam. Huc usque
ait Plato procedere diuinoꝝ origines/ reꝝq;
principia. Preterea animum nostrum esse diui
num/ quando addidit affectare diuina/ Uerum
non comprehendere quamdiu aspicit in ea que
sibi cognata sunt. idest uel sensus/ ⁊ sensibilia:
uel formas horum obiectu cōceptas ab anima.
Hec. n. omnia/ a diuinis lōge diuersa sūt: un
de animus in hec aspiciens cogitur de diuinis
aliter sentire ⁊ ꝓnūciare q̄ sint. Sequitur
quartum mysterium de diuinorum perceptio
ne. Primo quidem ait inuestigationem diuino
rum nō recte factam/ idest non debitis tum pu
rificationis tum disciplinarum gradibus instru
ctam/ malorum esse omnium causam. Quia ui
delicet qui sic inuestigant deum/ tandem eo ꝑ
ueniunt/ ut uel negent deum esse uel de deo af
firment que non sunt dei. Hinc uera perit reli
gio. extincta religione mala omnia cōfluunt.
Deinde ait stimulum inuestigandorum diuino
rum esse malorū causā/ idest si hoc abutamur:
et omnino quomodocunque utamur non permi
ctit presētibus oblectamentis frui/ ⁊ hac in ui
ta quiescere: altioribus hanelantes. Uerum
quid sibi uult ubi ait nisi quis hunc ex animo sti
mulum eruat/ ueritatē nunquam assequetur ſ
Profecto negat ueritatem rerum a deo depen
dentium haberi posse/ nisi ipsa de deo ueritas
habeatur. Preterea per illa que mox subiun
git/ scito Platonem ipsum assidue in diuino
rum inuestigatione/ uersari consueuisse: ⁊ qui
Platonem primo audiebant diuina contemplā
tem/ solitos sub nimio diuinorum splendore
protinus caligare/ diuq; uexari: donec uide
licet mentem denique tum ab affectibus sensu
um/ tum a phantasie imaginibus segregarent/
quo quidem facto diuina quadam sorte. idest
luce ueritatem nō prius inuētam repperiebāt.
Propterea pythagoras quem Plato noster in
omnibus ueneratur/ sacra doctrinarum myste
ria ab exactissima expiatione mentis exordie
batur. Precipiebatq;. ⁊ Plato similiter pre
cipit/ ne efferantur in uulgum/ ne uulgus acce
pta peruerse uel contemnat uel incidat ī erro
res. Si enim in uulgum edideris/ deum nihil
ex his que sentiuntur in se habere: uel te ride
būt uel deum esse negabunt. hinc illud lysidis
pytagorei ad hipparcum. Haud pium est/ my
steria philosophie cum his communia facere/
qui ne somniare quidem purificationem animi
potuerunt. Sunt preterea non nulla mysteria
theologorum circa deum: que non uulgum mo
do uerum etiam elegantes plerosq; fatigent.
E quibus id unum est/ nihil ex his que intellī
gūtur absolute de deo affirmari debere. Quic
quid enim intelligentia definitum est/ infra in
finitum deū extare compellitur. Ad hec itaq;
secretiora mysteria ita plerique docti adhuc
sunt inepti/ sicut ⁊ uulgus ad leuiora: usque
adeo ut etiam non nulli quamuis acumine/ me
moria/ iudicio ualeant/ diuq; hec audiuerint/
non dum tamen perfecte comprehendant quia
uidelicet ⁊ si ad alia quedam/ tamen ad the
ologica nati non sunt. Uel si nati/ non ta
men congrue ad hec eruditi atque educati: uel
si educati ⁊ eruditi/ non dum tamen etatis ma
turioris beneficio a perturbationibus segrega
ti: perturbatio uero quia ⁊ mouet ⁊ per diuer
sa distrahit ⁊ ad materiam trahit/ iccirco alie
nā reddit mētē a deo. quo nihil/ a/ motu/ a/ di
uersitate/ a materia/ potest remotius cogita
ri. Non ergo iniuria lysis hipparcum sic ad
monuit. Opere pretium est recensere/ quantū
temporis in abstergendis maculis/ que nostris
inuste pectoribus erant/ consumpserimus an
teq̄ precepta pythagore percipere digne posse
mus. Accedit ad hec quod siqs etiam tranquil
lo ⁊ erudito ad deum intellectu se conferat.
Ita ferme ab ipsa intelligentia circa deum de
cipitur/ quemadmodum ⁊ uulgus sensu imagi
nationeq; fallitur/ ⁊ pleriq; docti perturbati
onibus repellūtur. Intelligentia enim pro na
tura sua iudicans/ cōpellit nos dm̄ ipsū ul' intel
lectum quēdā ul' intelligibile qddā asseuerare

Immensum uero bonum neque intellectus est/ qui uelut egenus ad intelligibile se uertit tan quam bonum quo illustrante proficiat: neque intelligibile est dicendum/ quod quidem/ com munem quan lam cum intellectun aturaꝫ habet per quam etiam proportionem habet cum intel ligẽtia congruam. At nulla est immenso bono ad finita bona nature communio/nulla propor tio. Hinc in parmenide probat nos neqꝫ nomẽ neque definitionem. neque scientiam habere de deo. utpote qui sit super intelligentie limi tes. Idem ante ipsum Mercurius asserit. Idꝫ post ipsum Dionysius areopagita probans de um nõ esse dicenduꝫ ens atque intelligibile/ sꝫ super utrumque. Quamobrem cum deus intel lectum atque intelligibile infinito superet in teruallo/ nemo ulla intelligentie actione diui nam substantiam potest consequi. potest tamen quandoque assequi passione. Passione inq̃ꝫ beni gna per ipsam beneficam infiniti boni actioneꝫ nobis illataꝫ. Illatam inq̃ꝫ in unitatem ipsam nostre mentis caput, quando uidelicet mens in unitatem suam/ que expressa est diuine sim plicitatis imago/totaꝫ undique se collegerit. Uerum quod menti unitatem hanc indute sub diuino sole subrutilat: tunc ferme abit/ cum unitatem exuta rursus induit multitudinem. Ex his utiqꝫ patet ex Platonis nostri senten tia diuina/a/nobis non inueniri/sed potius de super reuelari: neque mente comprehendi pos se substantiam proprietatemque diuinorum: ne dum uerbis ⁊ litteris explicari. Ideoque de his ea mente disserendum describendumqꝫ: ut p uerba ⁊ litteras exhortari ⁊ preparare ani mos ad diuina speremus potius q̃ꝫ demõstrare. Sic ⁊ Plato de substantie proprietatisqꝫ diui ne definitione scribit nihil. Scribit tamen mul ta que uel per negationes/ uel per relationes/ uel adhortando/ uel instruendo ad eum men tis statum quandoque perducant: cui tandem ex alto pãditur domus omnipotentis olympi. Ubi postquã se ⁊ ab inferioribus receperit ad seipsã ⁊ a seipsa ad superiora cõuerterit: statim uno quodã statu simplici ipsã unitatem/stabili tatem/simplicitatẽ/ut ita loquar/ attingit. Sed que attigerit/ non licet apud paulum ho mini loqui: ⁊ apud Platonem multo minus li cet scribere ne detur sanctuꝫ canibus: Cum ue ro neqꝫ uerbis neqꝫ litteris in diuinorum expli catione confidat/ tutius tamen committenda uerbis censet q̃ꝫ litteris. littere namque cuiuis communia faciunt. At qui ⁊ q̃ꝫ electissimis di cenda permictit, omnino uero iudicat diuino rum dignitatem exigere/ ut ex mente in men teꝫ uerbis potius q̃ꝫ scribendo in exteriores ma terias traducantur. Hac ratione iudei aiunt mysticum sue legis sensum ab ipso deo per moy sem non tam litteris traditum/q̃ꝫ animis com datuꝫ. Sed hoc illi uiderint. Pythagorici cer te id obseruabant: Et Plato seruauit. Nam et hic pollicetur non nulla per archedemum po tius q̃ꝫ per litteras se missurum. Asserit autẽ que ab ipso scribuntur esse Socratis: cuius proprium in purificando erat officium. Sed cur additum est. Socratem etiam ⁊ in iuuen tute fuisse pulchrum. idest diuinitus illustra tum? Ut intelligamus/ Socratem tam educa tionis prime perfectione q̃ꝫ nature felicitate/ a/deo per familiarem demonem mox accepisse que ceteri uix tandem multis laboribus asse quuntur. Rursus mysteria eadem per diuinam reuelationem accepta in Platonem: transfu sa fuisse ⁊ per Platonis exhortationes in homi nes similiter affectos posse transfundi. At ne quis me i hac expositione existimet somniare/ audiendus est Proculus hec ita confirmans. His qui ad summum bonum peruenire cupiunt non scientia/ ⁊ exercitatione ingenii opus ẽ: sed firmitate/ quiete/ tranquillitate: Que quidem diuina fides est: Que nos ad summum bonum diuinaqꝫ omnia ineffabili ratione tra hit atqꝫ coniungit: Profecto non per scienti am/aut actionem ullam ingenii exquirere sum mum bonum/ aut ad ipsum aspirare debemus: Sed offerre commendareqꝫ nos diuine luci: ⁊ preclusis sensibus in illa incognita ⁊ occulta entium unitate quiescere. Hoc enim fidei ge nus/omni doctrina antiquius est: Hec Procu lum a Plotino accepisse constat: Siquis au tem hec diligenter considerauerit: non exi get a Platone in dialogis suis consuetum il lum apud humanos disputatores ordinem

doctrinalem. Sed eo dumtaxat stilo conten tus erit, qui rectiori tramite perducat ad de um. Eiusmodi uero stilus siue ordo in purgan do ⁊ conuertendo consistit. Oportet enim mẽ tis oculum ⁊ purgare a caliginosis materie sor dibus/ ⁊ purgatum in ipsam diuini solis lucem rite dirigere. Ulterius uero perquirere aut cõ tendere non oportet. Immensa. n. lux ubique presens sua prorsus natura creato ad ipsam mẽ tis oculo/ cum primũ/in eam/ purus rite respe xerit se infundit. Ac si ad suscipiendum deum intellectus assidue actione utatur propria/que et accidens quiddam est/ ⁊ multiplex ⁊ modo quodã suo mobilis/ profecto per ipsaꝫ a dei sub stantia simplicissima ⁊ ab omni motionis ima gine remotissima/ quodammodo disiũgetur: Sat ergo fuerit post conuenientem inquisitio nem purificasse mentem atqꝫ direxisse. Reliquũ Mercurius sacro mentis silentio tribuit. Deuꝫ enim a mente/ suo quodam silentio potiusq̃ꝫ ser mone suo cẽset pronũciari. Omnes itaqꝫ Pla tonis dialogi in hoc ipso uersantur. ⁊ alii qui dem in purgando solum/alii uero solum in con uertendo: alii in utroqꝫ consistunt. Mysteria uero hec in epistola ad Syracusanos iterum cõ firmantur. Atqꝫ hoc cõfirmata mirũ in modum precepta euangelica comprobant.

Marsilii argumentum i tertiam epistolam que est Platonis ad Dionysiuꝫ tyrannum.

EC Platonis epistola scribitur ad Dio nysium iuniorem post secundum Plato nis ab eo discessum. Et primo quidem ad Dionysii quesita respondet: deinde calum niam in se/a/ Dionysio conflatam dissoluit. In responsione igitur ad questioneꝫ/ docet nõ eẽ in deo uoluptatem. Illaꝫ scilicet. que dolo rem habet oppositum ⁊ in motu quodam uel in digentie expletione uersatur: Esse autem in deo totum id bonum cuius causa bona uidetur uoluptas/ non negat. Addit uoluptatem. s. mobilem: esse causaꝫ detrimenti. scilicet in pe cuniis ⁊ honore. Item doloris in corpore. Rursus auferre acumen. memoriam. iudiciuꝫ. grauitatem. Post hec contra Dionysii insimu lationem/ probat se iustissimis de causis in sici liam profectuꝫ/de restituendis urbibus olim di rutis/ ac de equa gubernandi forma consilium manifeste dedisse.

Argumentum Marsilii in Quartam Epistolã que est Platonis ad Dionem siracusanum.

OST Dionysium expulsum tyranni de/ scribit ad Dionem in patriam iam reuersum/ammonens eum atque etiam heraclidẽ ⁊ theodotẽ ceterosqꝫ amicos penes quos rerꝫ potestas erat/ut ꝓcul/a/tyrannide uiuerent: formamqꝫ gubernãdi tenerent ex op timatum gubernatione plurimum: atque ex po pulari quodam modo temperatam. Sunt hic precepta quedaꝫ memorie commendanda. Pri mum quidem ad principes proprie pertinere cunctis excellere Ueritate/ Iustitia/ Magni ficentia/ Temperantia. Omnino autem pru dentia tantum ceteros superare/quantum uiri pueros prudentia superant. Secundum uero oportere tales prestare seipsos/quales uideri uolunt: Tertium circumspicere oculos omni um in se esse conuersos: ut meminerint/ neque uitia sua latere posse: neque mediocri dumta xat uirtute se expectationi maxime satisfactu ros: Quartum Probatissimos imitari legum latores: ⁊ discordiam inter collegas quasi pe stem uitare: Quintum meminisse communem beniuolentiam esse ad res agendas summope re necessariam: Hanc uero sola humanitate comparari posse atque seruari

Argumentũ in quintã epistolã

Et si quintã hanc consuetudo quedaꝫ Platoni inscribit epistolaꝫ / uidetur tamen potius esse Dionis Platonem i seipso totũ pro uiribus effingentis. Instruit autem pdicam principem constitutuꝫ i monarchia ut meminerit se iuuenẽ eẽ: ideoqꝫ consilio ac ministerio senioꝝ indigere / nõ qdeꝫ omniũ, sed probatissimoꝝ / nõ quauis in re sed ĩ gubernandi forma: qui intelligant / quid potissimum gubernationis cuiusqꝫ sit proprium / siue gubernet unus / siue pauci / siue multi. Docẽ uero gubernationis esse uult spirituꝫ uitamqꝫ ei9 .i. legeꝫ. Que officia ⁊ erga deum ⁊ erga homines cõgrua instituere debet ⁊ exseq. Alioquin salua esse non possit. At quoniam significat se et Euphreum disciplina Platonis imbutos / tenere que ad ciuilem pertinent disciplinã. Idcirco ne perdicas hac de re diffideret: ppterea quod Plato ipse nunqꝫ populo suo i ciuili disciplina profuerit / subiungit Platoneꝫ cognouisse populum suuꝫ morbo insanabili laborare / idõ qꝫ medicoꝝ prudentum more noluisse ⁊ frustra et cum sui discrimine bestiam insanabilem curãdam suscipere.

Argumentum Marsilii in sextam epistolã, ad hermiam ⁊ herascum ⁊ Coriscum.

Plato diuinus hermiã / herascum / Coriscum finitimos inter se pricipes ad uerissimam concordiam cohortatur / hac sola saluos fore uaticinans perqꝫ hanc aspirante deo qui unione gaudet bona omnia ↄsecuturos. Preterea eo deniqꝫ peruenturos / ut rebus rite ↄpositis diuinam sapientiam propensiori studio qꝫ hũanam ut parem proseq ualeant. Concordiam uero stabilem firmari inter illos posse tradit pacto dũtaxat atqꝫ lege: pacto inquaꝫ legitimo / sacris rite peractis inuicem stabilito ac iureiurando interposito / deuꝫ ipsum testando / atqꝫ obsecrãdo tanqꝫ unionis auctorem omnis atqꝫ seruatorem. Testando inqꝫ ⁊ obsecrando sub impari / quo deus gaudere dicitur numero. Tria. n. summa reꝝ principia. Que i prima quoqꝫ epistola attigit / hic adducit. Ubi. n. ait omnium ducem / presentium atqꝫ futuroꝝ / mundi animaꝫ uult itelligi / que utpote principium motus res oẽs a futuro in presens / a pñti in preteritũ temporali ratõne pducit. Ubi uero patrem dicit ⁊ dñꝫ / summum dñ ipsumqꝫ bonum significat. Sꝫ mediã inter duo hec mentem quandã diuinã uidetur inserere, qñ dum repetit ducis / subiungit ⁊ cause. Nam apud platonem sepe rex significat ipsum bonum: causa uero mentem: dux deniqꝫ animam. Et qñ causam refert ad mentẽ, Idõ in timeo platonici disputant: intellectũ ipsius boni filium mundi architectum proximum extitisse. De quo in Epinomide scribitur ratio diuinissima / siue diuinissimum uerbum / mundum uisibilem exornauit. Apellat autem hic ipsum bonum / tum patrem / tum dominum: ut per primum quidem designaret mentis patrem p secũdũ uõ aĩe dominũ. Ita forsã Platonicus mer9 exponet, Ita quoqꝫ platonic9 xpianus: sed arrianus: poterit / ⁊ quispiam per ducem / sanctuꝫ spũm intelligere: p mentem uero filium. Nam ubi Plato patrem dicit / filiuꝫ pariter subintelligit: ac siquis unã trium ponat essentiam / platonicis qdem multis uidebitur aduersari. Platoni tamen manifeste non repugnabit. Exhortatur autem ad grauiora simul studia doctrinarum: atqꝫ ad iocundiores quasdam disciplinas his cognatas. s. eloquentie poesisqꝫ ⁊ musice. Quibus omnibus eo consilio iubet incumbere / ut per hec qi uestigia odorẽ diuinũ inuestigãtes ipsum solũ ament: ⁊ amando saporem insup cõsequantur. Inquit ergo si uere uel si ita deum philosophemur. i. uel amãdo inuestigem9 / uel inuestigando amem9 / ipsum deniqꝫ oĩs pcul dubio cognoscemus. Profecto phic noĩ ⁊ si indagationeꝫ quandã prese ferre uidetur: amorem tamen fert pprie amatoriamqꝫ indagineꝫ: Cognouit ergo pythagoras / Cognouit ⁊ Plato aliter nos habere ad finita bona / aliter ad infinitum bonum: ⁊ finita quidem bona cognoscia nobis priusqꝫ amẽtur: ⁊ ut cognoscantur amãda. infinituꝫ uero amari ante qꝫ cognoscatur: neqꝫ tantuꝫ / ut cognoscatur quantũ ut ametur inuestigandum. At cur amandum priusqꝫ intelligatur? Quia uidelicet amor amantẽ transferens in amatum / quod pportioni deerat trãsformante supplet affectu. Non ne deus in sacris ignis sepe cognominatur? Eadeꝫ ergo metaphorica uenia: angelus qdem corpus diaphanũ. Anima uero opacũ corpus cognominetur / quamdiu uidelicet ceco hoc carcere clauditur. Itaqꝫ quemadmodum sub igne corpus diaphanũ. i. perspicuũ / uelut aer ⁊ aqua subito lumẽ / ⁊ extra ⁊ it9 admictit: terrena uero corpora uehementer calefacienda sunt prius / ⁊ calore in diaphani similitudinem prius extenuanda qꝫ igneam suscipiant lucem: sic spiritus a corpore segregati diuinum lumen subito capiunt: spiritus uero terrenis ↄiuncti corporibus transformantis amoris incendio indigent. Quo quidẽ purgati / ⁊ in diuinam translati similitudinem diuinitus tandem splendore scientie collustrẽtur. hinc porphirius ait. Inquisitio quideꝫ diuinoꝝ purificat animum / amor uero deificat. Proprio. n. rem sic exprimit uerbo / neqꝫ id qdem iniuria nam ⁊ nulla materia ex eo fit ignis quod lumen / sed ex eo quod calorem suscipiat igneum. Platonica ergo sententia est inuestigãda esse diuina. s. illa esse ⁊ qualia quoqꝫ sint communi quadaꝫ perceptione. Sed interim ñ communi / sed singulari icomparabiliqꝫ charitate amanda: sic. n. dumtaxat ea nos alicubi aperte quid sint intelligere posse / atqꝫ fore beatos. Quãtum uero hec sacris consonent litteris / nemo nisi prophanus ignorat.

Argumentum Marsilii in septimam epistolã;

Septima ep̃la Platonis est ad propinquos amicosqꝫ dionis scripta iam liberata per Dionem patria / ⁊ iniqꝫ occiso Dione. Seruꝫ ut multa ad historiam pertinentia / tum in hac epistola / tum in aliis plane intelligantur paulo altius repetenduꝫ. Plato ter siracusas profectus est. Semel quidem superioris Dionysii tẽpore quadraginta etatis annos natus. Bis uero postea iuniore Dionysio tirannidem obtinẽte. Quid aũt in singulis profectionib9 egerit / aut qua de cã profectus sit partim i ipsa eius uita a nobis scripta partim i his apparet ep̃lis. Dion uero ex eadeꝫ familia / qua ⁊ Dionysius fuisse uidetur: affinitate insuper cũ illo uarie implicatus. Qm̃ Dionis sororem Aristomachẽ supior in matrimonio Dionysius hẽbat. At ipse Dionysii filiã noĩe Areteꝫ habebat uxorem: Dinysius aũt iunior nõ ex sorore Dionis sꝫ ex alia uxore natus erat noĩe Dorade. Prima pfectõe Dion auditor Platonis effectus / uitam ad uirtutẽ traduxit: ⁊ concupiscere cepit publicũ patrie bonuꝫ. Itaqꝫ defuncto Dionysio seniore: Cum Iunior Dionysius i tyrãnidem successisset / ac puer adhuc fere ↄsilio Dionis gubernaretur / optans Dion ipsum in philosophice uite cupiditatẽ traducere / Platoneꝫ multis precibus siracusas uocauit. Ac Dionysiũ ut accersiret induxit. Parruit ergo Plato hac i primis spe duct9 se suis ↄsiliis effectuꝝ: ut illic ex tyrãnide res. p. fieret aut regnũ. Sꝫ quarto fere post platonis accessuꝫ mense Dionysius falsis adduct9 calũniis Dionẽ quasi tyrãnidi insidiantẽ expulit. Platonem tamẽ libenter amplectebatur. At plato indignatus re infecta in patriam rediit. Tertio accessit Dionem Dionisyio reconciliaturus / ⁊ ab utroqꝫ iterum atqꝫ iterum obsecratus Rogat9 etiam ab archita / ⁊ archedemo pythagoricis nobilibusqꝫ permĺtis. Tunc ⁊ Dionis reuocationẽ pollicitus est Dionysius ⁊ optimã insuper gubernandi formam se seruaturuꝫ. Sꝫ nihil eoꝝ que pollicitus fuerat prestitit. Cum uero Plato palam Dionysium redargueret / quod fefellisset fidem / tum sibi de reuocando Dione / tum Theodoti suo de heraclide seruando: infensum deinde habuit Dionysium. Itaqꝫ in summo uiuebat discrimine / ne a militibus interficeretur. Sed Architas tarentinus salmiscum oratoreꝫ misit ad Dionysium una cum naui / rogans ut platonem dimitteret. Ille eũ dimisit: ac prebuit commeatum. Plato in patriã rediit sospes. Dionysium paulo post Dion claꝫ collectis copiis Siracusasqꝫ profectus expulit / siracusanis reddita libertate. Ipse uero paulo post dolo suorum inuidiaque interficitur. Post hec hipparinus Dionis filius / ⁊ hipparinus dionysii frater / Dionis ex sorore nepos siracusas tenentes consilio nobilium freti de honestiori gubernandi forma deliberabãt Interea Dionysius hostib9 coniunctus redire

in principatũ conabatur/ Plato igitur ad hos
scribit, cohortans eos ⁊ instruens ad optimam
speciem gubernandi. i. regnum parens legibus
⁊ optimatuꝫ auctoritate suffultum. Sparsim
uero precepta eiusmodi ex hac ep̃la colligũtur
Non est alienũ a bono ingenio optare guberna
cula rei. pu. presertim quando necessitas postu
lat. At bono ciue alienũ ẽ optare hec cum omni
licentia obtinere. Non est prudentis temere
publicis se negociis implicare. Presertim ubi
absqꝫ salutis publice spe periculũ subeatur. So
la phia in re tam publica q̃ꝫ priuata quid bonuꝫ
iustumqꝫ sit/ qd non sit eiusmodi/ potest discer
nere. Humanũ genus non prius desinet in ma
lis uersari/ q̃ꝫ aut philosophi dominentur aut
qui dominantur/ deo illustrante philosophen
tur. delicata luxuriosaqꝫ educatio ingenia uel
diuina deprauat. Nullus intẽperans potest es
se prudens. Ciuitas in qua ciues incõtinentes
sunt nulla leguꝫ potẽtia contineri potest/ quin
frequentes mutationes ac semper in deterius
patiatur. Violentia neqꝫ patrie neqꝫ parenti
bus inferenda. Sed utrisqꝫ procul a uiolentia
consulendũ. Auctoritas antiquoꝝ sacroꝝqꝫ
sermonum ceteris opinionibus anponenda ẽ.
Bono uiro nihil mali potest ꝯtingere. Anima
ab hoc corpore seiuncta sub diuini iudicis sen
tentia sceleꝝ luit penas. Prestat grauissimas
iniurias pati/ q̃ꝫ inferre. Auari atque intem
perati ad res diuinas ceci surdiqꝫ sũt: adeo ut
neqꝫ ipsi uideãt/ neqꝫ ab aliis uel audire substi
neant/ uel auditas percipiant. Impietas oĩi
bꝰ peccatis mixta est: atqꝫ uicissim. Impietas
ipsa mixta peccatis/ stimulus ẽ quo precipue i
peccatores tũ in hac uita solicitantur/ tum in
altera cruciãtur. Post hec ubi de ꝯsuetudine
sua cum dionysio/ ac de philosophie studio scri
bit. Probat neminen in philosophia aliquid ꝓ
fectuꝝ/ nisi amore sapiẽtie accensus/ oĩes eiꝰ
gratia ⁊ labores substineat ⁊ oblectamenta con
temnat. Tum uero quoniam sapientis est com
templari diuina/ oportune ostendit diuina/
neqꝫ litteris unq̃ꝫ uulgo neque uerbis exprimi
posse/ immo etiaꝫ non debere. non posse quideꝫ
quia/ quod maius ẽ/ neqꝫ etiam mente omnino
comprehenduntur. Non debere etiam: quia ⁊
qui in plebe infimi sunt/ tanq̃ꝫ mõstruosa ride
rent: ⁊ qui paulo in plebe superiores/ his audi
tis uel in heresim falsam inciderent: uel oble
uem quandam altiorum reꝝ opinionem uani su
pra moduꝫ contentiosiqꝫ euaderent. Non in
quit Plato usqꝫ nihil ueri certiqꝫ de diuinis i
telligi posse. Sed neqꝫ posse exprimi: quod de
his intelligitur. neqꝫ propriam hoꝝ ueritateꝫ
intelligi eadem ratione qua cetera: forme qui
dem alie omio sunt coniuncte corporibus/ alie
penitus segregate. Ille naturales/ he diuine
uocãtur. Sũt ⁊ medie cõiũcte qdẽ quodammo
do ⁊ quodammõ sepabiles. i: ratiõales anime/ i
ter diuina ⁊ naturalia medie. Que quatenus
corporibus coniuncte sunt/ eatenus a diuinis
necessario disiunguntur. Coniungi. n. formis
a materia separatis/ nisi separatiõe nõ possũt.
Separantur autem a materia duobus precipue
modis/ tum morali purgatione/ tum resolutio
ne ꝯtemplatiua. Philosophie studium utrũqꝫ
facit. ⁊ quemadmodum qui humidum lignum
exsiccat prius sole/ deide admouet igni/ occa
sionem quidem ligno prebet ut accendatur: ne
qꝫ tñ ipse/ sed ignis accendit lignũ/ ita studiũ
philosophicum ⁊ moralem disciplinam ⁊ purifi
cando preparat animam ad diuina/ ⁊ per contẽ
platiuam resoluendo admouet mentem diuinis
atqꝫ coniugit: neqꝫ tamen ipsum diuina uerita
te format mentẽ: sed deus ipse ignis instar mẽ
tem quasi materiam philosophie bñficio para
tam ⁊ ꝓpinquantẽ/ ueritatis sue luce plustrat
Plato igitur cum dixisset diuina neqꝫ litteris
nꝫ uerbis exprimi posse/ significauit preterea
neqꝫ posse doceri uel inueniri eadem ratione q̃
cetera. In aliis. n. percipiendis inquisitio no
stra intellectum/ ⁊ parat ⁊ format. Cum tam
in diuinis ꝑcipiendis inquisitio uel purgatissi
ma atqꝫ eminẽtissima paret quideꝫ/ sed non for
met. Iccirco inquit opus esse diuturna cũ diui
nis cõsuetudine/ significans speculationis assi
duitatem/ item uite coniunctione/ siue commu
nione/ significãs purificationeꝫ morali discipli
na perfectã. Addit/ in mentẽ deniqꝫ sic affectã
nõ paulati qdem hũano quodã more/ sꝫ subito
lum ueritatis accẽdi/ sꝫ unde nam? ab igne. i.
deo. Prosiliẽte siue scintillãte. Per scitillas

ꝯsignat ideas exempla reꝝ i mẽte diuina/ desi
gnat ⁊ formulas ideaꝝ nobis ingenitas. Que
per desidiam olim consopite/ excitantur uẽti
lante doctrina. Atqꝫ uelut oculoꝝ radii emi
cantes ideis uelut stellaꝝ radiis collustrãtur.
Subdit eiusmodi lumen non accendi solum/ sꝫ
fieri in anima/ ut oñdat tum formulas esse inna
tas aĩe tum splendorem eiusmodi familiarem e
uadere. Ac ne putes in eo statu mentem ambi
guam solicitamqꝫ esse/ addidit seipsum iaꝫ alit
. i. lumẽ hoc primum diuinitus in mente accen
sum/ deiceps sua uirtute diuinoꝝ haurit copiã
radioꝝ atqꝫ almo mentem gaudio complet.
Hic animus seipsum nutrit. i. nihil querens
extrinsecus uiuit seipso contentus ⁊ q̃ꝫ beate
intus afficiatur/ ⁊ si uelit/ nequit tamen ⁊
nescit exprimere. Plato quinqꝫ in hac con
templatione meditatur gradus/ quos i theolo
gia legito diligẽtius a nobis expositos. Iubet
. n. cupidum ueritatis tum per audituꝫ ab ipso
rei nomine tum per uisũ aliosqꝫ sensus a rei ip
sius accidentibus ad ipsam rei definitionem ꝓ
cedere. per hanc ad formulam rei innatam mẽ
ti. ꝑ formulam deniqꝫ ad ideam tam formulaꝝ
q̃ꝫ reꝝ procreatricem. Docetqꝫ interea ideaꝫ
a reliquis longe differre/ quatuor precipue mo
dis. Quia. s. idea substantia est/ simplex/ imo
bilis/ contrario non permixta. Reliqua uero
quatuor. i. nomẽ ⁊ accidẽtale simulachrũ/ ⁊ dẽ
finitiõ/ ⁊ formule notio/ a substãtia/ simplicita
te/ stabilitate/ puritate/ idee degenerant. Ic
circo haud sufficienter ideam nobis imprimũt:
sed ad diuinam impressionem nos utcumqꝫ pos
sunt accomodãt. Deniqꝫ mens impressa diuini
tus/ si qñ studeat ideaꝝ characteres uerbis lit
terisqꝫ exprimere/ pulcherrimaꝝ reꝝ defor
mes reddet imagĩes: deꝝ si crediderit pytha
goricis/ non tam contendet ut depingat ideas
q̃ꝫ ut audientium animos excolat/ ac uelut ta
bellas expoliat. Quibus tandem diuine forme
diuino digito depingantur. Ipsa sane celestes
suspiciens radios/ non conabitur apud cecos ra
dioꝝ formas frustra describere. Immo si insa
nabiles sint dimittet si sanabiles dũtaxat pur
gare aciẽ aggredietur sursumqꝫ erigere. ut po
te q̃ intelligat alio se pacto frustra laboraturã.

Argumentum Marsilii in epistolam octauam
ad eosdem propinquos amicosqꝫ Dionis.

In superiori epistola pricipes Syracusa
nos instituens latius in cõnubiis precep
tis ⁊ in rebus a se Dioneqꝫ gestis uersatꝰ
est. In hac uero propria iam instituta breuio
ribus comprehendit medium semper inter uniꝰ
ac populi gubernationeꝫ obtinens: maxime ue
ro omniũ studens/ ut concilientur Ciues potiꝰ
q̃ꝫ expellantur: q̃ntum fieri potest sine aliena i
iuria rei publice status rite stabiliatur: Mox i
principio asserit homines ipio scelere pollutos
insanabiles esse: neqꝫ his ullum consilium pro
futuꝝ. Itẽ omnibus in rebus ⁊ dicendis ⁊ cogi
tãdis a deo principium faciendũ. In tota ue
ro epistola obseruabis q̃ꝫ cautus simul ⁊ cleṁs
gubernator sit plato q̃ꝫ ue diligens animoꝝ cõ
ciliator. Comꝓbat ut sui moris est gubernatio
nem lacedemonie similem. In q̃ plurimum sit
optimatum. Sit quoqꝫ regia quedam forma:
sit ⁊ populare non nihil. Damnat extremã ser
uitutem: per quam omnia libidini humane sub
dũtur. Improbat ⁊ extremam libertatem siue
licentiam: in qua quilibet ferme absqꝫ delectu
sortitur rei publice gubernacula. Medium ue
ro probat. Nota aureum dictum. Moderata
seruitus est, qua seruitur deo, imoderata qua
hominibꝰ. Tẽperatis quidẽ hominibꝰ lex deus
est: intemperatis uero libido.

Argumentum Marsilii in nonam ep̃lam.

In epistola ad Architam philosophum
publicis rebus occupatissimum/ consiliũ
dat contemplanti/ ne honestam simul ⁊
necessariam deserat actionem. Prodesse. n.
hominibus ⁊ publice ⁊ priuatim/ actioneꝫ hone
stam uocat ⁊ necessariam. Honestam qdem: qa
quemadmoduꝫ quodlibet corporis membrum ñ
sui ipsiꝰ tãtũ est: sꝫ alioꝝ ẽt/ maxie ũo totiꝰ.
Ita hoĩes alii alioꝝ sũt/ ac potissimũ spei. Ne
cessariũ uero qui ⁊ nisi aliis uixeris/ nõ potes ti
bi uiuere/ ⁊ nisi domesticis priẽqꝫ succureris.
res ꝑfecto familiaris ⁊ publica uel destituta gu
bernatore nutabit: uel a ðterioribꝰ gubernata
periclitabitur: ac deniqꝫ faciet naufargium.

108
Epla:-

Argumentum Marsilii in decimam epistolaȝ.

Aristodemum Dionis familiarem elegā
tia morum in primis philosophantem/in
sua opinione ⁊ uita confirmat/asserens
substantiā quidem philosophie moralem uirtu
tem esse: quod ⁊ nomen ipsum declarat amore
quodam culetuqȝ definituȝ. Speculationes ue
ro humanas esse uel ornamenta quedā philoso
phie extrinseca: uel uias ad ipsam mentis fir
mam puritatem/que ad mores pertinet/ꝯparā
dam. Qua ꝯparata diuina potius q̄ȝ humana:
⁊ infusa desuper potius q̄ȝ acquisita sequitur
comtemplatio. Ad quam speculatio illa prior
si conferatur/ludus quidam a Platone cogno
minatur. Id autē pythagore Socratisqȝ ma
ximum est preceptum. Ubi uero ornamēta tra
ducimus/grecum uocabulum ornamentum si
gnificat argute cuidā uanitati ⁊ supbie mixtū.
Quasi dicat/sciētia inflat: charitas edificat.
Item in maliuolam animam/sapientia non in
trabit. Sinceritatem quidem siue sanitatem
ponit ī animo simplici ⁊ tranquillo. Fideȝ uero
in uerbis, firmitatem deniqȝ in gestibus atqȝ
actionibus.

Argumentum Marsilii in undecimam ep̄l'am.

Principi laodamanti de gubernatione o
ptima consultanti consuetum illud suuȝ
dat consilium/leges quidem omnes fo
re uanas: nisi preterea probatissimi uiri/per
quos uiuunt leges/ingentem in re publica ha
buerint potestatem. Ac nisi constitutus sit ma
gistratus qdam in ciuitate/⁊ is quidem maxi
ma cum auctoritate qui morum censor/per ex
ploratores singulorꝫ actiones diligenter obser
uet/ad id semper intentus: ut quotidiana ciui
um uita animos ad fortitudinē temperantiāqȝ
pducat.

Argumentum Marsilii in duodecimā ep̄l'am.

Epistola duodecima nobis argumēto est
q̄ȝ liberalis ⁊ simplex Plato fuerit: utpo
te qui secretiora quedam commentaria
sua non dum absoluta Archite crediderit. Ar
gumentum quoqȝ id est Architā non minus mo
ribus q̄ȝ uerbis philosophantem: dignum fuisse
cui charissima queqȝ commode traderentur.
Forte ū cōmentaria hec ad explendum Critiā
non absolutum: ⁊ ad conscribendum hermocra
tē nō dum compositū pertinebant. Epistolaȝ
uero ad Dionysium que ab ignorantibus his ad
iungitur/ideo non traduximus/quia ⁊ ipsa epi
stole uerba ⁊ docti om̄s negant esse platonis.
Est autē operepretium in his ep̄l'is animaduer
tere q̄ȝ magno ⁊ cōstanti animo Plato noster/
presertim in amicorꝫ rebus fuerit/⁊ q̄ȝ grauia
sepe discrimina pro amici salute subierit. Pre
terea q̄ȝ libere atqȝ benigne tyrannū sepius cor
ripuerit/ab adulatione quidem maxime omniū
alienus: charitate uero atqȝ officio nemini ce
dens/ut non minus uita ⁊ moribꝰ q̄ȝ disputati
onibus conducere nobis possit ad bene beateqȝ
uiuendum.

Epistole Platonis.

Dion Dionysio. Bene agere.

Eo dum apud uos diuturna opa
ita imperium uestrum administra
rem: ut ceteris utilitates uestras
captantibus fidei dignitate pre
starem/grauibus calumniis me
subposui. Sciebam. n. quod me uobiscum una
res uestras amministrante: crudele nihil con
misisse umq̄ȝ uideremini. Omnes aūt q eadē in
gubernatione uersati sunt, testes mihi esse pos
sunt. Quorꝫ ego pmultos summo conatu a dā
nis non mediocribus liberaui. Imperio q̄etiā
apō uos fūgēs/ciuitatē uestrā sepiꝰ custodiui.
Tandem uero ignominiosius a uobis expulsus
sum/q̄ȝ uilissimum aliquem expelli conueniat.
Ipse ego iussus a uobis abire/qui taȝ diuturnā
operaȝ uestris sum commodis impartitus. Igi
tur post hac modo quodam inhumaniori mihi
ipsi ꝯsulam. Tu auteȝ talis tyrannus guberna
bis solus. Pecuniam uero illam egregiā abste
ī uiaticū missā p bachiū hūc una cū his litteris
ad te remicto. Neqȝ. n. ad uiaticum sufficit.
Tibiqȝ Neqȝ ad ceterā uitam satis est utilis.

Epl̄a

stanti dedecus allatura maximum/⁊ mihi nō
multo minus accipienti. Itaqȝ illam accipere
nolui. Tua uero nihilominus inter est/⁊ dare
⁊ accipere tantundem. Sed illa recepta tuorꝫ
quemuis alterꝫ honorabis/quemadmodum me
honorasti. Ego. n. abūde satis iā sū honoratus.
Et mihi oportune nunc euripidis illud uenit ī
mentem/rebus uidelicet quandoqȝ potentibus
talem tibi uirꝫ assistere optaturum. Meminisse
autem te uolo ⁊ alios tragicos plurimos/cum
tyrannum aliquem pereuntem inducunt/huiꝰ
modi illi uoces attribuere. Heu miser, pereo
nullis fultus amicis. Auri uero defectu pere
untem aliquem nullus adhuc rettulit poetarꝫ.
Illud quoqȝ poeticum/mētem habentibus ual
de pbatur. Non auri fulgor in misera mortali
um uita rarissimi/nō adamas/nō argētee mēse
q apud homines hēntur ī pretio/ita oculis cor
ruscāt: neqȝ lati fundi aut pinguia culta tan
tū ualent ad uitaȝ/q̄ntum mens bonorꝫ uirorꝫ
ꝯsētiens. Uale: atqȝ ꝯsidera tantum erga nos
erratum/quo erga ceteros pbabilius te geras.

Plato Dionysio bengere.

Audiui ex archedemo te censere non
solum me/sȝ familiares etiā meos pre
ter unicum dionem nihil mali aduer
sus te loqui debere uel agere. Hoc autem quod
de dione excipis/oñdit me in familiares meos
imperium non habere. Si. n. haberem cum in
alios tum in Dionem ac te imperium/tā uobis
q̄ȝ ceteris grecis bona ut arbitror plurima pue
nirent. Nunc autē in hoc dūtaxat magnus suȝ
quod me ipsum presto rationi mee obedientē.
Atqȝ hec dico quia nihil sinceri cratistolus ⁊ po
lyxenus ad te detulerūt. Quorꝫ alterꝫ dicere
ferunt/audisse olympiis multos de te obloq̄n
tes. forsitan acutiꝰ q̄ȝ ego ille audit. Ego. n.
tale nihil audiui. Uidetur autem mihi post hac
quotiens huiuscemodi aliquid ad te defertur/
te ita facere oportere, ut scribas ad me/⁊ rem
ipsam perquiras. Ego. n. uerꝫ fateri nec for
midabo nec erubescam. Mihi auteȝ ⁊ tibi ita se
res inuicem habet. Neqȝ nos alicui ut ita dicā
grecorꝫ incogniti sumus. Neqȝ familiaritatē
nostram huius seculi homines cōticescunt: cer
tū quoqȝ illud habeto neqȝ posteros taciturus.
Tales sūt qui eā exceperūt/utpote neqȝ paruā
⁊ nemini obscuram. Quorsum hec? Statim
aperiam/superius aliq̄nto exorsus. Nature q
dem lege sapientia potentiaqȝ excellens in idē
tendunt. Semperqȝ ista duo se inuicem affec
tant/persequntur/congrediuntur. Deinde ēt
istis hoīes admodum delectātur: quotiens siue
in carminibus poetarꝫ siue priuatis colloquiis
huiusmodi quedam referunt aut audiunt: ceu
cum de hierone ⁊ pausania lacedemonio locun
tur homines/gaudent simonidis familiaritatē
que cum illis fuit/ꝯmemorare: ⁊ que ad eos di
xit fecitqȝ/referre. Similiter periandrū co
rinthium ⁊ thaletem milesium una celebrare ꝯ
sueuerunt, periclem ⁊ anaxagorā, cresum atqȝ
solonem/ut sapientes: ⁊ cirum ut potentem.
Atq hec imitati poete creontem ⁊ tiresiam si
mul inducūt. Polydumqȝ ⁊ Minoa. Agamem
nonē ⁊ Nestorē. Ulyxē ⁊ Palamedē. atqȝ ut
mihi uidetur eadē rōe prisci hoīes Ioui pme
theū ꝯiūxerūt. Horꝫ ūo alios cōsētiētes alios
dissentientes inducunt. Alios autē q̄nqȝ ꝯcor
des/q̄nqȝ ūo discordes. Eorꝫqȝ tā dissensiones
q̄ȝ ꝯsensiones canunt. Cuncta uero hec ideo di
xi/ut illud oñderē: qō etiā cū mortui fuerimꝰ
de nobis hoīes non silebunt. Quo circa non est
negligendum/a nobis/sed curam habendum tē
poris insequentis. Fit. n. natura quadam ut i
gnauissimi hoīes nihil curent que sit de ipsis fu
tura opinio. pbatissimi auteȝ uiri cūcta faciāt
quo in futuris seculis bñ de se loquentes hoīes
audiāt. Quam ego ꝯiecturā facio esse aliquē
sensum iis qui mortui sunt/rerꝫ nostrarꝫ. Q̄m
optimi animi sic fore diuināt. deterimi autem
nequaq̄ȝ. Ualidiora uero sunt diuinorꝫ uirorꝫ
presagia/q̄ȝ aliorꝫ. Puto auteȝ si liceret supio
ribus illis defunctis de quibus loquor suam cō
suetudinem emendare/plurimam operam adhi
bituros/ut meliores de se q̄ȝ nunc opiniones
circumferrētur, hoc nobis quidem etiam nunc
fauēte deo facere licet: ⁊ siquid in superiori fa
miliaritate nostra ñ recte factuȝ est/tam factis
q̄ȝ dictis emendare illud atqȝ corrigere. ut ue
ra ⁊ optima presertim q̄ntum ad philosophiam

attinet de nobis sup sit opinio, ac fama nostra
rum reꝝ / siquidem bona est / melior: sin ma
la / bona efficiatur. Atqui nos ista curantes / ni
hil religiosius agere possemus: ⁊ negligentes /
nihil ꝓfanius. Queadmodum autem hoc fie
ri ↄueniat / ac iuste fieri possit / ego iam dicam.
Quando in siciliam ueni / fama erat me per mlꝉ
tum inter eos qui tunc philosophabantur / ex
cellere. Cupiebam etiam cum syracusas uenis
sē opinionis illius testem habere te: ut etiam a
pud multitudinem philosophia mihi honorare
tur. Veꝝ non satis ꝓspere mihi res illa succes
sit. Causam uero huius non illam fuisse dico
quam pleriq3 existimarent / sed illam fuisse cau
sam assero / quod tu nō satis mihi credere uisus
es / sed me quodāmodo dimictere uelle: alios
uero uocare, ⁊ q̄rere quid mihi esset negocii /
cum diffidentia quadaz ut mihi uidebatur. Et
qui de iis loquebantur / permulti erant: affir
mātes / qd̄ me qdem ↄtēneres: atq3 ad alia aīnz
intendisses. Hec igitur tunc fama increbuit.
Quid autem post hec fieri oporteat / iaz audi:
ut ad illud quod interrogasti respondeam / quo
pacto nos inuicem gerere debeamus. Si tu qui
dem omnino philosophiam spernis / ualere sina
mus. Sin autem uel ab alio audisti uel ipse per
te inuenisti meliora q̄z ea que a me traduntur
illa complectere. Quod si nostra tibi placent
nos quoq3 maxime honorare debes. Nunc aūt
tanq̄z ab initio tu ducas. ego sequar. Honora
tꝰ enim a te / te honorabo: non honoratꝰ autē ↄ
quiescā. Preterea si tu honorare priꝰ me cepis /
philosophiam uideberis honorare: idq3 apud
multitudinez qd̄ tu in primis cupiebas tibi glo
riam pariet / tanq̄z sapientie amatori. Sin aūt
ego te honorauero / me minime honorantem /
diuitias ammirari uidebor ⁊ sequi. hoc uero q̄z
turpe ab omnibus censeatur / non ignoramus.
Vt autem summatim dicam / te honorante / am
